Universidad de B
Biblioteca

D.
HIERONYMI
OPERA

T. 6-7

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMI OPERUM

# SEXTUS TOMUS

COMMENTARIOS IN DUODECIM PROPHETAS, QUOS MINORES VOCANT, iuxta utranq; translationem continet.




COLEGIO DE S. FRANCISCO JAVIER
TUDELA DE NAVARRA
1075

BASILEAE M D LIII

Universidad de Deusto Biblioteca

## BRVNO AMORBACHIVS CANDIDO LECTORI S. D.

COMMENTARIOS diui Hieronymi in duodecim prophetas, quos minores uocant,hic ſextus Tomus continet. In quibus Hebraica, ſicut & alibi, in ſuis addita ſunt locis, & item Græca. Commentarios autem in Amos prophetam,neſcio quis ita confuderat,ut ex unis geminos reddiderit:& tamen eſſent utriq; temerè permixti.Hos iuxta ueterum codicum autoritatem,priſtinæ reſtituimus integritati. Deniq; Epitomen in Habacuc adiecimus, quam Hieronymi titulo ſcriptã reperimus,quanquam ſtilo reclamãte.Arbitror ex Hieronymi ſcriptis ab aliquo ſtudioſo collectam. Verum enimuero ſcis candide lector,quàm ſacra res ſit prophetia, nec ignoras, ſacrum eſſe interpretem,ſi quid omnino ſacrum habet apud Latinos Chriſti eccleſia. Nemo enim prophetas intelligere poteſt,niſi qui ſpiritu ſit prophetico.Proinde ſi religioſe ſubire ſoles ędes ſacras:caue ne illotis (quod aiunt) pedibus in hæc irruas myſteria, néue quicquam ἀνίπτοις χερσὶ contrectes,ubi ſancta ſunt omnia.Atq; hic quidem theſaurus per ſe precioſiſsimus,aliquanto tibi charior eſt futurus,ſi ſcieris quàm à multis eruditis uiris,è quorum numero ſunt Ioannes Reuchlinus, Conon Norimbergenſis,Gregorius Reiſchius,Conradus Pellicanus, haud æſtimandis uigilijs ſit deſudatum, ut hæc partim ex uetuſtis exemplaribus,partim ex ſagaci coniectura reſtituerentur,non ignorantibus quo minus ſupereſt bonorum autorum, hoc acrius annitendum, ut ab interitu uindicentur. Equidem tot totius Græciæ proceres pro una Helena reſtituenda dimicarũt,at quot Helenis unus præſtat Hieronymus?Cui mirum igitur uideri poſsit,ſi tam multis eruditiſsimorũ hominum ſuppetijs ad hoc præclarum negocium ſumus uſi?Neq; uero ſilentio prętereundi ſunt,qui inſtitutum noſtrum,commodatis exemplaribus adiuuerunt,ut illis etiam ſe debere ſciant ſtudioſi. Miſerũt ad nos itaq; Marpacenſes cœnobitæ uolumina aliquot uetuſtiſsima,nonnulla Lucellenſes,ſed & Maioraugiani,& cœnobitæ diui Blaſij in ſylua Hercinia,& diui Galli:& Albiburgenſes,& Murbachij, quæ habebant,benignè cõmunicarunt. Nam ſine ueterum auxilio codicum, in reſtituendis autoribus nihil agitur.Nunquã enim eorum exemplum placuit,qui prout temere quiduis in mentẽ inciderit,ita ſcripturam ſtatim aut ſupplendam, aut eradendam putant. Exemplariorũ autoritate,& in primis iudicio neutiquam præcipiti opus eſt.Porrò nunc quando ſuperis auxiliantibus,quod laboris erat,exantlatum eſt atq; confectum,ſupereſt ut fruamur toto pectore eximij doctoris monumentis.Hæc enim non ſolum docent,uerumetiam inflammant affectum, ac linguam ſimul & uitam emendant. Decuerit autem poſtremo candidum lectorem, ut gratus ſit noſtris laboribus, & noſtram operam boni conſulat.Nam ut in ludo ſphæræ non ſatis eſt commode mittere,niſi commode & accipiatur quod mittitur:ita in officijs reſpondere debet qui accipit.Et ut in cõuiuio commode agit etiam qui accipitur,ille dat operam ut præſtet lautum conuiuatorẽ,iſte ut comem commodumq; conuiuam:ſic is qui beneficium ſuſcipit,erga eum qui offert animatus eſſe debet. Bene uale. Baſileæ Calendis Iunijs. Anno reſtitutæ ſalutis M. D. XXVI.



A

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN OSEE PROPHETAM AD PAMMACHIUM PROOEMIUM.

C

SI in explanationibus omnium prophetarũ ſancti ſpiritus indigemus aduentu,ut cuius inſtinctu ſcripti ſunt, illius reuelatione pandantur: Et in Eſaia ſignatum librum legimus, quem ſcribæ & phariſæi, qui legis literas noſſe ſe iactant,nõ poſſunt legere,quia ſignatus eſt:nulluſq; inueniri potuit,niſi leo de tribu Iuda,quem ſignauit deus pater,qui eius poſſet reſerare myſteria: quanto magis in explanatione Oſee prophetæ orandus eſt dominus,& cum Petro dicendum:Ediſſere nobis parabolam iſtam:Præſertim cum obſcuritatem uoluminis in fine teſtetur ipſe qui ſcripſit:Quis ſapiens & intelliget iſta,intelligens & cognoſcet ea? Quod non pro impoſsibili,ſed pro difficili debemus accipere,iuxta illud euangelij: Quis putas eſt ſeruus fidelis & prudens, quẽ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam?Quis enim non ſtatim in fronte libri ſcandalizetur,& dicat:Oſee primus omnium prophetarum meretricem accipere iubetur uxorem,& non contradicit?Non ſaltẽ nolle ſe ſimulat,ut rem turpem facere uideatur inuitus,ſed exequitur lętus imperiũ,quaſi optauerit,quaſi multo tẽpore eum pudicitiæ uacaſſe pœniteat: cum honeſtiora & abſq; peccato ſanctos uiros renuiſſe domino legerimus. Moyſes mittitur ad Pharaonem, & dux Iſraelitici populi conſtituitur,& tamen nõ imbecillitate ſed humilitate reſpondet:Prouide alium quem mittas. Hieremias puerum eſſe ſe dicit ne peccantẽ arguat Hieruſalem.Ezechiel de omni genere leguminis ac ſementis unum ſubcinericium panem facere,& coquere illum in humano ſtercore iubetur,& ait: Nequaquã domine,quia nunquam immundũ introiuit in os meũ.Et Oſee audiens à domino:Accipe uxorẽ for-

B nicariam,non frontem rugat,non mœrorem pallore teſtatur,nõ uerecundiam mutato genarum D

rubore demonſtrat,ſed pergit ad lupanar,& ſcortum ducit ad lectulum. Et non initiat illam pudicitiæ matronali,ſed ſe luxurioſum ac nepotem probat.Qui enim adhæret meretrici,unum cum ea corpus efficitur.Hæc igitur audientes,quid poſſumus reſpondere niſi illud propheticum: Quis ſapiens & intelliget iſta,intelligens & cognoſcet ea?Vnde & nobis dicendum eſt cum Dauid:Reuela oculos meos,& conſiderabo mirabilia de lege tua,ut introducat nos rex in cubiculum ſuũ, & uelamen quod ante oculos Moyſi poſitũ fuit in lectione ueteris teſtamenti,tollat à nobis. Statim enim ut locutus eſt dominus:Pater,in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ:& hæc dicens expirauit, uelum templi ſciſſum eſt,& omnia Iudæorum ſecreta patuerunt. Et fons qui egrediebatur de domo Dauid,ingreſſus eſt mare ſolitudinis,& uerus Heliſeus aquas ſteriles atq; mortiferas ſapientiæ ſuæ condiuit ſale,& fecit eſſe uitales.Marath aqua legis,quæ interpretatur amaritudo, ligno patibuli dulcorata eſt.Intelligimus enim quis ſit Iudas patriarcha electus in regem, nec miramur cur ad Thamar quaſi ad meretricẽ uir ſanctus introierit: Quare Samſon qui interpretatur ſol, Dalilam amauerit, quæ transfertur in pauperẽ,& propter eam irriſus & mortuus aduerſariorum milia trucidarit: cur Salmon uirũ iuſtum Booz de Raab meretrice generarit: qui Ruth Moabiten pinna pallij ſui operiens,& iacentem ad pedes ad caput euangelij tranſtulit:Quid cauſæ ſit ut cum Dauid tot habuerit uxores,nullum alium regni ſui fecerit ſucceſſorẽ,niſi eum qui de Bethſabee procreatus eſt: ut non ſolum meretrices,ſed etiam adulteræ deo placere uideãtur.Vnde & in hoc ipſo propheta legimus, quod iunctus primum meretrici,ſecundo adulteræ copuletur,dicẽte ad eum domino:Adhuc uade,dilige mulierem dilectam amico,ſiue diligentẽ mala & adulteram. Hæc eſt mulier meretrix & adultera,quæ in euangelio pedes domini lachrymis lauit,crine terſit, & confeſsionis ſuæ honorauit unguento,indignantibuſq; diſcipulis,& maxime proditore,quod non fuiſſet uenditũ, & precium illius in alimenta pauperũ diſtributum,dominus reſpondit:Quid moleſti eſtis mulieri? opus bonum operata eſt in me: pauperes enim ſemper habebitis uobiſcum, me autem non ſemper habebitis.Et ne putaremus leue eſſe quod fecerat:& nardum piſticum, id eſt unguentũ fideliſsimum ad aliud quid & non ad eccleſiam eſſe referendũ,dat nobis occaſionẽ intelligentiæ:& magnæ fidei

Universidad de De… Biblio…

A magna præmia repromittit, dicēs: Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium C
in toto mundo, dicetur quod hæc fecit in memoriā eius. Hæc eſt meretrix de qua loquitur dñs ad
Iudęos. Amen dico uobis, meretrices & publicani pręcedēt uos in regno dei. Vos enim miſſum ad
uos filium patrisfamiliæ & dominum uineæ, qui plantauit eam, ſuſcipere noluiſtis. Iſta meretrix ex-
ploratores meos duos fortiſsimos iuuenes: quorum alterum in circuncisionem miſi, alterū ad gen
tes, humanitate ſuſcepit, abſcondit ſtudio, leuauit in tectum, operuit lini ſtipula. Quæ cæſa perſecu-
tionibus, & lota in baptiſmate, immutat colorem, & de tetro in album uertitur. Nec mirum ſi in fi-
gura domini ſaluatoris & eccleſiæ de peccatoribus congregatæ hæc facta memoremus, cum ipſe
in hoc eodem dicat propheta: Loquar ad prophetas, ego uiſiones multiplicaui, & in manibus pro-
phetarum aſsimilatus ſum: ut quicquid prophetæ iubentur operari, ad meam referatur ſimilitudi-
nem. Cuius uxor Aethiopiſſa eſt: contra quam Aaron & Maria carnale ſacerdotiū Iudæorū, & pro
phetia literæ ſeruiens muſsitant & offendunt deum: Quæ dicit in Cantico canticorū: Fuſca ſum &
formoſa filiæ Hieruſalem. Alioquin ſi omnia quæ pręcipiuntur ob cauſas ut in ſimilitudinem fiant
uere facta contendimus: ergo & Hieremias accinctus lumbari, ueſtimento muliebri, inter innume
rabiles nationes & Aſſyrios atq; Chaldæos, gentes inimiciſsimas Iudæorū, iuit ad Euphraten, ut ibi
abſconderet lumbare ſuum: & poſt multa tempora reuerſus, inuenit illud computruiſſe quod nul
li eſſet uſui. Quomodo exire poterat & ire tam longe obſeſſa Hieruſalem, extructis per circūitum
munitionibus, foſſa, uallo atq; caſtellis. Qui cum ſemel ad Anatoth uiculum ſuum in tertio miliario
ab urbe ſitum uoluiſſet exire, in porta capitur: & reductus ad principes, quaſi proditor uerbera-
tus in carcerē mittitur. Si illud in typo, quia fieri non potuit: ergo & hoc in typo, quia ſi fiat turpiſsi-
mum eſt. Sed reſpōdebis, deo iubente nihil turpe eſt: & nos dicimus, nihil deus præcepit niſi quod
honeſtū eſt: nec iubendo turpia, facit honeſta quæ turpia ſunt. Sed quia ſcimus nihil deū uelle niſi
quod honeſtū eſt, hoc præcepit quod honeſtū eſt. Hæc in principio prolixius ſum locutus, ut diffi-
cillimam primū ſoluerem quæſtionē: & abditū in ipſo exitu ſcopulum dei auxilio prætergrediens,
ad tuta decurrerē. Cæterū non ignoro, Pammachi chariſsime, à multis eccleſiaſticis prætermiſſam:
B & qui exponere ſunt conati, apud Græcos reperi Apollinarium Laodicenū: qui cum in adoleſcen D
tia ſua breues & in hunc & in alios prophetas cōmentariolos reliquiſſet, tangēs magis ſenſus quàm
explicans: rogatus eſt poſtea ut in Oſee plenius ſcriberet: qui liber uenit in noſtras manus: ſed & ip-
ſe nimia breuitate ad perfectam intelligentiā lectorem ducere non poteſt. Origenes paruū de hoc
propheta ſcripſit libellum, cui hunc titulum impoſuit, περὶ τοῦ, πῶς ὠνομάσθη ἐν τῷ ὡσηὲ ἐφραίμ,
hoc eſt, quare appellatur in Oſee Ephraim, uolens oſtendere quæcunq; contra eum dicuntur, ad
hæreticorū referenda perſonam. Et aliud uolumē ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεστον, quod & capite careat
& fine. Pierij quoq; legi tractatum longiſsimū, quem in exordio huius prophetæ die uigiliarū do-
minicæ paſsionis extemporali & diſerto ſermone profudit. Et Euſebius Cæſarienſis in octauodeci
mo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως quædam de Oſee propheta diſputat. Vnde ante annos circiter
uigintiduos, cum rogatu ſanctæ & uenerabilis ſocrus, imò matris tuæ Paulæ: illud enim nomē car-
nis, hoc ſpiritus eſt: quæ monaſteriorū & ſcripturarum ſemper amore flagrauit, eſſem Alexādriæ:
uidi Didymum, & eum frequēter audiui, uirum ſui temporis eruditiſsimū: rogauiq; eum ut quod
Origenes non fecerat, ipſe compleret, & ſcriberet in Oſee cōmentarios: qui tres libros me petente
dictauit, quinq; quoq; alios in Zachariā. Nam & in ipſum duo tantū Origenes ſcripſit uolumina,
uix tertiam partem à principio libri uſq; ad uiſionem quadrigarū ediſſerens. Hæc dico ut noueris
quos in prophetæ huius campo habuerim pręcurſores: quos tamen ut ſimpliciter & non ſuperbe
(ſicut quidam meorū amicorum ſemper inſibilat) tuæ prudentiæ fatear, non in omnibus ſum ſe-
cutus, ut iudex potius operis eorum quàm interpres exiſterem, diceremq; quid mihi uideretur in
ſingulis, & quid ab Hebræorū magiſtris uix uno & altero acceperim: quorū & apud ipſos iam rara
auis eſt, dum omnes delicijs ſtudent & pecunijs, & magis uentris quàm pectoris curam gerunt: &
in hoc ſe doctos arbitrantur, ſi in tabernis medicorū de cunctorum operibus
detrahant. Sed iam tempus eſt ut prophetæ uerba ponentes,
ea quæ ſcripta ſunt diſſeramus.



A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
Commentariorum in Oſee prophetam
Liber primus.

# OSEAS

VERBVM domini quod factum eſt ad Oſee filium Beeri, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael.

HEBRAEI. Principium loquendi domini in Oſee: Et dixit dominus ad Oſee: Vade, ſume tibi uxorē fornicationū, ac filiós fornicationum

SEPTVAGINTA. Principium uerbi dñi ad Oſee. Et dixit dominus ad Oſee: Vade, tolle tibi uxorem fornicationis & filios fornicationis

VERBVM *domini quod factum eſt, etc.*] Verbū domini quod in principio erat apud deum patrē, & deus erat uerbum: factū eſt ad Oſee filium Beeri, ut prophetam quoque deum faceret, ſaluatore dicente: Si illos dixit deos ad quos ſermo factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura: Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum: uos dicitis, blaſphemas: quia dixi, filius dei ſum. Vt quomodo deus deos facit, & ſtat in ſynagoga deorū, in medio autem deos diiudicat, & cum ipſe ſit uerum lumen quod illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundum: ad apoſtolos loquitur: Vos eſtis lux mundi: Sic & ipſe ſaluator

הושע propheta ſuum faciat ſaluatorem. Oſee enim in lingua noſtra ſaluatorem ſonat: quod nomē habuit etiam Ioſue filius Nun, antequā ei à deo uocabulum mutaretur.

Num. 14 τῆς φυλῆς ἐφραὶμ αὐσῆ υἱὸς ναυῆ

Non enim (ut male in Græcis codicibus legitur & Latinis) Auſe dictus eſt: quod nihil omnino intelligit: ſed Oſee, id eſt ſaluator: & additum eſt eius nomini, dominus, ut ſaluator domini diceretur. Iſte ergo ſaluator filius eſt Beeri, id eſt putei mei: quos puteos fodit

בארי Abraham, Iſaac, & Iacob: & Allophyli eos conabantur

B ſemper obruere. Inter puteum & lacum, id eſt ciſternā, hoc intereſt, quod puteus perpetuas aquas habet, & de uiuo fonte manantes: Ciſterna, quæ refrigerat aquas ſuas externas & aduenticias poſsidet. Vnde per Hieremiam prophetam loquitur deus: Me dereliquerūt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ aquas non ualent continere. De hoc fonte ad deum Pſalmiſta proclamat: Apud te fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Vnde quidam putant Beeri interpretari, lumen meum: ſed ſuperior uera tranſlatio eſt. b ¶ *In diebus Oziæ, etc.*] Azarias qui uocatur & Ozias, de ſtirpe Dauid, regnauit in Hieruſalem ſuper duas tribus quæ appellabantur Iuda annis quinquagintaduobus: Cui ſucceſsit in regnum filius eius Ioatham: qui & ipſe regnauit annis ſedecim: poſt quem filius eius Achaz regnauit annis ſimiliter ſedecim. Cuius anno undecimo decem tribus quæ appellantur Iſrael, captæ ſunt à Salmanaſar rege Chaldæorum, & in Medorum montibus collocatæ. Poſt Achas regnauit filius eius Ezechias annis uiginti & octo. Ex quo perſpicuum eſt prophetante Oſee, Eſaia, & Iohel, & Amos, & Abdia, & Iona, & Michea: qui σύγχρονοι, id eſt, contēporanei eius fuerūt, regnū decē tribuū eſſe finitū: quod à primo rege Hieroboam uſq; ad ultimum Oſee permanſit, annis decentis quinquaginta. Eo autem tempore quo Ozias regnare cœpit ſuper Iudam, duodecimū annum ſuper Iſrael regnabat Hieroboam pronepos Iehu, cui dominus re-

ὀζίου ἰωάθαμ ἄχαζ ἐζεκίου ἱεροβοάμ ἰωάς

promiſerat uſq; ad quartam generationem ſobolem illius regnaturam: eo quod percuſsiſſet duos reges impios, Iuda & Iſrael. Hoc dicimus, ut tibi breuiter oſtendamus Oſee prophetā, & ante captiuitatē Iſrael, & poſt captiuitatem eius uaticinatū, & tam uicinam quàm pręſentem & præteritam & denunciaſſe uenturā, & luxiſſe



C ingruentem, & in emendationem Iudæ retexuiſſe præterita, quod in ipſo propheta iuxta hiſtoriam conabimur approbare. Ozias interpretatur, fortitudo domini: Ioatham, domini cōſummatio atq; perfectio: Achaz, uirtus: Ezechias, imperiū domini. Hi regnabant in populo Iuda, cuius nomen confeſsio eſt. Porrò in Iſrael, qui ſibi idola fecerat, & à dei populo fuerat ſeparatus, regnabat Hieroboam: qui interpretatur χρονισμὸς, id eſt, temporalitas, ſiue mora: quod mundum amauerit, & in ipſo morari diu, uitam putauerit ſempiternā, nequaquam futuris ſed præſentibus delectatus.

עזיה יותם אחז יחזקיה יהודה ירבעם

c ¶ *Principium loquendi, etc.*] Quia, ut ſuprà diximus, et alijs prophetis præferunt in titulo: Ozias, Ioatham, Achaz, & Ezechias, quibus regnantibus prophetauerunt: idcirco nunc dicit, quod inter omnes hos primū in Oſee dominus ſit loquutus, & poſtea ad cæteros. Aliud eſt autem loqui dominū in Oſee, aliud ad Oſee. In Oſee, non ipſi loquitur Oſee, ſed per Oſee ad alios: ad Oſee uero loquens, ad ipſum ſignificatur conferre ſermonē. Alij autem non primum omniū prophetarum uolunt fuiſſe Oſee, ex eo quod dicitur: Principium loquendi domini in Oſee, ſed oſtendi quod hæc quæ ſequuntur, primum ad Oſee dominus ſit loquutus. d ¶ *Et dixit dominus ad Oſee: Vade, etc.*] Verbum Hebraicum זנונים D non fornicariam & fornicationem, ut plerīq; æſtimant, ſed multas fornicationes ſonat. Ex quo oſtenditur mulier iſta quam propheta aſſumit in coniugem, non ſemel ſed frequentius fornicata: ut quanto illa ſordidior eſt, tanto ſit propheta patientior, qui talem uxorem duxerit. Quodq; additur: e ¶ *Ac filios fornicationum.*] ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur, Sume tibi uxorem fornicationum, & ſume tibi filios fornicationum. Vtrumq; poteſt intelligi, quod & fornicariæ priores de fornicatione ſuſceptos recipiat filios, & ipſe ex meretrice generet filios: q idcirco fornicationis appellandi ſunt filij, quod ſint de meretrice generati. Nec culpandus propheta interim, ut ſequamur hiſtoriam, ſi meretricē conuerterit ad pudicitiam, ſed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipſe polluitur, ſi ſocietur malo: ſed qui malus eſt, in bonum uertitur, ſi boni exempla ſectetur. Ex quo intelligimus non prophetam perdidiſſe pudicitiam fornicariæ copulatum, ſed fornicariam aſſumpſiſſe pudicitiā, quam antea non habebat: præſertim cum beatus Oſee, non ob cauſam luxuriæ, non libidinis, non propria fecerit uoluntate, ſed dei paruerit imperio: ut quod in iſto carnaliter legimus, in deo factum ſpiritualiter probaremus: Qui ſuſcepit ſynagogam: hoc eſt populum Iudæorum fornicationi & libidini ſeruientem. Ad quam dominus loquitur per Ezechielem: Et tu meretrix audi uerbum domini. Fractæ enim ſunt in Aegypto mammæ eius, & uolutabatur in ſanguine: & fuerat polluta uſq; ad uerticem, ut nulla pars corporis atq; membrorum eius turpitudinis maculam non haberet. Operuit talem dominus pallio, & ſuis iunxit amplexibus: dedit ei mel & oleum & ſimilam manducare, & induit eam ueſtibus precioſiſsimis: poſuit in collo ornamenta gemmarum: aures ornauit auro & lapide precioſiſsimo: armillas quoque

Universidad de Deusto Biblioteca

A brachijs præbuit, ut bonis uteretur operibus. Et nihilo minus hæc contempta largitate & bonitate uiri, prioris immemor turpitudinis, amatores Chaldæos & Aſſyrios & Aegyptios qui magnarũ ſunt carniũ ſecuta eſt. De ſaluatoris & eccleſiæ typo in præfatiuncula diximus, ꝙ ſumpſerit ſibi uxorẽ fornicariã, quæ prius idolis ſeruiebat. Si qs autem contẽtioſus & maxime gẽtilium noluerit figuraliter dictum recipere, & irriſerit prophetam fornicariæ copulatũ, opponamus ei illud qđ ſolet laudare Græcia, & philoſophorũ ſcholæ concinunt: Qua ratione prædicẽt uirum eruditiſsimum Xenocratem, qui Polemonem luxurioſiſsimũ iuuenem, & inter pſaltrias atq; tibicinas &

HEB. nicationũ: quià fornicans fornicabitur terra à domino. Et abijt & accepit Gomer filiam Deblaim: & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrael: quoniam adhuc modicũ, & uiſitabo ſanguinem Iezrael ſuper domum Iehu: & quieſcere faciam regnum domus Iſrael.

SEP. nicationis: quia fornicans fornicabitur terra poſt dominum. Et ăbijt & accepit Gomer filiam* Debelaim: & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrael: quia adhuc modicum & ulciſcar ſanguinem Iezrael ſuper domum Iuda: & quieſcere faciam regnũ domus Iſrael.

Et in illa diẽ conteram arcum Iſrael in ualle Iezrael.

Et concepit

locis reſeruantes: nunc tantum de præſenti capitulo diſputemus. גמר interpretatur τετελεσμένην, id eſt, cõſummata atq; perfecta: alij θώρακας, id eſt loricas ſignificari putant. Sunt qui menſuram ſiue amaritudinem ſuſpicentur: quod recte dicerent, ſi ב literam non haberet. עמר דבלים πα/λάτας ſonat: quarum in Palæſtina permagna copia eſt, & quas Eſaias propheta ulceri Ezechiç regis iubetur apponere. Eſt autem maſſa pinguium caricarũ, quas in morem laterum figurantes, ut diu illæſæ permaneant, calcant atq; compingunt. Igitur & Iſrael conſummata in fornicatione atq; perfecta filia uoluptatis, quæ fruentibus ſuauis uidetur & dulcis, in typo domini ſaluatoris ab Oſee uxor accipitur, & primus ex ea dei filius generatur, id eſt, Iezrael: eſt autem ciuitas metropolis decem tribuum, in qua interfectus eſt Naboth: ob cuius ſanguinem ſuſcitatur Iehu qui deleuit domũ Achaz & Iezabel. Verum quia & ipſe ultor ſanguinis iuſti, ingreſſus eſt per uias Hieroboam filij Nabath, qui fornicari fecit Iſrael, & conſtituit uitulos aureos in Dan & in Bethel: regnum quoque eius dicitur ſubuertendum: ſub cuius pronepote Hieroboam prophetare cœpit Oſee, quo mortuo filius eius Zacharias ſucceſsit in regnum: quem ſexto menſe imperij ſui occidit Sellum, D de alia ſtirpe generatus. Quam ob cauſam nunc dicitur: Adhuc modicum & uiſitabo ſanguinem Iezrael, id eſt, occiſionem populi mei ſuper domum Iehu regiam, quæ eo tempore præerat Iſrael. Nec mirum ſi domus Iehu ſubuertatur, cum etiam regnũ domus Iſrael, hoc eſt, decem tribuum poſt non multos annos omnino ſit delendum. A Zacharia enim filio Hieroboam, cuius atauus fuit Iehu: uſque ad nonum annum Oſee, ſub quo decem tribus ductæ ſunt in captiuitatem: ſupputantur anni quadraginta & nouem. Occiſoq; Zacharia, qui fuit ultimus de ſtirpe Iehu, ſtatim reges Aſſyrij ceperunt Ruben & Gad & dimidiam tribum Manaſſe, quæ erant trans Iordanem: & deinde multas ciuitates Samariæ, & deinde totam Neptalim, ad extremum omnes reliquas tribus. Pro Iehu in editione uulgata legitur Iuda: ſed hoc mihi uidetur non uitio Septuaginta interpretum, ſed ſcriptorum inoleuiſſe imperitia, qui ignorantes Iehu, quod magis tritum erat ſcripſerunt Iuda. Typus autem ſeminis dei, & ultio ſanguinis eius refertur ad domini paſsionem, propter quam & domus Iuda, & regnum uniuerſi Iſrael dicitur ſubuertendum. c ¶ *Et in illa die conteram arcum Iſrael in ualle, etc.*] Quando ultus fuero ſanguinẽ Iezrael ſuper domũ Iehu, & regnum Iſrael Aſſyrio uincente deleuero: tunc in illa die, & in illo tempore conteram omne robur exercitus Iſrael in ualle Iezrael. Suprà diximus Iezraelem quæ nunc iuxta Maximianopolim eſt, fuiſſe metropolim regni Samariæ: prope quam ſunt campi latiſsimi, & uallis nimiæ uaſtitatis, quæ plus quàm decẽ milium tendiť paſsib. In hac cõmiſſo certamine, ab Aſſyrijs cæſus eſt Iſrael: id eſt decẽ tribus: quæ ob Hieroboã de tribu Ephraim, qui primus ſchiſma fecit in populo, appellatæ ſunt Ephraim. Interdũ propter Ioſeph qui fuit pater Ephraim uocať Ioſeph: nonnunꝗ Samaria: quæ & ipſa

C

Δεβλαείμ

impudicas mulieres ebrium, & hædera coronatum fecit obedire ſapientiæ, & adoleſcentem turpiſsimũ mutauit in ſapientiſsimũ philoſophorum: Cur Socratem ad cœlum leuent, qui Phædonem, ex cuius nomine Platonis liber eſt, de lupanari ob crudelitatẽ & auaritiam domini multorum libidini ſeruientẽ, & in Academiam tranſtulerit. Et quicquid illi de philoſophiæ magiſtris reſpõderint, nos ad prophetæ defenſionem referimus. Hæc aduerſum ethnicos, & eos qui ethnicorum ſunt ſimiles diximus. Cæterum noſtris, qui tamen uolunt B ſuſcipere ueritatem, illud breuiter oſtendamus, ex eo quod dicitur. a ¶ *Quia fornicans fornicabitur, etc.*] Nõ tam prophetã iunctum eſſe meretrici, quàm omne hominũ genus à ſocietate dñi receſſiſſe. Poteſt quoq; ex eo qđ non eſt additum: omnis terra, nunc Iudæa accipi, uel proprie Samaria & Iſrael: id eſt, decem tribus, quæ tempore quo hæc dicebantur à domino receſſerant. b ¶ *Et abijt, & accepit Gomer, etc.*] Prophetæ ſic multa poſt ſecula de aduẽtu Chriſti & uocatione gentium pollicentur, ut præſens tempus nõ negligant, ne concionem ob aliud conuocatam non docere de his quæ inſtant, ſed incertis ac futuris ludere uideantur. Itaq; & hæc Gomer filia Deblaim, quæ ab Oſee uxor accipitur, & cõcipit ex eo, & parit ei filium nomine יזרעאל qui interpretatur ſemẽ dei: in cuius ſanguinis ultionem, regnum ſubuertit Iehu: ſiue ut male error obtinuit Iuda, ſic ad uocationẽ referenda eſt nationũ, ut illi tempori congruat, ſub quo filium generaſſe memoratur. Et ne longo tractatu lectoris auiditatem differam: duæ iſtæ mulieres, quarum una uocatur Gomer, & eſt meretrix, paritq; tres liberos: primum Iezrael, ſecundam puellam quę uocatur abſq; miſericordia, & tertium maſculum, qui & ipſe appellatur non populus meus. Et altera mulier quæ conducitur argenteis quindecim, & coro, & dimidio coro hordei, & uocatur adultera: referuntur ad Iſrael & Iudam, id eſt, ad decem tribus: quæ erant in Samaria ſub rege Hieroboam, qui fuit de Ephraim, & ad Iudam qui regnabat in Hieruſalem de ſtirpe Dauid. Hę ſunt duę mulieres quæ in Zacharia upupæ ſiue milui ſiue herodij pennas habere dicuntur, & ire in terram Sennaar, ubi Babylon condita eſt. Has mulieres ſub nomine duarum ſororum Oolla ſignificat & Ooliba: hæ in duabus uirgis, quas Ezechiel in unam uirgam ſociat, demonſtrantur. Et quia cõmentarios non lata uolumina ſcribimus, ſingulis capitulis explanatiões proprias in ſuis



A ipſa altera urbs fuit Metropolis decem tribuũ: quæ poſtea ab Auguſto cæſare appellata eſt Auguſta, id eſt σεβαστή: in qua oſſa Ioannis baptiſtæ condita ſunt. Poſt diuiſionem ergo duarũ & decem tribuũ, ob maximã partem multitudinis quæ Hieroboã ſecuta eſt, nomen priſtinum Iſrael remanſit in decem tribub. Et propter tribum Iuda quæ regnauit in Hieruſalem, aliæ duæ tribus appellatæ ſunt Iudas, ſimulq; typi ueritas explicatur. Quo modo enim propter ſanguinem Naboth qui effuſus eſt in Iezrael deleta eſt domus Achab, ut Heliæ uaticinium compleretur: ſic propter ſanguinẽ ueri Iezrael, hoc eſt ſeminis dei, regnũ deſtructum eſt Iudæorũ. In omnibus quidẽ prophetis: ſed præcipue in Oſee, decem tribus referuntur ad hæreticos, quorum multitudo maxima eſt: duæ autem tribus quæ appellanť Iuda, eccleſiæ perſonam poſsident, quæ ſub ſtirpe Dauid regnabant. Arcus igitur hæreticorum de quibus ſcriptũ eſt: Filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli: confringẽtur in ualle ſeminis dei, de quo humilia & terrena ſenſerunt.

HEB. Et concepit adhuc & peperit filiam & dixit ei: Voca nomẽ eius abſq; miſericordia: quia non addam ultra miſereri domui Iſrael: ſed obliuione obliuiſcar eorum. Et domui Iuda miſerebor: & ſaluabo eos in domino deo ſuo: & non ſaluabo eos in gladio, & in arcu & in bello, & in equis, & in equitibus.

SEP. Et concẽpit adhuc & peperit filiã, & dixit ei: Voca nomen eius abſq; miſericordia: quia nequaquam addã ultra miſereri domui Iſrael: ſed aduerſans aduerſabor eis: filiorum aũt Iuda miſerebor: & ſaluabo eos in domino deo ſuo: & nõ ſaluabo eos in arcu, neq; in gladio, neq; in bello, neq; in equis neq; in equitibus.

Et ablactãuit eã quæ erat abſq; miſericordia: & cõcepit, & peperit filiũ, & dixit: Voca nomen eius non populus meus: quia uos non populus meus, & ego nõ ero ueſter.

HEB. Et ẽrit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris

SEP. Et erit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris

B a ¶ *Et concepit, etc.*] Poſtquã contritus eſt atq; cõfractus arcus Iſrael, in ualle Iezrael: & regnũ decem tribuũ deſtitutum: ita ut ducerentur in captiuitatem: nequaquã iam Iezrael: id eſt, ſemen dei, nec maſculini ſexus filius naſcitur: ſed filia, id eſt, fœmina fragilis ſexus, & quæ uictorum pateat cõtumeliæ: & uocatur, abſq; miſericordia. Idcirco enim captiua ducta eſt, quia miſericordiã dei non habuit. Et conſideranda dñi indignatio, quod nequaquã domui Iſrael ſe dicat miſereri ultra, ſed eos de memoria ſua æterna obliuione delere, quia uſq; hodie Perſarũ regibus ſeruiunt, & nunquam eſt eorũ ſoluta captiuitas. Domui autẽ Iuda miſericordiam pollicetur, & dicit quod eos ſaluet in domino deo ſuo, uel in ſeipſo qui loquitur, uel pater ſaluet in filio: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Pluit dñs à domino. Saluauit eos etiam quando Iſrael Aſſyrijs traditus eſt de manu Sennacherib, nõ in arcu & gladio & bello & in equitũ multitudine: ſed in ſuo robore, quando miſit angelũ, & percuſsit de exercitu Sennacherib regis Aſſyriorũ una nocte centũ octoginta quinq; milia. Iuxta typum dicimus eos qui propter ſanguinẽ ſeminis dei uocantur abſq; miſericordia, & dicere auſi ſunt: ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros, hucuſq; ſeruire Romanis. Domũ autem Iuda, eos uidelicet ex Iudæis qui dñm ſunt confeſsi: non in exercitus fortitudine, ſed in euangelij prædicatione ſaluatos. Quod in Iſrael & Iuda tam iuxta hiſtoriam quàm iuxta typũ interpretati ſumus, referamus ad hæreticorũ conciliabula, & ad eccleſiã domini ſaluatoris: quod illis abſq; miſericordia derelictis, regnumq; perdentibus, eccleſia dei ſui uirtute ſuperarit. b ¶ *Et ablactauit, etc.*] Qui uocabatur ſemẽ dei, uerſus in fœminã: & propter imbecillitatem uirĩũ, offenſamq; dei, ductus in captiuitatẽ: quia dñi miſericordiam non habebat nequaquã ablactatus diciť, ſed ablactata: uiri enim robur amiſerat. Qui ablactať, recedit C à matre, parẽtis lacte non ueſcitur: alimentis ſuſtẽtatur externis: Ita & Iſrael proiectus à dño & captiuitatis circundatus anguſtijs, atq; in Babylone cibis ſuſtentatus immundis, uocatur non populus dei, & æterna gentis alienæ feritur ſententia, ut dicatur non populus meus, & abijciatur in perpetuum. Quod recte intelligere poſſumus, & in omni populo Iudæorũ qui propter offenſam ſeminis dei captiuitati traditus, regnũ perdidit & prouinciam, appellaturq; non populus dei: Et in perſona hæreticorum. Si quis autẽ contentioſus interpres noluerit recipere iſta quæ diximus: ſed meretricẽ nomine Gomer filiam Deblaim: primũ & tertiũ maſculos: ſecundã quę media eſt, fœminam intellexerit procreaſſe: hoc uolens ſcripturam ſonare quod legitur: Reſpondeat quomodo in Ezechiel illud exponat, ubi iubetur à dño portare iniquitates domus Iſrael, id eſt, decem tribuũ, & trecentis nonaginta diebus in uno latere ſiniſtro dormire perpetuo, licet in Lxx. centũ & nonaginta ſcripti ſunt, & dormire ita, ut nunquã euigilet, nec mutet latus, niſi forte ſopore ſatiatus paululũ aperuerit oculos ad ſumendum ſordidiſsi- D mum cibũ ſubcinericij panis: qui de frumento & hordeo & faba & lente & milio coctus ſit in humano ſtercore. Hoc enĩ rerum natura non patitur, ut quiſquã hominũ per trecentos nonaginta dies in uno ſemper latere dormiat. Et rurſus inquit, ſuſcipies iniquitates domus Iuda: & diebus quadraginta dormies in latere dextro. Hi aũt dies pro annis ſupputantur, quibus Iſrael & Iudas obſidione & captiuitate longiſsima detinẽtur: ita ut uincti & immobiles, de altero in alterum latus ſe uerſare non poſsint. Si illa & cætera his ſimilia quæ in ſcripturis ſanctis legimus, facta nõ poterit approbare, ſed aliud quid ſignificare contenderit: ergo & meretrix iſta mulier & illa adultera mulier, quæ aut prophetę iũgebantur, aut ſeruantur à propheta, non turpem ſtupri coniunctionẽ, ſed ſacramẽta indicant futurorũ. c ¶ *Et erit numerus, etc.*] Legimus abiectionẽ decem tribuum & non miſerabilẽ Iſrael, nec ultra populũ dei indignatione perpetua condemnatũ: Nunc diſcimus quomodo filij Iuda & filij Iſrael pariter congregentur: & ponant ſibi caput unũ ſiue principatũ, & aſcendãt de terra, & in loco ubi prius dicebať: non populus meus, appellentur filij dei uiuentis, & hoc fieri, quia magnus ſit dies Iezrael. Ambigenti & in uarias ſententias fluctuanti, illud occurrit Pauli apoſtoli ad Romanos ſcribentis: Quod ſi uolens deus oſtẽdere iram & notã facere potentiã ſuã, ſuſtinuit in multa patientia uaſa iræ apta in interitũ, ut oſtẽderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriã: quos & uocauit nos, non ſolũ ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus: ſicut in Oſee dicit: Vocaui non plebẽ meã, plebem meã: & non miſericordiam conſecutã, miſericordiã conſecutã. Et erit in loco ubi dictũ eſt eis: Nõ plebs mea uos, ibi uocabunť filij dei uiui.

A Eſaias autem clamat pro Iſrael: Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Verbū enim conſummans & breuians in æquitate: quia uerbū breuiatum faciet dñs ſuper terram. Et ſicut prædixit Eſaias: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiā, apprehenderūt iuſtitiā, iuſtitiam autē quæ ex fide eſt: Iſrael uero ſectans legē iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ nō puenit. Igitur beatus apoſtolus, Oſee prophetæ aſſumēs teſtimoniū, & exponēs illud ſuper uocatione gentiū, & eorū fide qui ex Iudæis credere uoluerunt: omnem nobis difficultatē interpretationis abſcidit, aſſerens Chriſti tēporibus eſſe completum, ut ſcilicet in Iſrael eligantur duodecim tribus: hoc eſt, omnis populus Iudęorum, & in Iuda hi qui ex gentib. Ieſum dominū confitentur. B Si quis autem alienus à fide Chriſti, & non recipiens autoritatē noui teſtamenti: ſed de numero circunciſionis, reſponderit filios Iuda, & filios Iſrael duas tribus ſonare & decem, de quibus crebro diximus: & in hoc dantes manus, nihil fidei noſtræ nocere monſtrabimus. Sed poſtquam fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris in toto orbe diſperſus: & omnem ſupputationem uicerit populi multitudo: tunc habebit licentiam Iſrael, qui hodie quoq; captiuus eſt, & qui prius dicebatur, abſq; miſericordia, & non populus meus, cū duabus tribubus, id eſt Iuda & Beniamin, quarū magna pars in Chriſtum credidit, inire concordiam: ut corporibus ſeparatos iungat fides: & unū ſibi caput ponant & principē, de quo ſcripſit Ezechiel: Et princeps unus in medio eorum, Dauid ſeruus meus, & reſuſcitabuntur quaſi ab inferis mortui: Iuda ſcilicet & Iſrael qui in infidelitate mortui erant. Et hæc omnia fient: quia magnus eſt dies ſeminis dei, qui interpretatur Chriſtus. Ex quo perſpicuū eſt: ideo in typo Naboth Iezraelitis ſanguinem præceſſiſſe, ut ueritas compleretur in Chriſto. In hoc enim & nō in illo magnus eſt dies Iezrael, de quo dicitur: Hæc eſt dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. Interpretationis tertię quā ſuſcepimus, Iſrael in Hæreticis: Iuda in eccleſiæ hominibus exponendis, hic ſenſus eſt: Vt poſtquam dominus in claritate ſua uenerit regnaturus: hi qui ante uocabant non populus eius, uocentur filij dei uiuentis: cum Iudæ, id eſt, eccleſiæ dei fuerint copulati, & unum caput Chriſtū habuerint: & aſcenderint de terra, id eſt de terrenis ſenſibus & humilitate literæ: & ſuſceperint magnū diem ſeminis dei. Pro ὀυκ ἠλεημένη, id eſt abſq; miſericordia: in quibuſdā fertur exēplaribus, ὀυκ ἠγαπημένη, id eſt C non dilecta: Sed uberiora ſunt exemplaria, quæ habent abſq; miſericordia, maxime quia ad diſtinctionem Iſraelis cui non miſeretur, infert deus: Domui autem Iuda miſerebor.

HEB. ris, quæ ſine mēſura eſt: & nō numerabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis: Non populus meus uos: dicetur eis, filij dei uiuētis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput unū, & aſcendēt de terra: quia magnus eſt dies Iezrael.

SEP. ris, quæ non menſurabit nec numerari poteſt. Et erit in loco ubi dictū eſt eis: Nō populus meus uos: uocabunt filij dei uiuentis. Et congregabunt filij Iuda & filij Iſrael ſimul: & ponēt ſibi principatum unum, & aſcendent de terra: quoniā magnus eſt dies Iezrael.

## CAPUT II

HEB. Dicitē fratribus ueſtris, populus meus: & ſorori ueſtrę, miſericordiam cōſecuta. Iudicate matrem ueſtrā, iudicate: quoniam ipſa non uxor mea, & ego non uir eius: auferat fornicationes ſuas à facie ſua: & adulteria ſua de medio uberū ſuorū, ne forte expoliem eā nudā: & ſtatuā eam ſecūdum diem natiuitatis ſuæ.

SEP. Dicite fratri ueſtro, populus meus: & ſorori ueſtræ, miſericordiā conſecuta. Iudicamini cum matre ueſtra, iudicamini: quia hæc non uxor mea, & ego nō uir eius: & auferā fornicationem eius à facie mea: & adulteria eius de medio uberum illius, ut expoliem eam nudam: & reſtituam eam iuxta diem natiuitatis ſuæ.

a Dicite fratrib. etc.] Quia magnus eſt dies Iezrael: in quo Iudas & Iſrael unum habebunt principē: & nequaquam dicetur Iſraeli, nō populus meus: ſed econtrario uocabunt filij dei uiuentis: Idcirco ô homines tribus Iuda nolite deſperare decē tribuū ſalutem: ſed eam quotidie & ſermone & uoto & literis ad pœnitentiam prouocate: quia frater ueſter appellatur & ſoror: frater, ex eo quod dicitur, populus meus: ſoror, ex eo quod appellatur miſericordiā conſecuta. Aliter: Qui in Chriſtū creditis & eſtis tā ex Iudæis quàm ex gentib. dicite fractis ramis & priori populo, qui proiectus eſt: populus meus, quia D frater tuus eſt: & miſericordiam cōſecuta, quia ſoror tua eſt. Cū enim intrauerit plenitudo gentiū, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Hoc idem nobis præcipitur ne hæreticos penitus deſperemus, ſed prouocemus ad pœnitentiam: & illorū ſalutem germanitatis optemus affectu. b ¶*Iudicate matrem ueſtram, iudicate: quoniam, etc.*] Hucuſq; ad Iſrael populū, hoc eſt decem tribus ſermo directus eſt. Nunc alterum caput incipit, & præcipitur filijs, id eſt, populo, ut ineant iudiciū aduerſum matrem ſuam, quæ eos genuit: quæ de meretrice uxor effecta, mores priſtinos non reliquit, & rurſum fornicata eſt cū amatorib. ſuis. Et uide clementiam uiri: Iam repudiata eſt, iam abiecta eſt, iam ei locutus eſt: hæc non uxor mea, & ego nō uir eius: tamen præcipit filijs, ut nequaquam ad uxorē patris quem illa dimiſit, ſed ad matrē ſuam loquant quæ eos genuit. Loquantur aūt ad pœnitentiam prouocantes: ut auferat fornicationes à facie ſua, & adulteria ſua de medio uberū ſuorū. Fornicaria eſt, quæ cum pluribus copulatur. Adultera, quæ unū uirum deſerēs, alteri iungitur. Quorū utrunq; eſt ſynagoga: quæ ſi permāſerit in fornicatione & adulterio, auferet ab ea deus ueſtem & ornamenta quæ dederat. De quibus ſcribit Ezechiel: In die quando nata es, non ligauerunt mamillas tuas, & ſale nō es ſalita: & tranſiui per te & inueni te nudam & deturpatam & conſperſam in ſanguine. Et poſt paululū: Indui te byſſino & ſubtilibus & ornamēta circumpoſui tibi, & dedi armillas circa manus tuas, & monile circa collū tuum. Hæc tunc ei dedit maritus largiſſimus quando inuenit illam in Aegypto idololatriæ libidine cōſtupratam & diuaricantē omnib. pedes ſuos. Et nunc comminatur ſi ad uirū ſuū noluerit reuerti: ita eam futuram abſq; deo & uiro, ſicut prius in Aegypto fuerat



A fuerat. Ne ſemper triplici explanatione tendamus uolumina, hoc raro admonuiſſe ſufficiat, quæ dicta ſunt conuenire & Iudæis negantibus Chriſtū & hæreticis fidem domini relinquentibus: quorum fornicatio proprie inter ubera eſt, & in artificio idolorum & uariorū dogmatū corde uerſatur: qui reuertētur ad diem natiuitatis ſuæ: ut ſi non egerint pœnitentiam, ethnicis comparentur. a ¶*Et ponam eam, etc.*] Si noluerit ad meliora conuerti, faciam illi quod feci in ſolitudine: ut ducti in captiuitatem cadant in terra aliena, patientes ſitim omnium bonorum, & ad patriā ſuam redire non ualeant. Vel certe audiāt in euangelio: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Et mittet eis dominus nō famem panis, nec ſitim aquæ: ſed famem audiendi uerbū domini. De quo & Eſaias loquitur: Erunt ſicut paradiſus aquam non habens. Hæretici qui abiecti ſunt à domino, ſi non redie B rint ad priſtinam domum, ſic omnium rerum patientur penuriam, ut etiam quod falſum habere uidentur, redigatur ad nihilum. b ¶*Et filiorum etc.*] Hoc plus faciam ei cui dixi: non uxor mea, & ego non uir tuus, & ponā eam quaſi ſolitudinē, & faciam uelut terram inuiā. Quando enim de Aegypto eduxi eam interfectis parentibus: filij eorū terram repromiſſionis ingreſſi ſunt: Nunc autem fornicariæ matris liberi peribunt cum matre meretrice: quoniam filij fornicationis ſunt & mali ex malis geniti. Quibus in euangelio dicitur: Generatio uiperarū, quæ in tantam uenit impudentiā: ut audiret per Hieremiam: Facies meretricis facta eſt tibi, impudorata es tu. An non eſt hoc duræ frontis & meretriciæ impudētiæ, ut in ſuo ſcelere glorietur, & dicat: ſequar amatores meos: uadā ad idola quæ mihi & ad uictum & ad ueſtitū neceſſaria præbuerunt. Omnia quę propheticus ſermo deſcribit, ſpiritualiter à dño accepere Iudæi. Et quia dei filiū negauerunt, eligentes ſibi Barrabam latrocinij & ſeditionis autorē, & crucifigentes filiū dei: propterea uſq; hodie ſequunt dæmones: & dei beneficia ad illos referūt, qui cultorū ſuorū animas perdiderunt. Panes & aquas habent & hæretici: quorū panis luctus eſt: & aquæ eorum cœnoſæ, quæ ſuffocant & interficiūt baptizatos. Habēt & lanam de ſcabidis ouibus, & linū in nigredine perſeuerans: oleumq;, de quo propheta dicit: Oleū peccatoris non impinguet caput meū: Et potum aquarū Aegypti, de quib. clamat Hieremias: Quid tibi & uiæ Aegypti, ut bibas aquā Geon: Et quid tibi & uiæ Aſſyriorū, C ut bibas aquas fluminū. Breuiter cuncta percurrimus, ut ad reliqua tranſeamus. c ¶*Propter hoc ecce ego, etc.*] Dixerat meretrix: Vadam poſt amatores meos, qui omnium rerum mihi abundantiam præbuerunt. Reſpondit dominus: Ego ſepiam uiam tuam ſpinis ſiue ſudibus, ne poſſis ire quo deſideras: & interponam maceriam ſiue murum: & ſemitas tuas quas crebro triueras pede, non inuenies, ne apprehendas eos quos tāto ſtudio ſequebaris: & rerum neceſſitate compulſa reuertaris ad uirū tuū: & dicas illud de euangelio: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meū & dicam illi: Pater, peccaui in cœlum & coram te: & iam non ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut unū de mercenarijs tuis. Ex quo intelligimus qđ prouidentia dei, ſæpe nobis accidant mala, ne habeamus ea quæ cupimus: & uarijs calamitatibus huius ſeculi, D ac miſerijs ad dei ſeruitutem redire cogamur. Amatores autem Hieruſalē & gentis Iudææ, ſecundum hiſtoriā illius temporis, Aſſyrios atq; Chaldęos & Aegyptios nationeſq; cæteras intelligamus: cum quorum idolis fornicata eſt, à quibus bellorum tempore & prementibus malis, fruſtra ſperauit auxilium. Hos amatores iuxta intelligentiam ſpiritualem, ſequuntur hæretici: à quibus ſæpe deſerti, malorum pondere ad ſinū matris eccleſiæ reuertuntur. Per omnia enim flagella atq; tormēta eruditur Iſrael. d ¶*Et hæc neſciuit, etc.*] Ad ſuperiora reſpondit, dixerat enim: Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam & linum, & oleū, & potum meū: quæ uniuerſa ſuſceperat ut in dei cultum uerteret. Illa uero panem & uinum, qui confirmat, & quod lætificat cor hominis: & oleū quod illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum: & argentū de quo ſæpe diximus: Eloquia dñi eloquia caſta: argentū igne examinatū, probatum terræ, purgatum ſeptuplū. Et aurum de quo legimus: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colūbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in uirore auri: uertit in idola, & fecit Baal, quod interpretatur ſuperior & deuoratio: dum בעל aut maiora ſe putat habere dogmata quàm eccleſia: aut in ipſa falſæ opinationis ſcientia deuoratur. Quod aūt iuxta literā, auro & argēto & cūctis opibus abūdauerit Hieruſalē, & fecerit idola Baal dęmoni Sidoniorum: ſiue ut quidam rectius arbitrantur, Babylonio, ex quo & Bel dicitur, Ezechiel plenius in ſuo ponit uolumine: & omnis

HEB. ſuæ. Et ponā[a] eam quaſi ſolitudinem: & ſtatuam eam uelut terram inuiam, & interficiam eam ſiti. Et filiorum[b] illius non miſerebor: quoniam filij fornicationū ſunt: quia fornicata eſt mater eorū: confuſa eſt quæ cōcepit eos, quia dixit: Vadā poſt amatores meos qui dant panes mihi, & aquas meas, lanā meam & linum meum, & oleum meum, & potū meum. Propter[c] hoc ecce ego ſepiam uiam tuam ſpinis: & ſepiā eam maceria: & ſemitas ſuas non inueniet. Et ſequetur amatores ſuos & non apprehendet eos: & quæret eos & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meum priorem: quia bene mihi erat, tunc magis quàm nunc. Et hæc neſciuit[d], quia ego dedi ei frumentum, & uinum, & oleum

SEP. ſuæ. Et ponam eam ut deſertū & ſtatuam eam ſicut terrā ſine aqua: & occidam illā in ſiti. Et filiorū eius nō miſerebor: quoniā filij fornicationis ſunt: quia fornicata eſt mater eorū: cōfuſa eſt quæ peperit eos, dixit enim: Vadam poſt amatores meos qui dant mihi panes meos, & aquā meā, & ueſtimenta mea, & linteamina mea, & oleū meū, & omnia quę mihi neceſſaria ſunt. Propterea ecce ego ſepiam uiā eius in ſudibus, & obſtruā uias illius: & ſemitā ſuā non inueniet. Et perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet illos: & quæret eos & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirū meum priorem: quia melius mihi erat tunc, quàm nunc eſt. Et ipſa neſciuit, quia ego dedi ei frumentum & uinum, et oleum

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

A & omnis prophetarū narrat chorus. a ¶ *Idcirco reuertar etc.*] Grauior pœna eſt, quando in tempore meſſis & uindemiæ ſperatæ fruges auferuntur & uinum, & quodammodo tentæ tolluntur è manibus: Sin autē in tempore areæ & præli & torcularis, quando ſterilitatē præteritam nouis frugibus terra fœcundat, omnium rerum penuria eſt: quid de reliquo anni tempore quando uetera cōſeruātur æſtimare debemus? Liberatur autē lana & linum ſiue ueſtes & linteamina, ne ultra ignominiam operiant meretricis: ut ſcilicet dei nudetur auxilio: & omniū ab ea angelorū tutela diſcedat. Vnde & apoſtolus liberatā dicit creaturam a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Multi accepere aurū & argentū ſapientiæ & eloquētiæ, de quibus facerent candelabrū ſeptem lucernarū ex auro puriſſimo: & menſam propoſitionis auream, & propiciatoriū, & Che-

B rubim auri ſplendore radiantia, & baſes columnarū argenteas, & triticū ſermonis dei, & uinum gaudiū ſpiritus ſancti, ueſtimenta quoq; & linteamina quibus credentes ueſtirentur in Chriſto: quæ uniuerſa uerterunt in idololatriæ cultū, uaria errorū dogmata componentes: & decepti alios deceperūt: Quæ oīa auferet deus: ut qui ex copia datorem non ſenſerant, ſentiant ex penuria. b ¶ *Et nunc reuelabo, etc. beſtiæ agri, etc.*] Quod ſequitur: Volatilia cœli & reptilia terræ, obelo prænotandum eſt: pro ſaltu quoq; quod Hebraice dicitur יער unde קרית יערים interpretatur uilla ſyluarū, Lxx. trāſtulerunt teſtimoniū, ר & ד literarū falſi ſimilitudine. Si enim pro ר, ד legatur, teſtimoniū dicitur: ita duntaxat, ut י litera non præcedat. Liberatis ergo ueſte & linteamine ne operirent ultra ignominiam fornicariæ: omnis turpitudo Hieruſalem, ſiue ſtultitia per quam operata eſt turpitudinem reuelabitur in conſpectu amatorum eius: ut quam uelatam deſiderabant, apertam cōtemnant. Cumq; tradita fuerit amatoribus ſuis, Aſſyrijs ſiue dæmonibus, quibus & ipſa & Aſſyrij ſeruiunt, nullus, inquit, eam de manu mea poterit eripere, probata imbecillitate dæmoniaca, quod quos rebus omnibus abundantes receperant, oppreſſos malis liberare non poſſunt. Tradita autem Babyloniæ ſeruituti, nequaquam tres ſolennitates, paſchæ & pentecoſtes & tabernaculorum celebrare poterit. Non neomeniæ, id eſt, kalendarum, non ſabbati exercere læticiam: nec omnes feſtiuitates quas uno nomine comprehendit. Vinea quoque & ficus in rerum omnium abundantia corrumpetur, in uinea læticiam, in fi-

C cu ſuauitatem & dulcedinem intellige: quæ auferentur grauiſſimæ ſeruitutis malis: & auferentur idcirco, quia non à deo ſibi donata quaſi coniugi, ſed ab amatoribus ſuis quaſi meretrici pro libidinis mercedibus arbitrata eſt. Tunc nequaquam habebit arbores pomiferas, ſed omnia uertētur in ſaltū. Et quia ſemel metaphoram à ſyluis cęperat, finit in reliquo: ut hoſtes à quib. deuorādæ ſunt omnia, beſtias nuncupet. Hæc & iuxta hiſtoriam, & iuxta tropologiam, infelix Iudæa perpeſſa eſt: cuius omnis turpitudo in oculis gentiū reuelata eſt, & nullus eam eruere potuit de manibus dei. Ceſſauerūt uniuerſæ ceremoniæ: in luctū eſt uerſa feſtiuitas: omnia quæ ſibi putabat dari à dæmonibus, nunc ob offenſam dei ablata cognoſcit. Deuorauerunt eam primū Aſſyrij atque Chaldæi, Medi, & Perſæ, & Macedones: ad extremū ſæuiſſima lacerauit beſtia Romanorū imperiū: Cuius in Daniele

D nomē tacetur, ut maior formido his qui deuorādi ſunt augeatur. Quæ de Iudæa diximus, refer ad hæreticos: qui prima fronte doctrinam & ſcientiam promittentes egreſſi de eccleſia deſeruntur à deo, & omnis eorū ignominia in conſpectu amatorū ponitur, quos prius deceperant: & traditi beſtijs quas propheta declinat dicens, Ne tradas beſtijs animam confitentē tibi, earū morſibus derelinquentur. c ¶ *Et uiſitabo, etc.*] Seruat perſonam meretricis, quæ auro ornatur & gemmis ut placeat amatorib. ſuis: quicquid pulchritudinis non habet per naturam, arte cōquirit. Has inaures quibus aures eius doctrina dei fuerant adornatæ: & has margaritas quæ ex collo precioſæ pēdebant: ita ut ſponſus ad eam diceret & maritus: Collū tuū ſicut monilia, miſit ante porcorū pedes: & dedit ſanctum canibus. Et impletū eſt quod in Prouerbijs legimus: Sicut inauris aurea in naribus ſuis: ita mulieri peſſimæ pulchritudo. Hæc autē uniuerſa faciebat, ut ſequeretur amatores ſuos, & relinqueret uirū. Tantumq; fuit deſideriū uoluptatis ac libidinis, ut omnē memoriam amiſerit maritalē, & oblita ſit fuiſſe ſe coniugē. Quamobrē in ipſis ſolennitatib. quibus incendebat thura dæmonibus, uiſitabitur in plagis, & corripiet in pœnis. Baal, numero ſingulari: Baalim pluraliter, eadē idola nominantur genere maſculino. Vbicunq; enim in fine Hebraici ſermonis ים ſyllabam legimus, numero plurali eſt genere maſculino: ubi autē ות numero plurali genere fœminino. Ergo שרפים & כרובים plurali intelligimus numero genere maſculino. צבאות autē quod interpretatur militiarū uel exercituū ſiue uirtutū, numero

HEB. oleum, & argentū multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcircò reuertar & ſumam frumētum meū in tempore ſuo, & uinū meū in tēpore ſuo, & liberabo lanam meam & linum meum quæ operiebant ignominiam eius. Et nūnc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorū eius: & uir non eruet eam de manu mea: & ceſſare faciam omne gaudiū eius, ſolennitatem eius, neomeniam eius, ſabbatum eius, & omnia feſta tempora eius: & corrumpam uineā eius, & ficum eius, de quibus dixit: mercedes hę meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in ſaltum & comedet eam beſtia agri. Et uiſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accēdebat incēſum, & orna-

SEP. oleum, & argentum multiplicaui ei: hæc autem argentea & aurea fecit ipſi Baal. Propterea reuertar & tollam triticū meū in tempore ſuo: & uinū meum in tempore ſuo: & auferā ueſtimenta mea, & linteamina mea, ne operiant ignominiā eius. Et nunc reuelabo immundiciā eius in cōſpectu amatorum illius: & nullus eruet eam de manu mea: & auertā oēs læticias eius, ſolēnitates illius, et neomenias & ſabbata, & cunctas feſtiuitates illius: & diſperdā uineā eius & ficus illius, q̄ dixit: mercedes meæ iſte ſunt quas dederūt mihi amatores mei: & ponā eā in teſtimoniū, & comedēt eā beſtię agri, ÷ uolatilia cœli & reptilia terræ ·· & ulciſcar ſup eā dies Baalim: in quibus immolabat eis: et circum-



A mero plurali genere fœminino. Itaq; & Baalim maſculino genere, numero ſunt plurali: licet quidam male τὲ Βαὰλ καὶ Βααλείμ legant genere fœminino. Quomodo autem decipiant hæretici amatores ſuos, & componantur eloquij uenuſtate, ſtructuraq; uerborū, ut mendacia ſimulent ueritatem, & coniugalem pudicitiam derelinquant, & incendant Baalim, id eſt, idolis, quæ de ſuo corde finxerunt, quotidie cernimus. Non enim habent curā ruſticæ ſimplicitatis, quæ meretricia ornamenta nō quærit, ſed artificis elegantiſq; mendacij, ut amatorib. ſuis diabolis & dęmonijs placeant. a ¶ *Propter hoc ecce ego lactabo eam etc.*] Pro eo quod nos diximus, ad aperiendā ſpem: & Lxx. uerterunt, ad aperiendam intelligentiā eius: interpretatus eſt Symmachus εἰς θύραν ἐλπίδος, id eſt, in oſtium ſpei: Theodotion ἀνοῖξαι τὴν ὑπομονὴν αὐτῆς: id eſt, aperire patientiam uel expectationē eius. Poſtquam reuelata fuerit ignominia Hieruſalē ſiue Iudææ meretricis in oculis amatorū eius: & ceſſauerit uniuerſa ſolennitas: uineā & ficū uel ſiccitas uel grando corruperit: & redacta in ſyluas atq; infructuoſas arbores, à beſtijs fuerit deuorata: & reddiderit ei dn̄s cruciatus

B atq; tormenta: quia dæmonib. Baalim thura ſuccenderat: & nequaquam ſe ultra de cinerib. ac fauillis putauerit poſſe conſurgere: Tunc, hoc eſt in aduentu Chriſti filij ſui, aperiet ſpem ſalutis: & dabit locum pœnitentiæ & blandietur ei: Hoc enim ſignificat, lactabo eam: ut poſt pœnarū magnitudinem, dolores priſtinos repromiſſione mitiget proſperorū. Et ducam eam, inquit, in ſolitudinem, id eſt, educā ex malis, ſicut & prius de Aegyptiaca eduxeram ſeruitute: & loquar ad cor eius uerba mollia, uerba conſolatoria: ut triſtitiam gaudio temperem: iuxta idioma ſcripturarū: quibus uerbis & Sichē locutus eſt ad cor Dinæ, & Ioſeph in Aegypto fratribus ſuis triſtibus atq; metuentibus, ut mœror gaudio mutaretur. Quod ſequitur. b ¶ *Et dabo ei uinitores eius ex eodem loco.*] Quia blanditias & ſolitudinē in præteritæ hiſtoriæ exeuntium de Aegypto ſimilitudine promiſerat, in qua Moyſes & Aaron de eadem gente Iudæorū principes extiterunt: etiam nunc pollicetur, quod uinitores eius de eodem loco daturus ſit. Vineam intelligi Iſrael, omnis & ueteris inſtrumenti & noui ſcriptura teſtatur: Vinea domini ſabaoth, domus Iſrael eſt: Et uineam ex Aegypto tranſtuliſti. Et in euangelio: Paterfamilias locauit uineam ſuam, fructuſq; non recepit. Et interfecto filio ſuo, nouiſſime locauit eam alijs uinitoribus. Hoc igitur prophetalis ſermo promittit, quod principes huius uineæ exeuntes de gentibus & de captiuitate hoſtiū ſiue uitiorū, de ipſo ſint genere Iudæorū, id eſt, apoſtoli: & locus tumultus, ualliſq; turbarū: hoc enim interpretatur Achor: mutetur in oſtiū ſpei, ſiue ad aperiendam ſpem atq; patientiā, quod idcirco ſupplicia & tormenta perpeſſa ſit, ut per hæc ad proſpera perueniret. Quod aūt uallis Achor in qua interfectus eſt Achan ob furtum eorum quæ deo fuerant conſecrata, conturbatio & tumultus interpretetur: non ut quidam putant

C διαστροφή, id eſt, peruerſitas: ipſe Ieſus interpretatur loquens ad Achan: quia turbaſti nos, conturbet te dominus in die hac. Vnde appellatus eſt locus ille עמק עכור id eſt, uallis conturbationis. Simulq; & in hoc intelligimus: quod in principio terræ ſanctæ, iuxta Hiericho quādo de ſolitudinē egreſſus eſt populus, prope fluenta Iordanis, in prima Iſraelis uictoria, mœror in gaudium commutatus ſit. Ibiq; aperta eſt ſpes ubi fuerat deſperatio: ut punitis his q̄ peccauere in Chriſto, & cōmiſere ſacrilegiū: ſaluentur ex eis qui blaſphemātes Iudæos fuerint deteſtati, & quātum in ſe eſt interfecerint. Hæc cōciſio & noſtri Iudaizantes ad mille annorū regnū referūt: quæ & in principio per apoſtolos uinitores, & credentiū multa milia ex Iſrael uidemus eſſe completa, & compleri quotidie in his qui credere uoluerint. Quodq; nos diximus: Lactabo eā: & Lxx. interpretati ſunt: Seducam eam, ad antichriſti tempus referunt: ut qui Chriſti non receperint ueritatē, illius recipiant mendaciū: & poſtea Chriſto adueniente ſaluentur. c ¶ *Et canet ibi, etc.*] In eo loco ubi nos poſuimus, canet: & Lxx. tranſtulerūt ταπεινωθήσεται, id eſt, humiliabitur: in Hebraico ſcriptū eſt,

D ענתה quod Symmachus interpretatus eſt κακωθήσεται, id eſt, affligetur, Theodotion ἀποκριθήσεται, id eſt reſpondebit, Aquila ὑπακούσει, id eſt, obediet: nos ab Hebræo ἐξάρξειν magis accipimus: id eſt, præcinet: Vt quia ſemel lactationē & eductionē in ſolitudinem, & uinitores ex eodem loco, & uallem Achor poſuerat: & totam hiſtoriam exeuntiū de Aegypto & pergentiū ad terram ſanctam, breui ſermone perſtringens: etiā nunc hiſtoriæ ſimilitudinē conſeruaret. Vt quomodo eo tempore quando egrediebantur de terra Aegypti, ſubmerſo Pharaone in mari rubro arripuit Maria tympanū, & præcinens cæteris exultauit & dixit: Cantemus dn̄o, glorioſe enim magnificatus eſt: equū & aſcenſorem deiecit in mare: Sic nunc quoq; ſecundū dies iuuentutis ſuæ ſiue adoleſcentiæ ſuæ, quādo egreſſa eſt de terra Aegypti canat atq; lætetur: & regnū Chriſti ac ſuam ſalutē inter eccleſiæ choros concinat. Et animaduerte quod quando eximus de Aegypto, & ad meliora tranſimus, dicamur aſcendere: quia Hieruſalē in montibus ſita eſt, de qua qui Hiericho deſcendere uoluerat, uulneratus eſt. Ad eos aūt qui Aegypti, id eſt, ſeculi huius quærunt auxilia, dicitur: Væ qui deſcendūt in Aegyptū propter auxiliū. Interpretatio Aquilæ & Theodotionis ē quib. alter ὑπακούσει poſuit, id eſt, audiet: alter ἀποκριθήσεται, id eſt, reſpōdebit, nobiſcū facit, quod præcinētib. alijs, alij reſpondeāt concinētes. Humiliabit aūt & affligetur, quod Lxx. & Symmachus tranſtulerūt, non conuenit tēpori læticiæ, niſi forte imitabiť Paulū: qui poſtquā uocatus eſt apoſtolus, plāgit antiqua peccata: & ſe dicit indignū uocatione apoſtoli, quia perſecutus ſit eccleſiam dei: ut humiliatio & afflictio in cōſciētia præteriti uulneris, nō in dolore malorū præſentiū accipiať. d ¶ *Et erit in die illa, etc.*] Primū omni Aſiæ regnaſſe Ninum Beli filium: omnes & Græcę & barbaræ narrant hiſtoriæ: qui apud

HEB. ornabatur inaure ſua & monili ſuo: & ibat poſt amatores ſuos: & mei obliuiſcebatur, dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam: & ducam eā in ſolitudinem: & loquar ad cor eius: & dabo ei uinitores eius ex eodem loco: & uallem Achor ad aperiendam ſpem. Et cānet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti. Et ērit in die illa, ait dominus, uocabit me uir meus: & non

SEP. circundabat ſibi inaures ſuas & monilia: & ibat poſt amatores ſuos: mei autem oblita eſt, dicit dominus. Ideo ecce ego ſeducam eam, & ponam illā quaſi deſertū, & loquar ad cor eius: & dabo ei poſſeſſiones ſuas inde, & uallem Achor ad aperiendam intelligentiam eius. Et humiliabitur iuxta dies infantiæ ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis de terra Aegypti.

Universidad de Deusto Biblioteca

A apud Aſſyrios Ninum ſui nominis cōdidit ciuitatem, quam Hebræi uocant נִינְוֵה. Huius uxor Semiramis, de qua multa & miranda referuntur, muros Babylonis extruxit: de qua inſignis poeta teſtatur, dicens: Quam dicitur olim Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbē. Hic aduerſus Zoroaſtrem magum, regem Bactrianorū forti certamine dimicauit: & in tantam peruenit gloriam, ut patrem ſuum Belum referret in deū, qui Hebraice dicitur בֵּל & in multis prophetis maximeq; in Daniele: & iuxta Theodotionem ſub idolo Babylonis, hoc appellatur nomine. Hunc Sidonij & Phœnices appellant בַּעַל eadē enī inter ב & ל literas conſonantes, ע uocalis litera ponitur, quæ iuxta linguæ illius proprietatem nunc Beel, nunc Baal legitur. Vnde & Dido Sidonia regij generis, cum Aeneā ſuſcepiſſet hoſpitio, hac patera Ioui uina delibat, qua Belus & omnes à Belo ſoliti. Didicimus exordium dæmonis, imò hominis in dæmonē conſecrati: omnia enim idola ex mortuorū errore creuerūt. Audiamus cætera: Lingua Hebræa & Syra בַּעַל interpretatur ὁ ἔχων, id eſt, habens. Si uoluerimus dicere: habens me, dicimus בַּעְלִי & apud utranq; gentem, uxores uiros ſuos uocant baali: id eſt, uir meus: quod intelligitur, habens
B me: & eſt ſenſus, qui me habet in coniugio. Eadem Hebræorū lingua uocatur uir איש unde & uxor quæ de uiro ſumpta eſt in Geneſi appellatur אשה quaſi à uiro uirago. Quod ergo dicit dñs, uir meus: hoc eſt, cum utroq; ſermone, אִישִׁי & appelletur uir meus, ſicut maritus meus, tantū odi idolorū nomina: ut etiam quod bene dici poteſt, propter ambiguitatem & uerbi ſimilitudinem, nequaquā uelim dici: ſed appellari me אִישִׁי magis quàm בַּעְלִי nedum aliud loquitur, alterius recordetur: & uirū nominans, idolū cogitet. Ignoſce obſcuritati, quæ tribus naſcitur modis: aut rerū difficultate: aut magiſtri imperitia: aut diſcentis nimia tarditate. Neq; enim Hebræū prophetam ediſſerens, oratorijs debeo declamatiunculis ludere, & in narrationibus atq; epilogis Aſiatico more cantare: ſed auxilio orationum tuarū, & incredibili diſcendi ſtudio, aperire quæ clauſa ſunt. Deniq; Aquila diligens & curioſus interpres: Vocabit, inquit, me uir meus, & non uocabit me ultra habens me: id eſt בַּעְלִי. a ¶ *Et percutiam eis fœdus, etc.*] Quando omnia religionis aduerſæ uocabula fuerint ablata de populo dñm confitente: Et uocauerit me, inquit, uir meus: & nequaquā Baali: id eſt, idolum meū: tunc percutiam eis fœdus atq; concordiā cum beſtijs agri & uolucribus cœli, & reptilibus terræ. De hoc tempore & Eſaias loquitur: Habitabit lupus cū agno: & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & urſus paſcentur, & ſimul requieſcent catuli eorū: & leo quaſi bos comedet paleas: nequaquā carnem ſanguinemq; deſiderans, ſed mundis atq; ſimplicibus ueſcens cibis. Quādo Petro ut Corneliū ſuſciperet ex nationibus reuelatū, iuſſumq; eſt ut comederet omnes beſtias: & nihil immūdū eſſe cognoſceret quod cū gratiarū actione perciperet: ſuper quib. audit poſtea: quod deus mundauit, tu ne cōmune dixeris. Ergo in aduētu dñi

non uocabit me ultra Baali: & auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum.

HEB. Et percutiam eis fœdus in die illa cum beſtia agri, & cum uolucre cœli, et cum reptili terræ: & arcū, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter.

SEP. Et diſponā eis teſtamentum in die illa cum beſtijs agri, & cū uolatilib. cœli & cum reptilibus terræ: & arcum, & gladiū, & bellum conteram de terra: & habitare eos faciam in ſpe.

Et ſponſabo te mihi in ſempiternū: & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus: & ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego dñs.

Et

C ſaluatoris, poſt reſurrectionis eius triumphos, & aſcenſum ad patrem, duo parietes angulari lapide copulati ſunt, ab eo qui fecit utrunq; unū. Et uocauit eam quæ dicebatur abſq; miſericordia, miſericordiā conſequutam: & cū qui dicebatur non populus meus, populum ſuū: pacatiſq; omnibus, arcus & gladius cōtereretur ac bellum. Non enim erunt neceſſaria inſtrumenta pugnantiū, cum qui pugnent defuerint. Iūgetur Iſrael gentibus, & implebit illud Deuteronomij: Lætamini gētes cū populo eius. Notus enim in Iudęa deus: in Iſrael magnū nomen eius: & factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, hoc eſt, in eccleſia: in qua confregit potentias arcuū, ſcutum, gladiū & bellum: quibus fractis atq; contritis dormient credentes fiducialiter, & ſub uno paſtore requieſcent, ſiue ſperabunt, in his quæ oculus non uidit, & auris nō audiuit, & in cor hominis nō aſcenderūt, quæ præparauit deus diligētibus ſe. b ¶ *Et ſponſabo te mihi, etc.*] O quanta clementia dei: meretrix quæ cum multis amatoribus fornicata eſt, & ob crimē beſtijs tradita: poſtquā reuertitur ad uirū nequaquam reconciliari ei dicitur, ſed deſpondi. Et uide quid ſit inter dei coniunctionē & hominū: homo cū uxorem acceperit, de uirgine mulierē facit: id eſt, non uirginem.
D Deus etiam meretricibus copulatus, eas mutat in uirgines: iuxta illud quod adulteræ dicitur per Hieremiam: Non ut dñm me inuocaſti, aut patrē, aut principē uirginitatis tuæ. Vnde & Apoſtolus poſt fornicationem & idolorū cultum credentibus Corinthijs loquitur: Deſpondi etiam uos uni uiro uirginē caſtā exhibere Chriſto. Quærimus cur tertio deſponſionis nomē repetierit. Primo enim ait: Sponſabo te mihi in ſempiternum. Secundo: ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia & miſerationibus. Nec hoc fine contentus iūgit & tertiū: Sponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego dñs. Primo deſpondit eam in Abrahā, ſiue in Aegypto, ut uxorē habeat ſempiternam. Secundo in monte Sinai, dans ei pro ſponſalibus legis iuſtitiā, atq; iudiciū & iunctam legi miſericordiā: ut quando peccauerit, tradatur captiuitati: cū egerit pœnitentiā, reuocetur in patriam, & miſericordiā conſequatur. De his ſponſalibus in diuerſis locis Pſalmiſta decantat: Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi: & iuſtitia & pax deoſculatæ ſunt ſe. Quos duos calices in ſeptuageſimoquarto pſalmo legimus: Calix in manu dñi uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in illū: de iuſtitiæ calice in calicem miſericordię, & rurſum de calice miſericordię in calicē iuſtitię. Si iniquitates, inquit, obſeruaueris dñe, dñe quis ſuſtinebit: Quia apud te propiciatio eſt. Iſta igit meretrix quæ primū uoto ſponſi in æternos fuerat iuncta cōplexus, ut nunquā à uinculo recederet maritali: quia receſſit & in Aegypto fornicata eſt: rurſum per legem aſſumitur: quam quia præterijt, prophetis quaſi ſponſi ſodalibus, qui ad ſe miſſi fuerant, interfectis: nouiſſime uenit dei filius, dñs Ieſus: quo crucifixo & à mortuis reſurgente, deſponſatur: nequaquam in legis iuſtitia, ſed in fide & gratia euangelij: ut cum cognouerit unigenitū, cognoſcat & patrē. Dicit enim ipſe ad Philippū: Tanto tēpore uobiſcum



A uobiſcū ſum, & nō cognouiſtis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrē meū: quomodo tu dicis: oſtende nobis patrem: nō credis quia ego in patre, & pater in me eſt: Qui in fide fuerit deſponſatus & crediderit euangelio, ſtatim ſciet quia ipſe ſit deus, credens in eum quem prius negauerat. a ¶ *Et erit in die, etc.*] In die illa & in illo tempore, quando te mihi in fide deſpōdero, & cognoueris quod ego ſim dñs: exaudiam cœlos, qui enarrant gloriā dei, & cœli exaudient terram, ut eam cœleſti pluuia irrigent: & terra, de qua orta eſt ueritas, & in cuius agrum paterfamilias egreditur ut ſeminet ſemē ſuū, exaudiet triticū & uinū & oleum, de quibus ſupra diximus, & hæc omnia exaudient Iezrael, id eſt, ſemen dei, ut intelligatur omniū rerū abundantia atq; fertilitas ob dei ſemē qui Chriſtus eſt cōdonari: qđ dei ſemen ſeminatur in terra, ut multiplices fructus afferat, cētenariū, ſexagenariū יזרעאל
B & tricenarium. Et illa meretrix quę deo fuerat copulata & tres ędiderat liberos: duos maſculos, & unā fœminam: primum Iezrael, ſecundam abſq; miſericordia, tertiū nō populus meus: uideat propter ſemē dei mutata eſſe rerū uocabula, & in Chriſti fide cōſecutā miſericordiā, quæ abſq; miſericordia erat: & uocatū populū dei qui prius non populus uocabatur. Ex quo perſpicimus poſſe uniuerſa quæ dicta ſunt referri, & ad decē tribus quæ Iſrael uocant, & ſub nomine meretricis tres liberos ædiderūt: & ad omnē gentē Iudaici nominis. De exauditione cœli & terræ & frumēti, uini, & olei, & Iezrael, hoc quidā ſentiunt, quod poſtquam Chriſtus aduenerit, omnia ſuo currant ordine: & utilitati hominū cuncta deſeruiat creatura, ut ab initio condita eſt. Quæ omnia Iudæi & noſtri Iudaizantes poſt antichriſtum in fine mundi corporaliter præſtolantur.

HEB. Et ērit in die illa: Exaudiam, dicit dñs: exaudiā cœlos, & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum & uinum & oleum: et hæc exaudient Iezrael: & ſeminabo eam mihi in terra: & miſerebor eius quæ fuit abſq; miſericordia: & dicam non populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicet, deus meus es tu.

SEP. Et erit in die illa, dicit dñs: Exaudiā cœlum, & cœlum exaudiet terram: & terra exaudiet frumentum uinū & oleum: & hæc exaudient Iezrael: & ſeminabo eam mihi ſuper terrā: & miſerebor eius quæ fuit abſq; miſericordia: & dicam nō populo meo, populus meus es tu: & ipſe dicet, dominus deus meus es tu.

CAP. III

HEB. ET dixit dominus ad me: Adhuc uade, dilige mulierem dilectam amico & adulteram, ſicut diligit dominus filios Iſrael: & ipſi reſpectant ad deos alienos: & diligunt uinacia uuarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, & dixi ad eam: Dies multos expectabis me: nō fornicaberis, & nō eris

SEP. ET dixit dominus ad me: Adhuc uade & dilige mulierem diligētem mala & adulteram, ſicut diligit dominus filios Iſrael: & ipſi reſpiciunt ad deos alienos: & amant * coctiones cum uinacijs. Et conduxi eam mihi quindecim argenteis, & gomor hordei & nebel uini, & dixi ad eā: Dies multos ſedebis mihi: & non fornicaberis: nec eris

CAPVT III

ET *dixit dominus ad me, etc.*] Priori mulieri in typū decē tribuū uel totius Iudaici populi fornicātis propheta cōiungitur: & abiectos filios atq; cruciatos tādē recipit in ſalutē: hic iubet ut adhuc diligat adulterā mulierē. Quando dicit: adhuc, oſtendit ꝙ prius amauerit fornicariā: quæ adultera, uel diligat illa mala, uel diligat ab amico & proximo רע enī uerbū Hebraicū, uel malū legit, uel amicus. Et ne putemus dilectionē prophetæ in adulterā, aliud quid ſignificare ꝙ dei dilectionē in filios Iſrael. Ergo qđ propheta diligit adulterā, & tñ non ei matrimonio copulat, nec fornicatione cōiungit, ſed tñ diligit delinquētē: typus dei eſt qui filios Iſrael peſſimos diligit: qui cū diligāt à dño, ad deos alienos

C idolaq; reſpiciūt: & diligūt uinacia uuarū, quæ uina nō habent, & priſtinam gratiam perdiderunt: ſicut dæmones qui lapſi de propria dignitate, & nihil antiquæ gratiæ poſſidentes, aridi ſunt & ueteri ſiccitate marcentes. Vnde pro uinacijs quod Hebraice dicitur אֲשִׁישֵׁי Aquila interpretatus ē παλαιά id eſt, uetera. Symmach. ἀκάρπως id eſt, ſteriles: & nō ſolū uinacia ſunt, ſed & uetera uinacia, ut antiqua delicta teſtentur. Et notādum qđ hæc adultera, præſens tempus ſignificet Iudæorū, qui abſque deo & notitia ſcripturarū & gratia ſpiritus ſancti diligātur à dño, qui omnium expectat ſalutē, & aperit ianuam pœnitentibus: & nihilominus illi res inutiles amāt, traditiōes hominum & δευτερώσεων ſomnia diligentes, & nequaquam uuas habeant & uinum et plena muſto torcularia, ſed uetera uinacia quæ proiecta ſunt. Pro pemmatib. quæ LXX. tranſtulerunt, & comedūtur cum uuis paſſis ſiue uinacijs placentas latine poſſumus dicere, uel cruſtulas quæ idolis offeruntur: & Græce appellātur πόπανα. Filij autem Iſrael in præſenti loco πέμματα μετὰ σταφίδος
D duodecim uocantur tribus: ſupra uero decē quæ erant in Samaria, & poſſidebant metropolim, Iezrael. c ¶ *Et fodi eam mihi quindecim, etc.*] Pro γομὸρ in Hebraico ſcriptū eſt חֹמֶר quod omnes interpretes abſq; LXX. corū interpretati ſunt: ſermone Græco & maxime Palæſtino, qui habet triginta modios. Et pro nebel uini in Hebraico legitur לֶתֶךְ שְׂעֹרִים quod cæteri interpretes ἡμίκορον hordei tranſtulerunt, id eſt, mediā partē cori, quæ facit quindecim modios. Quodq; iungitur in æditione uulgata: Neq; eris alteri uiro: alteri, in Hebraico non habetur: ſed ſimpliciter, non eris uiro. Si enim ponatur alteri, ſubauditur quod à ſuo habeatur uiro. Qñ autem abſolute dicitur: nō eris uiro, intelligimus quod nulli iungatur omnino, & abſq; coitu maritali ſit. Menſurā autē cori in Ezechiel legimus, & in Euāgelio. Fodit itaq; eā ſibi: id eſt, adulterā, ſiue cōduxit quindecim argenteis. Quādo dicit: fodi, oſtendit uineā quæ à dño plantata eſt: & in multis locis ponitur ſcripturarū, ſignificans populū Iudæorū. Sin autē legerimus: conduxi, adulteræ preciū eſt: non ut cū propheta dormiat, ſed ut contenta mercede ſua adulterare deſiſtat: nec paſſim cęteris copuletur. Foditur etiā ſiue conducitur coro hordei, & dimidio coro hordei, id eſt, quadraginta & quinque modijs, & hac mercede ſuſcepta, audiuit à dño: d ¶ *Dies multos expectabis me, non fornicaberis, etc.*] Hoc eſt, nec alijs amatoribus turpiter te proſtitues: nec mihi uiro à quo conducta es, legitime coniungeris. Ac ne putes fu



etiam

Universidad de Deusto Biblioteca



HEB. eris uiro: ſed & ego expectabo te. Quiâ dies multos ſedebũt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, et ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. Et poſt hæc reuertẽtur filij Iſrael & quærẽt dominũ deũ ſuũ, & Dauid regem ſuum: & pauebunt ad dominũ & ad bonum eius in nouiſsimo dierum.

SEP. eris alteri uiro & ego tibi. Quia diebus multis ſedebũt filij Iſrael ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationib. (quæ Græce dicunt̃ δήλων.) Et poſt hæc reuertent̃ filij Iſrael, & quærent dñm deum ſuũ, & Dauid regẽ ſuum: & ſtupebũt ad dñm & ſuper bonis eius, ĩ nouiſsimo die.

CAP. IIII

HEB. Audite uerbum domini filij Iſrael: quia iudi-

SEP. Audite uerbum domini filij Iſrael: quia iudi-

A ctam tibi iniuriã: quia dixi, expectabis me, par pari referã, & ego expectabo te. Quintadecima die illuſcente menſis Niſan, percuſſa ſunt Aegyptiorũ primogenita: & Iſraelis de Aegypto eductus eſt populus, ac in ſeruitutẽ dei mercede conductus. Deniq; pro primogenitis Iſrael quæ plagam nõ ſenſere cõmunẽ, quinos argenti accipe ſiclos: qui in templi donaria conferunt. Pleriq; noſtrorũ quindecim ad hebdomadã legis, & ogdoadem referunt euãgelij, id eſt, ſabbatũ & diem reſurrectionis, quo exercetur circuncisio ſpiritualis. Sed quomodo adultera mulier quæ hordeo paſcitur, & à uiro aliena eſt, utrunque in mercedem accipiat teſtamentũ explanare nõ poſſunt. Quadrageſimo quinto die ad montem Sina peruenit populus, ſtatimq; altero die ut ſanctificentur à coitu fœminarũ per triduũ, & ſe præparent ad accipiendã legem dei, edicitur. Tranſactis tribus diebus quinquageſimo die Moyſes aſcẽdit in montem, & decalogũ ſuſcepit. Sedet itaq; populus Iudæorũ, qui quondã quindecim argenteis, & quadragintaquinq; hordei modijs eſt conductus, poſt aduentũ domini ſaluatoris, & uiri ſui expe-
B ctat aduentũ. Quodq; dicit. Nõ fornicaberis, & nõ eris uiro: hoc oſtendit quod interim modo idolis non ſeruiat: nec tamen habeat dñi, ſed & amatoribus & uiro ſpoliata ſit. Et quia uirũ non habet, nõ ueſcitur cibo hominũ, frumento & legumine, ſed hordeo irrationabiliũ iumentorũ, ruminans uilitatẽ literæ, quæ interficit, & non habens ſpiritũ uiuificantẽ. Vnde & in lege mulier quæ à marito accuſat̃ adulterij, in potatione τ̃ ἐλεγμῶ, id eſt, conuictionis, quando arguitur in peccato, farinã accipit hordei: quæ em̃ imitata eſt equos & mulos, quibus non eſt intelligentia, equorũ atq; mulorũ ſuſtentatur alimẽtis. Pro dimidio coro hordei, nebel uini Lxx. tranſtulerunt: quod penitus in Hebraico non habetur. Et poſſumus dicere: in nebel uini, hoc eſt, mẽſura plena atq; perfecta inebriatã adulterã: & plenis afflictã eſſe ſupplicijs. Vnde & Hieremias calicẽ meri propinat gentibus & Hieruſalẽ. Vir quoq; ſedet, imò expectat adulteræ pœnitentiã: ut poſtquã plenitudo gentiũ ſubintrauerit, & nouiſsimus crediderit Iſraelita ut qui fuerat caput, uertatur in caudã, & cauda uertatur in caput: tunc fiat unus grex & unus paſtor. a ¶ *Quia dies multos ſedebunt, etc.* ] Pro אפוד & תרפים Lxx. ἱερατείας, id eſt, ſacerdotiũ: & δήλως, id eſt, manifeſtationes interpretati ſunt. Sciendũ autem (ut crebro diximus) ephod ſignificare indumentũ ſacerdotale: quod in Exodo & Leuitico à Lxx. ἐπωμὶς dicitur, id eſt, ſuperhumerale: Aquila ἐπένδυμα, id eſt, ſuperindumentũ תרפים aũt proprie appellantur μορφώματα, id eſt, figuræ & ſimulachra: quæ nos poſſumus in præſenti duntaxat loco
כרבים cherubim & ſeraphim ſiue alia quæ in templi ornamẽ-
שרפים ta fieri iuſſa ſunt dicere. Verũ quia Lxx. δήλως interpretati ſunt: pro quibus Aquila φωτισμὸς trãſtulit: & hæc ipſa ſunt ἐν λογίῳ, id eſt, in rationali: hoc intelligimus, quod in pectore & corde põtificis ἀλήθεια καὶ φωτισμοί, id eſt, ueritas eſſe debeat atq; doctrina: ut non ſolũ

ſciat rectã fidẽ, ſed & quod nouerit poſsit ore proferre. C
Quod & apoſtolus Paulus ſcribit ad Titũ, docens qualis epiſcopus ordinãdus ſit: Oportet em̃ epiſcopũ ſine crimine eſſe tanq; dei diſpenſatorẽ: non ſuperbũ: non iracundũ, non uinolentũ, non percuſſorẽ, nõ turpis lucri cupidũ: ſed hoſpitalẽ, benignũ, ſobriũ, iuſtũ, ſanctũ, continẽtẽ, amplectẽtẽ eũ qui ſecundũ ſanã doctrinã eſt fidelẽ ſermonẽ: ut potens ſit exhortari in doctrina ſana: & eos qui cõtradicũt arguere. Ephod ac theraphim, & in Iudicũ libro legimus, quæ ſibi fecerat Leuites: qui poſtea cũ ſexcẽtis de tribu Dã armatis profectus eſt. Poſt paſsionẽ dñi ſaluatoris uſq; in præſentẽ diẽ, paulominus quadringẽteſimus annus expletur, & quantũ tẽporis reſideat uſq; ad diem iudicij, nec angeli nouerũt, nec filius. Qui ideo ignorare ſe dicit quia nobis non expedit diſcere. Hi ſunt ergo multi dies, quibus infelix ſynagoga, & mulier adultera hordeo paſcit̃, & ſedet cõtracta: quia cum Chriſto ſtare nõ poteſt. Sine rege, de quo locutus eſt pater: Suſcitaui regẽ cũ iuſtitia. Et ipſe dicit in pſalmo: Ego aũt conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mõtem ſanctũ eius. Sine principe, uel ipſo dño ſaluatore, uel certo pontifice, de D
quo ſcriptũ eſt: Principi populi tui nõ maledices. Et ſine ſacrificio, & ſine altari. Subuerſo em̃ tẽplo & incenſa Hieruſalẽ, nec ſacrificiũ, nec ſacerdotiũ Iudaica gẽs exercere poteſt. Et ſine ephod & ſine theraphim, id eſt, inſtrumẽtis ſacerdotalis habitus. De hoc rege & Iacob in benedictione Iudæ patriarchæ loquit̃: Nõ deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœmorib. eius, donec ueniet cui repoſitũ eſt: & ipſe erit expectatio gentiũ. Ergo poſt quã defecit princeps ex Iuda, & dux de fœmorib. eius: & Herodes alienigena & proſelytus ſuſcepit imperiũ, intelligimus ueniſſe cui regnum repoſitũ eſt: & ipſe erat expectatio gentiũ. Hæc eſt cæcitas quæ ex parte accidit Iſraeli, ut ſubintraret plenitudo gẽtiũ: & tũc om̃is Iſrael ſaluus fieret: & multo poſt tẽpore reuertent̃, & quærent dñm deũ ſuũ, & Dauid regẽ ſuũ, q de Dauid ſtirpe generatus eſt: & interpretat̃ fortis manu. Ipſe em̃ ſoluit captiuitatẽ populi ſui, & dedit uinctis remiſsionẽ. Cumq; eũ uiderint filij Iſrael, qui à ſuis fratribus denegatus eſt, in patris & ſua maieſtate regnantẽ, pauebũt, & ſtupebunt ad dñm & ad bonũ eius. Qui bonus filius, de bono natus eſt patre, ſiue ad bona dñi: de quibus ſanctus loquitur: Credo uidere bona dñi in terra uiuentiũ: hæc enim quã incolimus peccatores, terra eſt mortuorũ. Præſens capitulũ, alij Iudæorũ ſuper Babylonica captiuitate interpretantur, qñ ſeptuaginta annis deſolatũ eſt tẽplum & altare, & uictimæ, & ſacerdotiũ nõ fuerunt: & poſtea ſub Zorobabel in ſedes priſtinas ſunt reuerſi. Alij ut nos in futurũ deferũt tempus: & quæ ſit cauſa tam grãdis offenſæ ut tanto tẽpore relicti ſint, maxime cũ idola non colant: præter interfectionẽ ſaluatoris, aliam non ualent inuenire.

CAP. IIII

A *Vdite uerbum domini, etc.* ] A principio prophetæ uſq; ad hunc locũ ſub meretricis deſcriptione & adulteræ: quatũ poſt grauiſsimas pœnas & relictionem



HEB. iudicium dño cum habitatoribus terræ: nõ eſt enim ueritas, & nõ eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Maledictũ & mendacium, & homicidiũ, & furtum, & adulteriũ inundauerunt: & ſanguis ſanguinem tetigit. Prôpter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea: in beſtia agri & in uolucre cœli, ſed & piſces maris congregabunt̃. Vẽruntamen unuſquiſq; non iudicet, & non arguat̃ uir: populus enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti: & corrues hodie, & corruet etiam propheta tecũ. Nõcte tacere feci matrem tuam: conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti: repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.

SEP. iudicium dño ad habitatores terræ: quia nõ eſt ueritas, neq; miſericordia, neq; ſcientia dei ſuper terram. Maledictio, & mendaciũ, & homicidiũ, & furtũ, & adulteriũ effuſum eſt ſuper terram: & ſanguinẽ ſanguini miſcuerunt. Ideo lugebit terra, & minuetur cũ omnibus qui habitãt eam: cum beſtijs agri cũ ſerpentibus terræ, & cum uolatilibus cœli: & piſces maris deficient. Vt nullus neq; iudicetur, neq; arguat̃ quiſquam: populus autẽ meus quaſi ſacerdos, cui contradicetur et infirmabitur per diem: & infirmabitur etiã propheta tecũ. Nocti aſsimilaui matrẽ tuã: & aſsimilatus eſt populus meus quaſi non habens ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi: oblita es legis dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorũ.

A ctionem longiſsimam, poſtea ſit in priſtinũ uel in meliorem ſtatũ reſtitutio: decem tribuũ uel duarum, & in commune omniũ peccata numerantur. Nunc rurſum ad Iſrael, id eſt, decem tribus ſermo conuertitur, exponens non fruſtra iratũ deum, tam grauia comminari & inferre ſupplicia, ne forſitan non ex iudicij ueritate, ſed ex potẽtia dei iniuſte uideatur in eos qui nõ peccauerunt lata ſententia prophetiæ. Audite (inquit propheta) uerbum domini, etc. Quia uult dominus cum ſuo populo iudicari & exponere cauſas indignationis ſuæ: Non eſt ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Nec ueritas enim abſq; miſericordia ſuſtineri poteſt, & miſericordia abſque ueritate efficit negligentes: unde alterum miſcetur alteri: quæ qui nõ habuerit, conſequẽter & dei noticiã non habebit. Sed econtrario, pro ueritate mendacium, & pro miſericordia maledictũ, homicidium,
B furtum, adulterium. Non dixit eſt, ſed ut delictorum abundantiam demõſtraret, intulit, inundauerunt: & pro ſciẽtia dei, quæ non eſt in terra: ſanguis ſanguinem tetigit: ſiue ſanguinẽ ſanguini miſcuerunt, ut augerent peccata peccatis: & nouis uetera cumularent. Recte autem qui habitatores terræ ſunt & non incolæ, ad iudicium prouocantur: quia à facie Aquilonis exardeſcunt mala ſuper habitatores terræ. Et in Apocalypſi Ioannis: Væ uæ uæ dicitur ſuper habitatores terræ. Qui autem poteſt cum propheta dicere: Aduena ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei: & pertranſit mundũ iſtũ quaſi incola & peregrinus, ueritatem ſequitur & miſericordiam & ſcientiã dei, ne inundatione maledicti atq; mendacij, homicidij, & furti, & adulterij & ſanguinis opprimatur. a ¶ *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, etc.* ] Quia non eſt ueritas, & nõ eſt miſericordia, & nõ eſt ſcientia dei ſuper terram: ſed è regione maledictũ, & mendaciũ, & homicidiũ, & furtũ, & adulteriũ inundauerunt: & ſanguis ſanguinẽ tetigit. Idcirco lugebit terra cum habitatoribus ſuis: & infirmabitur ut non habeat beſtias agri, & uolucres cœli, & piſces maris deficient. Cum em̃ captiuitas decem tribuũ uenerit, habitatore ſublato, beſtiæ quoq; & uolucres cœli & piſces maris deficient: iramq; dñi etiam muta elementa ſentiẽt. Hoc qui non credit accidiſſe populo Iſrael, cernat Illyricũ, cernat Thracias, Macedoniam atq; Pannonias, oẽmq; terram, quæ à Propontide & Boſphoro uſq; ad Alpes

Iulias tenditur: & probabit cũ hominibus & animantia C
cuncta deficere: quæ in uſus hominũ à creatore prius alebantur. Sin autẽ uoluerimus (ut quidam putant) feros homines beſtias interpretari: & uolucres cœli eos qui eleuantur in ſuperbiã, & omnia humana contemnant: & piſces maris q irrationabiles ſunt, & ita bruti, ut nihil omnino ſapiant: & acrem liberũ cœlumq; non uideant, hoc nõ tam irati quàm clementis eſt domini: ut quæ mala ſunt, auferantur de terra. b ¶ *Veruntamen unuſquiſq; non iudicet, & non, etc.* ] Secundum Lxx. interpretes: hoc qđ poſuimus, ut nullus neque iudicetur, neq; arguatur quiſquam, ſuperiori capitulo coaptandũ eſt: ſed nos Hebræos ſequimur. Prouocati ad iudiciũ dei, filij Iſrael, qui habitabant in terra ut cauſas dominicæ indignationis audirẽt, & præterita peccata cognoſcerent, ꝓpter quæ hoſtibus traderentur. Nunc quia in ſcelerib. perſeuerant,
& impudenti deum D
fronte contemnunt, audiunt: Non neceſſe eſt ut ueniatis ad iudiciũ: ut in ueſtris flagitijs arguamini: quia tantæ eſtis impudentiæ, ut nec cõuicti quidem, pudorẽ habeatis & uerecundiã: ſed contradicatis mihi, quaſi ſi diſcipulus magiſtro, ſacerdoti plebecula cõtradicat, quæ non habet ſacerdotij dignitatẽ. Et quia tales eſtis, ideo hodie corruetis, id eſt, ducemini in captiuitatẽ, & perdetis regnũ Iſrael. Quod autem dicit, hodie, aut præſens tempus ſignificat: aut nõ fraude & inſidijs, ſed clara in captiuitatẽ luce ducemini, tantaq; erit ueſtri infirmitas, ut etiã prophetæ qui uobis ſolebãt prophetare mendaciũ uobiſcum corruant, & ſentiant captiuitatẽ. Hic prophetas aut pſeudoprophetas debemus accipere: aut certe omnẽ gratiam prophetalẽ. Quamdiu em̃ non ſunt captæ decẽ tribus, habuerunt & Heliã prophetã & Heliſæũ, & cæteros filios prophetarũ, qui prophetauerunt in Samaria. Vnde & Amos propheta qui de tribu Iuda erat & de uiculo Thecuæ cogitur redire ad patriã ſuã, ne in alieno regno & Samaria prophetaret. c ¶ *Nocte tacere, etc.* ] Non quod alia mater ſit, & alij filij, matrẽ uocat & filios, ſed quomodo dñs loquẽs ad populũ Iudæorũ dicebat: Hieruſalem Hieruſalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſsi ſunt: quotiens uolui congregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti. Non quod alia eſſet Hieruſalẽ, & alius populus eius, neq; em̃ abſq; populo ad cementa urbis & ligna & lapides loquebatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

A Sic mater uocatur populi frequentia, & om̄is turba nationis Hebrææ, ad quā loquitur: filij autē, uel ſinguli ex populo, uel per oppida uillasq; diſperſi. In nocte ergo ac tenebris captiuitatis & mœroris & prementis anguſtiæ traditur Iſrael: & populus eius æterno ſilentio conticeſcit: quia non habuit legis ſcientiam, nec dei præcepta ſeruauit: recepitq; quod fecerat. Ipſa enim dei repulit legē: & ideo ſacerdotiū perdidit in æternum, colens uitulos aureos in Dan & Bethel: & quia oblita eſt legis dei, & penitus Aegyptijs ſe idolis mancipauit: idcirco & dñs obliuiſcetur filiorum eius, tradēs eos æternæ captiuitati: qui enim ignorat, ignorabit̃. & in pſalmis legimus: Neſcierūt neq; intellexerūt, in tenebris ambulāt. Omnia quæ dicūtur ad decem tribus, referre poſſumus ad hęreticos, qui reliquerunt regnū Dauid & Hieruſalē, id eſt, Chriſtū & eccleſiā: & ideo æterna nocte coopertí
B ſunt, nec habēt ſciētiam dei, & repelluntur à dño, ne ſacerdotio fungantur ei: & filiorū quos genuerint nunquam meminit: quia filij alieni facti ſunt ei. a ¶ *Secundum multitudinē eo. etc.* ] Quot homines habuit Iſrael, tot aras extruxit dæmonibus, in quorū uictimis peccauit mihi. Propterea gloriā eorū, in qua gloriabantur ſibi, & deo idola præferebant, in ignominiā commutabo: ut & ſacerdotes capiant̃ & populi. Siquidē ſacerdotes peccata populi mei comedūt, de quibus ſcriptū eſt: Qui deuorant plebē meā, ſicut eſcā panis. Et idcirco peccata populi mei deuorant conſentientes ſceleribus delinquentiū: quia cū eos peccare perſpexerint, non ſolū non arguunt, ſed laudāt atq; ſuſtollunt, & beatos prædicāt. De quibus & Eſaias loqui-
Eſa. 3.d tur: Populus meus, qui beatos uos dicūt, ſeducūt uos: & ſemitas pedū ueſtrorū ſupplantant. De his & per pſal-
Pſal. 9.b miſtā clamat: Quoniā laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Vnde æqualiter populus & ſacerdos, indignantis dei ſententiā ſuſtinebūt: quia non ſolū opera eorū uiſitabit, quæ appellant̃ uiæ in quibus ingrediuntur: ſed & cogitationes quibus ut talia facerent, tractauerunt. Non ſolū enim opus, ſed & cogitatio mali operis pœnas luet. De hæreticis facilis intelligentia eſt, quod quanto plures fuerint, tanto magis delinquūt deo, & glorient̃ in populis: & idcirco decipiant infelices, ut peccata populi comedāt: & per dulces ſermones deuorent domus uiduarū. Cum em̄ uiderint aliquos delinquentes, aiūt: nihil aliud quærit deus niſi fidei ueritatē: quam ſi cuſtodieritis, non curat quid agatis. Hæc enim dicentes: in iniquitatibus eorū ſubleuant animas eorū: ut non ſolū non agant pœnitentiā, nec humilient̃, ſed gaudeant in ſceleribus ſuis, & erecta ceruice gradiantur. Vnde & populus & ſacerdos, & hi qui docti ſunt & hi qui docuerūt, pari iudicio cōſtrin- C
gentur. b ¶ *Et comedent, etc.* ] Voluptas inſatiabilis eſt & quāto magis capitur, tanto plus utentib. ſe famē creat. Econtrario beati eſuriētes & ſitientes iuſticiā: quoniam ipſi ſaturabunt̃. Sicut iuſticia ſaturat, ſic iniquitas ſubſtantiā non habēs, uana comedētes fraude deludit: & uteros deuorantiū uacuos derelinquit. Fornicati ſunt & nō ceſſauerūt. Vires in fornicatione deficiūt: & fornicādi deſideriū non quieſcit. Fornicatæ ſunt & decē tribus cum idolis Hieroboā filij Nabath: & reliquerunt dñm deū ſuum, non cuſtodiēdo quæ iuſſe-
rat, dicens: Dñm deū Deut. 5.c
tuū adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. ἐμφατικῶς aūt legendū: fornicatio & uinum & ebrietas aufert cor. Sicut em̄ uinū & ebrietas eum qui biberit mentis ſuæ impotem facit: ita & fornicatio ac uoluptas peruertit ſenſum, animūq; debilitat: & de rationabili homine, brutum efficit animal: ut gane- D
as & lupanaria & libidinū luſtra ſectetur. Cūq; ita cor loco ſuo motū fuerit, ligna & lapides deos putat: & adorat opera manuū ſuarū. Vnde & propheta quaſi ſtupēs & mirabundus eloquitur: Populus meus qui quondā meo uocabatur nomine, lignū interrogauit & uirgas: quod genus diuinationis Græci ῥαβδομαντείαν uocāt. Vn-
de in Ezechiel legimus, quod uirgas ſuas miſcuerit Na- Ezech. 25
buchodonoſor contra Ammon & Hieruſalē: & exierit uirga cōtra Hieruſalē: cauſaq; huius amētiæ fornicationis eſt ſpiritus, qui decepit eos ut fornicarent̃ à deo ſuo. Fornicationē autē idololatriā nominat: iuxta illud qđ
in Hieremia legimus: Et mœchabant̃ in ligno & lapide, Hier. 3.c
& dixi: poſtq; fornicati ſunt cū his omnibus, reuertere ad me: & nō eſt reuerſa in toto corde, ſed in mēdacio. Et rurſum: Me dereliquiſti & dixiſti: Vadā ſuper omnem collē excelſum, & diffundar in fornicatione mea ſubter
omni ligno frōdoſo. Et in pſalmo dicit̃: Perdidiſti om- Pſal. 72.d
nes qui fornicant̃ abs te. Principiū em̄ fornicationis, idolorū inuentio. Nunquā hæretici ſuo errore ſatiātur: nec ceſſant à fornicationis turpitudine: & quotidie nō cuſtodiendo legem & ſcripturas ſanctas, dñm derelinquunt, inſaniūt & inebriant̃: & perdito mentis iudicio adorāt idola, quæ de ſuo corde finxerūt fornicatiōiſq; ſpiritu poſſident̃. c ¶ *Super capita montium, etc.* ] In lege præceptū eſt ut nō ſacrificet̃ dño niſi in loco quē elegerit dñs deus: & iuxta altare lucus & arbores nō plantentur: ne ſcilicet paſſiua & uoluptuoſa religio, auſteritatē unius & ueræ religionis euertat. Ecōtrario Iſrael ſacrificabat in montib. & in collib. adolebat incenſum: excelſa terræ diligens loca: quia excelſum reliquerat deū, & umbrā quærens, perdiderat ueritatē. Hoc eſt quod legimus de ſingulis regibus: Veruntamē excelſa nō abſtulit

HEB. Secundū multitudinē eorū ſic peccauerūt mihi: gloriā eorū in ignominiā cōmutabo: peccata populi mei comedēt, & ad iniquitatē eorū ſubleuabūt animas eorū: & erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & uiſitabo ſuper eū uias eius: & cogitationes illius reddā ei. Et [b] cōmedēt & nō ſaturabuntur: & fornicati ſunt & nō ceſſauerunt: qm̄ dñm reliquerūt in non cuſtodiendo: fornicatio, & uinū, & ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit: & baculus eius annūciauit ei. Spiritus em̄ fornicationū decepit eos, & fornicati ſunt à deo ſuo. Sùper capita mōtium ſacrificabāt, & ſuper colles accendebant

SEP. Secundū multitudinē eorū ſic peccauerūt mihi: gloriā eorū in ignominiā ponam: peccata populi mei comedēt: & in iniquitatib. eorū accipiēt alij animas eorum: & erit ſicut populus, ſic & ſacerdos: & ulciſcar ſuper eū uias eius: & cogitationes illius reddā ei. Et comedēt & nō implebūtur: fornicati ſunt & nō dirigent̃: quia dñm reliquerūt, ut nō cuſtodirēt: fornicationē, & uinū, & ebrietatē ſuſcepit cor populi mei: in augurijs interrogabant: & in uirgis ſuis annunciabant ei: quoniā ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt, & fornicati ſunt à deo ſuo. Super uerticē montiū ſacrificabāt, et ſuper colles immolabant



A ſtulit adhuc populus immolabat & ſacrificabat in excelſis: quod Hebraice appellat̃ בָּמוֹת Hæretici ſublimitatē ſibi dogmatum repromittūt: & ſacrificabant ſubter quercū & populū & terebinthū, infructuoſas arbores: ficū & uineā nō habētes, ſub quibus ſanctus requieſcere dicit̃. Aſſumunt autem ſibi interdū tere-
Eſa. 6.d binthū, quæ iuxta Eſaiā folia nō habet, ut Abrahę imitari uideant̃ exemplū. a ¶ *Ideo fornicabuntur, etc.* ] Verbū קְדֵשׁוֹת quod Aquila ἐνηλλαγμένων, Symmachus ἑταιρίδων, LXX. τετελεσμένων, Theodotion κεχωρισμένων interpretati ſunt: nos effœminatos uertimus, ut ſenſum uerbi, noſtrorū auribus panderemus. Hi ſunt quos hodie Romæ matri, non deorū, ſed dęmoniorū ſeruientes, Gallos uocant: eo quod de hac gente Romani truncatos libidine, in honorē Atys (quē eunuchū dea meretrix fecerat) ſacerdotes illius mādiparint. Propterea aūt Gallorum
B gentis homines effœminant̃: ut qui urbē Romanā ceperant, hac feriantur ignominia. Iſtiuſmodi idololatria erat in Iſrael: colentibus maxime fœminis Beelphegor ob obſcœni magnitudinem, quē nos
3.Reg. 15 Priapū poſſumus appellare. Vnde & Aſa rex tulit excelſa de populo: & huiuſcemodi ſacerdotes, & matrem de Auguſto depoſuit imperio: ſicut ſcriptura teſtatur, di-
2.Reg. 15.b cens: Et fecit Aſa rectū ante conſpectū dñi, ſicut Dauid pater eius: & abſtulit effœminatos de terra, purgauitq; omnes ſordes idolorū, quæ fecerāt patres eius. Inſuper & Maacham matrē ſuā amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius quē conſecrauerat: ſubuertitq; ſpecū eius, & confregit ſimulacrū turpiſſimum, & combuſſit in torrēte Cedron. Excelſa aūt non abſtulit: ueruntamē cor Aſa perfectū erat corā deo cunctis diebus ſuis. Sciendū aūt quod in præſenti קְדֵשׁוֹת meretrices, ἱερεῖς, id eſt, ſacerdotes Priapo mancipatas uocet. In alijs autem locis uiros exectos libidine, eadem legimus: Eſaia dicente: καὶ ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν, id eſt, & illuſores dominabunt̃ eorū: pro quo in Hebræo ſcriptū eſt: & קְדֵשִׁים dominabunt̃ eorū: quod nos in effœminatos uertimus. Aquila autē ἐνηλλαγμένους interpretans, id eſt, mutatos, hoc oſtendere uoluit quod ſuā naturā mutauerint: & de uiris facti ſint fœminæ. Symmachus ἑταίρας proprie meretrices appellauit: LXX. τετελεσμένους id eſt, conſecratos & initiatos, ut cultores idolorū oſtenderent: Theodotion, κεχωρισμένους, id eſt, à populo ſeparatos: qui ſibi uidebantur à uulgo aliquid plus habere. De uerbo breuiter diſſeruimus: nunc ad ſenſum capituli reuertamur. Grandis offenſa eſt poſtq; peccaueris, iram dñi nō mereri. Fornicatus fuerat Iſrael à dño deo ſuo, & ſpiritu fornicationis ſeductus: ideo fornicant̃ & filiæ eius & ſponſæ: & abſq; ulla uindicta, in ſuo ſcelere relinquuntur: ut quod filij & uxor uero parenti fecerant & marito: hoc C
in liberis ſuis & uxoribus ſentiant: & ex proprio dolore, intelligant dolorē dei: qui intantum iratus eſt ut ne-
quaquā percutiat delinquentes. Quod & apoſtolus ad Rom. 1.c
Romanos ſcribens: myſtico ſermone teſtatur: Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: & mutauerunt gloriā incorruptibilis dei in ſimilitudinē imaginis corruptibilis hominis, et uolucrū, & quadrupedū, & ſerpentū. Et quia cū idolis fuerāt fornicati, tali feriūtur ſentētia: Propter qđ tradidit illos deus in deſideria cordis eorū, in immundiciā ut contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis: qui cōmutauerunt ueritatem dei in mendacium: & coluerūt & ſeruierūt creaturæ potius quàm creatori: qui eſt benedictus in ſecula, amen. Vt aūt ſciamus uiſitationē quaſi uulneratorū & languentium, ideo inferri à deo, ut ueluti cauterio & amariſſimis potionib. recipiant ſanitatē, & D
morbis careant, per prophetam loquentē audiamus dñm: Viſitabo in uir- Pſal. 88.c
ga iniquitates eorū, & in uerberibus peccata eorū: miſericordiā autem meā non diſpergam ab eo. Qui igitur amatur, corripitur: qui negligitur, ſuis peccatis dimittitur. Tantuſq; fuit numerus fornicatorū Iſrael, ut ceſſet ultio, deſperans emendationē. Quid enim turpius quàm uiros meretricū cultui copulari: & cū effœminatis immolare hoſtias libidinis ſuæ? Quod autē iungit: populus non intelligens uapulabit: pro quo LXX. tranſtulerunt: Et populus nō intelligens adhærebat meretrici: hoc ſignificat quod uapulet in captiuitate, & diuerſis afficiat̃ plagis: ut per dolorē recipiat diſciplinam. De hæreticis facilis intelligētia eſt, quod filij eorū fornicentur: & ſponſæ, id eſt, animæ quas in errore genuerunt, & ſuis dogmatib. deſponſarūt. Iſtiuſmodi indigni ſunt correptione dei: quoniā omnis eorū cultus fornicatio eſt: & turpes turpibus cōmiſcentur: & propterea uapulabunt, ut aliquando per plagas intelligāt quem requirant deū. Quando uideris peccatorē diuitijs affluere: iactare ſe potentia: ſanitate gaudere: delectari cōiuge: corona circundari liberorū: & impleri illud quod
ſcriptū eſt: In labore hominū non ſunt, & cū hominib. Pſal. 72.a
non flagellabuntur: dicito in illo cōminationē prophe-
tæ eſſe cōpletam: Non uiſitabo ſuper filias ueſtras cum Oſee 4.d
fuerint fornicatæ: & ſuper ſponſas ueſtras cū adulterauerint. b ¶ *Si fornicaris, etc.* ] Pro domo ὤν in quibuſdam exemplaribus, & maxime in Theodotione legimus: οἶκον τῆς ἀδικίας, id eſt, domū iniquitatis: quod Aquila & Symmachus interpretati ſunt: οἶκον ἀνωφελῆ, id eſt, domū inutilē, quæ nihil proſit: & alio uerbo idolū nuncupet̃. Eſt aūt Bethel & quæ prius uocabatur domus dei: poſtq; uituli in ea poſiti ſunt, appellata eſt bethauen: id eſt, domus inutilis & domus idoli: quod

HEB. debant thymiama: ſubtus quercū et populum & terebinthū: quia bona erat umbra eius. Ideo fornicabunt̃ filiæ ueſtrę: & ſponſæ ueſtræ adulteræ erunt. Nō uiſitabo ſuper filias ueſtras cū fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas ueſtras cū adulterauerint: qm̄ ipſi cū meretricibus conuerſabantur: & cum effœminatis ſacrificabant: & populus nō intelligens uapulabit. Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala: & ne aſcenderitis in Bethauē: neque iuraueritis, uiuit dominus: quoniam ſicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael. Nunc

SEP. labant: ſubter quercū & populū & nemoroſas arbores: quia bonū erat umbraculū. Propterea fornicabuntur filiæ ueſtræ: & ſpōſæ ueſtrę mœchabunt̃: & non uiſitabo ſuper filias ueſtras cū fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas ueſtras cū adulterauerint: quoniā ipſi cum meretricibus miſcebantur & cum initiatis immolabant: & populus non intelligens adhærebat meretrici. Tu autem Iſrael ne ignores: & Iuda nolite ingredi in Galgala: ne aſcendatis in domum ὤν, & ne iuretis, uiuit dominus: quoniam ſicut uacca aſilo percuſſa inſaniuit Iſrael. Nunc

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



A nos ut in Hebræo legit̄ expreſsimus. Videtur aūt mihi idcirco & populus Iſrael in ſolitudine feciſſe ſibi caput uituli quod coleret: & Hieroboā filius Nabath uitulos aureos fabricatus: ut quod in Aegypto didicerāt ἄπιν καὶ μνεῦιν qui ſub figura boum colūt, eſſe deos: hoc in ſua ſuperſtitione ſeruarent. Dicamus ſenſum capituli. Si ſemel ô Iſrael errore deceptus es & te cū meretricibus miſcuiſti: ita ut quicunq; impleret manū uel ſuam uel regis, offerendo & dando ei munera, ſacerdos fieret excelſorū: ſaltē tu Iuda qui poſſides Hieruſalē: & habes ex lege leuitas, & exerces tēpli ceremonias, non debes ſororis quondā tuę Oolæ in fornicatione exēpla ſectari, & cum ea idola colere. Non ingrediaris in Galgala.

Oſee 9.d De qua in hoc propheta legimus: Omnis malicia eorū in Galgalis: in qua Saul unctus eſt in regē: in qua exiens populus de deſerto, primū caſtrametatus, ſecunda circūciſione purgatus eſt. Ex quo tempore religionis aduerſæ, in loco celebri error inoleuit. Et ne aſcēdas in Bethauen, id eſt, quę quondā uocabatur Bethel: quia poſtq; aurei ibi uituli poſiti ſunt ab Hieroboā filio Nabath: non domus dei appellat̄, ſed domus idoli. Pro qua miror cur Lxx. domū ὤν interpretati ſunt: niſi forte errore conſueto pro

B ה litera media quæ א & ו literis ex utraq; parte uallatur ו quæ ſola differt magnitudine putauerūt. Neq; iuraueritis uiuit dñs. Nolo enim per os ueſtrū nominis mei fieri mentionē quod idolorū recordatione pollutū eſt. Sicut enim uacca laſciuiens & abijciens iugū: ita Iſrael, id eſt, decē tribus declinauit à dñi ſeruitute. Pro laſciuiente uacca, Lxx. tranſtulerūt παροιστρῶσαν: quæ œſtro aſiloq; percuſſa ſit: quę uulgo tabanū uocant. De quo & Vergilius in iij. Georg. lib. refert: Cui nomē aſilo Romanū eſt: œſtrū Graij uertere uocantes: Aſper acerba ſonās: quo tota exterrita ſyluis Diffugiūt armenta: furit mugitibus æther Concuſſus, ſyluæq; & ſicci ripa Tanagri. Quia ergo inſaniuit Iſrael, & percuſſus fornicationis ſpiritu, incredibili furore bacchatus eſt: ideo nō multo poſt tempore, ſed dū propheto, dum ſpiritus hos regit artus: paſcet eos dñs quaſi agnū in latitudine. Quia metaphorā à uacca laſciuiēte ſiue œſtro cœperat, ſeruat in reliquis: ut captiuitatē in Aſſyrios, & in latiſsimā Medorū terram diſperſionē populi Iſrael quaſi in campo latiſsimo & in ſpacioſa terra gregis & agnorū paſturam uocet. Super hæreticis prona intelligentia eſt: ad quos, uel de quibus dicitur: Si ſemel fornicaris hæretice, ſaltē tu eccleſiaſtice non delinquas ne ingrediaris in Galgalā: hæreticorū conciliabula, ubi peccata omniū reuelantur, & inſtar porcorū uolutantur in cœno. Ne te aſcendere putes ad ſuperbas & arrogantes falſorū dogmatū fictiones. Non eſt enim ibi domus dei, ſed domus idoli. Nec iuraueris per nomē Chriſti, cuius maieſtatē miſcendo idolis polluiſti. Sicut eñi uacca percuſſa aſilo, percuſsi ſunt hæretici ardentibus diaboli ſagittis, & legis noticiā reliquerunt: ideo paſcentur in lata & in ſpacioſa uia, quæ ducit ad mortē: & patiētia domini boniq; paſtoris eos nutriet ad interitū. a ¶ Particips idolorū, etc.]

HEB. Nunc paſcet eos dominus quaſi agnū in latitudine. Particeps idolorū Ephraim, dimitte eū: ſeparatū eſt conuiuiū eorū: fornicatione fornicati ſunt: dilexerūt afferre ignominiam protectores eius: ligauit ſpiritus eū in alis ſuis: & confundentur à ſacrificijs ſuis.

CAP. V

Audite[b] hæc ſacerdotes & attendite domus Iſrael: & domus regis auribus auſcultate, quia uobis

SEP. Nunc paſcet eos dominus ſicut agnum in ſpacioſo. Particeps idolorū Ephraim poſuit ſibi ſcandala: prouocauit Chananęos: fornicantes fornicati ſunt: dilexerunt ignominiam ex fremitu eius: turbo ſpiritus ſibilabit in alis eius: & confundentur ex altarib. ſuis.

CAP. V

Audite hæc ſacerdotes & attendite domus Iſrael, & domus regis auribus percipite: ad uos

C ceps idolorū, etc.] Ephraim de qua tribu Hieroboā filius Nabath, qui primus aureos uitulos in Bethel Danq; cōſtituit, rex eſt decē tribuū. O igitur Iuda cui ſupra dixi, ſi fornicatur Iſrael, nō delinquat ſaltē Iuda, Audi cōſiliū meum: prophetæ uerba nō ſpernas: quia Ephraim ſemel idolorum amicus & particeps eſt dimitte eū: ne ſequaris impietatē eius, cuius cultus & religio & cibus à tuo cōuiuio ſeparatus eſt. Illi eñi ſemel idolis ſeruiunt, & dæmonib. immolāt, & quotidie fornicantur, & diligunt fornicationē ſuā: imò principes & protectores eius, id eſt, reges dilexerūt ignominiā afferre populo: id eſt, ut tio principū, infelix populus ſuſcepit cultum idolorū: quorū immūdus ſpiritus ligauit Iſraelem in alis ſuis, & eū libere uolitare non patitur. Confundent̄ igitur in ſacrificijs ſuis, & ignominiam principū in ſua confuſione ſuſcipient. Symmachus pro eo quod nos interpretati ſumus, ligauit ſpiritus eū in alis ſuis: hoc modo uertit in Græcum: ἐδέσμευσε τὸν ἄνεμον ἐν πτέρυξιν αὐτῆς: uelut ſi quis liget uentū in alis uēti: ut ſcilicet & principes & populū, imò & dæmones & Iſraelē, uanos uanis, & inanibus inanes afferat copulatos. Ventus enim & ſpiritus apud Hebræos uno uerbo appellantur רוח Id quod Lxx. tranſtulerunt, ἠρέτισε χαναναίους id eſt, prouocauit Chananæos: in Hebraico non habetur, tamē ſic interpretari poteſt: ut dicamus tantū ſtudiū habuiſſe Iſraelē in idolorū cultu, ut non imitatus ſit Chananæos, id eſt, ethnicos: ſed ad imitationē ſui eos prouocarit erroris. Hoc ipſum & ad hæreticos referri poteſt: & dicitur ad Iudā

D id eſt, ad uirū eccleſiaſticū: quia Ephraim qui interpretatur καρποφόρος, falſam ſibi doctrinæ ubertatē, & frugifera dogmata promittit: & ſemel amicus eſt dæmonū: dimitte eū atq; contemne: præſertim cū ſacrificia eorū à tuis ſint ſacrificijs ſeparata. Hoc eſt enim quod dicit: ſeparatū eſt conuiuiū eorū: ſemel fornicati ſunt: & principes eorū infelicem populū deceperunt: & pro dei cultu imbuerunt eos ignominia idolorū: & ligauit eos diaboli ſpiritus in alis ſuis: qui circunferuntur omni uēto doctrinæ, & ſtabili in eccleſia pede permanere nō poſſunt. Qui uere in ſuis ſacrificijs confundentur, quia panis eorū panis luctus eſt. Quodq; dicitur, prouocauit Chananæos: eodē ſenſu referri poteſt ad hæreticos: q tam ſpurca pleriq; hæreticorū & nefanda cōfinxerint, habeantq; immūda ſacrificia, ut idololatria inferior ſit. Vel certe quia Chananæus interpretat̄, negociator, ſiue μεταβολεύς, id eſt, trāſlator: omnes qui domū patris faciunt domū negociationis: & lucra quærunt de populis, & eccleſiæ ueritatē transferunt in mendaciū, Chananæi appellandi ſunt.

CAP. V

Audite hæc ſacerdotes & atten. etc.] Sacerdotes decē tribuū ad iudiciū uocātur, & reges: nō q ſacerdotes ſint de tribu Leui, ſed q ſacerdotes uocēt̄ à populo. Vnde & ſacerdotes Baal & prophetæ quadringēti quinquaginta quos interfecit Helias: et poſtea Iehu filius Nāſi præſente Ionadab filio Rechab appellati ſūt ſacerdotes: ſed & Iſrael, id eſt, populus uocat̄ ad iudiciū 3.Reg. 18 4.Reg. 9 & 10.f

&nullus



A & nullus excipitur ut & ſacerdotes & populus & reges qui induxerant populum, & conſtituerant ſacerdotes, ſimul audiant quid fecerint, & cur tradantur inimicis. Speculatores, inquit, uos poſui, & principes in populo: & in excelſo dignitatis culmine conſtitui, ut populum regeretis errantē. Vos aūt facti eſtis laqueus: & nō tam ſpeculatores et principes q uenatores appellādi. Expanditis eñi rete ſuper montem Thabor, quem Lxx. ἰταβύριον tranſtulerunt: hanc habentes cōſuetudinem, ut Hebræa nomina Græco ſermone declinent: ſicut Edom, hoc eſt Eſau & Seir, ſemper Idumæā interpretant̄. Eſt autē Thabor mons in Galilæa, ſitus in campeſtribus, rotūdus atq; ſublimis, & ex omni parte finitur æqualiter. De hoc mōte & in

Pſal. 88.c pſalmo legimus: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.

Hier. 46.c Hunc montē & in Hieremia Lxx. Itabyriū tranſtulerunt: in quo aues laqueis capi ſolent. Et uictimas, inquit, declinaſtis in pro-

B fundū: ut nullus ageret pœnitentiā, nec occiſus eleuaret caput. Prohibuerūt & reges & ſacerdotes ire populum ad templū Hieruſalē, idcirco in profundum uictimas declinaſſe dicunt̄. Iuxta tropologiā, accuſatur populus ne ſe alienū arbitretur à crimine, ſi inductus ſit à regib. & à ſacerdotibus, quos hæreticorum principes intelligimus. Ipſi quoq; principes accuſantur, q quaſi laqueus ceperint populum: & poſiti ſpeculatores in eccleſia, eos duxerint in errorem. Et in monte Thabor excelſo atq; pulcherrimo, qui interpretatur ueniens lumen, inſidias poſuerunt: ut deceptos quoſq; pertraherēt in profundū & immolarēt dæmonibus: & in barathrum uictimas declinarēt, ne aliquando reſipiſcerēt: ne domū dei eccleſiam ſuſpirarēt. Quidam Thabor interpretari putant lacū, id eſt ciſternam, & præſenti ſenſui conuenire, q hæretici foderint lacū, & inciderint in foueā quam fecerunt. a ¶ Et ego eruditor, et.] O ſacerdotes & reges qui meū populum decepiſtis: & tu popule qui deceptus es, tam grauiter deliquiſtis, ut nō ſolum occideritis uictimas, ſed in profundum eas miſeritis inferni, nolite arbitrari magnitudine ſceleris uos à me penitus receſsiſſe. Ego ſum magiſter ueſter, imò eruditor, qui emendare cupiā, nō perdere. Ego, inquit, ſcio Ephraim, id eſt Hieroboam, à quo ſeductus eſt populus, & omnes reges qui eum & dignitate & ſcelere ſunt ſecuti: & Iſrael non eſt abſcōditus à me, id eſt, decē tribuum populus: quia fornicante rege, contaminatus eſt Iſrael. Rex primo cœpit à dei cultu fornicari, uitulos aureos cupiēs adorare: & uolēs ſecutus eſt

C populus, paremq; impietatē pari ſtudio compleuerūt. Deniq; non reuertentur ad dominum, quia quod uoluerunt, inuenerunt: & ſpiritus fornicationis (qui iuxta Apoſtolum) operatur in filijs diffidētiæ, poſsidet eorum corda captiua: & idcirco illo regnante dñm neſcierunt, imò obliti ſunt creatoris ſui. Vnde & principes dogmatum peruerſorum & populum dominus nō ignorauit: non q eius notitia digni ſint, ſed q nihil eū lateat eorum quæ occultē faciūt: quorū alij deceperūt, alij ſunt decepti. Nec dabunt cogitationes ſuas ut agant pœnitentiā, qui ſemper in perditione proficiūt. Spiritus eñi fornicationis quo fornicati ſunt in eccleſia, & à uero matrimonio receſſerunt, uerſatur in medio eorū: ideo dñm nō cognouerūt. Ephe. 2.a

b ¶ Et reſpondit, etc.] Verbum גאון Lxx. & Symmachus interpretantur τὴν ὕβριν, id eſt, iniuriā: Aquila & Theodotion ἀλαζονείαν, id eſt ſuperbiā.

D Quicquid igitur fecit Iſrael, uel ſuperbè agens contra dñm, uel in iniuriam creatoris idola uenerās, reſpondebit in facie eius: ut nō abeat impunitus, ſed humiliet̄ eius contumelia: & populus & reges in iniquitate ſua pariter corruant ſiue infirmētur: ut qui fortes erant in ſcelere, infirmi ad dñm redire cogantur. Et hoc non ſolum eueniet Iſraeli & Ephraim, id eſt, decē tribubus & regibus earū, ut ducant̄ in captiuitatem: ſed etiam Iudas, id eſt, duæ tribus quæ regnabāt in Hieruſalem, ſequentur ueſtigia captiuorū: ut quorū imitantur ſcelera, imitentur & pœnam. Hæretici matrē habent iniquitatis ſuæ ſuperbiam, dum ſemper altiora ſe ſcire iactitant: & in eccleſiæ contumeliā debacchātur. Sed infirmabitur arrogantia eorum, & populus ac magiſtri pariter corruent: Iudas quoq; qui uidetur eſſe in domo dei, & in eccleſia, non mente, ſed corpore cōmoratur: & eandem habet cum hæreticis in errore ſententiam: fruſtra nomen eccleſiaſticū repromittit: quia & ipſe cum hæreticis puniendus eſt. Manifeſta tranſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur. c ¶ In gregibus ſuis, etc.] Non ſolum Iſrael & Ephraim ibunt cum gregibus & armentis ad dñm requirēdum, ſed etiam Iudas, de quo ſuprà ſcriptum eſt: Ruet etiā Iudas cum eis: hoc habentes omnes certamē, ut quem præuaricationibus offenderant, hoſtijs placare nitant̄: & non inueniēt quē requirūt: quia à recedentibus & ipſe diſceſsit: præſertim cum & alibi loquat̄: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinē hircorū bibam? Et iterū: Non acci Pſal. 49.c

HEB. uobis iudicium eſt: quoniā laqueus facti eſtis ſpeculationi: & rete expanſum ſuper Thabor: & uictimas declinaſtis in profundum. Et ego eruditor omniū eorum: & ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus à me: quia nūc fornicatus eſt Ephraim: cōtaminatus eſt Iſrael: non dabunt cogitationes ſuas, ut reuertātur ad deum ſuum: quia ſpiritus fornicationū in medio eorum, & dominum non cognouerūt. Et reſpondebit[b] arrogantia Iſrael in facie eius: & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua: ruet etiam Iuda cum eis. In gregibus ſuis & in armentis ſuis uadent ad quærendum dominum, & nō inuenient: ablatus eſt ab eis, à domino præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerūt, nūc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis.

SEP. uos enim eſt iudiciū: quia laqueus facti eſtis ſpeculationi: & ſicut rete expāſum ſuper Itabyriū, quod qui capiūt, uenationē confixerunt. Ego enim magiſter ueſter: ego cognoui Ephraim: & Iſrael non receſsit à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, commaculatus eſt Iſrael, nō dederūt cogitationes ſuas ut reuerterentur ad dominū deum ſuū, quia ſpiritus fornicationis eſt in eis, dominum aūt nō cognouerūt. Et humiliabit̄ iniuria Iſrael in faciem eius, & Iſrael & Ephraim infirmabūtur in iniquitatibus ſuis, infirmabitur etiā Iudas cū eis. Cum ouibus & uitulis ibunt, & quærent dñm, & non inuenient eū, declinauit ab illis, quia dñm reliquerūt, quia filios alienos genuerunt ſibi, nunc deuorabit eos rubigo & cleros eorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

A piam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hir-
Eſaie 1.c cos. Et in Eſaia: Holocauſta arietũ, & adipem agnorum,
& ſanguinem hircorum atq; taurorum nolo: præuari-
cati ſunt enim in domino: quia fornicãtes cum idolis,
non deo filios genuerunt, ſed dæmonibus. Alij putant
1 Eſd. 10.c hoc ſignificari quod in Eſdra multo poſt tempore dici
tur, quando uxores alienigenas aſſumpſerunt, creãtes
ex eis liberos, & poſtea repudiare cõpulſi ſunt. Sed hic
melius eſt alienos filios accipere, qui in idolorũ errore
generati ſunt: ſiue quos ducentes per ignem, idolis con
ſecrarunt. Quia igitur hoc fecerunt, nõ multo poſt tem
pore, non annorum ſpacijs infinitis, & ut ſolitus eram
prius, longe poſt futura prædicere: ſed nunc & in præ-
ſentiarum aduenient Aſſyrius atq; Chaldæus, & deuora
bunt eos cum partibus ſiue cleris ſuis, id eſt cũ poſſeſ-
ſionibus quas in diuiſionem terræ ad menſurã funicu-
li ſuſceperũt. Pro eo quod nos diximus, deuorabit eos
menſis, Lxx. rubiginẽ tranſtulerunt: cum utiq; rubigo,
id eſt, ἐρυσίβη חסיל appelletur, ut ipſi quoq; dixerunt
Ioel. 1.a in propheta Ioel: Reliquias bruchi comedet rubigo, id
eſt חסיל Menſis autẽ חדש dicitur: deniq; Aquila neo-
menias, id eſt calendas interpretatur: Symmachus &
Theodotion menſem: & eſt ſenſus: per ſingulos menſes
hoſtis adueniet, & cuncta uaſtabit. Legamus Regum &
Paralipomenõ libros, & inueniemus ſub rege Phacee, C
qui regnabat decem tribubus, ueniſſe Teglathphalaſar
regem Aſſyriorum, & magnam partem populi Sama-
riæ in Aſſyrios tranſtuliſſe: quo tempore apud Græcos
ſecundus annus primæ Olympiadis fuit: & apud Lati-
nos (necdum enim Roma condita fuit) Albæ uiceſimo
anno Amulius imperabat: quem poſtea Romulus re-
gno pepulit. Hæretici ſuſpicãtur quòd in ſacrificiorum
multitudine placent deum, & eccleſiaſtici quòd facien-
do eleemoſynas redimant peccata, in quibus perma-
nent: cum omne ſacrificium præterita ſcelera deleat, nõ
præſentia: ideo non inueniunt dominum, quia aufere-
tur à talibus, & procul recedit. Iſti uere præuaricati ſunt
in deum, & alienos filios non deo, ſed diabolo procreã
runt, ideo omni tempore maledicta ſunt opera eorum,
& cuncta quæ faciunt, cruẽti coloris rubigo populatur,
quia ſanguini & interfectioni proxima ſunt. Rubigo
autem proprie deſcendere dicitur in rore nocturno, ac
lactentia in ſpicis frumenta maculare colore minij uel
ſinopidis, & congrue iuxta ἀναγωγὴν uaſtat cleros hę
reticorum, de quibus dicitur: Cleri eorum
non proderunt eis.

Libri primi Commentariorum Hieronymi
in Oſee prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM librum Commentariorum Oſee ad Pammachium procemium.

QVI ſæpe nauigat, aliquando patitur tempeſtatem: qui uiam frequẽter ingreditur, aut
ſuſtinet latronum impetus, aut certe metuit: omniq; in arte, tam gloria quàm obtrecta
B tio ſecundis aduerſiſq; uentis oritur: dum aut amici plus merito laudant, aut inimici D
plus iuſto detrahunt: rarumq; inuenias qui in utranq; partem nõ fauore, aut odio, ſed
rerum æquitate ducatur. Quod mihi in ſcripturarũ explanatione ſudanti accidere uideo. Alij enim
quaſi parua contemnunt, & quicquid diximus, contrectare deſpiciunt. Alij odio nominis noſtri,
non res, ſed perſonas conſiderant: magiſq; aliorum ſilentium quàm noſtrum ſtudium probant.
Sunt qui audacter nos facere aſſerant, quòd arripuimus opus, quod nullus ante nos Latinorũ ten-
tare auſus eſt. Quidam in eo ſe diſertos arbitrantur & doctos, ſi alieno operi detrahant: & nõ quid
ipſi poſsint, ſed quid nos poſsimus dijudicẽt. Tu autem Pammachi, qui nos facere præcepiſti hoc,
neceſſe eſt ut fautor ſis imperio tuo, & Amaſinios ac Rabirios noſtri temporis, qui de Græcis bo-
nis Latina faciunt non bona: & homines eloquentiſsimos, ipſi elingues transferunt, euangelico cal
ces pede: hydramq; & ſcorpium iuxta fabulas poetarũ, aduras cauterio, ſolea conteras: & Scylleos
canes ac mortifera carmina Sirenarum ſurda aure pertranſeas: ut pariter audire & noſſe ualeamus
quid uaticinetur Oſee propheta: in cuius explanationẽ ſecundum dictabimus librum. Cumq; tuo
lęter adminiculo: & in prima urbe terrarũ, primum & nobilitate & religione habere me gaudeam
defenſorem: tamen magis optarem illud mihi contingere, quod Titus Liuius ſcribit de Catone: cu
ius gloriæ neq; profuit quiſquam laudando, nec uituperando quiſquam nocuit: cum utrunq; ſum
mis præditi fecerint ingeniis. Significat autem M. Ciceronem, & C. Cæſarem: quorum alter laudes,
alter uituperationes ſupradicti ſcripſit uiri. Dum enim uiuimus, & in uaſe fragili cõtinemur, uiden
tur amicorum prodeſſe ſtudia, & nocere æmulorum opprobria. Poſtquam autem reuerſa fuerit
terra in terrã ſuam, & tam nos qui ſcribimus, quàm eos qui de nobis iudicant, pallida mors ſubtra-
xerit, & alia uenerit generatio, primiſq; cadentibus folijs uirens ſylua ſuccreuerit: tunc ſine nomi-
num dignitate, ſola iudicantur ingenia: nec conſiderat qui lecturus eſt, cuius: ſed quale ſit quod le-
cturus eſt: ſiue ille epiſcopus, ſiue ſit laicus, imperator & dominus, miles & ſeruus:
aut purpura & ſerico, aut uiliſsimo panno iaceat: nõ honorum
diuerſitate, ſed operum merito iudicabitur.



A COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Oſee prophetam ad Pammachium, Liber ſecundus.

CLangitẽ buccina in Galaad, tuba in Rama: ululate in Bethauẽ poſt tergũ tuum Beniamin: Ephraim in deſolatione erit in die correptionis, in tribubus Iſrael oſtẽdi fidem. Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminũ: ſuper eos effundam quaſi aquã iram meam. Calũmniam patiens eſt Ephraim: fractus iudicio, quoniam cœpit abire poſt ſordem.

CLangite tuba ſuper colles: ſonate ſup excelſa: prędicate ĩ domo ὤν: mẽte excidit Beniamin: Ephraim in deſolatiõe fact⁹ eſt in dieb. correptionis: in tribub. Iſrael oſtẽdi fidelia. Facti ſunt principes Iuda quaſi transferentes terminos: ſup eos effundã ſicut aquam impetũ meũ. Oppreſsit Ephraim aduerſariũ ſuũ, cõculcauit iudiciũ: q̃a cœpit abire poſt uana.

CLangite buccina, etc.] Ephraim & Iſrael & Iudã, mẽſes
ſinguli, ſiue rubigo cum ſuis partib. deuorabunt.
Quamobrẽ præcipio
uobis qui auditis, ut
nõ uoce ſublimi, ſed
clara buccina concre
petis: claro em̃ auditu
opus eſt, ut oẽs audi-
ant q in circũitu ſunt.
Clangite buccina in
גבעה Gabaa: cuius etymo-
logiam in colles Lxx.
tranſtulerunt: & tuba
רמה in Rama, quæ inter-
pretat̃ excelſa: iſtæ aũt
duæ ſunt in tribu Be-
niamin, uicinæ ſibi
mutuo ciuitates: id eſt
Gabaa, in qua natus
eſt Saul: & Rama, quę
eſt iuxta Gabaa, in ſe-
ptimo lapide à Hiero
ſolymis ſita: & quam Et
rex Iſrael occupare conatus eſt, ut exitũ & introitũ clau
deret tribui Iudæ. In Gabaa itaq; & in Rama clara bucci
na & tuba perſonate: quorum buccina paſtoralis eſt, &
cornu recuruo efficit̃: unde & proprie Hebraice שופר
Græce κερατίνη appellat̃. Tuba aũt de ære efficitur uel
argẽto, qua in bellis & in ſolennitatib. cõcrepabant. Su
per Bethauen, quæ quondã uocabat̃ Bethel, id eſt in tri
bu Ephraim, in qua uitulus aureus erat: nõ clangore &
B ſonitu, ſed ululatu opus eſt: quia uicina captiuitas eſt.
Et pulchre dixit ꝙ Bethauẽ poſt tergũ ſit Beniamin: ubi
em̃ tribus finit̃ Beniamin, haud ꝓcul in tribu Ephraim
hæc urbs cõdita eſt. Idcirco aũt dico atq; præcipio: Clan
gite buccina in Gabaa, & tuba in Rama, & ululate in Be
thauen: quia domus regia Ephraim ſiue ipſe Ephraim,
hoc eſt imperiũ Iſrael iã in deſolatione erit, & inſtat ui-
cina captiuitas. In die correptionis atq; ſupplicij decem
tribuũ Iſrael, oſtẽdi mea fidelia uerba, quæ per prophe
tas cõminatus ſum: ut quod ſermone prædixerã, opere
בית און cõprobarẽ. Quidã Bethauen iuxta Lxx. qui dixerũt do
mus ὤν, ciuitatẽ ſolis, interpretati ſunt: & ſolem iuſtitię
Chriſtũ dicẽtes, urbẽ illius eccleſiã eſſe uoluerũt. Quod
mihi diſplicet. Neq; em̃ domus idoli, quã Aquila inter-
pretatus eſt, domũ inutilẽ, iuxta tropologiã ad eccleſiã
referri poteſt. Sed hoc dicamus, ꝙ hæretici q in Gabaa
& Rama, excelſam ſibi ſcientiã pollicent̃, iubeant̃ ulula-
בנימין re in domo idoli: & nõ ſint ante faciẽ Beniamin, qui in-
terpretat̃ filius dextræ: ſed poſt tergum eius, ubi oculos
אפרים non habet. Omnis enim Ephraim iactantia, quæ inter-
pretatur ubertas, breui in deſolatione erit: & cum iudi-
cij, inquit, dies & tẽpus correptionis aduenerit: uerba
mea nõ eſſe inania, rebus oſtendã. Pro eo quod tranſtu
limus nos, poſt tergũ tuum Beniamin: Lxx. uerterunt,
mente motus eſt Beniamin: ſemper ἔκστασιν, id eſt men
tis exceſſum, Beniamin uiro eccleſiaſtico coaptãtes. Vn
de & in ſexageſimoſeptimo pſalmo dicit̃: Ibi Beniamin
adoleſcentulus in mẽtis exceſſu. Et in benedictionibus
Iacob, ſub perſona Beniamin, de qua tribu Paulus apo
Gen. 49.d ſtolus fuit, ſcriptum legimus: Beniamin lupus rapax,
mane comedet prędam, & ad ueſperã dabit eſcam. Qui
enim in principio perſequebatur eccleſiam, poſtea in
toto orbe, euangelij credentibus alimenta largitus eſt.
1 Reg. 10.c Vnde & Saul qui de tribu Beniamin fuit, in mentis ex-
ceſſu, tota die uſq; ad ueſperũ uaticinatus eſt inter pro-
phetarum chorum. b ¶ *Facti ſunt principes Iuda, etc.*] C
Ductis Ephraim & Iſrael in captiuitatem, & redacta ter-
ra eorum in ſolitudinẽ: principes Iuda qui flere debue-
rant: & ſuum populum cohortari ut recederent ab ido-
lolatria, ne & ipſi ſimilia ſuſtinerent: cœperunt gaudere
atq; lętari, ꝙ pateret
ſibi terra eorũ ad poſ
ſidendum latius: & fa
cti ſunt quaſi aſſumẽ-
tes terminos Iſrael,
regnũ ſuum & poſſeſ-
ſionem dilatare cupi-
entes. Quamobrẽ di-
cit dominus: Et ſuper
ipſos principes Iuda
uenient Babylonij: &
ita eos quaſi aquæ im
petus occupabũt: nõ
ſuis uiribus, ſed indi-
gnatione mea. Dicit
quoq; & ad principes
Iuda, hoc eſt eccleſiæ,
ꝙ non debeãt exulta-
re: & hæreticorũ per-
ditionem ſuam ſalutẽ
æſtimare: ſed potius Et
plangere, quod illi perierint. Vnde & apoſtolus Pau- Rom. 11.c
lus docet eccleſiaſticos uiros, ne glorientur ſuper fra-
ctione Iudaicorum ramorum, ſed potius timeant ne &
ipſi frangantur. Et in alio loco: Quis, ait, ſcandalizatur, 2 Cor. 11.g
& ego non uror? Alioquin ſuper tales principes qui in
aliorum miſerijs glorian̄t, & idcirco ſe ſtare putãt, ſi alij
corruant, effundet dñs quaſi aquã iram ſuam. Pro ira
Lxx ὅρμημα, id eſt impetum tranſtulerunt: & putant
quidã pro benedictione accipiendũ, iuxta illud quod D
alibi legimus: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Pſal. 45.a
Sed rectius (ut omnes præter Septuaginta tranſtule-
runt) ira accipienda eſt: præſertim cum nomen effuſio-
nis & iræ conueniat, dicente propheta ad dominum:
Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ compre-
hendat eos. Transferũt principes Iuda terminos quos
poſuerunt patres eorum, quando immutant menda-
cio ueritatem, & aliud prædicant quàm ab apoſtolis
acceperunt. c ¶ *Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus
iudicio, quoniam cœpit abire poſt ſordem.*] Si impius eſt Ephra
im, & propter impietatem ſuam erit in deſolationem,
quomodo nunc dicitur: Calumniam patiens Ephraim
fractus iudicio? Qui enim calumniam patitur & fran-
gitur, iudicium eius inique opprimitur: maxime cum
cauſa iuſta ponatur, quare ſit traditus captiuitati. Se-
quitur enim: Quoniam cœpit abire poſt ſordem, hoc
eſt, poſt idola quæ ſordibus comparantur. Quod er-
go dicit, hoc eſt, opprimitur Ephraim ab Aſſyrijs, pri- 4 Reg. 15.d
mum à Phul, deinde à Teglathphalaſar, poſtea à Salma
naſar: non quòd illi iuſti fuerint, qui eum oppreſſe-
runt, & idcirco traditus eis ſit: ſed quòd qui quondam
fuerunt populus meus, me eos deſerente traduntur ad
pœnas, & hoc uidetur eſſe calumnia, non deo, qui iu-
ſtam infert ſententiam: ſed his qui tormenta ſuſtinent,
dum peioribus ſe aduerſarijs conceduntur: Redditq;
cauſam dominus, idcirco eos in hac parte calumniam
ſuſtinere, & tradi peioribus, & erga illos iudicium
non ſeruari: quia cœpit Ephraim, id eſt, Hieroboam,
abire poſt idola, & deum derelinquere: ipſe enim au-
reos fabricatus eſt uitulos. Secundum Septuaginta in-
terpretationem: oppreſsit Ephraim, id eſt Hieroboam,
aduerſarium ſuum, id eſt, tribum Iuda, in eo oppreſ-
ſit, quia deſerta Hieruſalem, & templo, Aegyptiarũ ſor
dium ſimulachra ſectatus ſit. De hęreticis manifeſtus eſt
ſenſus

Universidad de De[usto] Biblio[teca]

A ſenſus: ꝙ ſophiſmatib. ſuis & arte dialectica ſæpe oppri- mant eccleſiaſticos: ſed cū hoc fecerint, nō mundiciam ueræ fidei, ſed ſordes ſequanṫ mendacij: qui traditi dia- bolo & angelis eius, uidenṫ ſibi calumniā pati: & in ſe fractā eſſe iudicij ueritatē. Taliter uaſtaṫ Iſrael, & omnes labores eius Aſſyrio uincēte populantur, deumq; perdidit præ ſulē, & idcirco fractus iudicio eſt, quia ſecu- tus eſt idola. a ¶ *Et ego quaſi tinea, etc.*] עש lingua hebraica tinea dicit רקב putredo & caries: quorū alterum ueſtes, alterū ligna cō ſumit: pro quib. Lxx. ταραχὴν & κέντρον, id eſt tumultū uel cō- turbationē & ſtimulū tranſtulerūt. Et notan dum ꝙ tinea referaṫ ad Ephraim, & putre do ad domum Iuda. Quomodo igitur ti- nea ueſtimēta conſu- mit & putredo uel ca- ries ligna: qđ utrūq; longo fit tempore: ita deus et decē tribubus & poſtea tribub. dua- bus longo tēpore dās

HEB. Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda. Et uidit E- phraim languorem ſuum, & Iudas uinculum ſuum, & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem ultorē, & ipſe non poterit ſana- re uos: nec ſoluere poterit à uobis uinculum. Quo- niám ego quaſi leæna E- phraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda. Egō ego capiam, & uadam, & tollam, & nō eſt qui eruat: uadens reuertar ad locum meum donec deficiatis, & quæratis faciem meam. In tribu-

locū pœnitentiæ, & eos prouocās ad ſalutē theſaurizan tes ſibi irā in die iræ, quaſi tinea efficiṫ & putredo: nō ꝙ B deus tinea ſit uel putredo, aut cōturbatio uel ſtimulus, ſed ꝙ ſuſtinētibus pœnas hæc uniuerſa uideaṫ. Primus igitur conſumptus eſt Ephraim & Iſrael: deinde ſequu- ta eſt & domus Iuda: non ipſe Iuda, ſed domus eius, a- lioquin reſeruabatur de genere Iuda cui repoſitū fuit: Et ipſe erat expectatio gentium. Punitis autem hæreti- cis, qui intelliguntur Ephraim: etiam Iudas, ſcilicet hi qui cum eccleſia permanent, & hæreticorum uel erro- ribus uel uitijs continentur, ſimili ſententiæ ſubiace- bunt. b ¶ *Et uidit Ephraim languorem ſuum, etc.*] Legatos, non habetur in Hebræo. Et ubi Septuaginta poſuerunt Iarib, nos iuxta Symmachum, ultorem uertimus: nam Aquila & Theodotion, iudicē interpretati ſunt. Quod autem [illegible] ultorem ſignificet & iudicem, nomen Ge- deonis oſtendit, quem cum cultores Baal expeterēt ad ſupplicium, eo quod lucum Baal araſq; euertiſſet: re- ſpondit pater, Vlciſcatur ſe Baal, aut iudicet cum Baal, & appellatus eſt, inquit, [illegible] id eſt, ulciſcatur ſe Baal. Intelligens itaq; Ephraim infirmitatem ſuam, & Iudas uinculum ſuum, quod cum decem tribubus peccato fuerat colligatus: non à deo qui ſoluere poterat, ſed à re ge Aſſyriorum quæſiuit auxilium. Legimus quòd ſub rege Manahen, qui decem tribus præfuit, Iſrael Aſſyrijs dona tranſmiſerit: & Iudas ſub rege Achaz præſidium flagitarit Teglathphalaſar regis Aſſyriorum: qui eos ad uerſante deo liberare non potuerunt, nec captiuitatis uinculum ſoluere. Poſſumus uinculum, pro quo in Hebræo ſcriptum eſt מזור & Aquila interpretatus eſt ἐπίδεσιν ſiue συνδεσμόν, id eſt, colligationem ſiue coniurationem, & ad illud tempus referre, quando Ra ſin & Phacee multa de tribu Iuda hominum milia ua- ſtauerunt, quod fruſtra Iudas aduerſus reges duos nō dei, ſed Aſſyriorum auxilium flagitarit. Quidam iuxta tropologiam, Ephraim & Iudam ad hæreticos, & ad ui ros eccleſiaſticos referunt, eo quod & illi & Iudas pec-

*In tranſlatione Lxx. ita græce reperimus* — *Iudic. 6.f* — *4 Reg. 15.d* — *4 Reg. 16.b*

catorum uinculis colligati, iuxta illud quod ſcriptum C eſt: Funibus peccatorum ſuorum unuſquiſque con- *Pſal. 118.b* ſtringitur, miſerint ad Aſſur & ad regem ultorem, id eſt, ad diabolum, de quo legimus: Vt deſtruas inimi- *Pſal. 8.a* cum & ultorem. Et quia non uerum uel auxiliatorem uel iudicem depreca- ti ſunt, idcirco perma nere eos fecit in do- lore languoris & uin culis delictorum. Le- gi in cuiuſdam com- mentarijs regem Ia- rib Chriſtum inter- pretari. Et quia ſequi- tur: Ipſe non poterit ſanare uos. Hoc argu mento uſus eſt, quod hæreticos uel eccle- ſiaſticos peccatores Chriſtus ſanare non poſsit in tempore iu- dicij, ubi nulla eſt mi- ſericordia: iuxta illud quod ſcriptum eſt: In *Pſal. 6.b* inferno aūt quis con- fitebitur tibi? Et quod ſanare uel liberare nō poſsit, nequaquā ſua imbecillitate, ſed eo- rum merito, qui ſero auxiliū poſtularint. Quomodo & dñs di-

SEP. Et ego quaſi contur batio Ephraim, & quaſi ſti mulus domui Iuda. Et ui- dit Ephraim infirmitatem ſuam, & Iudas dolorem ſuum, & abijt Ephraim ad Aſſyrios, & miſit ÷ lega- tos ·· ad regem Iarib, & ip ſe non potuit liberare uos, nec ceſſare faciet à uobis dolorē. Quia ego ſum qua ſi pāther Ephraim, & qua- ſi leo in domo Iuda, & ego rapiam, & uadā & tollam, & non erit qui eruat: ibo & reuertar in locū meum donec diſpereant & quæ- rant faciem meam. In tribula-

ciṫ ſigna in patria ſua facere nō potuiſſe, & cauſa cur nō potuerit exponiṫ: quia, inquit, nō credebant in eū. Hæc ille dixerit: nos in malā partē regē interpretemur ulto- D rem. Pro eo quod nos expoſuimus Iarib: id eſt, ultorē, alij male legūt יערים per ב literā, quod transfertur in ſyluas: unde קרית יערים interpretatur uilla ſyluarum. c ¶ *Quoniā ego quaſi leæna, etc.*] Illis euntibus ad Aſſur, & mittentibus ad regem uindicem & ultorem, qui eos ſa nare non poterit, nec ſoluere uinculum colligatū: oſten dam quod me aduerſante omne hominum auxilium uanum ſit. Ero enim quaſi leæna Ephraim, & quaſi ca- tulus leonis domui Iuda. Pro leæna, quę Hebraice שחל Lxx. interpretati ſunt pantherem, quæ Græce ſimiliter dicitur & Latine, & tam nomen beſtiæ quàm omnis be ſtia accipi poteſt: ut quicquid ſæuum in beſtijs eſt, hoc in dei indignatione cognoſcas. Nihil pāthere uelocius, nihil leone fortius: in panthere uelox per Aſſyrios re- gni Samariæ ſignificatur interitus, & in leone fortiſsi- mum contra Hieruſalem & Iudam aliquanto poſt tem pore regnum oſtenditur Chaldęorum. Et quia leęnam ſiue pantherem, & leonem ſe eſſe dixerat, metaphoram ſeruat, & dicit. d ¶ *Ego ego capiam, etc.*] Quæritur ſi ra- piente, & tollente, & tenente deo, nullus de manibus e- ius poteſt eripere, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Nemo *Ioan. 10.f* poteſt rapere de manu patris mei: quomodo Iudas de manu dei proditione ſit raptus? Ad quod breuiter re- ſpōdebimus, nullū poſſe rapere de manu dei, poſſe aūt eum qui teneṫ, propria uoluntate de manu dei excide- re. Quodq; ſequiṫ: Vadens reuertar ad locū meum. Lo cum, dei magnificentiam & maieſtatem eius debemus accipere: ut nequaquam pro diſpenſatione deſcendat ad homines, iraſcatur, miſereatur, obliuiſcatur, fiat quaſi panther, uertatur in leonem, mutetur in beſti- as: ſed res ſpernat humanas, & permittat eos quos an tea protegebat, hoſtibus ſubiacere, ut tabeſcant, & de- ficiant, & intereant, & poſtea quærant faciem domi- ni, & dicant: Illumina faciem tuam, & ſalui erimus. Et: *Pſal. 79* Oſtende



A Oſtende nobis dñe miſericordiā tuā, & ſalutare tuū da *Pſal. 48.a* nobis. Hæreticis quoq; & eccleſię negligēti, deus in pan therem uertiṫ & leonē: & tollet ab his prædā quam eccle ſiæ ante rapuerūt: ut capti ſalueṅt qui liberi perierāt: & nequaq; habitabit in conciliabulis peruerſorū, ſed re- uerteṫ ad locū ſuū, de *Ioan. 14.b* quo dicit: Ego in pa- tre, & pater in me, & eos ſpernet atq; deſpi ciet, donec deficiēt in impietate, & quærant eum per pœnitentiā à quo fuerant derelicti. Alij locū dei cœlū pu- tāt: quo offenſus deus ab his qui in terra ha- bitant reuertaṫ, & eos faciet diſperire, ꝗ cle- mentiſsimū dñm ma gnitudine peccatorū, in ferarū ſibi rabiē cō uerterūt.

Cap. VI

In *tribulatione ſua, etc.*] Ideo deus tradidit Ephraim & Iudam ca ptiuitati, & nullus eſt ꝗ de manu eius poſſit eripere, & reuerteṫ ad locū ſuum donec defi ciant, & quærant faciē eius: ut quē propitiū præſentemq; nō ſenſe

CAP. VI

In tribulationē ſua ma- ne conſurgēt ad me: ue- nite & reuertamur ad do- minū: quia ipſe cœpit & ſa nabit nos, percutiet & cu- rabit nos: uiuificabit nos poſt duos dies, & in die ter tio ſuſcitabit nos, & uiue- mus in conſpectu eius: ſcie mus ſequemurq;, ut cog- noſcamus dominū. Quaſi diluculum præparátus eſt egreſſus eius, & ueniet qua ſi imber nobis tēporaneus & ſerotinus terræ. Quid fa ciā tibi Ephraim? qd faciā ti bi Iuda? miſericordia ue- ſtra quaſi nubes matutina, & quaſi

rant, iratum & abſentem requirant: & in tribulatione ſua orto eis lumine pœnitentiæ, mane conſurgant ad B eum: iuxta illud quod in Eſaia legimus: In tribulatione domini recordatus ſum. Et in primo graduū pſalmo: Ad dominū cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Cumq; ad dominum mane ſurrexerint, quid loquen- tur? Venite & reuertamur ad dominum. Non ſunt pro pria ſalute contenti, ſed ſe mutuo prouocant, ut reuer- tantur ad dominum, quem reliquerant, quem propter peccata deſeruerāt, à quo fuerant derelicti: quia ipſe ce- pit, & ſanabit nos qui ſuprà dixerat: Ego ego capiam: percutiet & curabit nos. Pro eo quod nos diximus cu- rabit, omnes ſimiliter tranſtulerūt μοτώσει: proprie au tem μότα appellantur linteola quæ inferuntur uulne- ribus, ut putridas carnes comedant, & extrahant puru lentias: artiſq; medicorum eſt, grandia uulnera longo ſanare tempore, & per dolorem reddere ſanitatem. Per *Heb. 12.b* cutit ergo dominus & curat nos: quia quem diligit, cor ripit, & caſtigat omnem filium quem recipit: & non ſo- lum curat, ſed uiuificat poſt dies duos, & die tertio re- ſurgens ab inferis, omne hominum ſecum ſuſcitat ge- nus. Cumq; percuſſos curauerit, & curatos uiuificaue- rit, & uiuificatos ſuſcitauerit, tunc uiuemus in conſpe- ctu eius, qui illo abſente mortui iacebamus. Viuentes autem in conſpectu eius, ſciemus eum, & omni ſtudio ſectabimur: ut cognoſcamus dominū, quo tertia die re ſurgente, ſurreximus. His ſermonibus explicatur illud quod ſæpe iam admonuimus: & Iſraelem & Iudam, id eſt, decem & duas tribus, tunc unum habituras eſſe pa ſtorem & regem Dauid, cum crediderit in dominū re- ſurgentem: fruſtraq; Iudæi mille annorum ſibi ſomnia pollicēṫur, cum ſalus uniuerſorū die tertio repromiſſa ſit, qua dominus ab inferis reſurrexit. Hebręi diē ſecun dum in aduentu Chriſti ſui interpretanṫ, & diē tertium in iudicio, quando ſaluādi ſunt. Quod ut cōcedamus, reſpondeant nobis, quæ ſit dies prima: hoc eſt primus ſaluatoris aduentus. Et cum reſpondere nō potuerint,

inferamus primū diem eſſe iuxta quod ipſi uolunt in C humilitate ſaluatoris aduentū: ſecundum in gloria: ter- tium in habitu iudicantis. Qui autē ſecundū tertiumq; ſuſcipiūt, primū ſe perdidiſſe teſtanṫ: quia ſecundus & tertius ſine primo non poteſt appellari. b ¶ *Quaſi dilu culum, etc.*] Venite, in- quit, & reuertamur ad dñm, quia ipſe qui cœpit & ſanabit nos, percutiet & curabit nos, & uiuificabit nos poſt duos dies, & die tertio ſuſcitabit nos: ipſe & nō alius: quaſi mane & aurora para- tus eſt nobis. De quo & uiceſimiprimi pſal- mi titulus eſt: Pro aſ- ſumptione matutina, licet in Hebræo ſcri- ptū ſit: Pro ceruo ma- tutino: eo ꝙ interfecta morte, & tortuoſo an tiquoq; ſerpente, cu- piat ad mōtana con- ſcendere: & ipſe tene- bris diſsipatis, oritur nobis ſol iuſtitiæ, ut noſtrā illuminet cæci- tatem. Et pulchre. c ¶ *Præparatus eſt, etc.*] De quo iuxta tropo-

CAP. VI

In tribulatione ſua ma- ne uigilabūt ad me dicē- tes: eamus & reuertamur ad dñm deum noſtrū: quia ipſe uerberauit & ſanabit nos: pcutiet & curabit nos: ſanos nos faciet poſt dies duos: in tertio reſurgemus & uiuemus corā eo, & ſcie mus & perſequemur, ut cognoſcamus dominum. Quaſi mane paratū inueni emus eum: & ueniet nobis quaſi pluuia tēporanea & ſerotina terræ. Quid faciā ti bi Ephraim, quid faciā tibi Iuda? miſericordia autē ue- ſtra quaſi nubes matutina, & quaſi

logiam in octauodecimo pſalmo legimus: Et ipſe tan- quam ſponſus egreditur de thalamo ſuo. Qui non ſo- lum mane uocatur, & aurora, & diluculum, ſed ueniet D nobis quaſi imber tēporaneus & ſerotinus terræ. Nos Chriſtum recipimus temporaneū, quando fidei in no bis iacta ſunt fundamenta, & ſuſcipiemus eum imbrem ſerotinum, quādo maturis ſegetibus fruges capiemus æternas, & in dominica horrea recondemur. Ergo Iu- dæi qui temporaneas pluuias non receperunt, & abſq; pluuijs iecere ſementem: fructus in ultimo tempore nō recipient. Hæc eſt pluuia de qua dominus pollicetur di cens: Dabo uobis pluuiam temporaneam & ſerotinā. *Deut. 11.b* Iuxta allegoriam, datur pluuia temporanea, quando ex parte cognoſcimus: datur pluuia ſerotina, quando uenerit quod perfectum eſt. Semperq; dominus mane ſurgentibus paratus eſt, qui poſſunt dicere: Conſur- gam diluculo. Et: Deus deus meus ad te de luce uigilo: *Pſal. 56 & 62* Sitiuit in te anima mea. d ¶ *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia ueſtra quaſi nubes matutina.*] Quando dicit: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciā ti bi Iuda? parentis in perditos filios monſtrat affectum: iuxta illud quod in Eſaia legimus: Quid eſt quod ultra *Eſaiæ 5.b* debui facere uineæ meæ, & nō feci ei? Et in Michea: Po- *Miche. 6.a* pule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? Re ſponde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruientiū liberaui te, & miſi ante faciē tuam Moyſen & Aaron, & Mariā. Quid igitur faciā tibi Ephraim, quid faciā tibi Iuda? miſericordia ueſtra, qua uobis ſemper miſertus ſum: quaſi nubes matutina pertrāſijt, & quaſi ros mane conſurgēs, qui orto ſole ſiccaṫ: Iam enim ca- ptiuitas prope eſt: iam uos cerno duci in Aſſyrios, & in Babylonios catenatos: dolaui uos in prophetis, & uer- bis terribilibus cōminatus ſum: ſcalpellū, ignes & caute ria protuli: ut qui clementē contēnebatis, timeatis offen ſum: & occidi negligētes in uerbis oris mei, ut ante pec catores uerborum terrore punirē quàm captiuitas im- mineret. Et hæc uniuerſa feci, ut iudicij quo te iudicatu- rus

A rus ſunt ueritas appareret, nulluſq; dubitaret uos iuſte quæ patimini fuiſſe perpeſſos. Pro eo quod eſt dolaui in prophetis, LXX. tranſtulerunt, ἀπεθέρισα τοὺς προφήτας ὑμῶν, id eſt, ſuccidi prophetas ueſtros, ipſos pſeudoprophetas occiſos à domino intelligentes: ut q cauſa erroris fuerant proſpera promittentes, interfecti uerterentur in occaſionem ſalutis. Et eſt ſenſus, Ne crederetis prophetis, credidimus: etiam ipſos interfeci, ut omnis uobis peccandi tolleret

3 Reg. 18.g ret occaſio. Legimus in Regum uolumine, quadringentos quinquaginta prophetas

4 Reg. 10.c Baalim interfectos ſub Helia: & aliam innumerabilem multitudinẽ ſub Iehu: qui ſubuertit domum Achab. Hæc eadem & ad hæreticos, & ad uerum Iudam, qui ſimilia perpeſſurus eſt dicta ſentimus: quod prouocet eos dominus ad miſericordiã, & reuerti cupiat ad ſalutẽ. Sed illi delicias huius ſeculi & refri-

B geria, quaſi nubem & rorem qui cito tranſeat conſe-

Luc. 12.c ctentur, quibus in Euangelio dicitur: Stulte hac nocte repetunt animam tuam à te, quæ autem paraſti cu-

Luc. 16.c ius erunt? Et diues ille purpuratus, qui ante ianuas ſuas iacentem Lazarum contemnebat: omne quod fruitus eſt, inſtar nubis ac roris tranſiſſe cognouit. Semper autem prophetas hæreticorũ interficit deus: dum æterna eis ſupplicia cõminatur, & aufert de uera uita, & morti ſcelerum derelinquit. Nos autem nubem diligamus illam quæ perpetua eſt, & quæ à mundi huius ardore nos protegit: cui ſedens dominus uenit in Aegyptũ, & omnia Aegyptiorũ ſimulachra confregit. Ame-

Deut. 32.a mus illum rorem de quo Moyſes loquitur: Deſcendãt

Eſaiæ 26.c ſicut ros uerba mea. Et de quo Eſaias dicit: Reſurgent

ſecũdũ LXX mortui, & reſuſcitabunt qui in ſepulchris ſunt: ros enĩ qui à te eſt, ſanitas eorum eſt. Sunt qui prophetas interfectos uere ſanctos æſtiment, eo quod cauſa populi peccatoris etiam prophetæ occiſi ſint, & hoſtibus traditi.

a ¶ *Quia miſericordiam uolui, etc.*] Quod ſequitur in Septuaginta: Ibi contempſit me Galaad ciuitas, quæ operatur uana, & reliqua: ſequenti capitulo coaptãda ſunt, nos quod ꝓpoſuimus diſſeramus: Dolaui eos in prophetis, occidi in uerbis oris mei: grauia comminatus ſum, ut miſerer pœnitentium, ut lapſis atq; ſurgentibus porrigerem manum. Neq; enim in ſacrificijs delector & uictimis, & holocauſtorũ multitudine: Victimæ meæ & holocauſta, ſalus credentium, & conuerſio peccatorum eſt. Ipſi autẽ imitati ſunt Adam, ut quod ille in paradiſo fecerat, pactum meum legemq; præteriens, iſti in terra facerent: Et ibi, hoc eſt, in paradiſo, omnes præuaricati ſunt in me, in ſimilitudinem præuaricationis Adam. Non enim mirum ſi quod in parente præceſsit, etiam in filijs condemnetur. Quotidie deus & eos qui extra eccleſiam ſunt, & qui peccant in eccleſia cõmorantes, prouocat ad pœnitentiã, & dicit eis: Miſericordiam uolo, & non ſacrificium, & ſcientiam dei plus quàm ho

HEB. & quaſi ros mane pertranſiens: propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in uerbis oris mei, & iudicia tua quaſi lux egredientᷣ. Quiã miſericordiam uolui, & non ſacrificium, & ſcientiã dei plus q̃ holocauſta: ipſi autẽ ſicut Adam tranſgreſsi ſunt pactum: ibi præuaricati ſunt in me. Galaad ciuitas operantiũ idolum, ſupplantata ſanguine, & quaſi fauces uirorum latronũ (ſiue uiri latronis.) Particeps ſacerdotũ in uia interficientium pergẽtes de Sichem: quia ſcelus operati ſunt.

In domo

SEP. & quaſi ros mane pertrãſiens: propterea ſuccidi prophetas ueſtros: occidi eos in uerbo oris mei, & iudiciũ tuum quaſi lux egredietur. Quia miſericordiam uolo, & non ſacrificium: ſcientiam dei magis quàm holocauſta: ipſi uero ſunt ſicut homo præteriens teſtamentum. Ibi enim contempſit me Galaad, ciuitas quæ operatur uana: & conturbat aquam, & fortitudo tua uiri piratæ. Abſconderunt ſacerdotes uiam domini, interfecerunt Sicima, quia iniquitatem operati ſunt.

In domo

C locauſta. Illi uero offerunt panem ſacrilegũ, & dant eleemoſynas, & ſectari uidentur humilitatem: quæ ego ſi uere fiant, holocauſta interpretor. Cum autem ſcientiam dei reliquerint, fruſtra trũcato capite fidei cætera membra habere ſe iactant: pręuaricati ſunt enim pactum dei in eccleſia, ſicut Adã pręuaricatus eſt in paradiſo: & imitatores ſe antiqui parẽtis oſtendunt, ut quomodo ille de paradiſo, ſic iſti eijciantur de eccleſia.

b ¶ *Galaad ciuitas operantium idolum ſupplantata ſanguine, & quaſi fauces uirorum latronũ, etc.*] Virorum latronũ, ſiue uiri latronis: utrunque enim legi poteſt. Legimus in Ramoth Galaad unctũ eſſe in regem Iehu, qui ſanguinem ſanguini miſcuit, & Achab ſubuertit domum, & ante ſolis ortũ aceruos capitum filiorum eius iuſsit ſtatui: in hac urbe trans Iordanem in poſſeſsione tribus Gad, idolum conſecratum eſt, quę habitabatᷣ à ſacerdotibus: nam & ipſa fugitiuorum ciuitas fuit. Quanto igitur celebrior & maioris autoritatis, quia in partẽ ſacerdotũ fuerat delegata: tanto trans Iordanem habitanti Iſrael principium idololatriæ & malorum omniũ fuit: ut qui primi peccauerant, primi ab Aſſyrijs caperentᷣ. Et quoniam ipſa prouincia plena eſt latrociniorum, comparat eos latronibus: ut quomodo illi uiatoribus, ſic ſacerdotes ſimplicitati populi inſidiati ſunt. Porrò ſecundum tropologiam, Galaad interpretatur tranſmigratio teſtimonij, & contemnit deum, dum teſtimonia ſcripturarũ ad peruerſa deprauat dogmata, & omnia opera illius uana ſunt, conturbatq; eccleſiæ aquas, & de puriſsimis fontibus cœnoſos & ſordidos riuos facit, qui maculent potius q̃ mundent baptizatos: Omniſq; fortitudo huius urbis, quaſi uiri piratæ eſt, dũ imitatᷣ diabolum, qui in huius ſeculi mari, in quo naues pertranſeunt, inſidiatᷣ his qui ad portũ peruenire contendunt. Deniq; Symmachus maniſeſtius interpretatus eſt, dicens: Et fauces tuæ quaſi uiri inſidiatoris. De iſtiuſmodi piratis in Iob legimus: Non eſt dilatio piratis. Quãuis enim in præſenti ſeculo ſe iactare uideantᷣ, & cõturbare aquas, & operari uana, & exercere piraticã: tamẽ nõ eſt mora pœnarum, quæ eos uelociter comprehendent.

4 Reg. 9.a

D

גלעד

c ¶ *Particeps ſacerdotum, etc.*] Symmachus hunc locum ita interpretatus eſt: Societas ſacerdotum in uia interficiebant Sichem. Theodotion hoc modo: Abſconderũt ſacerdotes uiam, interficiebant in dorſo. Aquila: Participatio ſacerdotum in uia occidebant humeros: quorum cum intelligentiam iuxta hiſtoriam quæreremus ab Hebræo, ita nobis expoſitum eſt: Sacerdotes Bethel imò fanatici Bethauen, temporibus Paſchæ, & Pentecoſtes, & Scenopegiæ, quando per Sichẽ, quæ hodie Neapolis appellatur, eundum erat Hieroſolymam: ubi ſolum licebat uictimas immolare, ponebant in itinere latrones, qui inſidiarentur pergentibus, ut magis uitulos aureos in Dan & in Bethauen, quàm in Hieroſolymis



A mis in tẽplo adorarẽt deũ. Quod aũt dicit: Participatio & ſocietas ſacerdotũ, coniuratione̅ eorũ ſignificat, & in mala parte cõſenſũ: ſin aũt legeremus, ut nos interpretati ſumus, particeps ſacerdotũ, ad Galaad, inquit, referendum eſt, quæ operatᷣ idolũ, & ſupplantata eſt ſanguine, ꝙ ſacerdotum impietatẽ ſecuta ſit, & latrocinijs uacet ac ſanguini. Hoc illi dixerunt: Nos dicamus intercludere hæreticos uiã, ne de Sichẽ, id eſt, de bonis operibus pergamus in Hieruſalẽ, id eſt, in eccleſiã: Iſti ſunt quaſi fauces uirorũ latronũ, & interficiunt eos, qui ꝑ huius ſeculi uiã ad ueritatẽ pergere cupiũt.

שכמה Sichem interpretatur ὦμοι, id eſt, humeri: in humeris opus intelligimus, & oẽs falſi ſacerdotes abſcondũt uiã, & occidunt homines malis operib. ne perueniãt Hieruſalẽ. Quod autẽ humerus opus ſignificet, illud oſtẽdit: Da cor tuũ in humerũ tuũ,

Gen. 49.c hoc eſt, quæ intelligis, uerte in opera. Et de Iſachar legimus, quòd ſuppoſuerit humerũ ſuũ ad laborandũ, & uir agricola ſit. a ¶ *In domo, etc.*] De hoc ſcelere & hor-

Hier. 2.c rore terribili eſt Hieremias locutus: Obſtupuit cœlum ſuper hoc, & exhorruit terra uehementer. Quid enim

B horribilius, q̃ decẽ tribus ad idolorũ cultum repente tranſgreſſas? Vnde ad metropolim earũ dicitur: Aufer uitulum tuũ Samaria, in qua primus fornicatus eſt Ephraim, id eſt Hieroboam de tribu Ephraim, & illo fornicante contaminatus Iſrael eſt, populus uidelicet Samariæ, qui magna ex parte cõmune Iſraelis nomẽ obtinuit. Vnde & ad Iudã ſermo conuertitᷣ: Tu quoq; Iuda pone meſſem tibi: & eſt ſenſus: Non te putes eſſe ſecurũ, ꝙ Iſrael captiuus abducitᷣ, tu quoq; præpara tibi ſegetes, ut metantᷣ, nõ multo enim poſt tempore duceris captiuus in Babylonẽ, & meſsionis tuę tempus aduenier: cumq; te Chaldæi meſſuerint, conuertã rurſum captiuitatem populi mei, & ſub Cyro rege Perſarũ, & Artaxerſe reducã populum meũ. Et nota, q̃ ſignificanter Iudæ captiuitas, & regreſsio pariter prophetetᷣ: de Iſrael autẽ, hoc eſt, de decẽ tribubus, & nunc tacitũ eſt, & ſi quando proſperũ quid dicitur, in Chriſti differtur aduentũ. In domo aũt hæreticorũ quotidie uidemus horrenda: fornicantibus primũ magiſtris, & populo qui ab eis inducitur ſordidato. Iudæ quoq; hoc eſt eccleſiæ præcipitur, ut & ipſe propter peccata paret ſibi meſſem, ſibi uindemiam cum iudicij tempus aduenerit. Sed huic ignoſci-

Hebr. 12.b tur, & ueniã dominus pollicetᷣ, quia quem diligit corripit, & caſtigat omnẽ filium quem recipit, ut probatũ & purgatũ condat in theſauros ſuos. Quidam hoc quod dicitur, Iuda incipe uindemiã tuam, ſiue pone meſſem tibi, ad bonam partẽ referũt: ut punito Iſrael, iſte operũ

Pſal. 125.a ſuorũ fructus recipiat: iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metent. Nobis ſuperior ſenſus magis placet.

Caput VII

C*Vm ſanare uellem Iſrael, & reuelata eſt iniquitas, etc.*] Multa ſæpe Iſrael idololatriæ accepit uulnera, & maxime illud, quando in eremo uituli conflaue-

Exod. 32.b runt caput, atq; dixerũt: Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Vnde ego qui malo pœnitentiam peccatoris, q̃ mortem, & poſtea loquor in Euangelio: Non indigent ſani medico, ſed hi qui male habẽt: uulnera populi mei ſanare conatus ſum. Et cũ hæc omni arte tractarem, ut miſerabilis populus curaretᷣ, ſubito extitit Hieroboam de tribu Ephraim, q uitulos aureos faceret, & malicia Samarię reuelata eſt, ſequẽtis regẽ impiũ: operati ſunt enim & rex & populus mẽdacium, hoc eſt idolum. Sicut enim contrariũ eſt ſimulachrum deo, ita mẽdaciũ ueritati. Ipſe aũt rex inſtar furis ingreſſus eſt ad populũ Iſrael, & quaſi latrunculus infelicẽ plebem dei expoliauit auxilio. Et eſt ſenſus: Cum uellem uetera populi mei peccata delere ꝓpter antiquã idololatriam, Ephraim & Samaria noua idola reperẽrũt. Sed & hoc dici poteſt, quod dño ſaluatore poſt effuſionẽ ſanguinis ſui, & eccleſiam ſuam tam de Iudæis q̃ de gentibus congregatam, uolente populi peccata ſanare, & eos ad pœnitentiam reducere: ſubito Ephraim, qui ubertatẽ falſorum dogmatũ repromittunt, & populus Samariæ, qui ſe dicit dei præcepta ſeruare, ſurrexerũt, & operati ſunt

D idolum falſorũ dogmatum, & per illos ingreſſus eſt fur & latro diabolus in eccleſiam: ſiue ipſa doctrina hæreticorum ingreſſa eſt, quaſi fur & latrunculus, de quibus ſaluator dicit in euangelio: Omnes qui uenerunt ante Ioan. 10.b

me, fures fuerunt & latrones. Fures inſidiantᷣ, & occulta fraude decipiunt. Latrones audacter aliena diripiunt. Qui enim furantᷣ, nocte furantur & in tenebris. Vnde ſignificanter ait, ꝙ fur ingreſſus clam ſit, & latrunculus expoliet foris: Non enim poſſunt expoliare ueſte Chriſti quos docuerunt, niſi eos de eccleſia foris eduxerint, & in peruerſa doctrinarũ ſuarum uia fecerint ambulare. Fures & latrones qui uenerunt ante dñm, nõ Moyſen & prophetas, qui ſemper ſaluatoris ore laudantᷣ: ſed pſeudoprophetas debemus accipere, & poſtea hæreticos, qui nõ miſsi ſunt à dño, ſed ſua uoluntate uenerũt.

¶ c *Et ne dicant, etc.*] Ne forſitan, inquit, dicant in cordibus ſuis: uetera nobis deus peccata reſtituit, & patrũ delicta perſoluimus: illi comederũt uuã acerbã, & den- Hier. 3 f

tes filiorũ obſtupuerũt, idcirco quæ nunc & in præſentiarum me uidente fecerunt, & quotidie faciũt, ſequenti ſermone narrabo, & oſtendam illis adinuẽtiones ſuas, ſiue cogitationes, quibus mala ſtudioſiſsime conſectati ſunt, & quæ me præſente geſſerunt, non timẽtes faciem meam. Quod aũt in LXX. legimus, ut concinãt quaſi canentes in cordibus ſuis, ad illud referendũ eſt: ꝙ ideo fur ingreſſus, ſiue latrunculus expoliauerit foris, ne in priſtinis diuitijs & ueſtibus permanẽtes, repellerẽt furis latroniſq; conſenſum: ſed cũ ſpoliati fuerint, concinant cũ eis, & uno corde efficiantᷣ: idcirco recipiẽt quæ fecerũt, & oẽs cogitationes eorũ uel opera, meũ nõ merebuntᷣ aſpectũ. Hæretici quoq; nõ poſſunt uetera contra deũ peccata cauſari, cũ quotidie antiquis operibus nouã addãt impietatẽ, & cũ perditis pereãt ſuiſq; ligentᷣ erroribus, & cũ deũ ſe cælare putent, oculos eius uitare

HEB. In dõmo Iſrael uidi horrendũ, ibi fornicatiões Ephraim, cõtaminatus eſt Iſrael: ſed & Iuda pone meſſem tibi cũ conuertero captiuitatem populi mei.

SEP. In domo Iſrael uidi horribilia: ibi fornicationẽ Ephraim: cõtaminatus eſt Iſrael & Iuda, incipe uindemiam tuam cum conuertero captiuitatẽ populi mei.

Caput VII

CVm ſanãre uellem Iſrael, & reueleta eſt iniquitas Ephraim, & malicia Samariæ: qa operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt, ſpolians latrunculus foris.

HEB. Et nẽ dicant in cordibus ſuis omnis maliciæ eorum me recordatum: nunc circundederunt eos adinuentiones ſuæ: coram facie mea factæ ſunt. In malicia

SEP. Vt concinant quaſi canentes in cordibus ſuis, oẽs malicias eorũ recordatus ſum: nunc circundederunt eos cogitationes ſuæ, cõtra faciẽ meã factæ ſunt. In malicijs

HEB. mâlicia ſua lætificauerunt regem, & in mêdacijs ſuis principes. Omnês adulterâtes quaſi clibanus ſuccêſus à coquête: quieuit paululû ciuitas à cômixtione fermêti, donec fermentaretur totû. Diês regis noſtri: cœperunt principes furere à uino: extendit manû ſuam cum illuſoribus: qui applicuerût quaſi clibanû cor ſuû cum inſidiaret̃ eis. Tota nocte dormiuit coquens eos: mane ipſe ſuccêſus, quaſi ignis flammæ: omnes calefacti ſunt, quaſi clibanus, & deuorauerunt iudices ſuos: omnes reges eorum ceciderunt: non eſt qui clamet ad me ex eis. Ephraim

A non ualeant. a ¶ *In malicia ſua, etc.* ] Exponit quæ coram facie eius fecerunt: In malicijs ſuis lætificauerunt regem Hieroboam, & in mendacijs ſuis principes qui ſub Hieroboam populo præfuerant. Hæretici quoq; in malicia operû ſuorû lætificauerût regê diabolum, & in mendacijs dogmatû peruerſorû principes: haud dubium quin mundi huius: quorû falſam ſapiêtiâ deſtruit deus. Poſſumus regê apud hæreticos dicere, qui primus hæreſim reperit, & principes eos q̃ præpoſiti hæreticorû populis, falſum ſibi uendicât ſacerdotiû. Et ſimul notâdum, q̃ in peccatis noſtris gaudeât côtrariæ fortitudines & rectores ac principes tenebrarum iſtarum. b ¶ *Omnes adulterantes, etc.* ] Qui in malicia ſua lætificauerunt regem, & in mêdacijs ſuis principes, omnes adulteri ſunt, & inſtar clibani ab Hieroboam idololatriæ igne ſucceſi, ut panem coquerent impietatis: qui cum erroris in animas eo-
B rum miſiſſet incêdiû, quaſi caminus & clibanus primo igne ſucceſus, paululum conquieuit: ut non uim faceret populo, ſed ſuæ eum dimitteret uoluntati, donec fermêtaretur omne mendacium. Quicquid enim neceſsitate fit, cito ſoluitur: quod uoluntate arripitur, perſeuerat. Ideo & hic quia tranſlationem à clibano ſumpſerat, qui ad coquêdos panes ſuccenditur: ſeruat in reliquis, ut in cômixtione fermenti totius populi monſtret aſſenſum: quo ſcilicet & rex & populus pari in idololatria ardore corruerint. Hæreticorû corda diaboli igne ſuccenſa, ut in eis panes coquantur Antichriſti, nemo ambigit: qui idcirco primum quieſcunt in eccleſia, & loquuntur occulte & omnia pacifica repromittunt: ut cancer paulatim ſerpat in populos, & fermentû doctrinæ eorum (quod & dominus intelligens loquit̃:
Matt. 16.a Cauete à fermento phariſæorû) cum intumuerit in cordibus deceptorû: tunc in apertam prorumpût inſaniâ,
1. Ioan. 2.c & impletur in eis quod à Ioâne apoſtolo dicitur: Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utiq; nobiſcû. c ¶ *Dies regis, etc.* ] Obſcurus locus & attêto lectoris ſenſu indigens. Vt primum hiſtoriam cognoſcamus: Paululum Iſrael & Samariæ ciuitas conquieuit recepto in ſe erroris ardore, donec tota maſſa fermêto ſimilis fieret, & creſceret atq; erumperet: ac populus intumeſcens clamaret ad fores Hieroboam regis & diceret: Hic eſt dies Hieroboam regis noſtri, hic eſt feſtus dies quem nobis conſtituit imperator noſter, hunc celebramus, hûc canimus: in hoc exultamus & ludimus, in hoc uitulos aureos adoramus: Clamante populo: Principes nô irati ſunt, ut quidam putant, ſed & ipſi cœperunt furere à uino, & intelligentiam ſuæ mentis amittere, obliuiſci dei, & in idolorum ligna impingere. Quod cum rex cerneret, clamare ſcilicet populum & dicere: Dies iſte regis noſtri eſt, &

SEP. In malicijs ſuis lætificauerût reges, & in mendacijs ſuis principes. Omnes adulterâtes quaſi clibanus ardens ad coquendum in deuſtionê flâmæ à cômixtione fermenti, donec fermentaret̃ totû. Dies regum ueſtrorû. Cœperût principes furere à uino: extendit manû ſuâ cû peſtilentibus, quia ſuccenſa ſunt quaſi clibanus corda eorû: cû præcipitarent̃ tota nocte, Ephraim ſôno repletus eſt: mane factû eſt: incenſus eſt quaſi ignis flâmæ: Oês calefacti ſunt quaſi clibanus ignis ardês: & ignis deuorauit iudices ſuos. Oês reges eorû ceciderût: nô eſt in eis q̃ inuocet me

principes quaſi temulentos & fanaticos neſcire quid dicerent: extendit manû ſuam illuſoribus, copulauit aſſenſum his qui ei uanis laudibus illudebant. Qui illuſores cum inſidiaretur eis rex ſuus, & eos à deo ſuo abduceret: præbuerût ei quaſi clibanum cor ſuum, ut eos ſuccenderet, & idololatriæ flammis ardere faceret. Idcirco enim aſſenſus eſt populo: quia intellexit omni eos ad errorê mente côuerſos. Quodq; ſequit̃: tota nocte dormiuit coquês eos, mane ipſe ſuccêſus quaſi ignis flammæ, hoc ſignificat: poſtquâ miſit ignê in clibanum cordis eorum, & uidit eos furere, & nullum eſſe qui ſuæ reſiſteret uoluntati: tota nocte dormiuit, id eſt ſecurus fuit: uerſatus in tenebris eſt, dum illi coquerentur & impietatis panem efficerent: Vnde poſtea ſurrexit mane, & ſcelerû ſuorum flammâ aperta oſtendit inſania: ut nequaq̃ per inſidias, ſed impudenter à dei cultu ad idolorû ceremonias tranſilirent. D
Quid plura? omnes quaſi clibanus, idololatriæ igne calefacti ſunt, & deuorarunt iudices ſuos, ut etiam qui bonus eſſe potuerat per naturam & religionis domini recordari: uidês & principes & populum uitulis ſubditos, & illos putare deos: etiam ipſe à ſcelere deuoraretur. Deniq; omnes reges ceciderunt Iſrael, & ambulauerunt in uijs Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael, & nullus inuêtus eſt qui deſertis idolis reuertatur ad deum. Hæc iuxta Hebræorum traditionê audacter magis q̃ ſcienter locuti ſumus, fidem dictorû autoribus relinquêtes. Nunc ad ſpiritualem intelligentiâ tranſeamus: infelices populi, qui à rege diabolo, & ab eius principibus ſeducuntur: ſiue qui ab hæreſeos principe, & ab eius ducibus ſolennitates alias ſuſceperunt: relinquentes eccleſiam, & ueritatê conculcâtes fidei, ſolent clamare & dicere: Hæc eſt dies regis noſtri: Verbi gratia: Valentini, Marcionis, Arij, atq; Eunomij. Quod audientes qui eis præpoſiti ſunt, nô inebriantur uino, ne leue puteñt eſſe peccatum: ſed inſaniunt ex uino, de quo Moyſes ſcripſit in câtico
Deut. 32 Deuteronomij: Furor draconû uinû eorû, & furor aſpidum inſanabilis: hi enim comedunt cibos impietatis &
Epheſ. 5 uino iniquitatis inebriantur. Dicit & Apoſtolus: Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria. Et in Prouerbijs legimus: Principes uinû non bibant, ne obliuiſcant̃ ſapientiæ, & recta iudicare nô poſsint. Vnde deceptis & populis & ducibus, princeps extendit manû ſuam, uel illuſoribus & peſtilentibus, quales erant filij Heli, & de quib. in primo pſalmo legimus: In cathedra peſtilentiû non
Prou. 22 ſedit. De quo dicitur: Eijce peſtilentê de concilio, & egredietur cum eo contentio: quorum ſuccenſa ſunt corda, ut allidant quos deceperint. Hoc enim iuxta LXX. ſignificant cataractæ, quæ nô ſurſum leuant, ſed allidût deorſum. Quodq; dicit: Tota nocte Ephraim in ſomno re-

pletus



HEB. Ephrâim in populis ipſe cômiſcebat̃: Ephraim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur: comederût alieni robur eius, & ipſe neſciuit: ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit, & humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius: nec reuerſi ſunt ad dominum deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his. Et factus êſt Ephraim, quaſi columba ſeducta non habens cor. Aegyptû inuoca-

A pletus eſt, oſtendit hæreticos dormientes lucem ſolis iuſtitiæ non uidere: Qui enim dormiunt, nocte dormiût: quia oppreſſus eſt ſenſus eorum. Et de his in pſalmis le
Pſal. 75 gimus: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerût. Horum corda calefiunt uarijs perturbationibus: ira, amore, auaritia, & deuorant iudices ſuos: uel ſi quid poſſunt in animo habere uirtutum, uel ſenſus quib. mala diſcernunt à bonis. Siue hoc dicendum, quód duces hæreticorum à ſuis populis deuorentur, ut quorum domos deuorant turpis lucri gratia: ipſi eorum deuorêtur aſſenſu. Omnes hæreticorû principes ceciderunt, quâuis clament ad dominum: nullus eſt qui inuocet nomen eius.
Rom. 10.c Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius: inuocabant dominum, & ipſe exaudiebat illos: qui hæreticorum reges & principes non exaudit, quia non eſt inter eos qui clamet ad dominû. a ¶ *Ephraim in populis, etc.* ] Factum eſt regnum decem tribuum, ſicut omnium nationum, quia receſſerunt à domino: & ſicut
B ſubcineritius panis, qui non reuerſatur: hoc eſt, non agit pœnitentiam: comederunt Aſſyrij atq; Chaldæi fortitudinem eius, & quicquid uirium habere poterat, deuorauerunt. Tantæq; uecordiæ fuit, ut deuoratum eſſe ſe neſciret: aut certe ignoraret cauſam propter quam fuiſſet deuorantibus traditus, deniq; uſque ad ſenectutem, id eſt, uſq; ad ultimam captiuitatem, in cœpto errore permanſit: Vnde humiliabitur ſuperbia Iſrael non multo poſt tempore, ſed nunc & in præſenti: hoc eſt enim quod dicit, in facie eius: humiliabitur autem, quia ſe erexerat, & non in deo, ſed in multitudine confide-
Iacob. 4.b bat exercitus: Et quia ſuperbis deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Pro ſuperbia, id eſt גאון more ſuo LXX. ὕβριν, id eſt iniuriam tranſtulerût. Et quia ſuprà dixerat: Ephraim factus eſt ſubcineritius qui nô reuerſatur, & uidebatur ambiguum, nec ſatis ſonare quid diceret: nunc ponit manifeſtius: Non ſunt reuerſi ad dominum deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his: quod ſi fuiſſent reuerſi ad dominû deû ſuum,
Hier. 3 audiſſent utiq; per Hieremiam loquentem deum: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad uos. Et cum tanta fecerint, non quæſierunt eum, quem ſuo uitio perdiderunt. Cum autem debeat Ephraim, ut ad ſenſum alium transferamus, docere populos, & ad ſimilitudinem ſui ſubtrahere: ipſe populis commiſcetur, & ſimilis eorum efficitur, iuxta quod ſuprà dictum eſt: Erit ſicut populus ſic ſacerdos. Siue Ephraim populis & gêtibus commiſcetur, ut omnes hæretici nihil differât ab errore gentiliû. Et qui quondâ fuit princeps in eccleſia, factus eſt ſubcineritius panis: ex omni parte immundo cinere & igniû ardore circundatus, ut nô reuerteret̃ ad dñm, ſed in cœpto permaneret errore. Comederût dæmones robur eius: iſti ſunt enim alieni & hoſtes omniû Chriſtianorû: & ipſe neſciuit, aduerſarios amicos putans, & deuoratores ſuos arbitrans eſſe côuiuas: ſed & cani effuſi



SEP. cet me. Ephraim populis ſuis cômiſcebatur: Ephraim factus eſt ſubcineritius qui non reuerſat̃: comederût alieni fortitudinê eius, ipſe uero neſciuit: & cani effloruerunt ei, & ipſe ignorauit: & humiliabitur contumelia Iſrael in facie eius, & non ſunt reuerſi ad dñm deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his. Et erat Ephraim quaſi columba inſipiens, nô habens cor. Aegyptum inuoca-

ſunt in eo, imó effloruerût, id eſt, multo errauit tempo- C
re, & nihilominus ignorauit ſenectutê & uetuſtatê ſuâ,
de qua ſcriptû eſt: Quod ueterat̃ & ſeneſcit, prope exter Heb. 8.d
minû eſt. Et ſi ad iuſtû uirû, & ad eccleſiaſticû dicit: Ca- Sapien. 4.b
ni hominis ſapiêtia eius: quare non dicat̃ ad iniquû, & ad hæreticû, Cani hominis ſtultitia eius? De hac ſenectute Daniel dicebat ad preſbyterum: Inueterate
Dan. 13.f dierû malorû. Vnde & in libro paſtoris: ſi cui tamê placet illius recipere lectionê: Hermæ primû uidetur eccleſia cano capite: deinde adoleſcentula & ſponſa crinibus adornata. Cumq; humiliet̃ ſuperbia hæreticorû, ſiue côtumelia quam quotidie faciunt eccleſiaſticis uiris: non reuertunt̃ ad dñm, ſed in omnibus his nequaq̃ requirût eum: q̃a calefacti ſunt quaſi clibanus, & nô quæſierunt eum: deuorauerût iudices eorû, & reges pariter conciderunt, nec eſt qui clamet ad dñm. Quæ uniuerſa perpeſsi ſunt, ut dñm quærerêt, quê quærere noluerût.
Matt. 10.b b ¶ *Et factus eſt, etc.* ] Præcepit dñs in euangelio, ut ſimus ſimplices quaſi columbæ, & aſtuti quaſi ſerpêtes: ut imitantes ſimplicitatê columbarû, & ſerpentis aſtutiâ, nec alijs nocere poſsimus, nec ab alijs patiamur inſidias, D
ſed ſimplicitate & prudentia, exhibeamus hominê temperatû: quia prudentia abſq; bonitate malicia eſt, & ſimplicitas abſq; ratione ſtultitia nominatur. Factus eſt ergo Ephraim quaſi columba ſeducta, quod Hebraice פּוֹתָה ab Aquila & Symmacho θελγομένη ἢ ἀπατωμένη dicitur, id eſt, lactata, ſiue decepta: & à LXX. inſipiês ſiue inſenſata: ἄνους enim utrunq; exprimere poteſt. Et pulchre columba ſeducta, ſiue inſipiens appellat̃, quia eſt
Pſal. 67 columba & ſapiês, quæ dicit in pſalmis: Quis dabit mi-
Pſal. 54 hi pennas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcâ? Cuius pennæ deargentatæ ſunt, & poſteriora dorſi eius in uirore auri. Ephraim autem columba inſipiens, & nô habens cor, intantum brutæ mentis oſtenditur, ut Aegyptum inuocans, ad Aſſyrios perrexerit. Qui enim deprecatus Aegyptiorû auxiliû eſt, ab Aſſyrijs captiuus abducitur. Baculus arundineus Aegyptus, cui qui innixus fuerit, ſtatim conteret eum: & fractus atq; contritus, manum transforat incumbentis. Et ut oſtenderet deus q̃ cômutantes loca oculos eius uitare nô poſſumus, & ſemper dei regimur poteſtate: Cum, inquit, profecti fuerint in Aſſyrios, etiam ibi extendam rete meû: & ſi exaltati fuerint ut uolucres, inde detrahâ illos. Detraham illos aût non in perditionê, ſed ut cædam quaſi filios: & cædam non in pœnarû magnitudine, ſed in timore, ut audientes uentura ſupplicia, ſolis terroribus emendentur. Quæritur cur Ephraim non alijs auibus, ſed columbæ comparatus ſit. Aues cæteræ pullos ſuos etiâ cum periculo uitæ ſuæ protegere feſtinât, & cum ad nidum ſuum accipitrê, colubrum, coruû, ſiue cornicê accedere uiderint: huc illucq; uolitant, & immittunt ſe morſu, & unguibus lacerant, & dolorê parentis querula uoce teſtantur: ſola columba ablatos pullos non dolet, nô requirit: Et ideo recte comparat̃ Ephraim, quód uaſtatû per partes populum non ſentiat, ſed negligens

HEB. inuocabat: ad Aſſyrios abierũt: & cũ profecti fuerint, extendã ſuper eos rete meũ: quaſi uolucrẽ cœli detrahã eos: cædã illos ſecundũ auditionẽ cœtus eorum. Væ ẽis quoniã receſſerunt à me: uaſtabunt quia præuaricati ſunt ĩ me. Ego redemi eos, & ipſi loquuti ſunt contra me mendacia, & non clamauerũt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubilibus ſuis. Super[b] triticum & uinũ ruminabãt: receſſerũt à me, & ego erudiui & confortaui brachia eorũ, & in me cogitauerũt maliciã: reuerſi ſunt, ut eſſent abſque iugo: facti ſunt quaſi arcus doloſus: cadẽt in gladio principes eorũ, à furore linguæ ſuæ: iſta ſubſannatio eorum in terra Aegypti.

In

SEP. inuocabit, & in Aſſyrios abierunt, ſicut ibunt. Mittã ſuper eos rete meũ, ut uolatilia cœli detraham illos: corripiã eos in auditu tribulationis eorũ. Væ eis quoniã receſſerunt à me: manifeſti ſunt, quoniã impiè egerunt in me: ego uero redemi eos: ipſi uero locuti ſunt contra me mendaciũ, & non clamauerunt ad me corda eorũ: ſed ululabant in cubilibus ſuis. Super tritico & uino diſſecabantur: eruditi ſunt in me, & ego confortaui brachia eorũ: & contra me cogitauerunt mala: conuerſi ſunt in nihilum: facti ſunt quaſi arcus intentus: cadent in gladio principes eorũ, propter imperitiam linguæ eorum: ſic eſt ſubſannatio eorum in terra Aegypti.

In

A in ſalutis ſuæ. Quodq; dicit: Cædam uos ſecundũ auditionem cœtus eorũ, hoc ſignificare poteſt: ſicut iuncto conſilio omnes idola fabricati ſunt: ita me irato omnes pariter uaſtabuntur. Magiſtros contrariorũ dogmatũ, qui Chriſtum reliquere ſapientiã, & de eccleſia ſunt egreſsi: rectè inſipientem & excordem columbã poſſumus dicere: qui terrena deſiderantes, Aſſyriis traditi ſunt. Et cum profecti fuerint de eccleſia, expãdit dñs ſuper eos rete ſuũ, teſtimoniis ſcripturarũ, & artifici ſapiẽtię ſermone contextũ: ut eleuãtes ſe contra ſapientiam dei, & inſtar auis ad excelſa uolãtes, ad humilia detrahat: & corripiat eos cõminatione, & auditione pœnarũ, ut correpti non pereant in æternum. a ¶ *Væ eis quoniam, etc.* Me extendente rete meũ, ut eos comprehenderẽ: & quaſi uolucrẽ cœli, de ſuperbia deponerẽ & cæderem in auditu anguſtiæ: illi receſſerunt & reſilierunt à me: hoc enim ſignificat ἀπε-
B πήδησαν, quod LXX tranſtulerunt: Et propterea uaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me. Pro eo quod nos diximus, uaſtabuntur, & in Hebræo ſcriptum eſt שד להם id eſt uaſtatio eis: Symmachus interitum, Theodotio miſeriam, interpretati ſunt. Porrò in editione uulgata dupliciter legimus: quidam enim codices habent δῆλοι εἰσιν, hoc eſt manifeſti ſunt: alij δειλαῖοι εἰσιν, hoc eſt meticuloſi, ſiue miſeri ſunt. Vaſtabuntur igitur & miſeri erunt, & ſemper timentes ac formidantes: quia præuaricati ſunt in deum, adorantes uitulos aureos, & relinquẽtes eum qui redemit eos de Aegyptia ſeruitute, & eduxit in excelſo brachio: ipſi uero loquuti ſunt contra dominum
Exod. 32. a mendacia: dicentes de idolis: Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti, & non clamauerunt ad dominum in corde ſuo, ſed in idololatriæ fornicationibus uolutabantur. Siue quia dæmonum cultum ſequitur libido & luxuria, qui colebant dæmones, cõſequenter inſtar porcorum, in cœno libidinum uerſabantur. Et pulchre cantica idolis ſeruientium non carmina in deum, ſed ululatum appellat. Super hæreticis facilis interpretatio eſt, quòd uæ habeant ſempiternum, quia receſſerunt à deo: & miſeri ſunt, quia reliquerunt creatorem ſuum qui redemit eos ſanguine ſuo: & ipſi loquuntur contra eum mẽdacia, impia falſitatis dogmata componentes: & non clamant in cordibus ſuis, ſed ululant ſemper in conciliabulis: quæ pulchre cubilia appellat
Pſal. 6. b & ferarum luſtra. Iſtiuſmodi non poſſunt dicere: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo: ſed uolutantur in ſordibus libidinum, uacant ſtupris, & quicquid loquuntur & putauerint ſe in laudem dei dicere: ululatus lupórum & uaccarum inſanientium ſonitus eſt. Raro hæreticus diligit caſtitatem: & quicunq; amare pudicitiã ſe ſimulant, ut Manichæus, & Marcion, & Arius, & Tatianus, & inſtauratores ueteris hæreſeos, uenenato ore mella pro- C
Epheſ. 5. a mittunt. Cęterũ iuxta Apoſtolum, quæ ſecretè agunt, turpe eſt dicere. b ¶ *Super triticum & uinũ, etc.* ] Propter abundantiã, inquit, rerum omnium corruerunt. Quod etiam Ezechiel in Sodomis & Gomorris factum eſſe cõmemorat, ut nihil aliud niſi cibos & luxuriã ruminarent: pro quo LXX. tranſtulerũt ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ κατετέμνοντο, id eſt, ſuper frumento & uino diſſecabantur: in exemplum prophetarũ Baal, qui præſente Helia conciſione membrorũ pluuias precabantur. Simulq; ut oſtenderet eos iumentorũ ſimiles: non dixit, comedebant, ſed ruminabant, & ideo receſſerunt à domino qui dicit: Ego eos erudiui, D ego fortitudinẽ præbui, & contra me ſuas erexere ceruices: non quod aliquid poſsint facere, & nocere creatori ſuo, ſed quòd ſolum facere potuerunt, cogitauerunt mala contra me. Et quomodo à principio fuerunt priuſquam uocarem eos per Abraham, & poſtea per Moyſen & Aaron: & erant abſq; iugo, legiſq; notitia, & cunctis nationib. miſcebantur: ita etiam nunc reuerſi ſunt in priſtinum ſtatum: ut abſq; iugo & frenis deferrentur per præcipitia, & mutarentur in arcum doloſum, ut quos deus contra aduerſarios intenderat, ipſi contra ſuum dominum uerterent, & mitterent aduerſum eum blaſphemiarum ſagittas. Vnde principes eorũ qui infelicem populum deceperũt, cadent gladio propter furorem linguæ ſuæ, quòd uitulos aureos deos appellare ſunt auſi, ut hoc facerent in terra repromiſsionis, quod in Aegypto didicerant, colentes Apim Aegyptium, & omnia eorum portenta uenerantes: ita enim & in ſolitudine, quando egreſsi ſunt de Aegypto dominum ſubſannauerunt dicentes: Iſti ſunt dij tui Iſrael, & utinam eſſemus in terra Exo. 16. a
Aegypti, ubi ſedebamus ſuper ollas carnium, & cætera. & 32. b
Super tritico & uino falſis myſteriis corporis & ſanguinis Chriſti, qui dicit in euangelio: Niſi ceciderit gra- Ioan. 12. d
num tritici in terram, & mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Et in alio loco: Ego ſum uitis uera. Et, Niſi bibe- Ioan. 15. a
ritis ſanguinem meum. Super hoc ergo tritico & uino Ibid. 6. f
hæretici conciduntur, & diuerſa ibi conſtruunt tabernacula: ſiue præciduntur ab eccleſiæ corpore, & legem dei meditari, & ruminare ſe ſimulant. Sed hoc facientes recedunt à domino qui docuit eos in eccleſia, & dedit eis fortitudinem, qua contra aduerſarios dimicarent.





Caput VIII

IN gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domũ domini: pro eo quod tranſgreſsi ſunt fœdus meum & legem meam pręuaricati ſunt. Me inuocabũt, deus meus cognouimus te Iſrael: Proiecit Iſrael bonum: inimicus perſequetur eum. Ipſi re[b]gnauerunt & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Argentum ſuum & aurum ſuum fecerũt ſibi idola: ut interirent. Proiectus eſt uitulus tuus Samaria:

Iratus

Caput VIII

IN ſinu eorũ quaſi terra ſicut aquila ſuper domũ dñi: pro eo quod trãſgreſsi ſunt teſtamentũ meum, & contra legẽ meã impiè egerũt. Me inuocauerũt: deus cognouimus te, quia Iſrael auerſata eſt bona: inimicum perſequuti ſunt: ex ſemetipſis regnauerunt, & non per me: principes extiterunt, & non indicauerunt mihi: argentũ ſuum et aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut diſpereant. Proijce uitulum tuum Samaria:

concitatus

A Illi uero cogitauerunt maliciã contra dominũ, impiiſsimas hęreſes extruentes, & reuerſi ſunt in ſtatũ gentiliũ, ut eſſent abſq; dei notitia & iugo: ſiue reuerſi ſunt in nihilum, nõ quo deſierint eſſe, ſed quo ad cõparationem
Exo. 3. d eius, qui loquitur ad Moyſen: Vade dic populo Iſrael, qui eſt miſit me: oẽs qui cõtra dñm ſapiũt, nõ eſſe dicuntur. Iuxta illud quod in Heſter le-
Heſter 14 gimus in LXX. duntaxat: Ne tradas ſceptrũ tuum his qui nõ ſunt: haud dubiũ quin idola ſignificet. Si enim deus eſt ueritas, quicquid contrariũ ueritati eſt, mendaciũ eſt, & nihil nominatur. Hoc hæreticis cõuenit, qui inſtructi de ſcripturis ſanctis, aduerſum dominũ legis & prophetarũ, & euangelij uerba uertũt, & ſunt quaſi arcus doloſus ſiue peruerſus. Doloſus arcus atq; peruerſus eſt, qui percutit dirigentem, & uulnerat dominum ſuum: Siue facti ſunt quaſi arcus intentus, parati ſemper ad pugnã & cõtentiones, in ſubuerſionem audientium. Vnde principes eorũ, id eſt, hæreſiarchæ, dñi mucrone ferientur, propter inſaniã linguæ ſuę, qua dominum blaſphemauerũt: hoc idẽ faciẽtes in falſi no-
B minis eccleſia, quod faciebãt eo tempore quo in Aegypto ſeculi morabantur, hoc eſt, quando gentiles erant. Omnes enim hæreticorũ & gentilium quæſtiones eædem ſunt, quia non ſcripturarum autoritatem, ſed humanæ rationis ſenſum ſequuntur.

CAP. VIII

IN *gutture tuo ſit, etc.* ] Hoc quod interpretati ſumus, in gutture ſit tuba: pro quo in Hebræo ſcriptum eſt, אל חכך שופר Aquila & Symmachus & Theodotio ſimiliter tranſtulerunt: ſoli Septuaginta dixerũt, εἰς κόλπον αὐτῶν ὡς γῆ, id eſt, in ſinu eorum quaſi terra: quod quid ſignificet incertum eſt. Quidam enim ęſtimant ſinum dupliciter accipi, & inferiorem partem ueſtimenti à genitalibus uſq; ad pedes, & colpum maris, id eſt ſinum. Verbi gratia: Hadriatici, & Ionij, & Propontidis, falſoſq; magiſtros qui blaſphemiam Aegypti ſunt ſecuti: omnia in ſinu ſuo libidini ſeruientia & terrena retinere: uel certe in portu, & refugio nauigationis ſuæ nihil precioſarum mercium, ſed terrena conquirere. Nos autem ſequentes ueritatẽ Hebraicam, cœptæ explanationis texamus ordinem. Præcipitur prophetæ, & dicitur ad eum: In gutture tuo ſit tuba: hoc eſt, ſic exalta uocem tuam, ut tubæ ſimilis ſit: ut plurimi audiant, quia plurimi peccauerunt. Cumq; exaltaueris uocem tuam, hoc dicito cum clamore, quaſi aquila ſuper domum domini, & eſt ſenſus: Veniet Nabuchodonoſor cum omni exercitu ſuo tam raptim, tam uelociter, ut aquilæ imitetur uolatum feſtinantis ad prædam: & ueniet non ad alium locum, ſed ad Hieruſalem, in qua templum dei ſi-
Ezech. 17. a tum eſt, ut eam deſtruat, atq; ſubuertat. De hac aquila & Ezechiel plenius loquitur: Magnarum alarum plumarumq; & unguium, quæ habet ductum intrandi in
Zach. 11. a Libanũ: hoc eſt in templum dei. Iuxta Zachariam prophetam, in quo ſcriptum eſt: Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Hoc autem, ô propheta, quod tibi dico atq; præcipio: In gutture tuo ſit tuba, ut C
uociferes, & dicas, quaſi aquila ſuper domum domini regem uenire Chaldæorum, non aliam ob cauſam iubeo, niſi quod tranſgreſsi ſunt fœdus meum, & meas ceremonias reliquerunt. Vnde tempore neceſsitatis & anguſtiæ, quando captiuitas uenerit, me inuocabunt et dicent: Deus meus cognouimus te Iſrael: nos qui appellamur Iſrael, ſcimus te atq; cognoſcimus, & nomen Iacob qui tibi placuit, ſeruamus antiquũ, ut dicamur Iſrael. Quibus reſpondit dñs: Quomodo uocamini Iſrael, cum Iſrael proiecerit bonum, id eſt, dominum ſuum à quo appellatus eſt Iſrael? Idcirco quia Iſrael proiecit bonum, inimicus, hoc eſt, Aſſyrius perſequetur eum, atque cõprehendet: qui me rege deſerto, petierunt ſibi regem, ſicut & gentes reliquæ, & fecerunt contra uoluntatẽ dei. De- 1 Reg. 8
nique & Samuel ideo eis dura regis exponit imperia, & filios eorum ac filias dicit regibus ſeruituras, ut ad dominum regem clementiſsimum conuertantur. Sed illi abſq; uoluntate dei principes extiterunt. Et nõ eis ſufficit hoc ſcelus, niſi maiori impietate facinus duplicarẽt, D
ut argentum ſuum & aurum, quod acceperant ad diuitias & ornatum, in idola uerterent. Ergo Saul nõ ex uoluntate dei, ſed ex populi errore rex factus eſt. Et quia radicem pietatis non habuit, ſtatim ut regnare cœpit, impietate ſuccenſus eſt. Poteſt hoc quod dicit: b ¶ *Ipſi regnauerunt, & non, etc.* ] Etiam de Hieroboam accipi filio Nabath, & de cæteris principibus, qui ei in imperio ſucceſſerunt. Nec ſtatim, quia deus Salomoni iratus, regnum eius diuidi uoluit, idcirco Iſrael bene ſuſcepit regem. Debuerat enim iuxta legis præcepta interrogare dominum, an uellet hoc fieri. Nam & de ſaluatore dici- Matt. 26. b
tur: quòd oporteat quidem tradi filium hominis, ſed uæ illi per quem tradendus ſit. Diabolum qui ponere cupit ſuper aſtra cœli nidum ſuum, aquilam ſæpiſsimè legimus: Si exaltatus fueris ſicut aquila, inde detraham Abdiæ 1. b
te, dicit dominus. Oculus quoq; qui irridet patrem, & Prou. 30. c
deſpicit ſenectutem matris, effodietur à coruis, & deuorent eum pulli aquilarũ: per diabolum ac dęmones, clarum uiſionis ſuæ lumẽ amittẽs. Vnde in lege præcipit, Leuit. 11. b
ut nõ comedamus aquilã. Hęc igitur aquila uenit ſuper hæreticorũ cõciliabula, quę quondã fuerãt domus dñi: & idcirco uenit, quia præuaricati ſunt fœdus eius, & legẽ dei reliquerũt: & ſine cauſa inuocãt eũ, & dicũt: Deus meus es, & cognouimus te: nos qui uocamur Iſrael, cernẽtes deũ, & uocamur nomine Chriſtiano. Fruſtra, inquit, hæc faciunt, cũ ipſi ſibi reges cõſtituerint, & contra meã fecerint uolũtatẽ, & principes habeãt aduerſarios meos, quos ego neſcio, quia mei notitiã nõ merent. Argentũ quoq; ſuũ & aurũ, & quicquid habere poterant naturaliter, ſermones ac ſenſus, uerterunt in idola, quæ de ſuo corde finxerũt: & uerterũt, nõ ut interirẽt: ſed quia uerterũt, ideo interierũt. Neq; enim hac ratione fecerũt, ut perirẽt: ſed quia fecerũt, ideo perierũt. c ¶ *Proiectus eſt, etc.* ] In eo loco in quo nos poſuimus aranearũ telas,



Universidad de Deusto Biblioteca

A in Hebraico ſcriptū eſt שְׁבָבִים per י penultimā literā: nō ut quidā falſo putant שְׁבָרִים id eſt per ר quod Lxx. & Theodotion πλανῶν interpretati ſunt, id eſt ſeducēs atq; decipiēs: Aquila, errantibus ſiue cōuerſis: Symmachus, incōſtans, uel inſtabile, id eſt, ἀκαταστατῶν: Quinta editio ῥεμβεύων, uagus & fluctuans. Nos ab Hebræo didicimus שְׁבָבִים propriè nominari aranearū fila per aerē uolantia: quæ dū uidēt, intereūt, & in atomos atq; in nihilū diſſoluuntur. Et rectè his Samariæ uitulus comparaẗ, quē eo tēpore pro precij magnitudine, qa aureus erat, populus adorabat. Hoc quod ſuprà dixerat: Argentū ſuū & aurū ſuū fecerūt ſibi idola, ut interirent: nunc exponit manifeſtius: Proiectus eſt uitulus tuus Samaria: iratus eſt furor meus in eos: uel in uitulos, quia duos fecerāt: uel in Samariæ habitatores, qui eos adorabant. Porrò qđ in Lxx. legimus: Proijce uitulum tuū Samaria: cohortatur habitatores eius, nō unius urbis, ſed omniū decem tribuū quæ appellanẗ Samaria: alioquin in urbe Samaria uituli non erant, ſed in Dan & in Bethel: ut proijciat

B uitulos ſuper quos iratus eſt deus: ſiue ἀπετρίψατο, id eſt, defricetur quos multo tempore coluerat, paulatim defricet & emundet. Illisq; nō audientibus, conuertitur ad alios, & quaſi ad tertiā perſonā loquitur: Vſquequo nō poterūt emundari? Quæ iſta, inquit, inſania eſt: me dante locū pœnitētiæ, illos ad ſanitatē nolle cōuerti? Et qa dixerat: Proijce uitulū tuū Samaria: exponit qui iſte ſit uitulus: quia ex Iſrael & ipſe eſt: nō ab alijs, ait, uitulū

4 Reg. 23.c gentibus accepiſtis, ut Baal & Aſtaroth à Sidonijs, ut Chamos à Moabitis, ut Moloch ab Ammonitis: ſed uos ipſi, & rex ueſter Hieroboā, quod in Aegypto didiceratis, feciſtis in Iſrael: Aut qualis eſt ille deus, qui manu formaẗ artificis? Deniq; ut aranearū fila diſſoluūtur in uentū: ita uitulus Samariæ redigeẗ in nihilū. Proijcit dñs hæreticorum uitulos & Samariæ, qui ſe dicūt legis præcepta ſeruare: qui uituli hærēt humo, operanẗ in terra nō ſpiritu, nec oculos ad cœlum leuāt: & idcirco iratus eſt furor dñi ſuper eos, & miraẗ quæ ſit tanta peruerſitas, ut nolint relinquere idola, quæ ſibi fabricati ſunt, & amant ſordes hæreticas pro eccleſiæ mūdicijs. Quos uitulos nō accepit Iſrael, qui dñm uidere ſe fingit à cæteris gentibus: ſed de ſcripturis ſanctis ſibi ipſe conflauit intelligentiæ prauitatē, & artifex eſt dei ſui: qui cito peribit, & aranearum telas imitabitur: quæ leui rumpuntur attactu. a ¶ *Quia uentum ſeminabunt, etc.* ] Araneaꝛum telis, Samariæ uitulum cōparat: idcirco metaphoram ſeruat in reliquis: ut quos aranearum telas dixerat, compareẗ uento, & turbini, culmisq; non ſtantibus: & ſi ſteterint, farinā non habentibus: & ſi farinā, inquit, fecerint, ab alijs deuorabiẗ. Et quia tam de hæreticis, q̃ de his, qui in Samaria fabricati ſunt idola, cōmunis eſt ſenſus, cōmuniter diſputandū eſt. Iſti uentū ſeminant, ſiue ἀνεμόφθορα, quæ à uento corrupta ſunt ſemina: quæ medullā nō habent, quæ Græci ἀνθερίωνας uocant, & idcirco uacua ſeminantes, inania uacuaq; recipiunt: imò ſeminantes in carne, de carne metūt corruptionē, & circunferuntur omni uento doctrinę. Cumq; uentū ſeminauerint, metunt turbines & tempeſtates: &

C primū quidem culmus, hoc eſt ſtipula nō erit ex his ſeminibus, nec aliquā poterunt ſpeciē ſegetis habere fœcundæ. Quod ſi raro acciderit, ut eccleſiaſtici quid dogmatis ſimile habere uideanẗ, ipſum germē & ſpica farinā nō faciet. In cuius farinæ ſatis tribus mittit fermentū euangelica mulier: ut ſpiritus quo ſentimus, & anima qua uiuimus, & corpus quo incedimus, in unū ſanctum ſpiritū redigant, iuxta Apoſtolum: In ipſo uiuimus, mouemur & ſumus. Quod ſi raro acciderit hæreticis, ut farinā quoq; ſemētis eorū faciat, de hac farina fiet ſubcinericius panis, qui nō reuerſatur, & quem alieni comedent. Vnde & nūc ait: quod & ſi fecerint farinā, alieni comedent eam. Alienos aūt illos debemus accipere, de quibus ſcriptū eſt: Filij alieni mentiti ſunt mihi. Et in octauodecimo pſalmo: Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Qui ſi iuſto uiro nō fuerint dominati, tunc immaculatus erit, & mundabiẗ à delicto maximo. D

Matt. 13.c

Act. 17.f

Pſal. 17.5

b ¶ *Deuoratus eſt Iſrael, etc.* ] Lxx. pro immundo inutile tranſtulerunt. Immundum uas ſiue inutile Hebræi matulam uocant, quo ad ſuſcipienda & proijcienda ſtercora uti ſolemus. Huic immundiciæ idololatras & hæreticos cōparat: qui miſcenẗ gentibus, dum dei non cuſtodiunt ueritatē: & facti uas in honorem, conuerſi ſunt in uaſa cōtumeliæ. Quid eñ immūdius dæmonico ſpiritu & hęreticorū dogmatibus, quę eos ethnicis miſcuerūt? Talis erat Iechonias idolis mancipatus, de quo per Hieremiā loquiẗ deus: Inhonoratus eſt Iechonias, ſicut uas cuius nulla eſt utilitas. Ecōtrario Paulus qui dicere poterat: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? appellaẗ uas electionis aureū & argenteū: qa habebat ſapientiā, & eloquiū quo Chriſti euangelium prædicabat. Quod autem dicit, deuoratus eſt uel abſorptus: hoc ſignificat, quod mixtus idolis & nationibus, propriū Iſraelis & Chriſtiani nomē amiſerit. c ¶ *Quia ipſi aſcenderunt, etc.* ] Deuoratus eſt, inquit, Iſrael: & factus eſt tanquam uas inutile, ſiue immundum: de quo non ſuperſit teſta, in qua hauriri poſsit aqua, aut modicum quid igniculi. Et quia factus eſt uas immundū, ideo aſcenderunt in Aſſyrios imitantes onagrum ſolitarium: nequaq̃ ut oues paſti à dño, ſed male abutētes libertate ſua, & educti in captiuitatē, quos propheta plangit & dicit: Ephraim munera dederūt Aſſyrijs, & cōduxerūt mercede amatores ſuos, de quib. ſcribit Ezechiel: Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes amatoribus tuis, & econtrario factum eſt in te. Cumq; dederint dona gentibus, & mercede ad auxiliandum ſibi conduxerint nationes, congregabuntur ad pugnā, & uicti pariter abducenẗ. Et quia amāt offerre aduerſarijs munera, ideo pauliſper beneficium conſequentur: ut nō ſoluant ſtipendia regi & principibus, donec perueniant in Aſſyrios: ubi nequaquā tributa & ſtipendia

Hier. 22.d

2 Cor. 13

Ezech. 16

HEB. Iratus eſt furor meus in eis: uſquequo non poterūt emūdari? quia ex Iſrael & ipſe eſt: artifex fecit illud, & nō eſt deus: qm̄ in aranearū telas erit uitulus Samariæ. Quiâ uentū ſeminabunt, & turbinem metent: culmus ſtans, non eſt in eo germen, nō faciet farinam: quod & ſi fecerit, alieni comedent eam.

SEP. concitatus eſt furor meus ſuper eos: uſquequo nō potuerūt emundari in Iſrael? & hoc artifex fecit: & non eſt deus, quia ſeducēs erat uitulus tuus Samaria. Quia corrupta uento ſeminauerunt, & ſubuerſio eorum ſuſcipiet ea: manipulus non habens uires, ut faciat farinā: quod & ſi fecerit, alieni comedent eam.

Deuoratus eſt Iſrael: nunc factus eſt in nationibus quaſi uas immundum.

HEB. Quiâ ipſi aſcenderunt ad Aſſur: onager ſolitarius

SEP. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſyrios: germinauit



A ſtipendia dabunt ut liberi, ſed redigentur in ultimam ſeruitutem. De hæreticis non ambigimus, quin iuxta errorem mentis ſuæ euntes ad Aſſyrios, aſcendere ſe putent, & non deſcendere. Vnde dicitur ad eos per Eſaiam: Quid factum eſt tibi nunc: quia aſcendiſtis omnes in tecta uana? quorum Aſſyriorū princeps, eſt ſenſus magnus. unde in ſemetipſo germinauit Ephraim, præſumptione ſui æſtimans ſe creuiſſe: Siue onager factus eſt ſolitarius, ut non eccleſiæ conſita: ſed diaboli deſerta penetraret. Amauit munera pro errore ſuo: ipſi ſibi præmia repromittens, ſiue turpis lucri gratia omnia faciēs. Vel certe dedit amatoribus ſuis dæmonibus munera atq; mercedes: & cum hoc fecerit, tradetur gentibus. Sicut enim nationes corporalia ſimulachra uenerātur, ſic iſti idola deos putant, quæ de ſuo corde finxerunt, & ideo reputabantur in numero nationū. Sin

B autem, inquit, nunc, & in præſenti ſeculo egerint pœnitentiam, & ſuſceperim eos: ceſſabunt paruū ſuper ſe regem conſtituere & principes eius. Vt intelligamus paruū regem diabolum, ad diſtinctionē magni regis: qui ſocietatem cum Belial habere non poteſt: ſed ſtatim ut receptus fuerit, de corde credentiū fugat paruū regem & principes eius. Iuxta Hebraicum autem, congregabuntur in eccleſia dei qui fuerant antea diſperſi, & mercede ſibi conduxerant nationes, & quieſcent ab onere regis. Super

1 Cor. 4.b quo Apoſtolus ſciſſos ab eccleſia increpat dicens: Sine nobis regnatis, atque utinam regnetis: & à principibus, quos habent in ſynagogis diaboli conſtitutos.

a ¶ *Quia multiplicauit Ephraim altaria, etc.* ] Ducti, ait, in captiuitatem, ceſſabunt pauliſper ab onere regis & principis. Et hoc patientur, quia Ephraim princeps eorum multiplicauit altaria: non in quibus immolaret domino, ſed in quibus peccatis peccata coniungeret: quę altaria, id eſt aræ, uertuntur ei in delictum, ut quanto plura fuerint, tanto illius ſcelera multiplicentur. Deinde ut ſuprà dixerat: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda, uelut ambigens & requirens, quo medicamine ſanaret infirmum, & quibus conſilijs peccantem retraheret ad ſalutem. b ¶ *Scribam, inquit, eis rurſus leges, etc.* ] Quas prius dederam per Moyſen. Sed quid prodeſt ultra alias ſcribere, cum contempſerit eas quas ante ſuſcepit? An non contemptus dei eſt, quando me iubente ut unum in Hieruſalem eſſet altare, per omnes montes & colles idola fabricati ſunt: quibus irritarent dominum? Altaria quoq; idcirco fecerunt: non ut mihi placerent: ſed ut multis hoſtijs immolatis carnes earum comederent, iuxta illud quod dominus loquitur

Ioan. 6.c in Euangelio: Amen amen dico uobis, quæritis me, nō quia uidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis de panibus, & ſaturati eſtis. Omne enim ſtudium uictimarum in eo habent, ut deuorent hoſtias: non ut per eas placeant deo: nec ſuſcipiet eas dominus quas nō illi, ſed ſuo uentri immolauerunt & gutturi. Vnum autē eſſe altare in eccleſia, & unam fidem, & unum baptiſma Apoſtolus docet: quod hæretici deſerentes, multa ſibi altaria fabricati ſunt: non ad placandum deum, ſed in delictorum multitudinem: propterea leges dei accipere non merētur, cum eas quas acceperant antè, contempſerint. Et ſi quid dixerint de ſcripturis, nequaquā diuinis uerbis, ſed ethnicorum ſenſibus comparandum eſt. Iſti multas immolant hoſtias, & comedunt carnes earum: unā Chriſti hoſtiam deſerentes, nec comedentes eius carnem, cuius caro cibus credentium eſt. Quicquid fecerint, ſacrificiorum ordinem ritumq; ſimulantes, ſiue dederint eleemoſynam, ſiue pudicitiā repromittant, ſiue humilitatem ſimulent, fictisq; blanditijs ſimplices quoſque deci- D

C

Epheſ. 4.a

piant: nihil de huiuſcemodi ſacrificijs dominus ſuſcipiet. c ¶ *Nunc recordabitur iniquitates eorum, etc.* ] Inter ἀνομίαν, id eſt iniquitatem, & peccatum, hoc intereſt: quòd iniquitas ante legem, peccatum poſt legem eſt: & qui permanēt in delictis, iniquitates eorum dominus recordabitur, quas ante legem commiſerant: peccatorum autem non recordabitur, ſed faciet ultionem. Ideo autem & ueterum iniquitatum recordabitur, & peccata priſtina uiſitabit: quia in Aegyptum ſunt reuerſi, uel auxilia poſtulantes, uel eoſdem colentes deos, in quibus prius errauerant, ἄπιν & μνεῦιν. Oblitus eſt enim Iſrael factoris, & ædificauit delubra in excelſis: totos colles, & montes, & umbroſas arbores, Baal & Aſtaroth, & alijs idolis conſecrans. Iudas quoque intelligens Iſraelem de dei amore receſsiſſe, & uiſitata eorum peccata eſſe: non eſt conuerſus ad dominum, ſed in urbium munitione confiſus eſt, quas dominus deſtructurum ſe eſſe dicit, & uſque ad fundamentum illius uoraturum. Illius, haud dubium, quin Iudam ſignificet: licet quidam fundamenta earum, id eſt, urbium, pro illius legant. Secundum autem anagogen, iniquitates, id eſt, ἀνομίαι & ἀδικίαι uocantur, quas ante baptiſmum commiſimus, & quæ nobis in baptiſmate ſunt dimiſſæ: Peccata autem quæ poſt baptiſmum egimus, de quibus & in pſalmo ſcriptum eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorū tecta ſunt peccata. Quę omnia imputabunẗ hæreticis: ut & ueteres iniquitates, & noua eis peccata reddanẗ. Qui eñ de Aegypto exierunt per confeſsionē Chriſti, perfidia in Aegyptū ſunt reuerſi. Oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & creatore cōtempto, aliū ſibi finxit dñm. Iudas quoq;, id eſt uir eccleſiaſticus, in malis operibus, uel in ſanctarū ſcripturarum Pſal. 31.a

HEBRAEI. litarius ſibi: Ephraim munera dederunt amatoribus, ſed & cum mercede conduxerunt nationes: nunc congregabo eos, & quieſcent pauliſper ab onere regis & principum. Quiâ multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ ſunt ei aræ in delictum: ſcribā̃m ei multiplices leges meas, quæ uelut alienæ reputatæ ſunt: hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent & dominus non ſuſcipiet eas. Nunc recōrdabitur iniquitates eorum, & uiſitabit peccata eorum: ipſi in Aegyptum conuertentur: & oblitus eſt Iſrael factoris ſui: & ædificauit delubra, &

SEP. nauit apud ſemetipſum Ephraim: munera dilexerunt, idcirco tradentur in gentibus: nunc ſuſcipiam eos, & quieſcent paruum, ut unguant reges & principes. Quia multiplicauit Ephraim altaria: in peccatum facta ſunt ei altaria dilecta: ſcribam eis multitudinem: legitima eius in aliena reputata ſunt altaria: quia ſi immolauerint hoſtias, & comederint carnes, dominus non ſuſcipiet eas. Nunc recordabitur iniquitates eorum, & ulciſcetur iniuſtitias eorū: ipſi in Aegyptum conuerſi ſunt, & oblitus eſt Iſrael eum, qui fecit illum, & ædificauerunt delubra: &

Universi… Biblio…

A interpretatione peruerſa, ædificauit ſibi urbes munitas: non auxilio dei, ſed artifici mendacio, quas dominus igne ſui ſpiritus ſuccenſurum eſſe ſe dicit: & deuoraturum βάρεις eius, id eſt, magnas, & in modum turrium ædificatas domos: & fundamenta male poſita ſubuerſurum, ne poſſint ſacrilega contra deum delubra cōſtruere. Quidam urbes à Iuda munitas in bonam partem accipiunt, & illud quod huic ſenſui contrariū uidebatur: immittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius: ita temperare nituntur, ut poſtquam uenerit quod perfectū eſt, id quod ex parte eſt deſtruatur. Quod iuxta Septuaginta interpretes legimus, & in Aſſyrijs immunda comederunt: in Hebraico nō habetur, & idcirco obelo prænotandū eſt. Poſſumus autem dicere, quòd deſiderantes Aegyptum Iſraelitæ, capti ab Aſſyrijs, ibi immunda comederint, iuxta Ezechiel qui eos in Chaldæa idolothyta comediſſe deſcribit, & intantum idolorum polluta ſordibus, ut humano ſtercori compararentur. Hæretici quoque, quorum principes ſunt Aſſyrij, de quibus crebro diximus, comedunt apud eos immūda, dum illorum ſordibus inquinantur.

*In uetuſtiſſimis exemplaribus LXX. nō habetur.* Ezec. 4.c B

HEB. & Iudas multiplicauit urbes munitas, & mittā ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

Cap. IX

Noli lætari Iſrael: noli exultare ſicut populi: quia fornicatus es à deo tuo: dilexiſti mercedē ſuper omnes areas tritici. Area & torcular nō paſcet eos, & uinum mentitur eis. Nōn habitabūt in terra domini: reuerſus eſt Ephraim in Aegyptum, & in Aſſyrijs pollutum comedit. Nō libabunt domino uinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium: omnes qui comedunt illum, cōtaminabuntur: quia panis eorum, animæ ipſorum, non intrabunt in domum domini. Quid

SEP. & Iudas multiplicauit urbes munitas, & emittam ignē in ciuitates eius, et deuorabit fundamēta eius.

Cap. IX.

Noli gaudere Iſrael, & noli lætari ſicut populi: quia fornicatus es à deo tuo: dilexiſti munera ſuper omnem areā tritici. Area et torcular nō cognouit eos, & uinum mētitum eſt illis. Non habitauerūt in terra dñi: habitauit Ephraim in Aegypto: & in Aſſyrijs immundum comedit: non libauerunt domino uinum, nec placuerunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis luctus eius: omnes qui manducauerint ea, contaminabuntur: quia panes animarum eorum, non intrabunt in domū domini. Quid

CAP. IX

Prou. 18.a Noli lætari Iſrael, etc.] Qui à deo receſſerunt, cum in profundum uenerint peccatorum, & deſperauerint ſalutem ſuam, uniuerſa contemnent. Denicq; & Iſrael recedens à lege dei, & colens idola, ex multis gentibus, unam gentē eſſe ſe dicit: gaudēs & gratulans quòd à dei notitia receſſerit, & ſit gens mixta cum cæteris, & propterea nūc corripit eos, & dicit: Ne gaudeas, ne læteris, nec putes te talem eſſe, ut ſunt cæteræ nationes. Aliter enim neſciens deum, aliter punitur recedens à deo: quia ſeruus qui ſcit uoluntatē domini ſui, & non facit eam, uapulabit multum. Mercedem fornicationis tuæ areas multas & torcularia reputaſti, ut rerum omnium abundantia frueretis: ideo area, & torcular, triticum uinumq; non facient, & mentietur eis torcular, ſiue negabit uinum ſuum: quos inebriandos putabant.
4.Reg.6.f Legimus ſub Achab rege Iſrael, & Helia propheta, famem grauiſsimam fuiſſe in Samaria, ita ut matres filiorum ſuorū cadaueribus ueſcerentur. Eo tempore iuxta literam, area & torcular non pauit eos, & uinū mentitum eſt eis, & in egeſtate tabuerunt. Dicitur & ad hæreticos ne exultent atq; lætentur, & putent ſe cæterarum ſimiles nationum. Illæ enim non crediderūt in deum: iſti uerò ſub nomine dei idola colunt, & fornicantur à deo ſuo, & plures ſibi areas, & torcularia infinita multiplicant, & comedūt triticum, de quo efficitur panis luctus: & bibunt uinum Sodomorū, quod cum aſpidum felle calcat. Et quia ſibi plura torcularia, & multas areas præpararunt, idcirco de uera, & de una area, & de torculari quod calcauit dominus Ieſus, non ueſcentur, & non bibent: ſed quodcunq; ſe habere putauerint, mendacio deprauabitur. C

b ¶ Non habitabūt, etc.] Nō ſolum area & torcular non pauit eos, & uinum mentitum eſt in terra Iſrael, quādo per triennium & menſes ſex cuncta perierint: ſed & ipſi habitatores recedent de terra domini, & ducentur in terram alienam, ne habitent in terra ſancta, quam ſuis fornicationibus polluerunt. Reuerſus eſt, inquit, Ephraim in Aegyptum, & in Aſſyrijs pollutum comedit. De hoc loco quidam ſuprà addiderunt, & in Aſſyrijs pollutum comedit: quod in Hebraico nō habetur, de quo iam diximus. Cum autē fuerint in Chaldæa abſq; templo & abſq; altari, non libabūt domino uinum, ſed dæmonibus: & non placebunt ei, qui libant dijs alienis: & qui in captiuitate retinētur ab Aſſyrijs, idolothyta comedunt, & quaſi panes lugentium ſunt. Non eſt enim licitum de ſacrificijs comedere lugentium: & ſi comederit, immundum fiet quod licitè oblatum eſt. Lugentium cœnas Græci νεκρόδειπνα uocant, nos parentalia poſſumus dicere, ab eo quòd parentibus mortuis immolentur. Et non ſolum qui obtulerit, ſed etiam qui comederit de huiuſcemodi cibis immundus erit. Panis enim eorum, hoc eſt cibus quem offerunt, non intrabit in domum domini, quæ deſtructa eſt, quæ Babylonio igne ſuccenſa eſt, ſed erit animæ eorum. Et eſt ſenſus, ſuæ gulæ, & ſuæ prouident uoluptati. Cæterum mihi non placent polluta. Non habitabunt in terra domini, qui ab eccleſia receſſerunt, & reuerſi ſunt mente in Aegyptum, & Aſſyriorum, id eſt, dæmonum comedunt ſacrificia, nec libant domino uinum quo inebriati ſunt in luxuriam, & non placent ei, nec illa quæ offerunt, nec ipſi qui offerunt. Sacrificia hæreticorum panis luctus eſt & lachrymarum: omnia enim quæ faciūt, uertuntur in fletum. Nec audire poterunt: Beati lugentes, quoniam ipſi conſolabuntur: ſed econtrario audient: Væ ridentibus, quia ipſi lugebunt. Quicquid offerunt, non deo, ſed mortuis offerunt, his uidelicet qui ſceleratas hæreſes confinxerunt: & quicunq; de eorum comederit uictimis, contaminabitur. Cæci in foueam ducentur à cæcis. Quicquid fecerint, deliciarum cauſa faciunt, ut populum decipiant, ut domus deuorent uiduarum. Panem luctus poſſumus dicere, uerba mortifera, quibus iniquitatem loquuntur contra dominū: qui panis non ingreditur in domum dei: hæreticorum enim D Matt. 5.b



A enim conciliabula, nō domus dei appellantur, ſed ſpeluncæ latronum. a ¶ *Quid facietis in die ſolenni, in die feſtiuitatis domini? etc.*] Cum uenerit, inquit, dies captiuitatis, & ſæuiſsimus hoſtis ingruerit: quæ mea ſolennitas eſt? quam ego placabilem habeo hoſtiam? quia me de meis hoſtibus uindicat: & iniuriæ ponit modū, & flagellat impios filios: quid igitur facietis in die feſtiuitatis domini? Reſpondete. Illisq; tacentibus ſibi ipſe reſpondet, immo quæ facturi ſunt, diuinis oculis intuetur. Ecce, inquit, miſeria & uaſtitate prementibus, & Aſſyrio atq; Chaldæo captos ligare cupiētibus, ad Aegyptum confugerūt: ibi Memphis ſepeliet eos, quæ eo tempore erat metropolis Aegypti, antequam Alexandria, quæ prius appellabatur נא ab Alexandro Macedone, & magnitudinem urbis, & nomen acciperet. Quod autem in Septuaginta dicitur, ſepeliet eos Machmas: in Hebræo non habetur, ſed מַחְמַד quod appel-
B latur deſiderabile. Ex quo perſpicuum eſt falſos eos eſſe ſimilitudine literarum ד & ר & pro Machmad, quod omnes deſiderabile tranſtulerunt, putaſſe Machmas Aegypti ciuitatem. Poſſumus hoc quod dicitur, Ecce enim profecti ſunt à uaſtitate, Aegyptus cōgregabit eos, Memphis ſepeliet eos, & de tribu Iuda accipere: quan-
4 Reg. 25 do interfecto Godolia ab Hiſmaele, quem Nabuchonoſor terræ præpoſuerat: reliquiæ populi cum Hieremia propheta ad Aegyptum transfugerunt, & ibi perſequentibus poſtea Chaldæis, uel captæ ſunt, uel ſepultæ. Deſiderabile autem argentum eorum, quod urtica poſſedit: uillas & omnia ornamenta uillarum intelligemus, quæ precio emuntur argenti. Quodq; ſequitur, lappa tabernaculis eorum: longam ſignificat uaſtitatem, ut ubi quondam domus erant, ibi lappæ & urticæ naſcantur ac ſpinæ. Dicitur & ad hæreticos: Cum dies ſolennis aduenerit, quid facturi eſtis? Pro die ſolenni, Aquila interpretatus eſt tempus. Ex quo manifeſtū eſt, nō feſtū diē ſonare, ſed tēpus retributionis: ſtatim enim ſequitur: Venerūt dies ultionis, uenerunt dies retributionis tuæ. Ecce uaſtati eſtis à multis hoſtibus: Aſſyrij uos Chaldæiq; iugularunt, fugiſtis ad ſeculum: & cæteris eſtis nationibus comparati: ibi uos Memphis ſepeliet, quod interpretatur ex ore, & eſt ſenſus, iuxta ueſtras blaſphemias recipietis: & quod loquuti eſtis, in ſupplicijs ſentietis: deſiderabilia, hoc eſt dogmata quæ uobis artifici compoſueratis eloquio, quod interpretatur argentum, poſsidebit urtica, quæ uos æterno ardo-
Hier. 51.4 re conſumet: & erit lappa uel ſpina in tabernaculis ue-
Matt. 15.b ſtris: ſpinæ quippe orientur in manibus eorum, qui inebriati ſunt calice Babylonio. Et in Euangelio legimus: turpes cogitationes & curas huius mundi, & inhærentia uitia, ſpinas appellari, quæ ſurgentia in herbis frumenta ſuffocēt. b ¶ *Venerunt dies uiſitationis, etc.*] Et in hoc loco error eſt ſolitus: ubi enim nos interpretati ſumus, ſcitote Iſrael, hoc eſt Iſraelitæ, & in Hebraico le- C
gitur ידעו Septuaginta tranſtulerunt κ̀ κακωθήσεται, ידעו
id eſt, & affligetur: ד literam ר putantes: & pro ר legentes ד quorum alterum ſcientiam, alterum afflictionem uel maliciam ſonat. Venerunt dies igitur uiſitationis, de quibus ſuprà dixerat: Quid facietis in die ſolēni, & in die feſtiuitatis domini? uenerunt dies retributionis. O Iſrael, nunc tua uerba cognoſce: qui prophetam tibi uera dicērem & prophetantem ſpiritu ſancto, ſtultum & inſanū uocabas, iuxta illud quod in Ramoth Galaad principes locuti ſunt ad Iehu: Quid uenit ad te iſte ueſanus? Igitur propter multitudinē iniquitatum tuarum, quibus in ſcelere diu debacchatus es: non prophetam meū, ſed te inſanū eſſe cognoſce: qui ad hoc laboraſti, ut mea uerba calcares. Pro amentia, id eſt μανία, Aquila uertit ἐγκότησιν: quam nos uel iracundiam, uel memoriam doloris in Latino poſſumus dicere. Dies ultionis & retributionis, quidam interpretantur diem iudicij: quando affligetur Iſrael, qui nunc deum ſe uidere iactat: & non ſancto ſpiritu regitur, ſed dæmoniaco in partes uarias circumfertur, neſciens quid loquatur: dicens dei filiū creaturam, ſanctum ſpiritum deum negās. Et rurſum alium deum bonum, alium mundi aſſerens creatorem: quorum ueſania multiplex eſt: quia & iniquitates fuere quàm plurimæ. Quem nos ſtultum prophetam diximus, LXX. pſeudoprophetam interpretati ſunt. Et ne eadem ſæpe repetentes, uideamur lectoris prudentiæ diffidere, breuiter admonemus, quicquid de Iſrael & de Ephraim in hoc propheta dicitur, ad hæreticos eſſe referēdum, qui uerè inſanientes, contra deum loquuntur mendacia. c ¶ *Speculator Ephraim cum deo, etc.*] Idcirco deus principes dedit, ut populum corriperēt delinquentem, & ad rectum iter retraherent. Vnde & ad Ezechiel loquitur: Speculatorem te dedi domui Iſrael: ergo Hieroboam quaſi ſpeculator datus in populo eſt, & quaſi propheta cum deo meo: hoc eſt, cum deo qui hæc Oſee loquitur. At ille iuxta id quod ſuprà ſcriptum eſt: Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſuper Thabor, & uictimas declinaſtis in profundum: etiam nunc populi Iſrael laqueus appellatur: eo quòd omnes in laqueo eius corruant: maxime cum inſaniam in domo dei poſuerit ſiue confinxerit: id eſt, in Bethel uitulum aureum fecerit: hoc enim interpretatur domus dei: & tam profundè in ſcelere peccauerit, ſicq; in impietatis barathrū ſit dimerſus, ut uincat ſcelus quod quondam geſtum eſt in Gabaa, quando uxorem Leuitæ reuertentis de Bethlehem illicito necauere cōcubitu. Poſſumus dies Gabaa & illud tempus accipere, quando pro deo elegerunt ſibi regem de urbe Gabaa, id eſt Saul. Et multo nunc eos dicit maiora peccaſſe, eligēdo Hieroboam & adorando idola, quàm eo tēpore quo elegerūt Saul: hic

Ioel. 8.f 4 Reg. 9.c D Ezech. 3.d בית־אל Iud. 19.f

HEB. Quid facietis in die ſolenni, in die feſtiuitatis domini? Ecce enim profecti ſunt à uaſtitate: Aegyptus cōgregabit eos: Memphis ſepeliet eos: deſiderabile argentum eorum, urtica hæreditabit: lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies uiſitationis, uenerunt dies retributionis. Scitote Iſrael ſtultū prophetā, inſanum uirum ſpiritualem, propter multitudinē iniquitatis tuæ & multitudinem amentiæ. Speculator Ephraim cū deo meo propheta: laqueus ruinæ ſuper omnes uias eius: inſa nia

SEP. Quid facietis in die conuētus, & in die ſolennitatis dñi? Ideo ecce ibunt de miſeria Aegypti: & ſuſcipiet eos Memphis, & ſepeliet eos Machmas, argentū eorū interitus poſsidebit: ſpinæ in tabernaculis eorum. Venerunt dies ultionis, uenerūt dies retributionis tuæ: & affligetur Iſrael ſicut propheta inſaniens, homo qui habebat ſpiritū: propter multitudinem iniquitatum tuarum multiplicata eſt amentia tua. Speculator Ephraim cum deo propheta: laqueus tortuoſus ſuper oēs uias eius: inſa- niam

Universidad de ... Biblioteca

HEB. nia in domo dei eius: profunde peccauerũt, ſicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitates eorum: & uiſitabit peccata eorum. Quaſi uas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius uidi patres eorum: ipſi aũt intrauerũt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionẽ: & facti ſunt abominabiles, ſicut ea quę dilexerunt. Ephraim quaſi auis auolauit, gloria eorũ à partu, & ab utero, & à conceptu: quod & ſi enutrierint filios ſuos, abſq; liberis eos faciam in hominibus. Sed & uæ eis cum receſſero ab eis. Ephraim, ut uidi, Tyrus

SEP. niam in domo dei cõfinxerũt: corrupti ſunt ſecundũ dies collis: recordabitur iniquitates eorũ, ulciſcet̃ ſuper peccata eorũ. Sicũt uuã in deſerto inueni Iſrael, & ſicut ficũ in arbore ficus tẽporaneã uidi patres eorũ: ipſi autẽ ingreſsi ſunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionẽ: & facti ſunt abominabiles ſicut dilecti. Ephraim quaſi auis auolauit: gloria eorũ in partu, & in parturitionibus & conceptu: quia etiam ſi enutrierint filios ſuos, ſine filijs erunt in hominibus: quia & uæ eis eſt: caro mea ex eis: Ephraim, ſicut uidi, in captionem

A hic enim ſchiſmati etiam idololatria copulata eſt, ibi uero dei cultus permanſit in populo: ideo recordabitur iniquitates eorũ qui nunc per patientiam putatur oblitus: & uiſitabit peccata eorũ, & uulnera quæ longo tempore computruerunt. Veteres ſcrutans hiſtorias, inuenire non poſſum ſciuiſſe eccleſiam, & de domo domini populos ſeduxiſſe, præter eos qui ſacerdotes à deo poſiti fuerant & prophetæ, id eſt ſpeculatores. Iſti ergo uertuntur in laqueũ tortuoſum, in omnibus locis ponentes ſcandalum: ut quicunque per uias illorũ ingreſſus fuerit, corruat, & in Chriſto ſtare non poſsit: uarijſq; adducatur erroribus, & ſemitis tortuoſis ad præcipitia deferatur. Hi ſunt ſpeculatores Ephraim, qui inſaniam in domo domini confinxerunt, hoc eſt, in eccleſia, ſiue in ſcripturis ſanctis, peruerſe eas interpretãtes: uel certè in unoquoque credentium, qui domus dei rectiſſimè no-
B minat̃: propterea corrupti ſunt, & interierunt iuxta dies collis: quando iniquitatem in excelſo locuti ſunt, & aſcenderunt in tecta uana. Recordabitur deus iniquitatis eorum per quam iniquè geſſerunt in proximũ educentes eum de eccleſia, & uiſitabit peccata eorũ quibus in ſuas animas pec-
Pſal. 139.b cauerunt. Hoc eſt quod in pſalmo legimus: Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. Niſi enim quis dei uiderit ſemitam, id eſt Chriſti nomen audierit, non ingredietur per eam. Idcirco & hæretici ſub nomine Chriſti iuxta ſemitam ponunt laqueos, ut qui in Chriſto calcare ſe credit, de quo legimus, quòd ipſe ſit uia: calcet & in eorum laqueis, qui inſaniam in domo dei confinxerunt. a ¶ *Sicut uuam in deſerto, etc.*] Pro quo in alijs exemplaribus legimus: & facti ſunt dilecti, quaſi abominabiles: quod magis congruit. Cum omnis orbis eſſet deſertus, & dei notitiam non haberet: inueni, ait, populum Iſrael quaſi uuam in ſolitudine, & quomodo eum inuenerit dicit: Sicut prima poma ficulneæ: in cacumine eius uidi patres eorũ. Ergo in Abraham, in Iſaac, & in Iacob inuentus eſt populus. Et nota proprietatem, parentes uidentur: populus inuenitur, & in utroq; uinea eſt, & ficulnea: ſub quibus requieſcere dicitur qui confidit
Num. 25 in domino. Ipſi autẽ educti de Aegypto, fornicati ſunt cum Madianitis, & ingreſsi ſunt ad Beelphegor idolum Moabitarũ, quem nos Priapum poſſumus appellare.
בעלפעור Deniq; interpretatur Beelphegor idolum, tentiginis habens in ore, id eſt, in ſummitate pellem, ut turpitudinẽ membri uirilis oſtenderet. Et quia intrauerunt ad Beelphegor, idcirco abalienati ſunt à deo: & confuſioni ſuę, id eſt idolo mãcipati, ut propter quod receſſerãt à deo, illud colerent, ſecundum quod ſcriptũ eſt: A quo enim
2 Pet. 2.d quis ſuperatur, huius & ſeruus eſt: ut ſicut gulæ ſeruientes habent uentrem deum, ita qui libidini deſeruiunt, habeant deum Beelphegor. Et facti ſunt, inquit, abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt, iuxta illud quod ſcri- C
ptum eſt in pſalmis: Similes illis fiant qui faciunt ea, & Pſal. 134
omnes qui confidunt in eis: ut non ſolum idololatræ, ſed idola nuncupẽtur. Dicente autem domino in paſſione ſua: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt Eſa. 63.a
uir mecum. Et in pſalmo: Saluũ me fac domine, quoniam defecit ſanctus. Pſal. 11.a
Cum omnis mũdus teneretur in peccato: & gentes ignorarent deum: Iſrael repuliſſet quem antè cognouerat: primum in apoſtolis, & in apoſtolicis uiris, inuenit dominus Iſrael, populum Chriſtianum, & ſenſu uidentem deum: & dulciſsimis eorũ ſatiatus eſt fructibus, uua & ficu: quæ ſi in deſerto inueniantur, & necdũ maturo tempore, ob raritatem maioris ſunt gratię. Ipſi autem, hoc eſt Iſrael, qui ſibi Chriſtianum nomen aſſumunt: neque enim de patribus intelligendum eſt, intrauerunt ad idolum Beelphegor, quod habet in ore pellem. Quicquid D
enim loquitur hæreticus, mortiferum eſt, & à uiuente dei ſermone ſeiunctum: Siue intrauerũt ad libidinem: difficile eſt hæreticorum reperire qui diligat caſtitatem: non quod eam pręferre deſiſtat in labijs: ſed quod non ſeruet in conſcientia: aliud loquens, & aliud faciens: unde & abalienati ſunt à deo, & habent gloriam in confuſionem ſuam, & facti ſunt abominabiles, qui prius diligebantur in patribus. Si autem uoluerimus legere: Facti ſunt abominabiles, ſicut dilecti: quod tamen in Hebraico non habetur: dicimus, ita factos eſſe gentiles, qui ſunt abominabiles: quomodo & hæreticos q prius diligebantur in patribus, hoc eſt, ut & hi, & illi pariter abominabiles ſint. b ¶ *Ephraim quaſi auis auolauit, etc.*] Multum in hoc loco inter ſe diſcordant interpretes. In eo enim loco in quo nos diximus, uæ eis cum receſſero ab eis: Septuaginta & Theodotion tranſtulerunt, uæ eis, caro mea ex eis: quærenſq; cauſam cur ſit tanta uarietas, hanc mihi uideor reperiſſe: Caro mea, lingua Hebra dicitur בשׂרי Rurſum ſi dicamus, receſsio mea: ſiue declinatio mea dicit̃ בשורי Septuaginta igitur & Theodotion pro eo quod eſt receſsio mea & declinatio mea, uerterũt, caro mea. Rurſum ubi nos poſuimus, Ephraim, ut uidi, Tyrus erat: Septuaginta interpretati ſunt θῆραν, id eſt, uenationem, ſiue capturam: Aquila & Symmachus & Theodotion, petram duriſsimam, id eſt, ſilicem, quæ lingua Hebraica appellatur צור quòd ſi legamus צר Tyrus dicitur: Putantes autem Septuaginta interpretes ob literarum ſimilitudinem ר & ד non eſſe ר ſed ד legerunt ציד id eſt, uenationem ſiue capturam: unde & בית צידה domus dicitur uenatorum. Diuerſitatem interpretum diximus: reuertamur ad ſenſum: Ephraim, id eſt, decem tribus, quaſi auis auolauit in captiuitatem, & de ſuo receſsit loco. Auem autem appellauit, ut uelocem in Babylonem tranſitum demonſtraret



HEB. Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorẽ filios ſuos.

SEP. nem præbuit filios ſuos, & Ephraim: ut educeret ad interfectionem filios ſuos.

Dâ eis domine: quid dabis eis? da eis uuluam ſine filijs & ubera arentia. Omnes[b] nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exoſos habui eos. Propter[c] maliciam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos. Non addam ut diligã eos: omnes principes eorum recedentes.

Percuſſus

A ſtraret: Sin autem legerimus, quaſi auis auolauit gloria eorum: hoc dicimus, quod dei ab eis receſſerit & auolauerit auxilium. Quodq; ſequitur, à partu, & ab utero, & à conceptu: dupliciter intelligi poteſt: ut gloria quæ auolauit ab Ephraim, etiã à partu, & ab utero, & à conceptu eorum recedat: hoc eſt, deſerat filios eorum, & poſteros derelinquat. Aut certe dicimus omnem gloriam Iſrael habuit in multitudine, & in eo ſe maiorẽ arbitratus eſt Iuda fratre ſuo: qa ipſe decẽ tribubus, ille duab. pręfuit. Vnde dominus loquitur: q etiam ſi enutrierint filios, & liberorũ multitudinem congregauerint, tradentur neci: & tunc eis uerum incumbat uæ, cum ab eis receſſerit deus. Et conſequẽter exponit, qualis quondam fuerit Ephraim, qui nũc dęſertus eſt: tam pulcher, inquit, erat, & ſic dei uallabatur auxilio, ut Tyrus mari cingitur: uel certe, ut ſcopulus duriſsimus: qui fixus in terra, omnes contẽnit procellas, & de turbinibus uentiſq; non curat. Ipſe autem, id eſt, Ephraim ſiue Tyrus, quæ erat fundata in maris pulchritudine, educet ad captiuitatẽ filios ſuos. Multi hoc capitulum ad Azaelis tempora referunt, qui obſedit Samariam, & longo tempore afflixit fame, ut leuius arbitrarentur obſeſſi gladio perire quàm inedia. Nos autem dicamus iuxta tropologiam: Ephraim, id eſt, hæreticos quaſi auem de eccleſia receſsiſſe, & omnem habere gloriam in
B partu, & in utero, & conceptu, ſi multos genuerint filios, quos dominus comminatur, etiam ſi enutriti fuerint, puniendos: & puniendos nõ ab alio quolibet, ſed ab ipſo domino, quoniam filios fornicationis generarint, & uerum illis ſit uæ cum deus receſſerit ab eis. Simulq; replicat qualis fuerit Ephraim: Quando, inquit, in eccleſia erat, ita ſeculi huius tentationibus, quaſi Tyrus maris fluctibus tundebatur, & tamen nihil aduerſi poterat ſuſtinere, quia habebat fundamentum Chriſti: ſuper quo ædificata domus, euerti non poteſt. Nunc autem filios ſuos educit ad interfectorem, hoc eſt ad diabolum. Et pulchre dixit educit, id eſt, de eccleſia facit exire foras. Poſſumus filios Ephraim, cogitationes peſſimas dicere, & contraria dogmata ueritati: quæ interficit dominus ſpiritu oris ſui, & eos tales liberos habere non patitur, & æterno interitui derelinquit. Quod autẽ in LXX. legimus: Caro mea ex eis: Ephraim, quomodo uidi, in uenationẽ præbuit filios ſuos, ita intelligimus: Si Chriſtus caput eſt corporis, id eſt, eccleſiæ, omnes nos Chriſti & eccleſiæ membra ſumus: qui ergo de eccleſia receſſerit, Chriſti corpus lacerat. igitur & Ephraim caro fuit & membrum domini ſaluatoris. Sed in uenationem præbuit filios ſuos: in uenationem autem eo-
Pſal. 123.a rum, de quibus ſcriptum eſt: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Et eduxit de eccleſia liberos ſuos, ad occiſionẽ ſiue ad uulnerandum, ut uulnerentur ab his qui mittunt ardentes ſagittas, ut percutiant pariter & exurant. a ¶ *Da eis domine: quid dabis, etc.*] Si his quæ deus pro benedictione donauit male abutamur, & in contrariũ quàm ab eo data ſunt conuertantur: expedit ut auferantur à nobis. Denique lingua data eſt ad laudandum dominum deum, & quæ bona ſunt eloquenda: ſi quis ea abutatur in blaſphemiam, contra hunc pſalmiſta dominum deprecatur:
Pſal. 30.c Muta fiant labia doloſa quæ loquunt̃ aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia & in abuſione. Et in alio loco: C
Diſperdat dominus uniuerſa labia doloſa, & linguam Pſal. 11.a
magniloquam. Quia igitur Ephraim gloriabatur in utero, & in conceptu, & in partu, & in populorum multitudine: propheta dominum deprecatur & dicit: Da eis domine. Sibiq; ipſe reſpondit: Quid dabis eis? & ſtatim infert: Da eis uuluã ſterilem, & ubera arentia, ne habeant cauſas ſuperbiæ, ut in quo ſibi gloriari ſolẽt, in eo confundãtur. Quod & de magiſtris contrariorum dogmatũ intelligi poſſe, perſpicuum eſt: qui in populorum multitudine gloriantur, & in ijs liberis quos nutrierunt ad interitum, ut educerent eos de eccleſia, & educerent ad interfectorem. Tot enim diabolus iugulat, quot hęretici in errore genuerunt filios. De iſtiuſmodi anima dicitur: Beata ſterilis immacula- Sap. 3.c
ta, quæ nõ cognouit cubile in peccato. Beatus eſt enim uir eccleſiaſticus, qui comparatione hæretici in errore filios non procrearit. Et in alio loco legimus: Melius eſt filios non habere cum uirtute. Ex iniquo enim concubitu ſemen peribit, & cum longi fuerint temporis, reputabuntur in nihilum, & ignobilis in nouiſsimis erit ſenectus eorum: fœcunda enim impiorum multitudo ad nihilum eſt utilis: neque enim exiſtimare debemus quod uuluam ſterilem, & ubera arentia corporaliter deprecatus ſit. b ¶ *Omnes nequitiæ eorum in Galgal, etc.*] 1 Reg. 10
In Galgal Saul unctus in regẽ eſt, Samuele irã dei popu- D
lo nũciante. Ibi, inquit, exoſos habui eos: & ſibi regem hominem poſtulantes, à meo imperio receſſerunt: Siue quia Galgala idololatriæ locus eſt, ibi omnia ſcelera commiſerunt. גלגל
Verum quia Galgala interpretatur reuelatio, aut κυλισμοὶ, id eſt, uolutabra: omnes malicias hæreticorum dicit eo tempore reuelandas, cum eis dederit deus uuluam ſterilem & ubera arẽtia, & uiderint ignominiam ſuam. Et qui ſe iactabant per ſuperbiam, quod ad excelſa conſcenderent, deuoluẽtur in terram, ſiue ad inferos pertrahentur. Verè hæretici odio dei digni ſunt qui loquũtur contra dominum mendacium, de quibus dicit in conſequentibus. c ¶ *Propter maliciam adinuentionum eorum de domo mea, etc.*] Et de hæreticis quidem non eſt dubium, quin de domo dei eiecti ſint, & non addat ut diligat eos, quàmdiu in errore permanſerint: omneſq; principes eorum recedẽtes à deo ſunt, ſiue inobedientes, ut Valentinus, Marcion & cæteri. Poſſumus principes hæreticorũ dæmones dicere, qui uerè à deo receſſerunt, & appellantur principes, iuxta quod dominus loquitur in Euãgelio: Veniet princeps Ioan. 14.d
huius mundi, & inueniet in me nihil. Et Apoſtolus ad- Ephes. 6.b
uerſus poteſtates, & principatus & rectores tenebrarũ iſtarum pugnare nos dicit. Quęritur autem iuxta hiſtoriam, quomodo de domo ſua eiecerit eos, id eſt, decem tribus, cum in domo dei non fuerint? Sed domum dei uel terram ſanctam appellabimus, in quam introducti ſunt: uel falſum nomen Iſraelis: uel quod ad eos, quaſi ad populum dei mittebantur prophetæ: quod autem nõ addat ut diligat eos, & omnes reges Iſrael à deo fuerint recedentes perſpicuum eſt: uſque hodie enim permanent in captiuitate. Alij hoc quod ſcriptum eſt, de domo eijciam eos: ad regnum Iuda referri arbitrantur, quod & ipſi ducendi ſint in captiuitatem. Sed quomodo eis poterit adaptari: nõ addam ut diligam eos, cum

poſtea

A poſteà Hieroſolymam ſint reducti, & omnes principes
eorum recedentes: cū legerimus Dauid, Aſa, Ioſaphat,
Ezechiam, Ioſiam reges fuiſſe iuſtos? Vnde ad Chriſti
tempora tranſeundum eſt, quod in aduentu eius eie-
cti ſint de domo dei, & nequaquam ſaluentur ut Iſrael,
ſed ut populus Chri-
Ioan. 2.c ſtianus. Vnde & do-
minus fecit ſibi flagel
lum de funiculis, & e-
iecit eos de templo:
quia domū patris e-
ius fecerant domū ne
gociationis. a ¶ *Per-*
*cuſſus eſt Ephraim, radix,*
*etc.* ] Metaphoram ſu
mit ab arbore: cuius
ſi radices aruerint, fru
ctum afferre non po-
terit: & ſi paululū fece
rit, ſtatim in ipſo flore
ſiccabitur. Dicit autē
de Ephraim: cuius ra
dix aruit, quia deum
in quo fundatus erat
perdidit: ſiue patres
ſuos Abraham, Iſaac
& Iacob, in quibus ra
dicem miſerat, habe-
re non meruit, & pro
pterea fructum iuſti-
tiæ nō faciet, quod &
ſi fecerit, interficiam, inquit, amantiſſima uteri eius, iu-
xta id qđ ſupra dixerat: ſi enutrierint filios ſuos, abſq;
B liberis eos faciam in hominibus: unde & abiecit eos
deus, & fecit ire captiuos, & erunt uagi in nationibus.
Poſſumus hoc ipſum, & de omnib. Iudæis dicere: quo-
rum quia principes à deo receſſerunt, cōmouentes po
pulum, ut eum ad mortem expeterent: propterea eiecit
eos de domo ſua, & non addet, ut ultra diligat eos: Per-
cuſſit radicē eorum & exiccauit, & fructū ultra non fa-
ciēt: quod & ſi fecerint, & uiſi fuerint ſcripturā ſanctam
legemq; meditari, & quaſi amantiſſimos filios aliquid
ſcientiæ atq; doctrinæ de ſuo corde protulerint, aduer-
ſante domino ſuccidetur. Abiecit enim eos deus om-
nium prophetarum, quia non audierunt eum, & uagi
erunt in nationibus: non habentes altare, non ſedem,
Pſal. 58.b non ciuitatē propriam. Vnde & Dauid loquitur in pſal
mo: Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi
Pſal. 5.c mei: diſperge illos in uirtute tua. Et in alio loco: Secun-
dum multitudinē impietatū eorum expelle eos, qm̄ iri-
tauerūt te dn̄e. De hac arbore etiā in euāgelio legimus:
Matth. 3.c Iam ſecuris ad radices arborū poſita eſt. Omnis arbor
quæ nō facit fructū bonū, excidetur & in ignē mittetur.
Hæreticos fructus facere non poſſe uirtutū, quia dn̄m
Ephes. 3.d perdiderūt: in quo iuxta Apoſtolū radicati eſſe debue-
rant & fundati, nemo dubitet: quod & ſi fecerint, & ali-
quos uteri ſui fœcunditate generarint, dn̄o aduerſante
morient. Siue quia fructus eorū, uniuerſa quæ fingūt,
& de ſuo corde generant, areſient & peribunt: & erit cū-
ctis perſpicuū, ſiccam radicē fruges afferre nō poſſe. Iſti
abijcientur, imò abiecti ſunt à deo: quia nō audierūt eū
Deut. 19.d dicentē: Ne transferas terminos quos poſuerūt patres
tui. Et idcirco uagi erunt in nationibus: nūc ad has, nūc
ad illas ſententias tranſeūtes, dū nō eis placet, quod ſe-
mel repererint: ſed ſemper uetera mutāt nouis, & ethni
corum imitantur errores. Caput X

V *ltis frondoſa Iſrael, etc.* ] Pro uite frondoſa, Aquila
interpretatus eſt, ἔνυδρον, quam nos aquoſam
uel ἔνοινον, poſſumus dicere, eo quod uini per-

HEB. Percuſſus eſt Ephra-
im: radix eorum exiccata
eſt: fructum nequaquam
facient: quod & ſi genue-
rint, interficiā amantiſſima
uteri eorum: Abijciet eos
deus meus: quia non audie
runt eum & erunt uagi in
nationibus. Cap. X

Vltis frondoſa Iſrael:
fruct⁹ adæquatus eſt
ei: ſecundum multitudi-
nem fructus ſui multipli-
cauit altaria: iuxta uber-
tatem terræ ſuæ exubera-
uit ſimulachris. Diuiſum
eſt cor eorū: nūc interibūt:
ipſe

SEP. Doluit Ephraim ra-
dices ſuas: arefactus eſt, fru-
ctum nequaquam affert:
quia & ſi genuerint, interfi
ciam deſiderabilia uteri eo
rū. Repellet eos deus: quia
non audierunt eum, & e-
runt uagi in nationibus.

Cap. X

Vltis frondoſa Iſrael:
fructus abundans in
ea: ſecundum multitudinē
fructuum ſuorum multi-
plicauit altaria: iuxta bo-
na terræ eorum ædifica-
bunt titulos. Diuiſerunt
corda ſua: nunc peribunt:
ipſe

dat ſaporem: Symmachus ὑλομανοῦσαν, quæ tota in frō C
dibus creuerit. Vites quæ putatæ à uinitore nō fuerint,
in flagella frondeſq; luxuriant, & humorem quem de-
buerant in uina mutare, uana frondium & foliorū am
bitione diſperdunt: iſtiuſmodi uitis damnoſa eſt agri-
colis. Talis fuit Iſrael,
creſcens in multitu-
dine populorum, &
non reddens fructus
agricolæ deo. Dica-
mus & aliter. Vitis frō
doſa, ſiue iuxta Lxx.
εὐκληματοῦσα, id eſt,
bonas habens propa
gines, & flagella fru-
ctifera, multos bo-
tros attulit, & uuarū
fœcunditas, ramorū
magnitudinem coæ-
quauit: ſed hæc quæ
prius talis erat ante-
quam offenderet de-
um, poſtea abundan
tiam fructuum uertit
in offenſæ multitudi-
nem: ut quanto plu-
res haberet populos,
tanto plura ædifica-
ret altaria, & abundā
tiā terræ numero uin
ceret idolorum. Pro
ſimulachris, Lxx. uerterunt στήλας, quas nos ſtatuas,
uel titulos appellamus, qui propriè dæmonū ſunt, aut
hominum mortuorū. Ita & hæretici dum eſſent in eccle D
ſia plantati, & creſcerent in domo dei, uocabantur ui-
nea Sorech, & afferebant uberrimos fructus: poſtea ue
ro quanto plures facti ſunt, tanto ſibi multiplicauerūt
altaria: ut pro uno altari quod uerum eſt, plures erro-
ris ſui aras extruerent: & iuxta ubertatem terræ ſuæ exu
berauerunt ſimulachris. Hæreticorū terra fœcunda eſt,
qui à deo acumen ſenſus & ingenij percipientes, ut bo
na naturæ in dei cultū uerterent, fecerunt ſibi ex his i-
dola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ar-
dentis ingenij eſt, & habet dona naturæ quæ à deo ar-
tifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus: talis Marcion
quos doctiſſimos legimus. Talis Bardeſanes, cuius etiā
philoſophi admirantur ingeniū. Iſti ergo terræ ſuæ bo-
na uerterunt in titulos mortuorū: quia omnis doctri-
na eorū non ad uiuentes refertur ſed ad mortuos, tam
eos quos colunt quam illos quos decipiunt. c ¶ *Diui-*
*ſum eſt cor eorum, etc.* ] Tradunt Hebræi huiuſcemodi fa-
bulam: ſuſpicionem ſuā ſcripturarū autoritate confir-
mantes: Quamdiu & reges & populi pariter uitulos au
reos adorabant, & habebant in impietate conſenſum:
non uenit captiuitas. Extremus rex decem tribuū fuit 4.Re. 17
Oſee: de quo ſcriptum eſt, quod fecerit quidem malum
Oſee in conſpectu domini: ſed nō ſicut reges Iſrael, qui
fuerunt ante eū: cuius nono anno Salmanaſar rex Aſ-
ſyriorum cepit populū Iſrael, & eduxit eos in Aſſyrios,
& habitare fecit iuxta flumē Gozan in ciuitatibus Me-
dorum. Quæritur ergo quare ſub peſſimis regibus ca
pti non fuerint: ſed ſub eo qui cœperat ex parte aliqua
ad meliora conuerti? Ad quod hæc inferunt: excuſa-
bat ſe primum populus & dicebat, regum paremus im
perijs: nec poſſumus eorū reſiſtere tyrannidi: colimus
uitulos quos adorare compellimur: in diebus autem
Oſee ab eodem rege præceptum eſt, ne tanto ſtudio ui
tuli colererentur, ſed qui uellet iret in Hieruſalem & in
templo ſacrificaret deo: huic, aiunt, ſententiæ populus
contradi-



A contradixit. Et hoc eſt, quod nunc dicit: diuiſum eſt cor
eorum, hoc eſt, regis & populi: & nulla excuſatione re-
manente, nunc interibunt & tradentur æternæ captiui-
tati: ſtatim enim ut populus diſſenſit à rege, uenit inte-
ritus. Quodq; ſequitur: ipſe confringet ſimulachra eo-
rum, de deo dicit: a-
raſq; depopulabitur:
non quòd deus ipſe
propria hoc fecerit
manu, ſed quòd per
hoſtes uoluntas eius
expleta ſit. Hæretico-
rum inter ſe corda di-
uiſa, & contrarijs re-
pugnare ſententijs, e-
tiam ipſi non negant,
dū uniuerſa ſentiunt.
Vnde diſperdētur &
confringet ſiue ſuffo-
diet dominus ſimula
chra uel altaria eorū,
quæ de ſuo corde fin
xerunt, & uaſtabit titulos quibus ſinguli ſuis appellan
tur nominibus, & uocauerunt nomina ſua ſuper terras
ſuas, ut nequaquam Chriſti eccleſiæ, ſed illius uel illius
eſſe dicātur. a ¶ *Quia nunc dicent, non eſt, etc.* ] Poſtquam
confregerit deus ſimulachra Iſrael, & depopulatus fue-
rit aras uel ſtatuas eorum, & extrema captiuitas uene-
rit, dicent, nō eſt rex nobis. Et ne in longum tempus pu
tent ſententiam protelari, addidit: Nunc dicent, quan-
do uaſtantur, quando ſentiēt Oſee regem ultimum à ſe
eſſe ſublatum, ideo rex ablatus à nobis eſt, quia non ti-
muimus dominū uerum regē: homo enim rex prodeſ-
ſe quid poterat? Dicite quid uultis, errores ueteres ſuſpi
B rate: pollicemini uobis proſpera quæ uertentur in con-
traria: fœdus ferietis, nequaquā cum deo, ſed cum men
dacio. Et poſt fœdus, quod Lxx. interpretati ſunt teſta-
mentum, germinabit uobis nō ſeges fœcunda frumen-
ti, non ſaltem iumentorum cibos, hordeum, non legu-
mina uaria, non uites quæ fructus ſuos in muſta deſu-
dant: nō poma arbores germinabunt, quæ humorē ter
ræ in uarios mutant ſapores: ſed orietur uobis amaritu
do, imò amaritudinis iudiciū: ſiue ἄγρωσις, quam La-

HEB. ipſe confringet ſimu
lachra eorum, depopulabi
tur aras eorum. Quia nunc
dicent, non eſt rex nobis:
non enim timemus domi-
num: & rex quid faciet no-
bis? loquimini uerba uiſio-
nis inutilis, & ferietis fœ-
dus: & germinabit quaſi a-
maritudo iudicium ſuper
ſulcos agri.

SEP. ipſe ſuffodiet alta-
ria eorum: affligentur titu-
li eorum. Propterea nunc
dicent, non eſt rex nobis:
quia non timuimus domi
num: rex autem quid fa-
ciet nobis? loquens uerba,
occaſiones mendaces: diſ-
ponet teſtamentum, orie-
tur ſicut gramē: iudicium
ſuper deſertum agri.

tinè in gramen uertimus. Eſt enim genus herbæ calamo C
ſimile, quæ per ſingula genicula, fruticem ſurſum & ra-
dicem mittit deorſum: rurſuſq; ipſi frutices & uirgulta
alterius herbæ ſeminaria ſunt: atq; ita in breui tempore,
ſi non imis radicibus effodiatur, totos agros ueprium
ſimiles facit. Denique
etiā ſi ſicca eius aliqua
pars, dūmodo geni-
culum habeat, ſuper
cultā terrā ceciderit:
omnia replet grami-
ne. Hæc diximus iux-
ta Lxx. interpretes: cæ
terū in Hebraico ראש
ſcriptum habet: quod
in amaritudinē uerti-
tur: hoc eſt amaritudi
nis iudiciū, de quo &
dn̄s loquit̄ in Euange
lio: In iudiciū ego in Ioan. 9.g
mundū iſtum ueni, &
de alijs ſcriptū eſt: qđ Mar. 12.d
recipiāt amplius iudiciū. Diſcipuli quoq; cōtrariorum
dogmatū cum eorū fuerint cōtrita mendacia, & aræ, lu
ciq; ſubuerſi, ſero dicēt: Non habemus reges qui nobis
prius imperauerāt, quibus decipientibus, dn̄m non ti-
muimus: quid enim nobis profuit illos ſequi, quorū in
neceſſitate nō ſentimus auxiliū? Hæc loquent̄ quærētes
aliquā excuſationē, ut nō per ſe, ſed per doctores peſſi-
mos erraſſe uideant̄. Vnde & Lxx. uerba eorū, excuſa-
tiones falſas tranſtulerūt: quas propheta deuitat, dicēs:
Ne declines cor meū in uerba maliciæ ad excuſandas
excuſationes in peccatis: libēter uitijs noſtris applaudi Pſal. 140.d
mus: & ſuperati uoluptatibus, obtendimus carnis infir
mitatē, aut dura maiorū imperia: unde uerba & uiſio- D
nes hæreticorū inutiles erūt. Et feriēt fœdus, nequaquā
cum deo, ſed cum amaritudine, quæ cū dies iudicij ad-
uenerit, germinabit ſuper ſulcos agri eorum, ut qui ſe-
minauerūt in gaudio, metant in lachrymis: qui riſerūt,
fleant: qui habuerunt conſolationem, lugeant.

Commentarij ſecundi in Oſee
prophetam finis.

### DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM Commentariorum Oſee ad Pammachium prooemium.

NOn ignoro Pammachi, difficillimū me duodecim prophetarū opus cudere: certe in-
terpretatū Latinis, & quod magis temeritatē noſtram poſſit arguere, quàm ſcientiam
prodere. Sed quia tibi hortanti, imò imperanti, negare nihil poſſumus, & pro offeren
tium uiribus in gazophylaciū dei, multorū diuitias, duo mulieris pauperis æra ſupera-
rūt: quicquid poſſumus, primū deo, deinde tibi qui dei es ſoluimus: illiuſq; ſemper uerſiculi recor- Luc. 12.d
damur: Pollio & ipſe facit noua carmina. Cumq; apertū fautorē pro iure amicitiæ eſſe te gaudeā: ta
citū eruditionis tuæ iudiciū pertimeſco: magiſq; te laudantē q̄ aduerſarios detrahētes metuo. Illis
enim æmulatio detrahit fidē, & non tam iudices q̄ accuſatores uocandi ſunt. Tu tamē qui diligis,
nequaquā perſonarū, ſed rerum promis ſententiā: quanquā & amor recipiat errorē, pulchrumq;
ſit illud θεοφράστου, quod Tullius magis ad ſenſum, q̄ ad uerbum interpretatus eſt, τυφλοῦ τὸ φι-
λοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, id eſt, amantiū cæca iudicia ſunt. Attamen in iſtam partē peto magis ut laba
ris, non odio ſed amore. Tertium in Oſee prophetā dictamus librum, & ad uaccas Bethauen uſq;
peruenimus: nobiſq; interpretationis uela pandentibus, tu debes propheticum illud dicere: A qua
tuor uentis cœli ueni ſpiritus: ut celeri curſu uarios inſidiantium ſcopulos tranſeuntes, merces do- Ezech. 37.e
minicas, ex omni parte ſæuiente naufragio, ad portus tutiſſimos perferamus.

Universidad de Deusto Biblioteca

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI Commentariorum in Oſee prophetam Liber tertius.

VAccás Bethauen coluerūt habitatores Samariæ, quia luxit ſuper eum populus eius, & æditui eius ſuper eū exultauerūt in gloria eius: quia migrauit ab eo: Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi ultori: confuſio Ephraim capiet: confundetur Iſrael à uoluntate ſua. Trānſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ, & diſperdentur excelſa idoli: peccatum Iſrael: Lappā & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, &

*Vaccas Bethauen coluerunt, etc.*] Quæ ſit Bethauen, pro qua Septuaginta tranſtulerunt domum ὤν, & qui ſit ירב rex Iarib, qui interpretatur ultor, ſuprà plenius diſputauimus. In Bethauen igitur, id eſt, Bethel, uaccas aureas coluerunt habitatores Samariæ: quas cū irriſione non uitulos ſexus maſculini, ſed uaccas, id eſt, fœminas appellauit: ut uidelicet Iſrael non ſolum deos uitulos, ſed deas uaccas coleret. Et ut oſtenderet uaccas Bethauen, unum in Bethel uitulū ſentiendum, nō intulit: luxit ſuper eis populus, ſed ſuper eo, id eſt, uitulo aureo. ſi autē luxit populus, quare æditui eius ſuper exultauerūt? Tradunt Hebræi uitulos aureos à ſacerdotibus furto eſſe ſublatos, & pro his æneos & deauratos repoſi-
B tos. Cum igitur lugeret populus tempore neceſsitatis & anguſtiæ, etiam uitulos aureos inter munera cætera Aſſyrijs regibus, & maxime regi Sennacherib ab Iſrael rege eſſe directos, exultabant æditui, ꝙ fraus eorum nequaquam poſsit argui uel deprehendi. Et hoc eſt quod ait: æditui eius, id eſt uituli, ſuper eo exultauerūt in gloria populi, hoc eſt, in uitulo quem habebāt pro gloria: quia migraſſet ab eo, id eſt à populo, & translatus eſſet ad Aſſyrios. Et ut ſciamus, inquiunt, hoc eſſe quod dicitur, perſpicuè ſequēs uerſus oſtendit: Siquidem ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi ultori: ſtatimq; ſequitur: Confuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſrael in uoluntate ſua, ſiue in conſilio ſuo. Deprehenſa enim fraus deauratorū, regi Iſrael literis indicatur, & unde ſe placere æſtimauerāt, inde uel maxime confunduntˀ, & offendunt eos quibus munera miſerant, æſtimantes nō furto ſacerdotū, ſed fraude regū atq; conſilio hoc eſſe perfectum. Legimus in Regum uolumine, regē Iſrael Manahen, regi Aſſyriorum Phul mille argenti talenta miſiſſe, ut eſſet manus eius cum eo, id eſt, ut ei præberet auxilium: inter quæ nōnulli arbitrantˀ etiam uitulos aureos eſſe directos. Pro Iarib in præſenti loco Symmachus interpretatus eſt ὑπερμάχοντι, id eſt, præſuli & defenſori. Iuxta ſpiritualē intelligentiā laborandū eſt, quomodo omnia hæreticis coaptemus: Vaccas Bethauen, ſiue domus ὤν, quod interpretatˀ labor, coluerūt hæretici: qui ſe in cuſtodia mandatorū dei, hoc eſt Samaria habitare iactabant: dieq; iudicij quando germinabit quaſi amaritudo iudiciū ſuper ſulcos agri: lugebit populus ſuper eum, hoc eſt, ſuper uitulū, & ſuper dogma peruerſum: quod putabat deū: Sed & æditui, nō dixit exultabunt, ſed exultauerūt, ad præteritū tempus referēs, ſuper gloria ſua, qua quondā glorioſa confinxerāt: eo ꝙ migraſſet populus à deo: ſiue ꝙ ipſa gloria dei migraſſet à populo, à quo fuerat derelicta. Quicquid autem loquuntur hæretici, & pulchro ſermone componunt, & mittūt C munera regi ſuo diabolo, ad illum cuncta referentes: unde confuſio eos capiet in æternum, & confundentur in uoluntatibus ſuis. Quidam & ſuprà & in præſenti loco in commentarijs ſuis ſcriptum reliquit: regem ירב id eſt, ultorē, Chriſtū intelligēdum. Quod nobis omnino diſplicet. Impium enim eſt quod iuxta hiſtoriā intelligitˀ de rege Aſſyrio, iuxta tropologiā ad Chriſtum referri.

APud uitulum domus ὤν morabuntur qui habitant in Samaria: quia luxit populus eius ſuper eum. Et ſicut irritauerunt illum: gaudebunt ſuper gloria eius: quia translata eſt ab eo, & ipſum in Aſſyrios ligantes: tulerunt munera regi Iarib in domo: Ephraim ſuſcipiet cōfuſionem: confundetur Iſrael in conſilio ſuo. Proiecit Samaria regē ſuū ſicut cremiū ſuper faciē aquæ: & auferētˀ aræ ὤν peccata Iſrael: Spinæ & tribuli aſcēdēt ſuper altaria eorū, &

b ¶ *Tranſire fecit Samaria, etc.*] Pro ſpuma, quam LXX. & Theodotion φρύγανον, id eſt, cremium, tranſtulerunt: aridas herbas, ſiccaq; uirgulta quæ camino & incendio præparātur: Symmachus poſuit ἐπίζεμα: uolens oſtendere feruētis ollæ ſuperiores aquas, quas Græci πομφόλυγας uocant. Sicut igitur ſpuma quæ ſuper aquam eſt cito diſſoluitur: ſic regnum decem tribuū uelociter finietur, & peribunt excelſa, id eſt במות de quibus ſcriptum eſt: Veruntamen adhuc populus immolabat & adolebat in excelſis. Ipſa autem excelſa ὤν ſunt ſiue און id eſt idoli, quod interpretatur inutile: quod idolum & inutile, peccatum eſt Iſrael. Diſsipato autem idolo & excelſis eius, c ¶ *Lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, etc.*] Signum ultimæ ſolitudinis, ut ne parietis quidem & extrema ædificiorum ueſtigia relinquantur. Eo tempore dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. Quod dominus in ultimo tempore captiuitatis Iudaicæ dicit eſſe complendum. Quicquid ergo nunc contra decem tribus ſiue cōtra omnem dicitur Iſrael, ſciamus τυπικῶς etiam ad totum populum poſſe transferri: ut quando Romani ceperint Hieruſalem, & ſubuerterint templum: ſiue cum iudicij dies uenerit, ut alij ſuſpicantur: dicant magno horrore metuentes, operite nos, montibus: & collibus, cadite ſuper nos: mori magis optantes, quàm cernere quæ afferunt mortem. Sed & ſpiritalis nequitiæ Samaria, quæ ſe à populo dei diuiſerat, fecit regē ſuum tranſire uelociter, ſermonem uidelicet hæreticorum atque doctrinam quaſi ſpumam ſiue cremium ſuper faciem aquæ: quorum aliud dum uidetur, repente diſſoluitur: aliud facile eſt tollere de aquarum ſummitatibus, & in ignem mittere. Tales ſunt hæretici ſpumantibus uerbis tumentes: & arſura præcepta Chriſti baptiſmate ac ſermonibus illius commiſcentes. Quæ omnia pertranſibunt: & uerba magnifica in quibus laborauerunt, quod interpretatur ὤν, ilico diſpergentur: in quibus peccauit Iſrael: tantaq; erit ſolitudo doctrinæ peſsimæ: ut ſpinæ & tribuli aſcendant ſuper aras eorum. Spinas & tribulos ibi naſci, ubi agrorū nulla cura eſt: omnibus patet. Iſtæ ſpinæ ſunt quæ ſuffocant ſementem, & creſcere non ſinunt: quæ naſcuntur in manu temulenti, quas pro uua fecit Iſrael. Dominus enim expectauit ut faceret uuas, & fecit ſpinas, ſiue labruſcā habentem uuæ ſimilitudinē: & amaro guſtu ueſcentium ora torquentem

3 Reg. 22

D



A tem. Ideo cum iudicij tempus aduenerit, & fuerint cuncta ſubuerſa: dicent montibus quos prius excelſos putabant: & magiſtris quondam ſuis, operite nos: collibusq;, cadite ſuper nos. Sed quia in montibus poſuit, operite nos: & in collibus, cadite: ſacratius aliquid explanandum eſt. Montibus, id eſt ſanctis, q ueram habent & non fictam altitudinē, dicent, operite nos: Beati enim quorum opertæ ſunt iniquitates. Et collibus qui non habent altitudinem naturalē, quos dudum putabant habere aliquid ſummitatis, loquentur, cadite ſuper nos: mōtes enim operient, & colles cadent: hæc autē fient præ pauore & incredibili formidine, per quam & montes & colles humiliabuntur.

Pſal. 31. a

HEB. & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. Ex diebûs Gabaa peccauit Iſrael: ibi ſteterūt. Non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis: Iuxta deſiderium meum corripiam eos: congregabuntur ſuper eos populi, cum corripiētur ſuper duas iniquitates ſuas. Ephrāim uitula docta diligere trituram: &

a ¶ *Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, etc.*] Ex eo die quo uxorem Leuitæ turpiter atq; crudeliter interfecit Beniamin in urbe Gabaa: peccauit mihi omnis Iſrael: nō quia ultus eſt iniuriam, & ſcelus ſanguine uindicauit, ſed quia dolore maritali proſiluit ad pugnam, & ſacrilegiū in deum ſuū noluit uindicare: eo quòd in domo Michæ Ephod & Theraphim, quæ pro idolis adorabantur, neglexerint. Hic igitur ſtetit Iſrael, ibi ſuum repreſsit gradū, ne ultra ambularet in uijs dñi: idcirco nō eos cōprehēdet

Iudic. 19. f

B propter Gabaa prælium, ſiue captiuitas ſicut ipſi putant: ibi enim benefecerunt ut perſequerentur filios iniquitatis: ſed corripiā, inquit, eos atq; erudiam tota mei animi uoluntate, & congregabo aduerſus illos populorum multitudinem, quia duas fecerūt iniquitates, uindicando hominem, & dei ſui iniuriam negligendo. Siue duas iniquitates, quia primum peccauerunt in idolis Michæ: ſecundo in uitulis Hieroboam. uel certe duos uitulos Samariæ in Dan & Bethel, poſſumus duas iniquitates appellare: de quib. & Hieremias loquitur: Duo peſsima fecit populus meus: me dereliquerūt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi lacus contritos, qui nō poſſunt aquas cōtinere. Hæ duę iniquitates contra duo decalogi erupere præcepta, in quibus dicitur: Ego dominus deus tuus: nō erunt tibi dij alij abſq; me. Septuaginta Gabaa, colles interpretati ſunt. A diebus ergo collium peccauit Iſrael, quando montes eccleſiæ dereliquit, & ad colles ſiue cliuos deſcendit hæreticos: doctiorem ſe putans quàm eccleſia eſt, & ſublimius aliquid reperiſſe: ibi ſteterunt, hoc eſt, in errore perſeuerauerunt. Quodq; ſequitur: Non comprehendet eos in colle prælium: quidam ſic interpretati ſunt: Quia genuerunt filios iniquitatis, & de eccleſia recedentes, cœperunt eſſe in collibus: cum perſecutio aduenerit, non eos comprehendet prælium, diabolo ſuos impugnare nolente. Alij ita: quoniam ex diebus collium peccauit Iſrael, & ibi ſtetit, & ultra ambulare non potuit: nonne oportet eum in collibus à prælio comprehendi? Nonne debent pugnare aduerſum eum uiri eccleſiaſtici, ut illos deſtruāt ſuper filios iniquitatis? qui ſi fuerint comprehenſi & ſuperati, ultra generare non poterunt. Simulq; dominus pollicetur, quòd corripiat eos atq; erudiat: ut cum ſuperati fuerint magiſtri, congregentur aduerſus eos diſcipuli ſui, quos antè deceperāt, & uideant correptionem propter duas iniquitates, quia & eccleſiam fontem do-

Hier. 2. c

Exod. 20. a

Hier. 10. 6

mini reliquerunt, & foderunt ſibi lacus contritos, ſpeluncas ſcilicet hæreticorum: qui non poſſunt aquas, id eſt doctrinam ſaluatoris & ſacramenti baptiſmū continere. C b ¶ *Ephraim uitula, etc.*] Etenim quod Hebraice dicitur עגלה id eſt μόσχος & δάμαλις, utrumq; ſignificat. Locus iſte, imò omnia quæ hoc capitulum ſequuntˀ, magnis obſcuritatib. inuoluta ſunt. Vnde & nos qui explanare conamur, & prudēs ſimul lector attēdat, ut ſi nō ueritatem, quod difficillimum eſt: ſaltem ſuſpicionem ueriſimilē inueſtigare ualeamus. Hāc habet cōſuetudinē ſermo diuinus, ut p tropologiā & metaphorā hiſtoriæ exprimat ueritatē. Igitˀ Ephraim ſimilis eſt uaccæ uel uitulæ, quæ à iuuētute ſua didicit areā

SEP. & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. Ex quo colles ſunt, peccauit Iſrael: ibi ſteterunt: nō comprehendit eos in colle bellum ſuper filios iniquitatis: uenit ut corrūperet eos: & congregabūtur ſuper illos populi, quando correpti fuerint in duab. iniquitatibus ſuis. Ephraim uitula edocta diligere cōtentionem: &

terere, & ferreos orbes ſuper aceruos ſegetum trahere, ut paleæ à tritico ſeparentur: & nō ſolum didicit, uerum nimia conſuetudine cœpit amare quod docta eſt. Et ego, inquit, tranſiui ſuper pulchritudinē colli eius. Verbum Hebraicum עברתי id eſt, tranſiui, maxime quando à deo dicitur, ſemper plagas & aduerſa ſignificat. Deniq; & exterminator in Aegypto tranſiſſe memoratur. Quia ergo Ephraim uacca uel uitula diligit aream terere: ego, inquit, trāſiui ſuper pulchritudinem colli eius, & tumētes ceruicū toros iugo impoſito edomui. Quid D memorem legis iugum? Ipſe aſcendi ſuper eam, & me ita laborante, Iudas, hoc eſt duæ tribus cœperunt arua ſcindere uomere, & in ſulcos terram reclinare. Portante autem iugum Ephraim, & arante Iuda: cōfregit ſibi ſulcos Iacob. Hic Iacob ad diſtinctionē Iſrael & Iudæ duodecim tribus intelligamus, quod cœperint raſtris glebas frangere: terramq; cōminuere: ut emollita recipiat ſementem, & fœcunda poſt modicum ſeges pullulet. Pro tritura uel area, contentionē Septuaginta tranſtulerunt. Et eſt ſenſus: Quia Ephraim non uult legis recipere iugum, ego tranſibo & aſcendam ſuper pulchritudinem colli eius, ut diſcat contentioſa uacca atq; laſciuiens laborare quod non uult. Iudas autē arabit ſponte ſua: quia habet templum, & moratur in lege, ut tota certatim duodecim tribus arua præparent ad ferendū. Quodq; ſequitur iuxta eoſdem LXX. Superponam Ephraim & reticebo Iudam, roborabitur ſibi Iacob: hic eſſe ſenſus poteſt: Ephraim qui contentioſus eſt, & non uult legis onera portare, imponam captiuitatē: Iudam autem parumper relinquam, & nihil loquar de eo: quicunq; autem tam de Ephraim ꝗ de Iuda mea præcepta ſeruauerit, roborabitˀ ſibi & uocabitˀ Iacob. Secundum ἀναγωγὴν hoc dici poteſt, ꝙ Ephraim qui eruditus fuit in lege dei ut tereret areā ſcripturarū, & meditaretˀ in ea die ac nocte: cœpit diligere contentionē, & iugum legis abijcere, & cōtendere cōtra eccleſiaſticos in ſubuerſionem audientiū. Vnde dñs eleuatā ceruicē & ſibi ſublimia promittentē: uel iugo premet, uel ipſe tranſiēs calcabit pedib. ſuis, & aſcendet ſuper eum, ut ſciat ſe habere dñm. Iudas autē, hoc eſt, eccleſiaſticus arabit, in cœpto opere perſeuerās: ſiue reticebo, inquit, Iudā. Non enim ſani indigēt medico, ſed qui male habēt. Iacob uero qui interpretatˀ ſupplātator, & quotidie ſupplātat uitia atq; peccata: & accipit primitiua fratris ſui, & hæres paternæ יעקב

Universidad de Deusto Biblioteca

HEB. & ego tranſiui ſuper pulchritudinē colli eius, & aſcendā ſuper Ephraim: arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob. Seminatē uobis in iuſtitia, metite in ore miſericordię, innouate uobis nouale: tempus aūt requirēdi dñm, cum uenerit qui docebit uos iuſtitiam. Arāſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mēdacij. Quiā confiſus es in uijs tuis, in multitudine fortium tuorum, conſurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuę uaſtabunt̃: ſicut

SEP. ego aūt ueniā ſuper pulchritudinem colli eius ſupponā Ephraim, & reticebo Iudam: roborabit̃ ſibi Iacob. Seminate uobis in iuſtitia: uindemiate fructū uitæ: illuminate uobis lumē ſciētiæ quoniā eſt tēpus: quærite dñm donec ueniant fruges iuſtitiæ uobis. Quid reticetis impietates, & iniquitates eius uindemiaſtis: comediſtis fructū mendacē? quia ſperaſti in currib. tuis, in multitudine fortitudinis tuæ, conſurget perditio ī populo tuo, et omia murata tua abibūt: ſicut

A poſſeſsionis eſt, & dormit in Bethel, quod interpretat̃
בית אל domus dei: ſulcos glebasq; confringet: ut molli ſinu ia-
ctatā ſementē terra ſuſcipiat, & faciat centū modios hor
dei: ſiue ut habet̃ in Hebræo cētuplū. Neq; enim creden
dum eſt ꝙ patriarcha Iſaac hordeo ſtuduerit, & nō fru-
mēto. Vſq; hodie uir
eccleſiaſticus Iacob
glebas hiſtoriæ & lite
ræ duritiā cōfringit in
partes, & ſpiritaliter
diuidit, ut poſsint fru
ges reddere ſpiritales:
Luc. 9.b Quod quidē & dñm
feciſſe legimus: ut qn-
que legis panes quos
integros populus co
medere non poterat,
in fruſta concerperet:
ut per apoſtolorū ma
nus ueſcēdos creden
tibus daret. Quod au
tē dicit iuxta Lxx. ἐνι-
σχύσει αὐτῷ ἰακώβ, id
eſt, roborabit̃ ſibi la-
cob: oſtēdit ſibi omnē
laborātē laborare: ut
fructus capiat ſempi-
ternos. a ¶ *Seminate uobis in iuſtitia, etc.*] Ser
uat ab agricolis ſemel
cœptā trāslationē: Di
xerat Ephraim uitulā edoctā triturā areæ amare ac dili-
gere, & ſe aſcendiſſe ſuper collum eius, & araſſe Iudā, &
cōfregiſſe ſulcos ſiue glebas Iacob: nunc præcipit ut ſe-
B minent ſibi per pœnitentiā, & ſeminēt in iuſtitia, id eſt,
in lege: metantq; in miſericordia, id eſt, in gratia euan-
Exod. 21.c gelij. Ibi enim oculū pro oculo, dentē pro dente: hic le-
Matt. 5.f gimus: Qui te percuſſerit in dexterā maxillam, præbe
ei & alterā. Cumq; ſeminaueritis in iuſtitia, & meſſueri-
tis in miſericordia: innouate uobis læta noualia. Red-
ditq; cauſas cur ſeminēt, cur metāt, cur innouēt læta no
ualia: Tempus, inquit, requirēdi dñm eſt, cum uenerit
Chriſtus atq; ſaluator qui docebit uos iuſtitiā quā nūc
Rom. 10.a ſperatis in lege: finis enim legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam
omni operanti bonū. Pro eo quod nos diximus, meti-
te in ore miſericordiæ, Lxx. tranſtulerunt, Vindemiate
fructū uitæ: fructus aūt uitæ ipſe eſt, qui & lignū uitæ. Et
pro eo quod nos poſuimus, innouate uobis nouale, il
li uerterūt, illuminate uobis lumē ſcientiæ: ut ex operi-
bus atq; mandatis legis notitiā habere mereamur: iux-
Eccleſ. 1.d ta illud quod in quodā libro legimus: Deſideraſti ſapi-
entiā, ſeruaſti mandata, & dñs dabit eam tibi: Qui enim
mandata in opera uerterit, ſeminat in iuſtitia, & metet
Pſal. 18.a ex ea fructus uitæ. Vnde & alibi legimus: Mandatū dñi
lucidum illuminās oculos. Et Eſaias ad dñm dicit: Lux
præcepta tua ſuper terrā. Et in alio loco: A mādatis tuis
intellexi. His quoq; qui ab eccleſia ſeparati ſunt, & fal-
ſum ſibi Chriſtianorū nomē aſſumūt, præcipit̃ ut agant
pœnitentiā, & utrunq; recipiant teſtamentū: in ueteri iu
ſtitiam ſeminēt, in nouo metant miſericordiā, & illumi-
nent ſibi lumē ſcientiæ: ſiue innouēt ſibi noualia, & re-
quirāt dñm, qui docere eos poteſt uerā iuſtitiā: falſosq;
magiſtros deſtruant, à quibus nō diſcūt iuſtitiā, ſed ini-
quitatem. b ¶ *Araſtis impietatem, etc.*] Cogor cōtra uo-
luntatē meam ſæpius de Hebręę linguę proprietatibus
diſputare: neq; enim rhetorum more ſententias repeti-
mus, uerba conſtruimus, & audiētes uel legentes in lau
des noſtras declamationibus ſuſcitamus: ſed quæ ob-
ſcura ſunt, maxime alienæ linguæ hominibus explana
re nitimur. Suprà ubi nos interpretati ſumus, arabit Iu C
das, in Hebraico legitur יחריש per י primam literam: יחריש
quam Lxx. ר putātes, interpretati ſunt, & tacebo. Nūc
quoq; in Hebræo ſcriptum eſt חרשתם quod nos uer-
timus, araſtis, pro quo Septuaginta tranſtulerūt, quid
reticetis: ſimili errore
quo ſuprà, ſilentium
pro aratione interpre
tantes. Eſt autem ſen-
ſus iſte dictorum: Su-
per collum uitulæ E-
phraim contentioſæ
amantisq; trituram,
ego tranſiui & ego a-
ſcendi: ut arante Iuda
& confringēte ſulcos
Iacob, tereret aream,
& ſolis ferret calorem:
Monuitq; eos ut ſemi-
narēt in iuſtitia, & me
terēt in miſericordia,
& facerent ſibi noua-
lia: tempusq; requi-
rēdi dominum illud
eſſe cognoſcerēt: quo
uenturus eſt qui do-
cebit nos iuſtitiā. Me
hæc iubente & uolen-
te de lætis noualibus
fructus iuſtitiæ ac mi-
ſericordiæ accipere:
arauerūt impietatem: quia egerunt impiè contra domi-
num, relinquentes creatorem, & colentes idola: & meſ-
ſuerunt iniquitatem, de malo ſemine malas fruges reci
pientes: de quibus fecerunt non ſolum panem ſubcine D
ricium, ſed fraudulentum atq; mendacem: qui uana ſpe
deciperet comedentem. Iſtiuſmodi ſunt hæretici, qui a-
rant ſermone compoſito, & protegunt uel tacēt impie-
tatem, ne impietas eſſe uideat̃, ſed credatur pietas. Vn-
de quia dixerunt in corde ſuo, Non eſt deus: corrupti
ſunt & abominabiles facti ſunt, & meſſuerunt ſiue uin-
demiauerunt iniquitates. Quomodo enim radix om- 1 Tim. 6
nium malorum eſt auaritia, ſic peccatorum ſcelerumq;
cunctorum radix eſt impietas: quam qui arauerit ſiue
ſeminauerit, metet iniquitates. Qui igitur arauerūt im-
pietatem & meſſuerūt iniquitates, comederūt fructum
mendacij: omnia quæ falſa ſunt deceptis populis prædi
cantes: ut non quærant panem uerum, qui de cœlo de-
ſcendit: ſed panem mendacij qui ſuffocat & interficit de
uorantes. c ¶ *Quia confiſus es in curribus tuis, in multitudine fortium tuorum conſurget tumultus in populo tuo, etc.*] Ideo come
detis frugem mendacij, & in cunctis quæ propoſuiſtis
ſpes uos uana decepit: quia confiſus es, ô Ephraim, in
uijs idololatriæ tuæ: hæ ſunt enim uiæ tuæ, & in multitu
dine fortium tuorum, non in deo habens ſpem, ſed in
exercitus robore: Itaque conſurget tumultus in popu-
lo tuo: quod Hebraice dicitur שאון id eſt, ſonitus & fre
mitus ululantis exercitus: quibus clamantibus, omnes
munitiones tuæ uaſtabuntur, & ea quæ munita arbitra
baris & tuta, patebunt hoſtibus, & ſic uaſtabūtur: quo-
modo uaſtatus eſt atq; cōtritus Salmana princeps Ma- Iudic. 8.c
dianitarū, qui interfectus eſt à domo Hierobaal: Haud
dubium quin Gedeonem ſignificet: qui ex eo quod de
ſtruxit fanum Baal lucumq; ſuccidit: & ille ſe uindicare
non potuit, cognomentū Hierobaal ſortitus eſt, id eſt,
ulciſcatur ſe Baal: ut quomodo Salmana interfecit filios
coram matribus, ipſis quoque matribus deinceps in-
terfectis: ſic & filij tui, ô Ephraim, te præſente interfici-
antur, qui & ipſe trucidandus es. Quærimus, ubi ſcri-
ptum



HEB. ſicut uaſtatus eſt Salmana à domo eius qui uindicauit Baal in die prælij matre ſup filios alliſa: ſic fecit uobis Bethel à facie maliciæ nequitiarū ueſtrarū.

Caput XI

Sicut mane tranſijt, pertranſit rex Iſrael: quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meum. Vocauerunt eos: ſic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant & ſimulachris ſacrificabant. Et ego

SEP. ſicut princeps Salmana de domo Hierobaal in diebus belli, matrem ſuper filios alliſerunt: ſic faciā uobis domus Iſrael à facie maliciarum ueſtrarum.

Caput XI

Mane proiecti ſunt, proiectus eſt rex Iſrael: quia paruulus Iſrael, et ego dilexi eum & ex Aegypto uocaui filios ſuos. Sicut uocaui eos, ita abierūt à facie mea ipſi: Baalim immolabāt, & ſculptilib. adolebāt. Et ego

A ptum ſit, quod Salmana matrem ſuper filijs occiderit.
Legimus in Iudicum libro loquente Gedeone ad prin
cipem Madian. Quomodo abſque liberis fecit gladius
tuus multas matres: ita ſine filijs erit inter mulieres ma
ter tua. Sicut igitur uaſtatus eſt Salmana ab Hierobaal,
quem male quidam
arbitrātur Hieroboā
filium Nabath, qui
decem tribubus præ-
fuit, & uaſtatus eſt, ut
in Hebræo contine-
ירבעל tur ab ארבאל id ip-
ſum ſignificāte, quod
& Hierobaal, ſed bre-
uiori diſertioriq; ſer-
mone: ſic fecit uobis,
ô Iſrael à facie malicia
rum ueſtrarum Be-
thel, in qua uitulum
aureum poſuiſtis, &
eſtis uenerati Aegy-
ptios deos. p בית־אל
quod interpretat̃ do-
mus dei: Septuaginta
tranſtulerūt οἶκον τοῦ
ἰσραήλ, id eſt domus
Iſrael, quod in He-
bræo penitus non ha
betur. Euaſimus utcunq; de confragoſis locis, nunc in
altum uela tendentes, allegoriæ pelagus tranſeamus.
Quia confiſus es ô Ephraim in uijs ſiue in currib. tuis,
Pſal. 19.b de quibus ſcriptum eſt: Hi in curribus, & hi in equis:
nos autem in nomine domini dei noſtri magnificabi-
mur: & confiſus es in multitudine fortium tuorū, quos
B tibi falſa ſcientia roboraſti: ideo conſurget tumultus &
ſonitus in populo tuo. Quicquid enim loquūtur, non
habent uocem ſententias explicantem: ſed tumultum
clamoremq; & ſonitum. Et omnes munitiones tuæ ſiue
quæ murata ſunt uaſtabuntur: non enim teſtimonijs
ſcripturarum, ſed arte dialectica, & argumentis philoſo
phorum munita ſunt atq; conſtructa: Sicut uaſtatus eſt
quōdā Salmana à Gedeōe, matre ſuper filijs interfecta.
Cuius hiſtoriæ & octogeſimus ſecūdus pſalmus memi
nit, ubi inter cæteros duces Madian etiā Salmana fuiſſe
commemorat, dicens: Fac eis dñe, haud dubium quin
eos ſignificet qui contra dominum inierunt pactum ſi-
ue teſtamētum, ſicut Madian & Syſare. Et poſt reliqua:
Pone, inquit, principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Se
bee, & Salmana, omnes principes eorum qui dixerāt:
hæreditate poſsideamus ſanctuarium dei. Et in hoc eo-
dem pſalmo duces hæretici deſcribuntur: qui altare dei
ſibi uēdicare conati ſunt. Quodq; ſequitur: Sic fecit uo-
bis Bethel à facie maliciæ nequitiarum ueſtrarum: pro-
prie hæreticorum principibus coaptatur: quod eis fece
rit Bethel quam ipſi uocant Bethel, hoc eſt domum dei,
& falſam eccleſiam, ut ſit ſenſus: Sic uobis faciet eccleſia
ueſtra quam uocatis domum dei: cęterum ex quo à uo
בית און bis tenet̃, appellanda eſt Bethauen, id eſt, domus idoli,
propter multitudinem maliciarum ueſtrarum.

CAP. XI

*Sicut mane tranſijt, etc.*] Diuerſis figuris eundem expli
cat ſenſum. Qui ſuprà dixerat, tranſire fecit Sama-
ria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ:
eo quod ſpuma & bullæ in aquarum ſummitatibus na
tantes celeriter diſſoluantur. Nunc eandem rem ſub a-
lia ponit ſimilitudine: Sicut enim ortus auroræ & dilu
culum & principium diei, quod appellatur mane, inter
noctis ſolisq; uiciniam tranſit celeriter: ita ut finiat̃ nox
& clareſcat dies: ſic rex Iſrael, id eſt decem tribuū, ueloci
ter tranſiet. Exponitq; beneficia quæ in ipſum contule- C
rit deus. Dum, inquit, eſſet puer & paruulus & captus
in Aegypto teneretur: intantū eum dilexi, ut mitterem
ſeruum meum Moyſen: & ex Aegypto uocarem filium
meum: de quo dixi in alio loco: Filius primogenitus
meus Iſrael. Et quia Iſ
rael ſingulariter qui-
dem dicitur, ſed plu-
raliter intelligit̃: quo-
modo & populus &
Ephraim & Iudas: ſi-
quidē in numero ſin-
gulari multus eſt nu-
merus, qui hoc nume
ro continetur: ueteris
recordatur hiſtoriæ:
quod uocauerit qui-
dem eos per Moyſen
& Aaron, qui uoca-
uerunt eos ut egre-
derentur de Aegy-
pto: ipſi uero uocati
ab eis receſſerunt à fa
cie eorum, uertentes
eis terga, mentis duri
tiam geſtu corporis
indicātes. Nec eis ſuf-
fecit uocantes conte-
mnere, niſi immolarent Baal, & ſculptilibus ſiue ſimu-
lachris adolerēt incenſum. Adoraſſe eos Baal primum 3 Reg. 16.g
ſub Achab rege Iſrael legimus: qui Sidonij regis filiam
Iezabel duxit uxorē: & Babylonium ac Phœnices ido-
lum tranſtulit in Samariam. Ergo diſtantia peccata tem
poribus uno ſermone coniungit: quomodo primum
uocati ſint de Aegypto, & appellati filij: deinde in ſolitu D
dine receſſerint à deo: Beelphegor magis colētes quàm
deum: & poſtea in terra ſancta Baalim, & Aſtaroth, & cę
teris idolis ſeruierint. Et tranſire hæreticos inſtar dilu-
culi, & regem eorum diabolum uel hæreſiarcham intel
ligimus: quos in infantia quando crediderunt in eccle
ſia, & erant paruuli & Chriſti nomine cenſebantur: di-
lexit deus, & uocauit illos de tribulatione & tenebris
Aegypti: Vocauit autem per apoſtolos & doctores ec-
cleſiæ. Cumq; à meis, inquit, ducibus ſint uocati, receſſe
runt à facie eorum, & adorauerunt Beelphegor, hoc eſt
ſuis uitijs, & libidini ſeruierunt: & poſtea immolabant
Baalim & ſimulachris quæ ſibi confinxerant. Singuli e-
nim hæreticorū habent deos ſuos, & quodcunq; ſimu-
lauerint, quaſi ſculptile colunt atque conflatile. Pro eo
quod nos diximus: Ex Aegypto uocaui filium meum:
Septuaginta tranſtulerunt, Ex Aegypto uocaui filios
eius: quod in Hebraico non habetur: nulliq; dubium
eſt Matthæū de hoc loco ſumpſiſſe teſtimoniū iuxta He Matt. 2.c
braicam ueritatem. Ergo qui detrahunt noſtræ transla
tioni, uideant ſcripturam, de qua Euangeliſta hoc teſti-
monium ſumpſerit: & interpretatus eſt in domino ſal-
uatore: quando de Aegypto reductus eſt in terrā Iſrael:
& cum inuenire non quiuerint, deſinant rugare fron-
tem, adducere ſupercilium, criſpare nares, digitis con-
crepare. Hunc locū in ſeptimo uolumine Iulianus Au-
guſtus quod aduerſum nos, id eſt, Chriſtianos euo-
muit, calumniatur & dicit: quod de Iſrael ſcriptum eſt,
Matthæus euangeliſta ad Chriſtum tranſtulit: ut ſimpli
citati eorū qui de gentibus crediderant illuderet. Cui
nos breuiter reſpondebimus: Primum Matthæū euan-
gelium Hebræis literis edidiſſe: quod non poterant le-
gere niſi hi qui ex Hebræis erant: ergo nō propterea fe-
cit ut illuderet ethnicis. ſin aūt Hebræis illudere uoluit,
aut ſtultus aut imperitus fuit: ſtultus, ſi apertum finxit

Universidad de Deusto Biblioteca

A mendacium: imperitus, ſi non intellexit, de quo hæc dicerentur. Stultitiam ipſam uolumen excuſat: quod prudenter ordinateꝗ compoſitum eſt: imperitũ non poſſumus dicere, quem ex alijs teſtimonijs ſcripturarum ſcientiam legis habuiſſe cognoſcimus. Supereſt ut illud

HEB. Et egò quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & neſcierũt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos: in uinculis charitatis. Et ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorũ: & declinaui ad eum ut ueſceretur. Nõn reuertetur in terram Aegypti: & Aſſur ipſe rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cœpit

SEP. Et ego colligaui Ephraim: ſuſcepi eum ſuper brachium meum: & non cognouerunt ut ſanarem illos in corruptione hominum: extendi eos in uinculis charitatis meæ. Et ero illis quaſi dans alapas homo ſuper maxillas eius, & reſpiciam ad eum præualens ei. Habitabit Ephraim in Aegypto: & Aſſur ipſe rex eius: quia noluit conuerti. Et infir-

dicamus, ꝙ ea quæ τυπικῶς præcedunt in alijs, iuxta ueritatem & adimpletionẽ referantur ad Chriſtum: quod Apoſtolum in duobus montibus Sina & Sion, & in Sara & Agar feciſſe cognouimus. Neque enĩ non eſt Sina mõs, & non eſt Sion: non fuit Sara, & non fuit Agar: quia hæc apoſtolus Paulus ad duo retulit teſtamenta. Sic igitur hoc quod ſcri-

Gal.4.c ptum eſt: Paruulus Iſrael, & dilexi eum: & Ex Aegypto uocaui filium meum: dicitur quidem de populo Iſrael, qui uocatur ex Aegypto, qui diligitur: qui eo tempore poſt errorem idololatriæ quaſi infans & paruulus eſt uocatus: ſed perfecte refertur ad Chriſtum. Nam & Iſaac in typo Chriſti fuit: quod futuræ mortis ligna ſibiipſi portauerit: & Iacob quia Liam dolentem oculos, & Rachel pulchram habuerit uxorem. In Lia quæ maior erat, cæcitatem intelligimus ſynagogæ: in Rachel pulchritudinem eccleſiæ: & tamen qui ex parte typi fuerunt domini ſal-

B uatoris, non omnia quæ feciſſe narrantur, in typo eius feciſſe credendi ſunt. Typus enim partem indicat: quod ſi totum præcedat in typo, iam non eſt typus, ſed hiſtoriæ ueritas appellanda eſt. Hæc breuiter ut in commentarijs diximus, nunc ad reliqua recurramus. a ¶ *Et ego nutritius Ephraim, etc.* ] Multum inter ſe Hebraicum & Lxx. interpretum editio diſſonat. Tentemus igitur iuxta Hebræos hiſtoriam: iuxta Lxx. ἀναγωγὴν texere. Qui ſuprà dixerat: Puer Iſrael, & dilexi eum: & ex Aegypto uocaui filium meum, & poſtea intulit quod perpetrauerit nefas, Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant: nunc narrat quo Iſrael amore dilexerit, ſecun-

Deut.1.c dum illud quod in Deuteronomio legitur: Portauit te dominus deus tuus, ut ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum in omni uia per quam ambulaſti, donec ue-

Ibid.32.b nires ad locum iſtum. Et in alio loco: Expãdit alas ſuas, & aſſumpſit eum atꝗ portauit in humeris ſuis. Ego, inquit, qui pater eram, nutritius factus ſum, & paruulum meum in ulnis meis ipſe portabam, ne læderetur in ſolitudine, & ne uel æſtu uel tenebris terreretur, in die nubes eram, in nocte ignis columna: ut quos protexerã, meo illuſtrarem & ſanarem lumine: cumꝗ peccaſſent & feciſſent ſibi uituli caput, dedi locũ pœnitentiæ: & ignorauerunt quod curarem eos, & uulnus idololatriæ quadraginta annorum ſpacio obducerem, & priſtinæ redderem ſanitati. Curaui autem eos propter funiculos & uincula charitatis: quibus mihi Abraham, Iſaac & Iacob aſtrinxeram. Pro Adam enim Aquila & Symmachus & Septuaginta, & Theodotio, homines tranſtulerunt: ut dicerent in funiculis hominum traham eos, in uinculis charitatis. Quodꝗ ſequitur: Ero eis quaſi exaltans iugum: pro quo interpretatus eſt Symmachus, & putauerunt ꝙ imponerẽ iugũ ſuper maxillam eorũ: dupliciter accipit: Aut abſtuli ab eis iugũ cunctarũ per circumitũ nationũ: aut legẽ meam quaſi grauiſsimũ iugi

C pondus arbitrati ſunt. Et dedi eis eſcã manna in deſerto quo ueſcerentur: hoc eſt enim quod ait, declinaui ad eum ut ueſceretur: pro quo interpretatus eſt Symmachus: & declinaui ad eũ cibos: Non quod deus ad eum declinauerit, ſed quod cibum mãnæ ad eum fecerit declinare. Aliter: Intantum dilexi eos: & tam clemens paſtor fui: ut morbidam ouem humeris meis ipſe portarem: ipſi uero ignorauerunt quod mea illos paſsione curarẽ: & qui amator ſum omnium hominũ, traherem eos ad credendum in uinculis charitatis: iuxta illud q̃d in Euãgelio ſcriptum

Ioan.6.c eſt: Nemo uenit ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum. Et arbitrati ſunt iugum meũ leue, eſſe grauiſſimum: & declinaui ad eos deferens regna cœlorũ: ut cum eis ueſcerer aſſumpta forma hominis: ſiue dedi eis eſum corporis mei: ipſe & cibus & conuiua. Tranſeamus ad intelligentiã ſpiritalem, iuxta Lxx. duntaxat interpretes: ne ſi utrunꝗ & ſecundum hiſtoriam, & ſecundũ ἀναγωγὴν uoluerimus exponere, tendamus libri magnitudinem: Illis immolantibus Baalim quæ de ſuo corde finxerunt: & me uocante fugientibus à facie mea (ita enim in Lxx. continetur) ego clementiſsimus dominus ligabam pedes E-

D phraim, ne à me longius fugerent: hoc enim ſignificat συνεπόδισα: ligabam autẽ teſtimonijs ſcripturarũ, & diſputatione magiſtrorũ eccleſiæ: ut ligatos per patientiã ſuis brachijs contineret, non intelligentes quod patientia dei ſalutis eorũ eſſet occaſio. Vnde in corruptione hominũ, uidelicet magiſtrorũ, qui eos deceperant, cõtractos perfidiæ frigore, extendi calore fidei: & quaſi repugnantes uinculis meæ dilectionis aſtrinxi. Et quia nõ ſua ſponte currebant, ſed uincti funibus trahebantur: paululũ maxillas eorũ alapis uerberaui: nõ puniens, ſed corrigẽs & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis atꝗ ignibus cruciat. Qui aũt pater eſt, laſciuientẽ filiũ palma percutit manus. Et pulchre non dixit: ero eos alapis uerberans, ſed quaſi homo maxillas manu percutiens. Percutit aũt deus filios aberrantes cõminatione pœnarũ, euangelica lectione, & teſtimonijs prophetarũ. Cumꝗ ſic percuſſerit in maxilla ut hæreticorũ panem atꝗ doctrinã excutiat de ore polluto: tunc reſpicit ad eũ dicente ſibi filio uerberato:

Pſal.85 Reſpice in me, & miſerere mei. Et iterũ: Reſpice & exaudi me dñe deus meus. Ibid.12 Cumꝗ eos reſpexerit, præualebit ſiue proderit eis: id eſt, ſuperabit aduerſarios: & de fugitiuis ſeruos faciet. Siue dabit eis uerum & dulcem cibum, qui prius hæreticorum mendacia & cibos amariſsimos deuorabant. b ¶ *Non reuertetur in terram Aegypti, etc.* ] Quando dicit: Non reuertetur in terram Aegypti: oſtendit quod reuerti cupiat, ſed ire non poſſit. Reuerti autem cupiebat Iſrael ab Aegyptijs auxilium efflagitans: ſed poſſeſſus eſt ab Aſſyrio: qui cepit eum & dominatus eſt illius iure uictoris: & hoc paſſus eſt, quia cõuerti noluit, nec agere pœnitentiã. Vel certe dicamus quod reuerſus ſit in terram Aegypti: quãdo Aegyptios in terra ſancta adorauit deos: uel illo ſenſu accipiendum, quo ſuprà dictum eſt: Aegyptum inuocabant: ad Aſſyrios abierũt. Cœpit itaꝗ gladius in ciuitatib. eius:





A ſiue irruet: ut interpretatus eſt Aquila: aut uulnerabit, ut Symmachus tranſtulit. Et uide quantum pondus ſit miſeriarum, ut non agri uel poſſeſsiones ac rura uaſtentur: ſed medias ciuitates hoſtis introeat, & conſumat electos eius, ſiue brachia illius: ut interpretatus eſt Symmachus, quod Hebraice dicit בדיו Cũꝗ cõſumpſerit gladius electos & principes, ſiue robur exercitus: & deuorauerit uel capita uel conſilia eorũ, ut non poſsint aliq̃d inuenire præſidium: tunc plebs miſerabilis quæ ad me reuerti noluit, meũ ad ſe reditum præſtolabitur: & ſero aget pœnitentiam, hoſtibus cũcta uaſtãtibus. Itaꝗ quia peccata grandia grandibus ſunt punienda ſupplicijs: imponent eis qui derelicti fuerint de populo rege eorũ ac principibus Aſſyrio mucrõe trun-

HEBR. Cœpit gladius in ciuitatibus eius & conſumet electos eius: & comedet capita eorum: & populus meus pendebit ad reditum meum: Iugum autem imponetur eis ſimul quod non auferetur. Quòmodo dabo te Ephraim: protegam te Iſrael? quomodo dabo tẽ ſicut Adama: ponam te ut Seboim? Conuerſum eſt in me cor meũ: pariter cóturbata eſt pœnitudo mea. Non

SEP. Et infirmatus eſt gladius in ciuitatibus eius: & requieuit in manibus illius: & comedent de cogitationibus ſuis: & populus eius ſuſpenſus eſt ex incolatu ſuo: & deus ſuper precioſa eius iraſcetur & non exaltabit eum. Quid faciam tibi Ephraim: protegam te Iſrael? Quid faciam tibi? ſicut Adama ponam te, & ſicut Seboim: cõuerſum eſt cor meũ in ipſo: ſimul conturbata eſt pęnitudo mea. Non

catis, iugum grauiſsimũ ſeruitutis: & imponent pariter quod non auferetur iuxta literam, niſi ſpiritualiter tollatur in Chriſto. Iuxta Lxx. habitabit Ephraim in Aegypto: terram ſanctam ſe habere dicens, & eccleſiam domini ſaluatoris: ſed uitijs atꝗ peccatis & peruerſitate fidei ſemper in Aegypto cõmoratus eſt. Quia igitur ha-

B bitauit in Aegypto, ſenſus magnus Aſſyrius erit rex eius: noluit enim reuerti ad eccleſiam: & uirtute perdita, id eſt Chriſto: qui eſt dei uirtus & dei ſapientia: ſemper in languore uerſatus eſt & infirmus fuit, cunctis dæmonibus ac perturbationibus ſubiacens: idcirco gladius, hoc eſt ſcientia ſpiritalis uel ſermo eccleſiaſtici uiri uaſtans atꝗ debellãs ſemper uerſabitur in urbibus eius: quas impiè extruxit contra dominum: & ipſe gladius requieſcet in manibus eius: ut occiſus ab alio, aliũ non poſsit occidere: nec contra aduerſariũ leuare manum. Deniꝗ recipient & uorabunt ſecundũ conſilia ſua. Infelix autem populus & uulgus indoctũ ſuſpirabit antiquam patriam & captum ſe eſſe ſentiet: ſiue pendebit in incolatu ſuo, neſciens quid agat: & quo uertatur ignorans: deus uerò ſuper precioſa eorum, aurum uidelicet & argentum quæ acceperant ab eo: de quibus ſæpe diximus, iraſcetur: & nequaꝗ liberabit eum qui ſuo uitio corruit. Hoc iuxta Lxx. eundem autem ſenſum & Hebraico coaptabimus. a ¶ *Quomodo dabo te Ephraim: protegam, etc.* ] In eo loco ubi nos & Lxx. interpretati ſumus: protegam te Iſrael, in Hebraico ſcriptum eſt אמגנך ישראל quod Aquila tranſtulit ὅπλῳ κυκλώσω σε, id eſt ſcuto circumdabo te. Quod cum in bonã partem putaremus intelligi: & ſignificare protectionem: ex editione Symmachi contrarius nobis ſenſus ſubijcitur dicentis: ἐκδώσω σε, id eſt tradam te. Ex translatione quoꝗ Theodotionis non proſpera ſed aduerſaria demonſtrantur: ἀφοπλίσω σε, quod ſignificat nudabo te: & auferam à te ὅπλον, hoc eſt ſcutũ, quo te ante protexeram: & hic ſenſus magis conuenit domino cõminanti. Quod igitur dicit hoc eſt: quoniam noluerunt conuerti, & Aſſur factus eſt rex eorum deuorauitꝗ gladius & urbes & principes & populũ, & imponetur eis iugum, quod non auferetur ab eis: & uidebatur dura ſententia, nequaꝗ eis locũ pœnitentiæ derelinquens:

C nunc deus parentis ad Iſrael loquitur affectu: Quid tibi faciam Ephraim? quomodo te meo auxilio denudabo? quid tibi faciam? qua te arte corripiam? quo potero ſanare medicamine? ſicut Adama & Seboim ponam te: quæ duæ ſunt quinꝗ urbiũ, ſicut in Geneſi legimus: Gen.19.c Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim & Bale, quę eſt Segor: & Syro ſermone Zoara dicitur. Ponã itaꝗ & uertam te in ſolitudinem, & delebo uſꝗ ad cineres ac fauillas: ſicut deleui Adama & Seboim. Cumꝗ duram imò crudelẽ ſententiã protuliſſet: rurſum parentis affectu miſericordia uincit: & auſteritatẽ iudicis pietate mitigat patris. Dicit enim: Conuerſum eſt in me cor meum: pariter conturbata eſt pœnitudo mea. Statim ut locutus ſũ, me Ephraim & Iſrael ſicut Adama Seboimꝗ poſiturum: mea cõmota ſunt uiſcera. Pœnituit me meum quondam populum delere in perpetuum: idcirco non faciam ſecundum furorem iracundiæ meæ: nec de mea clementia cõmutabor, ut diſperdam Ephraim: nõ enim percutio ut perdam in perpetuũ, ſed ut emendem: Crudelitas mea, pœnitentiæ & pietatis occaſio eſt: deus enim ego ſum & non homo. Homo ad hoc punit

D ut perdat: deus ad hoc corripit ut emendet: In medio tui ſanctus: ut non ingrediar ciuitatẽ: hoc eſt non ſum unus de his qui in urbibus habitant: qui humanis legibus uiuunt: qui crudelitatem arbitrantur iuſticiam: Ius ſummum ſumma malicia eſt: mea autem lex meaꝗ iuſtitia, eſt ſaluare correptos. Poſſumus & aliter dicere: quia primus Cain parricida extruxit ciuitatem in nomine filij ſui Enoch: in huiuſcemodi urbem dominus non ingreditur, quæ ex ſcelere & ſanguine & parricidio fabricata eſt. Sin autem uoluerimus legere: quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſrael: ſic intelligendum eſt? Quid tibi faciã, num protectione dignus es, qui tanta feciſti? Notandum quoꝗ quod ubi cõtra Iudam dicitur, id eſt populum dei, non Adama ponitur & Seboim, ſed Sodoma & Gomorra. Legimus enim in Eſaia: Audite legem dei principes Sodomorum Eſa.1.c attendite uerbum domini populus Gomorræ. In euangelio quoꝗ ciuitas quæ apoſtolos non receperit, excutientibus eis puluerem pedum ſuorum: dicitur de ea: Matth.10.b quod in die iudicij tolerabilius ſit terræ Sodomorũ & Gomorræ quàm ciuitati illi: Et ad Hieruſalem propheta lis ſermo dirigit: iuſtificata eſt Sodoma ex te. Datur ergo nobis ſuſpicio: quod Sodoma & Gomorra principes fuerint in peccato: & Adama & Seboim earũ exempla ſectatæ ſint, & quod potentes potenter tormẽta Sap.6.a patiantur, & ſeruus qui ſcit uoluntatem domini ſui & Luc.12.f nõ facit eam, uapulet multis. Vnde & eccleſiaſtici, ſi iiſdem quibus hæretici ſceleribus continentur, nequaꝗ Adamæ & Seboim, quæ inferiores ſunt, ſed Sodomæ & Gomorræ quæ maiorum criminum eſſe dicuntur, cruciatibus ſubiacebũt. Ad hæreticos quoꝗ deceptũꝗ ab eis populum loquitur dominus: quod niſi egerint pœnitentiã, ponantur ſicut Adama & Seboim, ut nullam ſpem habeant ſalutis. Rurſum ut clementiſsimus

Universidad de Deusto Biblioteca

A pater, dicit ſe ſuam mutare ſententiã: & pœnitere quod talia ſit locutus: ut illos quoq; ad conuerſionẽ & ad pœnitentiã prouocet. Non faciam, inquit, in furore meo: non diſperdam Ephraim. Quantum, inquit, in me eſt: quantũ ego cupio: ſi errorẽ ueritate correxerit, ſi me magis amauerit quàm principes hæreſeos: deus enim ego ſum & non homo: lapſis manũ porrigã: errantes ad ſalutẽ uocabo. Et quia ſanctus ſum propterea non ingrediar ciuitatẽ, id eſt cõciliabula & urbes hæreticorũ. Foras exeuntes de urbib. ſuis libenter recipio: in ciuitates eorũ non ingrediar. Hoc quod dixi non ingrediar ciuitatẽ: & iuxta Lxx. ſequitur: poſt dominũ ambulabo: quidã ſic interpretati ſunt, ut dicerent dño populũ reſpondiſſe: & eſſe ſenſum: Quia cõuerſum eſt cor tuũ in te & nõ ſecundũ peccata noſtra feciſti nobis: ſed imitaris clementiam tuã, & noſtra delicta non punis, & polliceris te ſanctũ & clementẽ in noſtri B medio uerſaturũ: idcirco & ego malorũ hominum non ingrediar ciuitatẽ: nec ero de numero peccatorum: ſed ambulabo poſt dñm deum meum. Hebræi aũt ex perſona dei ita ediſſerunt: Non te derelinquã: non ibo ad aliam gentẽ, nec ingrediar alterã ciuitatẽ. a ¶ *Poſt dominum amb. etc.* ] Domino proſpera pollicẽte, populus conuertitur ad eum: & ambulabit poſt dñm: quia dñs ru-

*Amos 1.a* giet quaſi leo: De quo & Amos propheta cõmemorat. Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalẽ dabit uocem ſuam. Rugiet aũt quando dicit: ſicut Adama, ponã te ut Seboim. Cũq; ille rugierit: tunc formidabũt filij maris ſiue aquarũ: ut Lxx. tranſtulerũt. Etenim uerbũ Maim, quod per tres literas ſcribitur מים ſi legatur מַיִם aquas ſignificat: ſi מִיָּם de mari intelligitur. Hæc Hebræi ad aduentũ Chriſti referunt: quem ſperant eſſe uenturũ: Nos iam tranſacta conuincimus: quia & de Aegypto, & de Aſſyrijs, hoc eſt & ab oriẽte & ab occidẽte, & ab aquilone & à meridie uenerunt: & quotidie ueniunt qui diſcumbant cum Abrahã, Iſaac & Iacob. Filios autẽ maris ſiue aquarũ eos poſſumus appellare, qui ſagena domini comprehenſi ſunt, & abſtracti de mari huius ſeculi. Cumq; capti fuerint de morte ad uitã: collocabuntur in

*Matth. 13.d* domibus ſuis, quæ horrea uocat euangeliũ, in quibus electa & à paleis ſeparata frumenta conduntur. Natura leonum eſſe dicitur: ut cum infremuerint & rugierint, omnia animantia cõtremiſcant, & fixo gradu ſe mouere non poſſint: tantus pauor eſt & tanta formido. Itaq; & dñs cum inſtar leonis rugierit & intonuerit ac dederit uocẽ ſuam: cunctæ aues & uniuerſa uolatilia perhorreſcent: & ibunt ad nidos, id eſt ad domos ſuas in quibus dñs habitabit cum eis. Dicamus & aliter. Cũ uerus

*1. Pet. 5.b* leo infremuerit, falſus leo qui eſt iuxta apoſtolũ Petrũ aduerſarius noſter, ilico conticeſcet: & omne dogma peruerſum, os ſuũ aperire non poterit: quiq; ante ab eo capti fuerant, rugitu leonis ſoluti & cõminatione terri-

HEB. Nõ faciam furorem iræ meæ: non conuertar ut diſperdam Ephraim: quoniam deus ego & non homo: in medio tui ſanctus & nõ ingrediar ciuitatem. Poſt dominũ ambulabũt: quaſi leo rugiet: quia ipſe rugiet & formidabunt filij maris & uolabunt quaſi auis ex Aegypto: & quaſi columba de terra Aſſyriorũ: & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dominus. Circũdedit me in negatione ſua Ephraim: & in dolo domus Iſrael: Iudas autem teſtis deſcẽdit cum deo & cum ſanctis fidelis. Ephraim

SEP. Non faciã iuxta iram furoris mei, non derelinquã ut deleatur Ephraim: quoniam deus ego ſum & non homo: in te ſanctus: & nõ ingrediar ciuitatem. Poſt dominũ ambulabo: ſicut leo rugiet: quia ipſe rugiet & formidabunt filij aquarũ & uolabunt quaſi auis ex Aegypto: & quaſi columba de terra Aſſyriorũ: & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dominus. Circũdedit me in mendacio Ephraim: & in impietate domus Iſrael & Iuda: nũc cognouit eos deus: & populus ſanctus uocabitur dei. Ephraim

bili, ſequentur dñm deũ ſuũ: Tunc timebunt filij maris C ſiue aquarũ: qui in amaritudine & falſis hæreticorum aquis fuerant procreati: & aſſumptis pennis, uolabunt quaſi aues ex Aegypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorũ, & dicent: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ *Pſal. 54* & uolabo & requieſcam: ut qui apud hæreticos laborauerãt, requieſcãt in eccleſia: & habitent in domib. ſuis: de quibus fuerãt errore ſeducti. Aegyptũ, id eſt מִצְרַיִם tribulationẽ interpretari & anguſtiam nouimus: Aſſyrios quoq; אשור dirigẽtes: ſiue ut melius arbitramur, arguentes. Ab his ergo liberãtur hæretici, cum habitare cœperint in domibus ſuis, & malis parentib. dixerint: Relinquetur uobis do- *Matt. 23* mus ueſtra deſerta. b ¶ *Circumdedit me in negatione, etc.* ] Tradũt Hebræi huiuſcemodi fabulã: In exitu Iſrael ex Aegypto quando ex alia parte mõs, ex alia rubrũ mare, & ex alia Pharaonis cingebat exercitus, & incluſus populus tenebatur: cæteris tribubus deſperantib. ſalutẽ, & aut reuerti in Aegyptũ D aut bellare cupiẽtibus: ſolus Iuda fideliter ingreſſus eſt mare: unde & regnũ meruit accipere: & hoc eſſe quod nunc dicitur: Iudas teſtis ſermonum dei, & aſtipulator ac uindex deſcẽdit cũ deo in mare: & inter ſanctos fuit fideliſſimus: ut uerbis iubentis crederet dei. Hoc illi dicũt. Nos cœptæ explanationis ſequamur ordinẽ, quod circumdederit Ephraim regia tribus & domus Iſrael, populus qui tribui regiæ ſeruiebat: & circumdederit eum in negatione ſiue mendacio: dum dominum negant & idola confitentur. Iudas autem, hoc eſt duæ tribus, quæ habebant templum, legem, prophetas & ſeruabant præcepta legalia, erant teſtes gradienteſq; cum deo & cũ ſanctis fideles. Sanctos poſſumus dicere, uel angelos uel patriarchas ac prophetas, & cæteros qui dei imperio ſeruiebãt. Ad comparationem enim illius temporis quo hæc dicebantur, aberrante penitus Ephraim, & decepto in idolorum cultu Iſrael: ſolus Iuda remanſerat qui in dei cultu & teſtimonijs uerſaretur: & poſſet deſcendere cum eo, ſiue fortis eſſe cum forte רד enim & deſcenſionem & fortitudinem ſignificat: pro quo Aquila tranſtulit ἐπικρατῶν. Iuxta ἀναγωγὴν circumdant hæretici dominum in mendacio, imò in negatione: Quicquid enim loquũtur, negatio, imò mendacium eſt: & circumdant eum in dolo ſiue in impietate domus Iſrael: dum uniuerſa quæ ſimulant artifici ſermone cõponunt, & impietatẽ loquuntur contra dominum. Iudas autem, hoc eſt uir eccleſiaſticus, non ſuperbit, non inflatur tumore hæretico: ſed humiliatur cum deo: & cum ſanctorũ choro fidelis eſt & robuſtus: dum ædificat domũ ſuam ſuper petram quæ nulla tempeſtate quatiatur. Septuaginta multo aliter tranſtulerunt: quod & Ephraim & domus Iſrael & Iudas circũdederint deum in mendacio & in impietate: & tantæ clementiæ ſit deus ut non ab eis abſcidat ſpem ſalutis: ſed



A ſed cognoſcat illos: & paratus ſit uocare populum ſanctum & populum dei qui nũc impietate peruerſus eſt. Iuxta tropologiam quoq; uelle deum & hæreticos ſaluari: & eccleſiaſticos peccatores & omnes ſuo uocabulo nuncupari. Qui autẽ uerè ſanctus eſt: non circumdat deũ in mẽdacio, ſed in ueritate: pſalmi-

*Pſal. 88.b* ſta dicente: Potens es dñe, & ueritas tua in circumitu tuo.

Cap. XII.

E ¶ *Phraim paſcit uentum & ſequitur æſtum: tota die mendacium & uaſtitatẽ multiplicat: etc.* ] Sacra narrat hiſtoria, Manahẽ regem Iſrael pace fa-

*4 Reg. 15.d* cta cum Aſſur: ab Aegyptijs auxilium poſtulaſſe, & hoc eſt quod nunc dicitur, Ephraim paſcere uentos, id eſt ſpe uana ſe decipere ſequiq; καύσωνα, hoc eſt æſtum, & ire ad meridiem, nihilq; aliud agere tota die niſi ſibi illudere. Et dũ huc illucq; diſcurrat, uaſtitatem & euerſionẽ ſuis urbibus præparare. An non eſt uaſtitas atq; mẽdacium B pepigiſſe fœdus cum Aſſyrijs: & oleum tuliſſe in Aegyptum, συνεκδοχικῶς à parte totum, quod uidelicet munera Aegyptijs miſerit. Licet quidam arbitrentur quod nequaquam in Aegypto oleum gignitur, ſed precioſiſſimũ miſſum eſſe ab Ephraim, cuius terra Samaria olei fertiliſſima eſt. Porrò ſecundũ Tropologiam omnes hæretici peſſimo dæmonũ ſpiritu continentur: de quo & in Apoſtolo ſcri-

*Epheſ. 6.b.* ptum eſt: Aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.

*Luc. 11.c* Et immundus ſpiritus cum exierit ab homine, & requiem non inuenerit: ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe ſibi copulat: & priſtinam reuertitur ad domum. Spiritu igitur peſſimo ſequuntur καύσωνα, id eſt ariditatem ſiue uentum urentem: qui contrarius floribus eſt & germinantia cũcta diſperdit: tota die inania uacuaq; ſectatur: nec proprio errore contentus eſt: ſed multos diſcipulos, imò comites ſuæ uanitatis erroriſq; multiplicat. Fœdus quoq; facit cum Aſſyrijs: quorum princeps eſt ſenſus magnus: ut quæcunq; finxerit, ſapienter ſimulaſſe uideatur, ea ſapientia quæ deſtruitur à deo:

*Col. 2.d* quam & Apoſtolus præcipit declinandam, dicens: Videte ne quis uos deprædetur per philoſophiam & inanem ſeductionem, ſecundum traditionẽ hominum, ſecundum elementa mundi. Sed & oleum fert in Aegyptum ſiue mercatur Aegypti ſapientiã, eccleſiaſticis cupiens miſcere dogmatibus oleum unctionis: quo ungebantur prophetæ ac ſacerdotes: quo ungebantur & re-

*Pſal. 127.a* ges. Hoc oleum habent & ſancti de quibus dicitur: Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circũitu menſæ tuæ: Et bona oliua in qua oleaſter noſter inſertus eſt. Quamuis autẽ conẽtur hæretici ueritati miſcere mendaciũ: oleũ aquis & cæteris humentibus & liquentibus rebus non poteſt copulari: Semper ueritas ſupra eſt: deorſumq; mendacium. Omnes aliæ ſpecies, id eſt, hæreſes, quæ non habent (ut diximus) oleũ ueritatis, poſſunt ſibi miſceri: &

Caput XII.

Ephraim paſcit uẽtum & ſequitur æſtum: tota die mendacium & uaſtitatem multiplicat, & fœdus cum Aſſyrijs inijt: & oleum in Aegyptum ferebat. Iudicium ergo domini cum Iuda & uiſitatio ſuper Iacob, iuxta uias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In utero ſupplantauit fratrem ſuum: & in fortitudine ſua directus eſt cum angelo, & inualuit ad angelum: & confortatus eſt: fleuit & rogauit eum: in Bethel inuenit eum: & ibi locutus eſt nobiſcũ: & dominus deus exercituum dominus memoriale eius: & tu

Ephraim autem peſſimus ſpiritus perſecutus eſt æſtum, tota die inania & uana multiplicauit: & teſtamentum cum Aſſyrijs pepigit & oleum in Aegypto mercabatur. Et iudicium domino cum Iuda ut ulciſcatur Iacob: iuxta uias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In utero ſupplantauit fratrẽ ſuum: & in labore ſuo præualuit deo: & cõfortatus eſt cum angelo & potuit: fleuerunt & deprecati ſunt me: in domo ὢν inuenerunt me & ibi dictum eſt ad eos: dominus autem deus omnipotẽs erit memoriale eius: & tu

de pluribus unũ effici corpus. Sed harũ oleũ quod de- C fertur in Aegyptũ: & de terra ſancta ad Pharaõis regna deſcẽdit, deteſtatur propheta, dicẽs: Oleũ peccatoris non *Pſal. 140.b* impinguet caput meum. b ¶ *Iudicium ergo domini, etc.* ] Ephraim ſemel paſcẽte uentos, & ſequente mendaciũ: qui in tantã uenit amentiã: ut inter duas gẽtes aduerſarias dubius fluctuaret, faciẽs pacẽ cũ Aſſyrijs: & oleũ portans in Aegyptũ: Nũc mihi omne iudiciũ eſt cũ Iuda, & uiſitatio ſuper Iacob. Viſitationẽ aũt uocat flagella atq; ſupplicia: ut qui Ephraim reddidit quod merebatur: Iudæ quoq; qui de Iacob ortus eſt ſemine: reddat iuxta uias & iuxta adinuentiones ſuas: qui non tantum fortuito errore deceptus de humana concidit fragilitate: ſed inquiſiuit & adinuenit in quibus peccaret & rueret. Exponit autẽ quanta bona Iudas, hoc eſt, Iacob acceperit: & in patre filius nominatur, ueteriſq; recordatur hiſtoriæ: ut & dei miſericordia erga D Iacob: & illius cõtra dñm duritia cognoſcatur. Dũ adhuc eſſet in utero Rebeccæ, ſupplãtauit fratrẽ ſuũ Eſau: non utiq; fortitudine propria, qui ſentire nõ poterat: ſed miſericordia dei: qui cognoſcit & diligit eos quos prædeſtinauit. Et nõ ſolũ in utero ſupplantauit fratrẽ ſuũ: ſed in fortitudine quoq; directus eſt cum angelo, quando ad torrentẽ Iaboc aduerſum angelũ tota nocte pugnauit. Et quia directus cum angelo: propterea εὐθυντάτε, quod Hebraicè dicitur ישר hoc eſt dirigentis ſiue directi ※ nomen accepit. Et inualuit, inquit, aduerſum angelũ: & eius benedictione quem uicerat, confortatus eſt. Fleuit quoq; & rogauit eũ, id eſt angelũ, dicẽs: Non te dimittã niſi mihi benedixeris. Cumq; patris matriſq; cõſilio in Meſopotamiã fugeret, inuenit eundẽ angelũ in Bethel: qui locutus eſt ad eũ: locutus eſt nobiſcũ, id eſt in patre locutus & filijs eſt: & in Iacob dilexit & Iudã: ex quo tẽpore uſq; ad præſens, nominis eius quod illi ab angelo & à deo impoſitũ eſt, memoria perſeuerat. Cũ hæc ſe habeant ita: & tu ô Iuda imitare parentẽ tuũ: plora & roga dñm exercituũ: & ad eũ conuertere. Cuſtodi miſericordiã & iudiciũ, & cũ utrũq; feceris, ſpera in deo tuo, ſemper bonis operib. ad maiora proficiẽs. Pro eo quod in hebraico habet, fleuit & rogauit eum in Bethel inuenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcũ: legimus in editione uulgata: fleuerũt & rogauerũt me, in domo ὢν inuenerunt me: & ibi dictũ eſt ad eos. ὢν interpretatur dolor. Si quis igitur flet, & agit pœnitentiã, & dñm deprecatur, inueniet eũ dolore cordis ſui: & cũ eũ inuocauerit, ſibi audiet reſpõdentẽ. Poſſumus Iudã eccleſiaſticũ uirũ intelligere, qui à dño corripitur: quod nõ ſit priſtinorũ in ſe beneficiorũ eius memor: ſed quotidie peccatis peccata cõſociet. & exponit quæ ſint ipſa beneficia: Cũ te, inquit, naſcentẽ in fide eccleſia parturiret, ſupplantaſti Iudæũ ſiue gentilem fratrem tuum: & eius accepiſti primogenita, & in

HEB. & tu ad deum tuum cōuerteris: miſericordiam & iudicium cuſtodi: & ſpera in deo tuo ſemper. Chānaan in manu eius ſtathera doloſa: calumniam dilexit: & dixit Ephraim: Verumtamen diues effectus ſum: inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. Et [b] ego dominus deus tuus de terra Aegypti: adhuc ſedere te faciam in tabernaculis ſicut

SEP. & tu in deo tuo cōuerteris: miſericordiā & iudicium cuſtodi: & appropinqua deo tuo ſemp. Chanaā in manu eius ſtathera iniqtatis, opprimere ꝑ potentiā dilexit: & dixit Ephraim: uerūtamē diues effectus ſum: inueni requiē mihi: omnes labores eius nō inuenient ei propter iniqtates in quibus peccauit. Ego autē dominꝰ deus tuus eduxi te de terra Aegypti: adhuc habitare te faciā in tabernaculis ſicut

A & in fortitudine tua directus es cum angelo: uel uin/
cens aduerſarias fortitudines: uel roboratus benedi/
ctionibus angeli, qui ipſe eſt deus, & inualuiſti per figu
ram contra angelum, ut inualeſceres contra homines,
& confortatus es. Cumq; eſſes uictoriam cōſecutus, fle/
uiſti & rogaſti ange/
lum domini: & pecca
torum ueterū recor/
datus, inueniſti eum
in Bethel, hoc eſt in
domo dei, quę eſt ec/
cleſia: ſiue in domo
ὢν, doloris & lachry-
marum & pœnitētiæ.
Et ut ſciremus quis
eſſet Iudas: ibi, inqt,
locutus eſt nobiſcū,
hoc eſt nobis Chri/
ſtianis: & ex eo tem-
pore uſq; in præſen/
tem diem, Chriſti cen
ſemur nomine, & ip/
ſo dirigente corrigi/
mur. O itaq; uir eccle
ſiaſtice qui appellaris
Iudas, & confitens:
conuertere quotidie
per pœnitentiam ad
dominum tuum, & ſi fortè peccaueris, imitare prophe
Psal. 6.b tam dicentem: Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſin
gulas noctes lectū meum: lachrymis meis ſtratū meum
rigabo. Nec hoc dixiſſe ſufficiat, ſed dei ſerua mandata:
fac in alios miſericordiam, ut & ipſe miſericordiā con/
ſequaris: Iudicium uerum iudica: ut in quo iudicatue/
B ris, iudicetur de te. Et ſpera in deo tuo ſemper: ſiue ap/
propinqua deo tuo iugiter: ut omni tempore in uirtu/
te proficiens, appropinques deo tuo. a ¶ *Chanaan in manu eius ſtathera doloſa, calumniam dilexit: & dixit Ephraim: Verumtamē diues effectus ſum: inueni idolum mihi: omnes labores mei, etc.* ] Monuerat Iudam ut conuerteretur ad dominum
deum ſuum, & miſericordiam ſeruaret atq; iudicium:
& ſperaret in domino ſemper, ſiue appropinquaret ei
iugiter: Nunc ad Ephraim, hoc eſt ad decem tribus ſer
mo conuertitur: quē uocat Chanaan: iuxta illud quod
Dan. 13.f loquitur Daniel ad preſbyterum: qui utiq; erat de ſemi
ne Iuda: Semen Chanaan & non Iuda, ſpecies decepit
Ezech. 16.a te. Et in Ezechiel ad Hieruſalem dictum legimus: Pater
Esa. 1.c tuus Amorræus & mater tua Cethæa. Et in Eſaia dicitur
ad tribum Iuda: Audite uerbum domini principes So
domorum: percipite auribus legem domini noſtri po
Zach. 14.d pulus Gomorræ. In Zacharia quoq; extremo uerſicu/
lo legimus: & non erit Chananæus ultra in domo do/
mini. Dicit autem Chanaan, hoc eſt Ephraim habere in
manu ſua ſtatherā doloſam ſiue iniquam: iubente ſcri/
Leuit. 19.g ptura: æqua ſint tibi pondera: & non ſolum habere ſta/
theram iniquam ac doloſam, ſed diligere calumniam
& opprimere homines per potentiam. Et ne putare/
mus Chanaan alium quempiam ſentiendum: ponit
manifeſtius qui ſit iſte Chanaan: Dixit Ephraim: Ve/
rumtamen diues effectus ſum: & eſt ſenſus: Non re/
fert unde poſsideam, dummodo poſsideam. Hoc mor
Iob 20.b bo laborant plurimi, de quibus ſcriptum eſt: Diuitiæ
Prou. 13.b congregatæ iniquè, euomentur: Redemptio enim ani/
Luc. 16.c marum uiri, propriæ diuitiæ. Vnde præcipitur ut facia-
mus nobis amicos de iniquo mammona, qui nos poſ/
ſint recipere in æterna tabernacula. Ephraim autē qui
gloriatur & dicit: Verumtamen diues effectus ſum: in/
ueni idolū mihi ſiue ἀνωφελὲς, hoc eſt אָוֶן quod non
proſit poſsidenti, caſſo labore ſudauit. Sicut autem gu/
loſi & luxurioſi uenter deus eſt: ita & auarus adorat au C
ri idolum: & dicit in corde ſuo: inueni quod quære/
bam: ſed audiet: Stulte, hac nocte rapietur anima tua à Luc. 12.c
te: quæ autem præparaſti, cuius erunt? Cumq; ſemel o/
culos eius diuitiarum, non dicam fulgor, ſed cæcitas
occuparit, loquitur:
Omnes labores mei
non inuenient iniqui
tatē meam in quam
peccaui: & eſt ſenſus:
quicquid peccauero,
ſi habuero diuitias
ab his qui meo indi/
gent auxilio, mihi nō
poterit imputari: ſe/
cundum illud quod
ſcriptum eſt: Et qui Psal. 9.d
iniqua gerit, benedi/
citur: Diuitum enim
amici multi. Vnde &
ad hæreticos hoc ip/
ſum refertur. Chanaā
quippe interpretari
poteſt, quaſi mouen/
tes. Et nota quod di/
xerit: quaſi mouen/
tes, non mouentes.
Mouentes ſunt eos
quos deceperint: quaſi mouentes illos quos mouere
tentauerint. Sed quia fundati ſunt ſuper petram, nul/
lo poſſunt turbine concuti: nec pedum ſuorum muta/
re ueſtigium. In iſtiuſmodi Chanaam manu, hoc eſt, o/
peribus, ſtatera doloſa eſt & iniqua: quicquid enim hæ
reticus loquitur, dei iuſtitiam non habet: & plenum eſt
doli & fraudium: unde & calumniam diligunt, dum D
deprimunt innocentes, ſiue opprimunt eos per poten
tiam. Opprimitur pauper eccleſiaſticus uerboſitate &
argutijs hæreticorum: qui poſtquam aliquos decepe/
rint, ſolent dicere: diuites facti ſumus: habemus pluri/
mam multitudinem: diſcipulorum turba nos ſequitur:
inuenimus idolum uel refrigeriū nobis. Idcirco enim
uel maximè hæreſes componuntur, ut deuorent do/
mos uiduarum: quæ ſemper diſcunt & nunquam ad 2. Tim. 3
ſcientiam perueniunt ueritatis. Et pulchrè inueni ait
idolum mihi: Omnia enim hæreticorum figmenta ido
la ſunt & ſimulachra gentilium: nec multum differunt
in impietate, licet in nomine diſcrepare uideantur. So/
lentq; dicere: quicquid fecero: quicquid egero, mihi
non poterit imputari: habeo enim diuitias meas, argu
menta philoſophorum: habeo populi multitudinem:
quam qui aſpexerit, me peccare non arbitrabitur. b
¶ *Et ego dominus deus tuus de terra Aegypti adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, etc.* ] Tu quidem tanta peccaſti ut lætare/
ris in ſcelere, & multitudinem peccatorum putares eſſe
diuitias, & diceres: Diues effectus ſum: inueni idolum
mihi: omnes labores mei, peccata mea inuenire non
poterunt: Ego autem dominus deus tuus qui te eduxi
de terra Aegypti, quando ſeruiebas Pharaoni, & ædi/
ficabas de luto & paleis ciuitates: adhuc tribuo tibi lo/
cum pœnitentiæ: & magnitudine promiſſorum hor/
tor, ut ad me redeas: adhuc enim ſedere te faciam in ta/
bernaculis ſicut in diebus feſtiuitatis. Diem feſtiuita/
tis, ſcenopegiam uocat: ſeptimo menſe quintadecima
die menſis, quando de Aegypto egreſsi ſunt filij Iſrael.
Sicut, inquit, in eo tempore te de Aegypto liberaui: &
habitaſti in tabernaculis ad terrā ſanctam, & ad locum
templi ire feſtinans: Sic etiam nunc educam te de tribu
latione & anguſtijs: & imminente captiuitate, ſi tamen
feceris quæ præcepi. Ego enim ſum qui per omnes
prophe/



HEB. ſicut in diebus feſtiuitatis: & locutus ſum ſuper prophetas: & ego uiſionem multiplicaui: & in manu prophetarum aſsimilatus ſum. Si Gâlaad idolum: ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolātes: nam & altaria eorum quaſi aceruí ſuper ſulcos agri. F[b]ugit Iacob in regionem Syriæ: & ſeruiuit Iſrael in uxore, & in uxore ſeruauit: In propheta autem eduxit dominus Iſrael de Aegypto: & in propheta ſeruatus eſt.

SEP. ſicut in diebus ſolennitatis: & loquar ad prophetas: & ego uiſiōes multiplicaui: & in manibus prophetarum aſsimilatus ſum. Si non Galaad eſt: ergo falſi erant in Galgala principes immolantes: & altaria eorum quaſi teſtudines ſuper deſertum agri. Et receſsit Iacob in campū Syriæ, & ſeruiuit Iſrael in uxore, & in uxore cuſtodiuit: & in propheta eduxit dñs Iſrael de Aegypto & in propheta ſeruatus eſt. Ad

A prophetas & uaria genera uiſionū aſsimilatus ſum ho/
minibus: & te ad pœnitentiam prouocaui. An non eſt
Exod. 17.c humanæ ſimilitudinis, quando Moyſes in altū extol/
lens manus orat, ut Ieſus uincat Amalech, & crucis in
eo ſacramenta monſtrentur? Nōnne in manibus pro/
phetarum aſsimula/
tur deus, quando Io/
nas tribus diebus ac
noctib. in profundo
eſt: ut dominū ſigni/
ficet die tertia ab infe
ris reſurgentē? Mul/
tiplicatas autem uiſio
nes in omnibus pro/
phetis legimus, quan
Ezech. 10.c do Ezechiel dominū
cernit in aurigæ mo/
dum ſedentem ſuper
Cherubim. Et Eſaias:
Esa. 6.a Vidi, inquit, dominū
ſedentem ſuper thro/
num excelſum & ele/
uatum & duo Sera/
phim in circumitu e/
ius clamantia ad inui
cē: Sanctus, ſanctus,
ſanctus dominus de/
us ſabaoth. Et Aba/
Abacuc 3.a cuc ſtabat in ſpecula
ſua, ut cornua uideret in manibus ſaluatoris: in quibus
Psal. 84 abſcondita eſt fortitudo eius. Vnde & Pſalmiſta concla
mat: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vt
autem ſciamus omnem prophetiā in ſcripturis ſanctis
appellari uiſionem: Et omnis, inquit, populus uidebat
B uocem domini: unde & prophetæ ante dicebantur ui/
dentes. Ad eos quoq; qui ab hæreticis ſeducti ſunt, di/
citur ut reuertantur ad dominū: qui mauult pœniten/
tiam peccatoris quàm mortē: ipſum enim eſſe qui eos
eduxerit de terra Aegypti, id eſt de tenebris & errore
gentiliū. Et ne forſitan peccati memores tardius reuer/
tantur: Adhuc, inquit, ſedere uos faciam in tabernacu-
lis, ſicut in diebus feſtiuitatis: ut quod facit baptiſma,
hoc faciat pœnitentia: & habitent in tabernaculis ſalua-
toris, hoc eſt in eccleſijs: de quibus dicitur: Plantati in
domo domini, in atrijs domus dei noſtri florebunt. Et
ne putent hæreſiarchas & principes erroris ſui dei locu
tos ſpiritu: Ego ſum, inquit, qui locutus ſum ad prophe
tas, & non ad magiſtros ueſtros, & ego uiſiones multi/
plicaui: & in manu prophetarū meorū qui ſunt in ec-
cleſia conſtituti, aſsimilatus ſum. a ¶ *Si Galaad idolū, ergo fruſtra erant in Galgal, etc.* ] Pro eo quod nos trāſtulimus,
bobus, qui Hebraicè appellantur שְׁוָרִים Lxx. interpre
tati ſunt ἄρχοντες, id eſt principes, qui uocantur שָׂרִים
uerbi ſimilitudine atq; ambiguitate decepti. Rurſum
ubi nos poſuimus, aceruos, qui Hebraicè appellantur
גַּלִּים & propriè θῖνας ſignificant, hoc eſt, ex arena tu/
mulos congregatos: qui maximè in deſerto & in litori-
bus flante uento, uel augentur uel minuuntur: Lxx.
tranſtulerunt χελώνας, id eſt teſtudines: pro quibus
Symmachus, aceruos lapidū, interpretatus eſt: Theo/
dotio, colles. Et reuera ſi θῖνας reſpicias, habent ſimili/
tudinē magnarū teſtudinū in deſerto agro: uel in ripis
atq; litoribus paululum humo eminentiū. Quod ergo
dicit, hoc eſt: ſi in Galaad de qua ſcriptū eſt: Galaad ci/
uitas operantium idolum ſupplantata à ſanguine, falſi
ſunt dij & peruerſa religio: & eſt trans Iordanē ubi duæ
tribus habitant Ruben & Gad & dimidia tribus Ma/
naſſe: ergo ad Galgal de qua in hoc eodem propheta le
gimus: Omnis malicia eorum in Galgala, quæ eſt poſt
tergum Bethauen quicunq; idola colunt: non boues C
dijs immolant, ſed bobus offerunt ſacrificia, imitantes
errorem Samariæ. Eo enim tempore quo hæc prophe/
tabantur, Galaad in regno decem tribuum erat: & Gal-
gal ſub imperio duarum tribuum, quæ appellabantur
Iuda. Ergo & decem
tribus: et duę pari ido
lolatriæ errore dece/
ptæ ſunt: & altaria eo/
rū ſicut aceruí & tu/
muli de lapidibus cō
gregati ſiue de are/
nis. Cumq; & illi & hi
in captiuitatē fuerint
abducti: aræ quondā
eorum abſq; cultori/
bus teſtudinū uel tu/
mulorum habebunt
ſimilitudinem. Quia
uerò Galaad interpre גלעד
tatur, tranſlatio teſti/ גלגל
monij: & Galgal, uo/
lutabrum: hoc dicere
poſſumus, ꝙ princi/
pes hæreticorum teſti
monia ueritatis trāſ/
ferāt in mendacium:
& quicquid colunt,
idolū ſit: & ſacrificia
eorū habeant ſimilitudinē, uel aceruorū de lapidibus
congregatorū, uel teſtudinum. Quomodo enim θῖνες,
& aceruí hinc atq; illinc de lapidibus & ſabulo congre/
gantur: ita & hæretici de ſapientia ſeculari & argutijs ho
minum fraude atq; mendacio ſimulachra componūt.
Et cum hoc fecerint, tardis greſsibus in uno mouentur D
loco: & totum orbem occupare non poſſunt. Teſtudo
tardigrada & onerata: imò oppreſſa pondere ſuo, non
tam ambulat quàm mouetur: hæreticorum grauiſsima
peccata ſignificans: qui ſuis in cœno & uolutabro luti
erroribus immolant: adorantes opera manuum ſua/
rum, & inſtar boum cuncta pro terrenis frugibus labo
rantes. b ¶ *Fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruiuit Iſrael in uxore, etc.* ] Videtur abſq; ratione & ordine propheta/
li poſt idolum Galaad & Galgal & altaria aceruis lapi/
dum ſimilia, ſubito hiſtoriam Geneſeos de Iacob uo/
luiſſe narrare: Quod ſtatim ſoluit, qui ſupra de Iacob
legiſſe ſe meminit: in utero ſupplantauit fratrem ſuum:
& in fortitudine ſua directus eſt cū angelo, & inualuit
ad angelum, & confortatus eſt: fleuit & rogauit eum: in
Bethel inuenit eum & ibi locutus eſt nobiſcum. Iſte igi/
tur Iacob non fruſtra ab angelo confortatus eſt: ſed
quia tota nocte pugnauit & uicit aduerſarium, ut ex
hoc fratrem diſceret non timere: cuius metu in Sy/
riam fugerat ad Laban auunculum ſuum: & ſerui/ Gen. 27
uit in uxore Rachel ſeptem annis: & pro Lia oues ſo/
cer Laban eodem annorum ſpacio cuſtodiuit. Et
quia ſemel Iacob dixerat & Iſrael: patrem filiosque
coniungit: & ſequentis recordatur hiſtoriæ, quan/
do in propheta Moyſe eduxit dominus Iſrael de Ae/
gypto: & duodecim tribus, qui generati ſunt de Iſ/
rael propheta educente ſeruatæ ſunt. Non errabit qui
ſupplantatorem Iacob, & Iſrael uidentem deum, in
typo domini dixerit præceſsiſſe: & Rachel primum
ſterilem atque formoſam, quam plurimum dilexit Ia/
cob, ſignificare eccleſiam: Liam autem lippientibus o/
culis atque fœtoſam, ſynagogæ ſacramenta mon/
ſtrare: & quod ipſe credentium populum eduxe/
rit de tenebris huius ſeculi: & ad dulciſsima Iorda/
nis, id eſt, baptiſma, fluenta peruenerit.

a ¶Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

A a ¶ *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis: & ſanguis eius ſuper eum ueniet: &c.*] Cum ergo Ephraim tanta præſtiterim, ut nudum & exulem & ſolum, diuitem dominumq́; reducerem & multorum filiorum patrem: deſeruit me Ephraim imò ad iracundiam prouocauit: & amaritudine ſua amarum fecit eſſe qui dulcis ſum. Vnde ſanguis eius ſuper eum ueniet, id eſt ipſe erit cauſa mortis ſuæ, ſecundū id quod Dauid loquit ad eum qui Saulis nunciauit interitū: & à ſe regem Iſrael cæſum eſſe memorabat: Sanguis tuus ſuper caput tuum. (2.Reg.1.c) Non mea ſentētia, ſed Saulis ſanguine tuus ſanguis effundetur. Quodq; ſequitur: Et opprobrium eius reſtituet ei dominus ſuus. (2.Reg.12.d) Iſ ſenſui congruit quē Nathan loquitur ad Dauid: Quia blaſphemare feciſti inimicos nomen domini, propter hāc rem hoc eſt, propter hoc peccatū quo interfeciſti Vriam: ipſa blaſphemia atq; opprobriū, quo per te dominus blaſphematus eſt, uertetur in caput tuum. Semper hæretici ad iracundiam prouocant clementem dominū: & qui mauult pœnitentiam peccatoris quàm mortē, duritia cor-
B dis ſui punire cōpellunt: & ſanguis eorū quo & ſuum & multorum effuderunt ſanguinem ueniet ſuper caput eorum: & opprobria quibus dominū blaſphemauerunt, reſtituet eis dominus ſuus: non quòd eorum dominus ſit, ſed qui quondam dominus eorum fuit.

Ad iracūdiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis: & ſanguis eius ſuper eum ueniet: & opprobrium illius reſtituet ei dominus ſuus.

Caput XIII.

| | |
|---|---|
| Loquēte Ephraim, horror inuaſit Iſrael: & deliquit in Baal, & mortuus eſt; & nunc addiderūt ad peccandū: feceruntq; ſibi conflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorū: factura artificū totū eſt: his ipſi dicūt: immolate homines uitulos adorantes. | Iuxta uerbū Ephraim iuſtificationes accepit ipſe in Iſrael: & poſuit Baal & mortuus eſt: & nunc appoſuit ut peccaret: & fecerunt ſibi cōflatile ex auro & argēto ſuo, ſecundū imaginē idolorū, opa artificū cōpleta: his ipſi dicūt: immolate hoīes uituli ēm defecerunt. |

Idcircò erunt quaſi nubes matutina: & ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area: & ſicut fumus de fumario.

Ego

Caput XIII.

Loquente Ephraim, &c.] Pro eo quòd Lxx. interpretati ſunt, immolate homines, uituli enim defecerunt: & nos uertimus, immolate homines uitulos adorantes: Symmachus interpretatus eſt, immolate homines uitulos adorent: ut ſit ſenſus. Immolate, hoc eſt ſacrificate idolis, & hucuſq; diſtinctio: ſequatur, rationale animal homines, adorent uitulos muta animantia. Loquente ergo Ephraim, id eſt Hieroboā filio Nabath de tribu Ephraim, horror inuaſit Iſrael: id eſt, decem tribus. Pro horrore qui hebraicè dicitur רתת quē Symmachus & Theodotio tremorē interpretati ſunt: neſcio quid uolentes δικαιώματα: id eſt, iuſtificationes, Lxx. tranſtulerunt. Et tantus Iſraelem horror inuaſit, ut delinqueret & offenderet deum in Baal & moreretur, perdens eū qui dicit: Ego ſum uita. (Ioan.14.a) Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur. (Ezech.18.a) Et Apoſtolus: Vidua, inquit, quæ in delicijs eſt, uiuens mortua eſt. (1.Tim.5.a) Et non ſolum mortuus eſt in Baal, ſed addidit peccata peccatis: ut ex argento quod dominus dederat, idola fabricaretur opera manuū hominū. Quibus ipſi dicunt: id eſt, ſacerdotes & principes qui populum bona docere debuerant: Immolate homines uitulos adorantes: quod quidem & in pſalmis dicitur: Immolauerūt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. (Pſal.105.f) Pro eo quod iuxta Symmachū & Theodotionē uertimus, adorantes: Aquila interpretatus eſt, κατεφιλοῦντες: id eſt, deoſculantes. Qui enim adorant, ſolent deoſculari manū ſuam: quod Iob feciſſe ſe negat, dicens: Si oſculatus ſum manum meam appo- (Iob 31.c)

C nens ori meo: & hoc mihi ad iniquitatē maximā reputetur. Sin autem ut quidam uolunt, dæmones loquuntur ad populum: Immolate homines, uituli enim defecerunt: oſtenditur ingluuies eorum, qui ſanguine uictimarum aluntur, & holocauſtorū fumo: quod deficientibus hoſtijs, homines ſibi cupiāt immolari: quorum non ſolum interitu, ſed & cruore lætantur. Loquentibus autem hæreticis: imò principibus hæreticorum: id eſt Ephraim: horror & tremor inuaſit infelicem populū: & deliquit in idolis, quæ de ſuo corde confinxit: & moritur cū populo quē ſeduxit: Et non ei ſufficit corruiſſe niſi linguā quam ad canendum deum acceperat, uertat in imagines idolorum: & artifici eloquio ſimile ueritati dogma componat: quod nihil eſt aliud, niſi excogitatio prauitatis humanæ: præcipiuntq; diſcipulis ſuis, ut & ipſi immolent homines: hoc eſt, furētur de eccleſia dei: & introducant ad hæreticos, & occidant quos deceperint. Quodq; ſequitur: Vituli enim defecerunt, hunc habet ſenſum: Nolite quærere quos ſeducatis de gentibus qui uocantur
D bruta animalia: ſed eos rapite, eos immolate, qui in eccleſia conſtituti, Chriſti cenſentur nomine: & homines appellantur. c ¶ *Idcirco erunt quaſi nubes matutina: & ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area: et ſicut fumus de fumario.*] Lxx. hoc ſolum quod in ultimo eſt immutantes: & ſicut uapor de locuſtis ſiue de lachrymis: quia in pleriſq; codicib. ἀκρίδων, in alijs δακρύων poſitum reperimus. Quia inquit, homines pro uitulis, imò uitulis immolauerunt & adorauerunt uitulos: idcirco erūt quaſi nubes matutina: & ſicut ros mane pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Quæ omnia uidentur ad tēpus & ſubito dilabūtur, iuxta illud quod dixerat: Tranſire fecit Samaria regē ſuū quaſi ſpumā ſuper faciē aquæ. Et iterum: Sicut mane tranſit, pertranſijt rex Iſrael. Et nubem quidem aut rorē tranſire uelociter, & puluerē ex area, & fumum de fumario, nemo ambigit, iuxta illud quod ſcriptū eſt: Sicut deficit fumus, deficiant. (Pſal.67) Quærimus autem quare Lxx. pro fumario quod Theodotio tranſtulit καπνοδόχου, locuſtas interpretati ſunt. Apud Hebræos, locuſta & fumariū, iiſdē ſcribitur literis א ר ב ה quod ſi legatur ארבה locuſta dicitur: ſi ארבה fumariū: pro quo Aquila καταῤῥάκτην: Symmachus foramen interpretati ſunt. Cataractā aūt propriè uocat foramen in pariete fabricatū, per quod fumus egreditur. Si quis aūt cōtentioſus & nolens recipere Hebraicā ueritatem, locuſtæ ſenſum quæſierit, audiat Ephraim ἀτμῷ, id eſt, uapori ſiue auræ & ſpiritui comparari: qui ita tenuis de ore locuſtæ egreditur, ut non ſentiatur: Quod ſi econtrario obiecerit, quare non alijs, quæ minora ſunt, periturum Ephraim aſsimilauerit: uerbi gratia pulici, qui omnia membra habet: caput, oculos, pedes, uentrē, & cætera: quæ licet oculis non uideamus, tamen ſenſu intelligimus: intantū ut os pulicis ac dentes non uiden-

tes



A tes oculis, morſibus ſentiamus. Reſpondendum eſt ei, quod ideo uapori locuſtæ, ſiue auræ tenuiſsimæ, peritu rorū gloria cōparata ſit: quia locuſta noxia eſt, & ſic inimica mortalibus: ut famem faciat, & ſegetum culta populetur: intantū ut arbores quoq; & uineas decorticet: quod plenius in Iohel ꝓpheta legimus. (Iohelis 1 & 2) Et huic locuſtæ & nubi matutinæ & rori & pulueri hæretici comparantur: de quibus & in epiſtola catholica dicitur: Hi ſunt nubes ſine aquis. (Iudæ d) Habēt enim ſpeciē prophetarum & nubiū apoſtolicarū: ad quas dei ueritas peruenit: ſed non habēt aquas, id eſt gratiā ſpiritus ſancti, dicēte domino in euāgelio: Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de uētre eius fluēt aquæ uiuæ: (Ioan.7.f) Hoc autē, inquit, dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. De lachrymis autem, quæ ſermone Græco habent aliquam ſimilitudinem locuſtarum δακρύων καὶ ἀκρίδων,
B manifeſtus error eſt: quibuſdam pro locuſtis lachrymas æſtimantibus. a ¶ *Ego autem dom. etc.*] Quæ quoniam & in Hebraico non habentur, & à nullo uertuntur interpretū: in antiqua quoq; editione Lxx. non leguntur, obelo prænotanda ſunt: præſertim cum ſenſus eorum perſpicuus ſit. Vnde ad reliqua tranſeamus: cum his quæ ſequuntur iungentes ſuperius capitulum. b ¶ *De terra Aegypti, etc.*] Qui ſupra dixerat: Fugit Iacob in regionem Syriæ: & ſeruiuit Iſrael in uxore, & in uxore ſeruauit: In propheta eduxit dominus deus Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt: etiam nunc quid eis præſtiterit, refert: Ego dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti: quod tibi mandaui per Moyſen attende: ne fortè comedas & ſatureris: & obliuiſcaris dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti: Non eſt enim alius deus præter me, & qui poſsit ſaluare, nullus eſt alius. Ego qui conditor omnium ſum cognoui ſiue paui te in deſerto & in terra inhabitabili: ubi rerum omnium penuria, ubi nullæ aquæ: dedi tibi manna de cœlo: & aquarū fontes produxi de petra duriſsima. (Deut.32.b) Qui iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt: Incraſſatus eſt, impinguatus, dilatatus, & recalcitrauit dilectus: nunc quoq; comederunt & ſaturati ſunt: & eleuauerūt cor ſuum, & obliti ſunt eius cuius beneficiorum memores eſſe debebant. Neq; enim per tantam eremi uaſtitatē, ubi non ſolum fruges & arbores uineæq;, ſed nec herba quidem gignitur: & nullæ aquæ ardorē temperāt ſolis: quadraginta annis poterat Iſrael ad terram peruenire Iordanis, niſi dominus omnia præſtitiſſet. Hæreticos quoq; eduxit dominus de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, & de camino ferreo: qui primum ſer-

| | |
|---|---|
| HEBRAEI. Egò autem dominus deus tuus, | SEPTVAGIN. Ego autem dominus deus tuus, |

SEPT. ÷ firmans cœlum, & creans terram cuius manus creauit omnem militiam cœli, & non oſtendi ea tibi, ut ambulares poſt ea ∶

| | |
|---|---|
| HEB. De terra Aegypti: & deum abſq; me neſcies: & ſaluator nō eſt præter me: ego cognoui te in deſerto: in terra ſolitudinis: iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt & ſaturati ſunt: & eleuauerunt cor ſuum & obliti ſunt mei. Et ègo ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in uia Aſſyriorum: occurram eis quaſi urſa raptis catulis: & diſrumpam interiora iecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo: beſtia agri ſcindet eos. Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Vbi eſt rex tuus? maximè nunc te ſaluum faciat | SEPT. Et ego eduxi te de terra Aegypti, & deū præter me nō cognoſces, & ſaluator non eſt abſq; me. Ego paſcebā te in ſolitudine in terra inhabitabili, ſecundum paſcua ſua: & repleti ſunt in ſaturitate, & eleuata ſunt corda eorum, idcirco obliti ſunt mei. Et ero eis quaſi panther, & ſicut pardus in uia Aſſyriorū, occurram eis ſicut urſa indigens cibo, & diſrumpā interiora cordis eorū, & deuorabunt eos ibi catuli ſyluarū, beſtiæ agri diſrumpent eos. Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur? ubi eſt rex tuus iſte? & ſaluum te faciat |

C uiebāt regi Pharaoni & ducibus eius: præcepitq; eis in eccleſia, ut alium neſcirent deum: niſi eum qui creator eſt omnium: & nouit ſaluare quos fecit. Ipſe cognouit eos & pauit in terra ſolitudinis, ita ut poſſint dicere: Dominus paſcit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: ſuper aquā refectionis educauit me. (Pſal.22.a) Deditq; eis angelorū panē manna de cœlo, quod in Aegypto nunquā comederāt: & aquas de ſequenti eos petra. Petra autē iuxta Apoſtolum Chriſtus eſt: (1.Cor.10.a) qui comederunt & impleti ſunt: & cibos domini non tulerūt. Quibus idem Apoſtolus loquitur: Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis, atq; utinā regnetis, ut & nos regnemus uobiſcū. (1.Cor.4.b) Comederūt enim in ſanctis ſcripturis, panem qui de cœlo deſcēdit: & cū Dauid dixerūt: Incerta & occulta ſapiētiæ tuæ manifeſtaſti mihi. (Pſal.50.b) Impletiq; & ſaturati eleuauerunt contra creatorem cor
D ſuum: & alterum ſibi finxerunt deū, quicquid biberant & comederant, ſuis meritis, non dei miſericordiæ deputantes. Idcirco obliti ſunt dei, qui præceperat eis: ut legis uerba religarent inter oculos & in manibus, atq; in fimbrijs palliorum: ne unquā obliuiſcerentur dei ſui. c ¶ *Et ego ero eis quaſi leæna: etc.*] Illi adimpleti ſunt & ſaturati: eleuauerunt corda ſua & obliti ſunt mei. Ego autem, inquit, ero eis quaſi leæna ſiue panther: de quo ſupra plenius diximus: & ſicut pardus in uia Aſſyriorū: quando ducentur captiui ab Aſſyrijs: & occurram illis quaſi urſa raptis catulis ſiue indigens cibo: & diſrumpam eorū uniuerſa uitalia. Aiūt qui de beſtiarū ſcripſere naturis: inter omnes feras nihil eſſe urſa ſæuius cum perdiderit catulos, uel indiguerit cibis: & non ſolū pantheræ, pardi, & urſæ ferociā cōminatur, ſed leonis quoq; & omniū beſtiarū, quæ gignuntur in ſaltibus: & in hæc omnia dicit ſe eſſe uertendum quando ierint ad Aſſyrios: ne cum ibi dura fuerint perpeſsi: non potentiæ & indignationi domini, ſed hoſtiū fortitudini aſsignent miſerias ſuas. Simulq; conſideremus: quod qui in euangelio credentibus loquit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā uos: iugū enim meū ſuaue eſt & onus meū leue: (Matth.11) nunc per prophetā incredulis, & nolentibus agere pœnitentiā, panther, pardus, urſa & leo efficit: non ſolum Iſraelitis qui propter idololatriā in Medorum urbibus ſiue montibus collocati ſunt: ſed etiā hæreticis, qui propter mentis ſuperbiā & falſorū dogmatum uanitatem obliti ſunt dei ſui: & finxerunt idola & ſecuti ſunt deos alienos. d ¶ *Perditio tua Iſrael, etc.*] Pro eo quod Lxx. interpretati ſunt ἀνέσχον, id eſt, habui: om-

Univerſidad de … Biblioteca

A nes abſtuli tranſtulerunt. Infelix Iſrael & dignus maledictione perpetua; qui in tantum impietatis deſcendit profundum, ut ſolius dei ſaluetur miſericordia. Poteſt autē in Hebræo & hoc ſenſu legi: Diſpereas Iſrael, quia nihil tibi reliquum eſt, niſi ut mea ſolum clementia conſerueris. In Septuaginta autem alter eſt ſenſus: Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabitur: id eſt, captiuitati tuæ & ultimæ ſeruituti quis ferre poterit auxilium eorū, quos tibi præſules æſtimaſti? 1.Reg.8.a Vbi eſt rex tuus, de quo dicebas ad Samuel: Conſtitue ſuper nos regem, ut iudicet nos: ſicut & gentes habent cæteræ? Cumq; ille contradiceret: reſpondebas: nequaquam, ſed rex erit nobis: & erimus etiam nos ſicut & gentes omnes: & iudicabit nos rex noſter: & egredietur ante nos & pugnabit p nobis. De quo ergo tibi promiſeras quod tua bella bellaret: nunc in neceſsitate ſubueniat, & uniuerſas urbes tuas liberet de ſeruitute. Vbi ſunt iudices tui: ubi reges? Tu enim dixiſti: Da mihi regem & principes: itaq; dedi tibi Saulem regē in furore meo: in tan- B tum ut in diebus meſsis pluuiā demonſtrarem contra naturā Iudææ prouinciæ. Et abſtuli, inquit, in indignatione mea regem uidelicet Sedechiā: ut quem cum furore dederam, tollerem cum indignatione. Alij arbitrantur datum in furore regem Hieroboā filium Nabath: & ablatum in indignatione Oſee ultimū regem decem tribuum. Hoc quod expoſuimus, dedi tibi regem & abſtuli regem in indignatione mea, Hebræi ad futurum tempus referunt: Eo, inquit, tempore quo dicebas: da mihi regem & principes: ego tibi reſpondebā per Samuelem, quod daturus tibi eſſem in furore meo, & ablaturus in indignatione mea: Perditus eſt omnis hæreticus & corruptioni traditus: Qui enim corrumpit templum dei, corrumpet illū dominus: & in nullo alio habet auxilium, niſi in ſola miſericordia dei, quā pœnitudine conſequitur: Huius rex & iudices diabolus eſt & dæmones: ſiue omnes principes dogmatū peruerſorū: qui eos tempore neceſsitatis & anguſtiæ liberare non poterunt qui dati ſunt in furore, & auferentur in indignatione: non quod dominus tales eos uoluerit habere reges: alioquin non auferret quos ſponte dederat: ſed quod dimiſerit eos uoluntatibus ſuis: ut comedentes & incraſſati carnibus nauſearent, & euomerent per nares ſuas: & odiſſe inciperent eos quos tanto ſtudio ſequebantur. a *Colligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum peccatum eius, etc.*] Quomodo ſi ligetur quid in ſacculo, conſeruatur, & non perit ei cui ligatū eſt: ſic omnis iniquitas qua in deū peccauit Ephraim, colligata eſt ei & abſcondita: & quaſi in marſupio reſeruatur. Deniq; cū dies ultionis aduenerit, & extrema captiuitas: dolores quaſi parturientis uenient ei, ſiue apprehendent illum. Mulier parturiens multo antequā pariat, ex eo tempore quo concepit, ſcit ſe eſſe parituram: & expectat quotidie extrema tormenta cruciatusq; uenturos: Ita & E- C phraim filius inſipiens, de quo ſupra dixerat: Ephraim columba inſipiens, non habens cor in cōtritione filiorum & populi ſui: cum dies parturitionis & captiuitatis aduenerit, aut ſtare aut ſufferre non poterit. Pro inſipiente filio, in Lxx. per ironiam legitur: Iſte filius ſapiens, hoc eſt quē ſapientem putabas, ut econtrario intelligatur inſipiens. Omnibus aūt hæreticis iniquitas colligata eſt: quā in excelſo locuti ſunt: & abſconditum eſt peccatum eorum, dum ſe putant uenena ſui cordis abſcondere & habere ſecreta: quæ cum dies parturitionis aduenerit, dolore eiulatiōibusq; pandētur. Iſte Ephraim filius inſipiēs eſt, quia dei ſapientiam dereliquit: de quo in Hieremia ſcriptū eſt: Hier.17 Nouiſsimum eius erit inſipiens, & in contritione filiorū ſuorū quos interfecit, quos iugulauit: dei iram ſuſtinere non poterit. b ¶ *De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos, etc.*] Secundum utranq; intelligentiam: & Ephraim, hoc eſt, & decem tribuū, & hæreticorum qui ſuſtinere non poterunt, in contritione filiorum ſuorū, cum dolores quaſi D parturientis aduenerint, dominus pollicetur de manu mortis ſe eos liberaturū, & de morte redempturū. Manum aūt mortis appellat opera quibus interficit: iuxta illud quod ſcriptū eſt: Pro.18 In manu linguæ mors & uita. Liberauit autem omnes dominus: & redemit in paſsione crucis & effuſione ſanguinis ſui: quando anima eius deſcendit in infernum, & caro eius non uidit corruptionem: & ad ipſam mortem atq; infernū locutus eſt: Ero mors tua ô mors. Idcirco enim mortuus ſum ut tu mea morte moriaris. Ero morſus tuus inferne, qui omnes tuis faucibus deuorabas. Videnſq; mortis duram neceſsitatē, & quod nullus ſit hominum qui uiuat & nō uideat mortem: clementiſsimus pater ſententiæ recordatur antiquæ: quia in Adam omnes morimur. 1.Cor.15 Siue propheta intelligens fragilitatem ſuam, & cōditionem carnis humanæ: Conſolatio, ait, abſcondita eſt ab oculis meis, & eſt ſenſus: Non ualeo conſolari: quicquid mente concepero, dolorem meū non poteſt mitigare: cernentis chariſsima inter ſe nomina morte ſeiungi: ipſe, inquit, infernus inter fratres diuidit. Quicquid igitur ſeparat fratres, infernus eſt appellandus: & maxime mulier meretrix: quæ uocans inſipientem ad ſe, dicit inopibus prudentiæ: panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinē: & neſcit inſipiens, quoniam terrigenæ apud eam pereunt, & in profundū inferni incurrunt. Quicquid enim non licet, magis deſideratur, & quod raritate dulce eſt, aſsiduitate in amaritudinē uertitur. Et mel diſtillat de labijs mulieris meretricis, Pro.5 quæ ad tempus impinguat fauces inſipiētis: nouiſsime aūt amarius felle inuenitur, & acutius magis q̄ gladius utrinq; acutus. Quicunq; terrigena eſt, & de cœlo non naſcitur: interficitur eius amplexibus, & ligatur inſtitis lectulorum: & inſipientiæ pedes deducunt eos, qui utuntur ea cum morte ad inferos. Inter mortem

HEBRAEI. ciat in omnibus urbibus tuis: & iudices tui, de quibus dixiſti: Da mihi regem & principes: dabo tibi regem in furore meo: & auferam in indignatione mea. Colligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum peccatum eius: dolores parturientis uenient ei: ipſe filius non ſapiens: nunc enim non ſtabit in contritione filiorum. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos: Ero mors tua ô mors: ero morſus tuus inferne. Conſo-

SEPTVAGINT. ciat in cunctis urbibus tuis: iudicet te de quo dixiſti: da mihi regem & principem: & dedi tibi regem in ira mea, & tabui in furore meo. Congregatio iniquitatis Ephraim: abſconditum peccatum eius: dolores quaſi parturientis uenient ei: iſte eſt filius tuus ſapiens: quia nunc non ſuſtinebit in cōtritione filiorū. De manu inferni liberabo eos, de morte redimā illos: ubi eſt cauſa tua mors? ubi eſt aculeus tuus inferne? conſo-

autem



A autem & inferos, hoc intereſt: Mors eſt, qua anima ſeparatur à corpore. Infernus, locus in quo animæ recluduntur: ſiue in refrigerio, ſiue in pœnis, pro qualitate meritorum. Hoc diximus, ut oſtenderemus id mortem facere, quod meretricem mulierem: Mors enim diuidit fratres, hoc & mulier facit. In fratribus, omnem intellige charitatē: quod & mater diuidatur à filia, & pater á filio, & frater á fratre: Quod autem aliud ſit mors, & aliud infernus, & pſalmiſta demonſtrat, dicens: Pſal.6.b Non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi? & in alio loco: Ibid.54.c Veniat mors ſuper eos & deſcendant in infernum uiuentes. Pro eo quod nos interpretati ſumus: Ero mors tua ô mors: ero morſus tuus inferne: Lxx. tranſtulerunt: ubi eſt cauſa tua mors, ubi eſt ſtimulus tuus inferne? pro 1.Cor.15.g quo Apoſtolus poſuit: Abſorpta eſt mors in contentione, ubi eſt mors contentio tua: ubi eſt mors aculeus tuus? Et exponens uirtutem teſtimonij intulit: Aculeus autem mortis peccatū, uirtus uerò peccati lex: Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam, per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Itaq; quod ille in reſurrectionē interpretatus eſt dñi: nos aliter interpretari, nec poſſu- B mus nec audemus. Poteſt mors, & infernus & diabolus accipi, qui Chriſti morte iugulatus eſt: de quo & in Eſaia loquitur: Eſa.25.c ſecūdū Lxx. Deuorauit mors inualeſcens, Et poſtea ſequitur: Abſtulit dominus omnē lachrymam ab omni facie. Duos autē fratres inter ſe morte diuiſos, iuxta hiſtoriam illius temporis, quidam Iſrael & Iudam intelligunt: ut quod tunc figurabatur in parte, nunc ſentiatur in toto, & cum omni humano genere Iſrael & Iudas liberādus ſit & redimēdus. In eo loco in quo Lxx. tranſtulerunt: ποῦ ἡ δίκη σου, id eſt, ubi eſt cauſa tua, & nos diximus, ero mors tua: Symmachus interpretatus eſt, ero plaga tua. Quinta editio & Aquila: Vbi ſunt ſermones tui: quod Hebraicè ſcribitur דְּבָרֶךָ legentes דָּבָר hoc eſt uerbū, pro דֶּבֶר quod interpretatur mors: iuxta illud quod in Eſaia legimus: Mortem miſit dominus Eſa.9.b in Iacob & uenit in Iſrael, hoc eſt, deber, pro quo nos interpretati ſumus: Verbum miſit in Iacob, & uenit in Iſrael, id eſt, dabar. Pro aculeo quoq; quē nos morſum tranſtulimus: Symmachus ἀπάντημα, id eſt, occurſum: Theodotion & quinta editio, plagam & concluſionem interpretati ſunt. a ¶ *Adducet urentem uentū, etc.*] Legi in cuiuſdam cōmentarijs, uentum urētem quem adducet dominus de deſerto: illum eſſe qui percuſſerit domum Iob in quatuor angulis, & fecerit eam ſuper fi- Iob 1.d lios ruere cōuiuantes, & unum eſſe de his uentis, quos in euangelio legimus flare & uenire cum turbine, pluuijs atq; fluminibus, ut ſubuertant domum, quæ ſuper petram ædificata eſt, ſiue ſuper arenas. Quod nequaq̄ mihi uidetur: neq; enim in Iob ſcriptum eſt, quod uentum de deſerto dominus adduxerit: ſed nomen domini tacitum eſt: ut uentus de ſolitudine, qui contra ſanctum uirum ſua uenerat uoluntate, contraria poſsit accipi fortitudo: & uenti qui domorū fundamenta ſubuertunt, utiq; ad bonam partem non poterunt referri: Supereſt ut uentum urentem quem adducet dominus de deſerto aſcendentem illum intelligamus, de quo & C in Abacuc legimus: Abacuc 3.b Deus ab auſtro ueniet & ſanctus de monte Pharan, qui utiq; in ſolitudine & in meridie ſitus eſt. Et in Cantico legimus: Cant.1.b Vbi paſcis, ubi cubas in meridie? Hunc itaq; uentum urentem qui ſiccet uenas mortis, & fontes eius areſaciat: adducet dominus de deſerto aſcendentem: de deſerto autem humani generis, in quo & diabolus quærēs requiem, inuenire non potuit: Siue deſertum intelligimus ſanctæ Mariæ uterum uirginalem, quod abſque ſemine humano nulla frutice pullulauerit: ſed uirga ſimplex atq; puriſsima & unione fœcunda ediderit eū florem qui dicit in Canticocanticorum: Cant.2.a Ego flos campi & liliū cōualliū. Et pulchrè tam in Eſaia quàm in præſenti loco, Eſa.11.a flos aſcendens & uentus aſcendens dicitur: quia de humilitate carnis ad excelſa conſcendit: & nos ſecū duxit ad patrem, dicens in euangelio: Cum exaltatus fuero, Ioan.12 omnia traham ad me. Ipſe quaſi radix aſcendet de terra inhabitabili: & nequaq̄ mors in eum ſed ipſe morti ſuperueniet: neq; enim mors in eo ullam ſuæ poteſtatis uiam reperit, & hoc eſt quod in Prouerbijs dicitur: Prou.30.c Impoſsibile eſt ſuper petram ſerpentis inuenire ueſtigia. Et ipſe loquitur in euangelio: Ecce ueniet princeps Ioan.14.d mūdi huius, & inueniet in me nihil. Iſte ſiccabit uenas D mortis & deſolabit fontes eius. Venæ mortis & fontes & aculeus, peccata ab apoſtolo nominantur: quibus areſactis, mors quoq; ipſa ſiccabitur. Quodq; ſequitur: Ipſe diripiet theſaurum omnis uaſis deſiderabilis: dupliciter accipitur: ſiue quod deſiderabilia ſunt his qui in morte habitant: ſiue uaſa deſiderabilia quæ in theſauro retinebantur inferni, ſanctos intelligimus: quos alligato forte dominus eripuit & tulit de inferis: & quaſi uaſa precioſiſsima ſecū perduxit in paradiſum. Pro theſauro, Lxx. terram tranſtulerūt: terra haud dubiū quin mortem ſignificet. Et in pſalmis legimus: Credo uidere Pſal.26.d bona domini in terra uiuentiū. Et iuxta euangeliū: Mites poſsidebūt terram. Matth.5.a Ecōtrario debemus accipere terram inferni non eſſe terram uiuentiū, ſed mortuorum, quæ diripitur atq; uaſtatur: quando morte Chriſti uinctæ apud inferos animæ liberantur. Secundum tropologiam in eiſdem (de quibus ſupra diximus) cōmentarijs legimus uentū urentē, diabolū intelligi & ſingulos hæreſiarchas. Quod nobis diſplicet: Neq; enim diabolus uenas mortis fonteſq; erroris ſiccare poteſt: cū ipſe fons & initiū mortuorū ſit. Itaq; ſermo eccleſiaſticus, urens intelligendus eſt uentus qui omnia hæreticorum dogmata areſaciat & perducat ad nihilum, & diripiat eos atq; diſpergat, qui hæreticorum doctrina in morte fuerant congregati.

HEB. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis: quia ipſe inter fratres diuidet. Adducet urentem uentum dominus de deſerto aſcendentem, & ſiccabit uenas eius, & deſolabit fontem eius, & ipſe diripiet theſaurū omnis uaſis deſiderabilis.

Cap. XIIII.

PEreat Samaria: quoniam ad amaritudinē con-

SEP. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis: quia ipſe inter fratres diuidet. Adducet urentem uentum dominus de deſerto ſuper eos, & ſiccabit uenas eius, deſolabit fontes illius: iſte areſaciet terram eius: & omnia uaſa deſiderabilia.

Cap. XIIII.

DIſperdetur Samaria: quoniam reſtitit deo ſuo

Caput XIIII.

PEreat Samaria, quoniam etc.] Sæpe diximus decē tribus appellari Samariā á metropoli Samaria: quæ ex nomine Auguſti nunc uocatur Auguſta, id eſt, Sebaſte. Cur autem Samaria dicta ſit ciuitas, in regum uolumine legimus. Imperat igitur propheta, & ut uerius dicam, optatiuo modo loquitur, ut Samaria pereat. Cui cum deus tanta præpararet bona, illa contra



 deum

HEB. cõcitauit deũ ſuum: in gladio pereant: paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius diſcindantur. Cõuertere Iſrael ad dominũ deũ tuum: quoniam corruiſti in iniquitate tua: tollite uobiſcum uerba & conuertimini ad dominum, dicite ei: Omnem aufer iniquitatem & accipe bonum & reddemus uitulos labiorum noſtrorum. Aſſur non ſaluabit nos: ſuper equum non aſcẽdemus: nec dicemus ultra, dij noſtri opera manuũ noſtrarũ: qa eius qui in te eſt miſereberis populi. Sãnabo contritiones eorum: diligam eos ſpon-

SEP. ſuo: in gladio corruẽt, & lactentes eorũ elidentur ad petram, & habentes in utero dirumpentur. Conuertere Iſrael ad dominũ deum tuum: quia infirmatus es in iniquitatibus tuis: ſumite uobiſcũ ſermones & reuertimini ad dominũ: dicite ei ut non tollatis iniquitatem ſed aſſumatis bona, & reddemus fructum labiorum noſtrorũ. Aſſur non ſaluabit nos: ſuper equum non aſcẽdemus: nequaquã ultra dicemus, dij noſtri, operibus manuum noſtrarũ: qui in te eſt miſerebitur pupilli. Sanabo habitatores eorũ: diligam eos mani-

A deum faciat, & magis dæmonum ſimulachra ſectetur. Symmachus autem non dixit, pereat: ſed μεταμελήσῃ, id eſt aget pœnitentiam: ſuiq; eam pœnitebit erroris, quod dulciſsimum deum in amaritudinem uerterit: ita ut bellatores eius in gladio pereant: paruuli & lactentes elidantur ad terram, & fœtæ eius atq; prægnantes dirũpantur in mortem. Quæ omnia ei accidiſſe credendum eſt tempore captiuitatis & anguſtiæ, quando ſuam patriam perdiderunt, & qui euaſere gladiũ in ſeruitutẽ perpetuam ſunt abducti. De hæreticis facilis intelligẽtia eſt quod uocentur Samaria, eo quod dei præcepta ſeruare ſe iactent: non quod cuſtodes ſint legis eius, ſed quod hoc eſſe ſe dicant, in ſimilitudinem ſchiſmatis Nouatianorũ: qui & ipſi καθαρὸς, id eſt, mundos ſe uocant, cũ ſint omnium immundiſſimi, negantes pœnitentiã per quam peccata mũdantur: iuxta illud quod ſcriptum
B eſt: Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Et in Eſaia:
*Pſal. 50.b* Lauamini, mundi eſtote. Lauacrũ autem non baptiſ-
*Eſa. 1.d* mum uocat, ſed omnem pœnitudinem quę ſordes abluit peccatorũ. Pereat igitur huiuſcemodi Samaria: quia quicquid loquitur, repugnat deo ſuo: & clementia eius uertit in crudelitatẽ: uſq; eo ut qui uiri ſunt apud illam & ad maliciæ ætatẽ uenere perfectam, ſpirituali mucrone truncentur. Qui autẽ paruuli atq; lactentes, elidan-
*Pſal. 136.b* tur ad petram. De quibus & in pſalmo legimus: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Fœtæ quoq; eius atq; prægnantes quæ de malo ſemine conceperunt: ideo diſrumpentur, ne peſsimos liberos fa-
*Luc. 21.c* ciant. Tale quid & in euangelio nobis ſubijcitur: Væ prægnantibus & nutrientibus in diebus illis: diebus uidelicet tribulationis & anguſtiæ. Interficiuntur autem & bellatores Samariæ gladio, & lactentes eliduntur, & prægnantes diſrumpunt: ut pereunte malo ſemine zizanijsq; eius exuſtis, ſolum remaneat triticum: quod in domini horrea recondatur. a ¶ *Conuertere Iſrael ad dominum deum: quoniam corruiſti, etc.*] Pereunte Samaria & uiris eius, & paruulis & prægnantibus occiſis eliſis atq; diſciſsis: totus Iſrael ad pœnitentiam prouocatur: ut qui infirmatus eſt, ſiue corruit in iniquitatibus ſuis: reuertatur ad medicũ & recipiat ſanitatem: uel ſtare incipiat qui corruerat: doceturq; quomodo debeat agere pœnitentiam. Tollite, inquit, uobiſcum uerba, id eſt, preces & delictorum confeſsionem: & conuertimini ad dominum tam uerbis quàm operibus: & dicite ei: Omnẽ aufer iniquitatem: nihil languoris in nobis & ruinæ priſtinæ derelinquas, ne rurſum mali ſeminis pullulent rediuiua plantaria: & accipe, inquit, bonum: Niſi enim tuleris mala noſtra: bonũ tibi quod offeramus habere non
*Pſal. 36.c* poſſumus: iuxta illud quod alibi ſcriptum eſt: Declina à malo & fac bonũ: & reddemus ait uitulos labiorum noſtrorum. Pro uitulis qui Hebraicè appellantur פרים

καρπὸν, id eſt fructum, Lxx. tranſtulerunt qui dicitur פרי falſi ſermonis ſimilitudine. Vituli autem labiorũ, laudes in deo ſunt & gratiarumactio: Sacrificium enim deo ſpiritus contribulatus. Igitur illo iam tempore carnalibus uictimis reprobatis: placabilis deo hoſtia, eſt pura confeſsio. Qui reddituros ſe eſſe dicunt labiorum uitulos, & dei laudes perpeti uoce canituros: etiam illud repromittunt quod nequaquã in Aſſyrijs ſpem habeant: nec ſuper equos Aegyptios, quia fallax equus ad ſalutẽ: & ultra non adorent opera manuum ſuarum uitulos aureos: quos in Dan Bethelq; conflauerant: & idcirco inquiunt: Nequaquam operi manuũ noſtrarum dicemus, dij noſtri, quia tu eius qui in te eſt pupilli miſereberis: hoc eſt, populi Iſrael: de quo dixeras: Filius primogenitus meus Iſrael. Et: Filios genui & exaltaui, ipſi autem me ſpreuerunt. Et in alio loco: Filij alieni mentiti ſunt mihi. Pupillus autem uocatur: quia deum perdidit patrem. Quidam autem pupillum expoſuit eum qui à malo patre receſſerit diabolo: & idcirco dei miſericordia ſubleuetur. Ad omne quoq; dogma peruerſum quotidie propheta loquitur, & ſectatores eius ad pœnitentiam prouocat, dicens: Conuertimini ad dominum deum ueſtrum: qui corruiſtis ſiue elanguiſtis domini perdita ſanitate: tollite uobiſcum uerba, ueram fidei cõfeſsionẽ, & dicite: Aufer iniquitatem quæ in noſtro corde uerſatur, & accipe bona fidei: qua corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutẽ. Vituli & uictimæ ſiue fructus labiorum ſunt in patrem & filium & ſpiritũ ſanctũ, & in paſsionẽ & reſurrectionem domini credere: quam qui obtulerit ei, nequaq̃ ſperabit in rege Aſſyrio, de quo crebro diximus. Nec aſcendet ſuper equũ quẽ præcepit dominus nequaq̃ multiplicandum: quem habens Pharao, cum ſuo eſt demerſus equitatu. Omnis enim hæreticus aſcẽdit equos per ſuperbiam quos in errore ſuo ipſe generauit. Et nequaquam ultra dicent operibus manuũ ſuarũ, quæ ipſi artifici eloquio cõfinxerunt, dij noſtri. Guloſi uẽter deus eſt: auarus colit mammona: hæreticus dogma quod finxit: qui uniuerſa hæc deſeruerit, id eſt, Aſſur & equũ & opera manuũ ſuarũ, reuertetur ad dominũ, & placabit patrẽ ſuum à quo fuerat abiectus. b ¶ *Sanabo contritiones eorum: etc.*] Conuerſis ad pœnitentiã: & inſtar pupilli patrem quẽ reliquerant cognoſcentibus, reſpondit deus: Sanabo cõtritiones uel habitacula eorũ in quibus fuerant uulnerati ſiue cõfracti, uel in quibus tam male habitauerant: diligam eos ſpontanee: quod Lxx. tranſtulerunt ὁμολογουμένως, perſpicuè atq; apertè uel abſque ulla dubitatione. Diligit autem dominus diligentes ſe: de quibus & in alio loco ait: Ego diligentes me diligo: qui enim prius iraſcebar eis propter peccata quæ fecerant: nunc miſerebor propter clementiã meam. & ero

C — Aliàs — *Pſal. 50.d* — *Pſal. 32.d* — *Exod. 4.d* — *Eſa. 1.a* — D — *Rom. 10.b* — *Exod. 14* — *Prou. 8*





HEBRAEI. ſpontanee: quia auerſus eſt furor meus ab eo, ero quaſi ros: Iſrael germinabit quaſi lilium, & erumpet radix eius: ut Libani ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius: & odor eius ut Libani. Conuertentur ſedentes in umbra eius: uiuent tritico, & germinabunt quaſi uinea. Memoriale eius ſicut uinum Libani. Ephraim quid mihi ultra idola: ego exaudiam & dirigam eum: ego ut abietem uirentem: ex me fructus tuus inuentus eſt: Qũis ſapiens & intelliget iſta: intelligens & ſciet

SEPT. manifeſte: quia auerſa eſt ira mea ab eis: ero quaſi ros: Iſrael florebit ut lilium, & mittet radices ſuas quaſi Libanus: ibunt rami eius & erit quaſi oliua fructifera: & odor illius quaſi Libani: conuertentur & ſedebunt ſub umbra eius: bibent & inebriabuntur frumento: & efflorebit ut uinea: memoriale eius quaſi uinum Libani Ephraim. Quid ei ultra & idolis? ego humiliaui eum, & ego cõfortabo illũ: ego ſicut iuniperus condenſa: ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiẽs & intelliget hæc: aut intelligens & cogno-

A eis quaſi ros: ut fornacem Babylonicam, & caminũ æſtuantis incendij meo rore reſtinguam: qui & per Iſaac patriarcham ad Iacob ſeruum meum locutus ſum: De rore cœli erit habitaculum tuum. Quomodo enim dominus ſit credentibus lumẽ, uia, ueritas, panis, uinea, ignis, paſtor, agnus, ianua, uermis, &c. ſic qui indigemus illius miſericordia, & peccatorum febribus æſtuamus: in rorẽ nobis uertitur: ad quem
*Eſa. 26.d ſecũdũ Lxx.* dicit Eſaias: Ros enim qui à te eſt, ſanitas eorum eſt. Et in Deute-
*Deut. 32.a* ronomij cãtico Moyſes loquitur: Deſcendant ſicut ros uerba mea. Cum autem nos dominus ſuo rore reſperſerit, & ſiccitatem pectoris noſtri ſuis pluuijs irrigarit, germinabimus imò florebimus ut liliũ imitantes dominum ſaluatorem: qui dicit in
*Cant. 2.a* canticocãticorũ: Ego flos campi & liliũ conualliũ: & loquitur ad ſponſam ſuam, quæ non habet rugã neq; maculam: Sicut liliũ in medio ſpinarũ, ſic
B proxima mea in medio filiarum. Cumq; creuerimus in domino: mittemus radices noſtras ſicut arbores Libani: quæ quantum in auras conſurgunt uertice: tantum radicẽ in ima demergũt, ut nulla tempeſtate quatiantur, ſed ſtabili mole conſiſtant. Harum arborum rami huc illucq; tenduntur: ut ueniant uolatilia cœli & habitent in eis. Et ne forſitan putaremus, quia dixerat erumpet radix eius, ſiue emittet radices ſuas quaſi Libanus, de cedris eum loqui & infructuoſis arboribus: ſanctum uirum & conuerſum ad dominum, oliuæ frugiferæ comparat: quæ dicit in alio loco: Ego autem ſicut o-
*Pſal. 51.b* liua fructifera in domo dei. Cuius fructum quinq; ſibi
*Matth. 25.a* ſapientes uirgines parauerunt, ex quo uulnerum mitigatur tumor: languentis membra requieſcunt: in tenebris lumen accenditur: unguuntur in agone certantes: Hæc oliua habebit odorem quaſi Libani uel thuris: quod genus eſt thymiamatis: ὁμωνύμως apud Græcos & Hebræos, & mons appellatur & thus. Vel certè montis Libani, qui fertiliſsimus & uirens: denſiſsimis arbo-
*2. Cor. 2.d* rum comis protegitur: ita ut poſsit oliua dicere: Chriſti bonus odor ſumus. Qui autem conuerſi fuerint ad dominum, accipient conuerſionis ſuæ præmium: ut ſede-
*Cant. 2.a* ant in umbra eius & dicant: ſub umbra eius requieui & ſedi, & fructus eius dulcis eſt in ore meo. Cumq; ſederint in umbra illius, uiuent qui prius mortui fuerãt: ſiue iuxta Lxx. bibent & inebriabuntur tritico: hoc eſt, rerũ omnium abundantia. Quod autem hic ebrietas, non euerſionem mentis, ſed copiam rerum omnium
*Pſal. 64.b* ſignificet, uerſiculus ille declarat, dicẽs: Viſitaſti terram
*Gen. 43.g* & inebriaſti eam. Et Ioſeph conuiuiũ, in quo inebriaſſe dicitur fratres ſuos: Et dominus loquens ad apoſtolos: Comedite amici mei, & bibite & inebriamini fratres. Siue quia dominus noſter ipſe eſt frumentũ & uinea: quicunq; crediderit in eo, inebriari dicitur. Deniq; ſequitur: Et efflorebit quaſi uinea: memoriale eius ſicut

C uinum Libani. Vinum autẽ Libani poſſumus appellare mixtum & conditum thymiamate, ut odorem ſuauiſsimum habeat: uel uinum Libani quod domino li-
*Zach. 11.a* batur in templo: de quo in Zacharia ſub Libani uocabulo legimus: Aperi Libane portas tuas. Cũ ergo tanta rerum abundantia ſit futura, ô Ephraim, omnis qui agis pœnitentiam & qui meus eſſe cœpiſti: dimitte idola, ſimulachra cõtemne: Ego enim ſum qui humiliaui te, & ego exaltabo te, ſiue ego exaudiam & dirigam, & faciam eum quaſi abietem uirentẽ: ut de illo iuxta Hebræos dicatur in pſalmo: Abies domus eius. Aut certe ego ero quaſi iuniperus condenſa: ut ſub mea umbra requieſcat. De ἀρκεύθοις, id eſt, iuniperis, iuxta Lxx. interpretes Salomon ianuas tẽpli feciſſe memoratur: quia Chriſtus, per quem ad patrẽ accedimus, hanc habet naturã, ut ſemper floreat, ſemp nouos afferat fructus, &
D nunquam deponat uirorem ſuum. Hæc iuniperus ſub umbra ſua quieſcentibus, ne mundi huius ardore feriantur, & percutiat æſtus caput eorũ: ſicut quondam
*Ionæ 4* percuſsit & Ionæ: dat fruges, & non ſolum dormientibus requiem & ſedentibus, ſed & ſaturitatẽ ueſcẽtibus præbet. Quicquid ſecundum ἀναγωγὴν interpretati ſumus, in aduentu domini ſaluatoris, & in conuerſione ueri Iſrael, hoc tam ad hæreticos & Iudæos, quàm ad gentes & ad omne dogma peruerſum referri poteſt: ut cum egerint pœnitentiam, ueniam conſequantur. Si ergo plenitudo repromiſsionis adimpleta eſt in aduentu ſaluatoris, & quotidie impletur in eccleſia: credendum eſt quod plenius impleatur: quando perfectione ueniente, quod nũc ex parte eſt deſtruetur. Notandũ quod ſæpe iam diximus, ſalutem Iſraelis & reuerſionis ad dominũ, & de captiuitate redemptionẽ, nõ carnaliter accipi, ut Iudæi putant, ſed ſpiritualiter, ut ueriſsimè comprobatur. a ¶ *Quis ſapiens & intelliget iſta: etc.*] Quando dicit: Quis ſapiẽs & intelliget hæc, intelligens & cognoſcet ea: obſcuritatẽ uoluminis & difficultatem explanationis oſtẽdit. Si autem ipſe qui ſcripſit, uel difficile uel impoſsibile confitetur: quid nos facere poſſumus, qui lippientibus oculis & peccatorum ſordibus obſcuratis, clariſsimum iubar ſolis non poſſumus intueri: niſi
*Rom. 11.b* dicere illud quod ſcriptum eſt: O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius? Quis enim poteſt abſq; Chriſto docente cognoſcere quid ſignificet Iezrael: quid ſoror eius, non miſericordiam conſecuta: quid tertius frater, non populus meus: quæ ſit adultera, quæ ſine lege dei multo ſeſſura ſit tempore: quod ſit pactũ cum beſtijs terræ, & cum uolatilibus cœli: qui ſit Dauid ad quem populus reuerſurus ſit, cuius ſit die tertia reſurrectio, & egreſſus eius diluculo cõparetur: quæ ſit pluuia prima & nouiſsima, qui ſit quem pro-

Universidad de D... Biblioteca

A pheta dicit eſſe uenturũ, qui nobis monſtret iuſtitiam, aut in cuius typo Iſrael educatur ex Aegypto, & portetur in brachijs, & ducatur in funiculis charitatis, qui ſit qui interficiat mortem, & ſiccet uenas eius, & fontes arefaciat, & diripiat uaſa quæ in theſauro condita tenebantur, & cætera quæ longum eſt retexere: Vnde quicunq; ſanctus & iuſtus eſt, rectas uias domini eſſe cognoſcet. Vias autẽ domini eſſe cognoſcimus lectionem ueteris & noui teſtamenti, & ſanctarum intelligentiam ſcripturarum. In his uijs qui ambulat, niſi cõuertatur ad dominum, & ablatum C ab eo fuerit uelamen quod erat ante oculos Moyſi, rectum iter inuenire non poterit. Sin autem dixerit cum Dauid: Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia *Pſal. 118* de lege tua: ambulabit in eis, & Chriſtum inueniet, & Iudæos atq; hæreticos, quos uel præuaricatores uel impios ſcriptura nũc nominat, *Luc. 2. c* offendere in eis, & infirmari atq; corruere ſentiet: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.

HEBRAEI. Sciet hæc: quia rectæ uiæ domini: & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores uerò corruent in eis.

SEPT. cognoſcet ea: quia rectæ uiæ domini, & iuſti ambulabunt in eis: qui autẽ impij ſunt, infirmabuntur in illis.

Commentariorum in Oſee prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORVM in Ioelem prophetam ad Pammachium procœmium.

NOn idem ordo eſt duodecim prophetarum apud Lxx. interpretes, qui in Hebraica ueritate retinetur. Illi enim ponunt ſecundum Amos, tertium Micheam, quartum Ioel, quintum Abdiam, ſextum Ionam, ſeptimum Naum, octauum Abacuc, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, undecimũ Zachariam, duodecimum Malachiam. Hebræi autem poſt Oſee qui apud utroſq; primus eſt: ſecundum legunt Ioel, tertium Amos, quartum Abdiam, quintum Ionam, ſextum Micheam, ſeptimũ Nahum, octauum Abacuc, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, undecimum Zachariam, duodecimum & qui ultimus eſt Malachiam. Et quia ſemel omnes unius uoluminis prophetas enumerauimus: utile nobis uidetur ἐτυμολογίας ſingulorum & Græce & Latine breuiter adnotare. Oſee interpretatur σώζων, quem nos ſaluatorẽ poſſumus dicere. Ioel ἀρχόμενος, id eſt, incipiens: Amos βαστάζων, qui apud Latinos portans dicitur. Abdias, δοῦλος κυρίου, id eſt, ſeruus domini. Ionas περιστερά, hoc eſt, columba. Micheas ὁποιῶν, ex duabus orationis partibus nomen compoſitum, quod apud nos ſonat, quis quaſi: aut quis uelut. Naum παράκλησις, id eſt, conſolatio. Abacuc περιλαμβάνων, id eſt, amplexans ſiue luctans. Sophonia κεκρυμμένος κυρίου, hoc eſt, arcanus domini. Aggeus ἑορτάζων, quem nos feſtiuum ſiue ſolẽnem poſſumus dicere. Zacharias μνήμη κυρίου, id eſt, memoria domini. Malachias ἄγγελός μου, id eſt, nuncius meus. Quæ omnia quo ſenſu accipienda ſint, in ſuis uoluminibus diſſeretur. Quatuor autem reliqui prophetæ: ut ſedecim compleamus, Eſaias, Ezechiel, Hieremias, Daniel, hanc habent intelligentiam. Eſaias σωτηρία κυρίου dicitur, id eſt, ſalus domini: Ezechiel κράτος κυρίου, quod nos robur, uel imperiũ domini poſſumus appellare: Hieremias ὕψηλος κυρίου, id eſt, excelſus domini: Daniel ἔκρινέ με κύριος, id eſt, iudicauit me dominus. Quæ cum ita ſe habeant, obſecro mi Pammachi, qui omni arte pugnandi aduerſum diabolum dimicas: ut nobis contra Amalech pugnantibus leues cum Moyſe ad dominũ manus, & aduerſarios Iſrael orationibus ſuperes. Nuper de Aegypto egreſſi ſumus, & in Oſee Pharaone ſubmerſo, rubrum tranſiuimus mare: nunc poſt latam eremi uaſtitatem, multo nobis labore ſudandum eſt: ut ad Lxx. palmas & fontes apoſtolicos peruenire ualeamus. Inſurgat licet ſcorpio, & arcuato uulnere ferire conetur: tu comes itineris, & excantator uenenatorum morſuum, ſpiritualem nobis ψυχικὸν exhibe: quodq; ſanctæ ac uenerabili Paulæ parenti tuæ polliciti ſumus, pius hæres ſuſcipe, & quicquid uel ingenio uel doctrina minus tua expectatione poſſumus, amici fauore ſuſtenta: nec in nobis uires conſideres ſed uoluntatem.



A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI in Ioel prophetam Commentarij.

## IOEL

VErbũm domini quod factum ad eſt Ioel filium Phatuel.

HEB. Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi factum eſt iſtud in dieb. ueſtris, aut in diebus patrum ueſtrorum: ſuper hoc filijs ueſtris narrate, et filij ueſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteræ.

SEPTVAGINTA. Audite hæc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi facta ſunt talia in diebus ueſtris, aut in diebus patrum ueſtrorũ: pro his filijs ueſtris narrate, & filij ueſtri filijs ſuis, & filij eorum in generationem alteram.

Reſiduũm erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtę comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

Expergi- Euigilate

*Erbum domini quod factum eſt ad Ioel, etc.*] Septuaginta interpretes pro בתואל uerterunt Bathuel: quod apud Hebræos omnino nil reſonat: Phatuel autem in linguam noſtram uertitur latitudo dei, uel aperiens
*Mar. 7. g* deus, ut in Marco legimus, ſaluatorem ad ſurdum mutumq; dicentem אפתח quod eſt adaperire. Quia enim cũ Apoſtolo di-
*2 Cor. 6. c* cere poterat: Os noſtrum patet ad uos, ô Corinthij, cor noſtrũ dilatatum eſt, & audie-
*Pſal. 80. b* bat à domino: Dilata os tuum, & implebo illud. Ipſa quoq; oris adapertio, non in hominis, ſed in dei poteſtate eſt, Paulo dicen-
*1 Cor. 16. b* te: Oſtium mihi apertum eſt magnum & euidens, ſed aduerſarij multi: idcirco aperiẽs dicitur deus. Cumq; ſanctus ſemper proficiat, ex parte cognoſcens, & ex parte propheẽs, donec ueniat quod perfectũ eſt: de latitudine & adapertione generatus, ap-
יואל pellaẽ Ioel, quod apud nos ſonat incipiẽs, uel eſt deus,
*Philip. 3. c* dicente Apoſtolo: Fratres ego me nõ arbitror compre-
B hendiſſe, qua humilitate ſuccreſcens cum Moyſe mere-
*Exo. 14. c* tur audire: Qui eſt miſit me: Ad diſtinctionem enim eo-
*Heſter 14. b* rum qui non ſunt, de quibus in Heſter legimus: Ne tradas ſceptrũ tuũ his qui non ſunt: deus & ſancti eius eſſe monſtrantur. Hæc de nomine Ioel & patris eius ſtricta ſint breuiter, ut rectè uerbũ dei, quod erat in principio apud deum, factum eſſe narretur, Baptiſta Ioanne refe-
*Ioan. 1. b* rente: Qui poſt me uenturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. Porrò factũ eſſe ſermonẽ ad meritũ eius refert, cui fit, nõ ad conditionẽ illius qui fieri dicitur, ut
*Pſal. 117. d* alibi legimus: Dñs mihi factus eſt in ſalutẽ. Quomodo autem in Oſee propheta, quem in principio duodecim prophetarũ ante hunc librũ explanauimus, ſub nomine Ephraim ad decẽ tribus confertur uaticiniũ: quæ uel Samaria uel Iſrael ſæpe memoranẽ: Sic in Ioel qui iuxta Hebræos ſecundus eſt, omne quod dicẽ, ad tribũ Iuda, & ad Hieruſalẽ pertinere credendũ eſt, & nullam omnino Iſraelis, id eſt, decem tribuũ in hoc fieri mẽtionem. Tempora quoq; in quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quæ & in Oſee legimus: In diebus Oziæ, Ioathan, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Hieroboã filij Ioas regis Iſrael. b ¶ *Audite hoc ſenes, & auribus, etc.*] Senes iubenẽ audire, habitatores terræ auribus percipere. Senibus nõ dicẽ, audite omnes: habitatoribus terræ additur, auribus percipite omnes. Auditus enim in ſcripturis ſanctis nõ eſt iſte qui in aure reſonat: ſed qui corde percipitur: iuxta illud quod dñs lo-
*Matt. 13. b* quitur in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Quod autem nos interpretati ſumus, auribus percipite, & apud Græcos & apud Hebræos unũ uerbum eſt: apud Græcos ἐνωτίσασθε, apud Hebræos האזינו quod proprie non corde, ſed aure percipitur. Et ut ſciamus ſacratiorem eſſe auditum, quàm id quod in auribus re-
*Eſaiæ 1. a* ſonat: Eſaia loquente diſcamus: Audi cœlum, & auribus percipe terra. Qui ſenes ſunt & cœleſtes, audiũt ſpiritualiter: qui habitant in terra, appellanturq; terreni, C auribus percipiunt. Et hoc in omnibus ſcripturis notandum, ubi hæc duo uerba iuncta ponuntur. Quòd in Lamech quoque legimus peccatore: qui loquutus eſt ad uxores ſuas Ada & Sella: Audite uerba mea uxo- *Gen. 4. d* res Lamech, auribus percipite uerba mea: quia uirum occidi in uulnus meum, & iuuenem in liuorẽ meũ. Sciebat obſcura eſſe quæ loquebatur: & idcirco uxores ſuas nõ ad ſimplicem tantum uerborũ ſonum, ſed ad recõditam quoq; dictorum intelligentiam prouocabat. Si quis igitur ſenex eſt, & maturæ ætatis, in domino electus ſenex, ut in conſequentibus iuxta Lxx. interpretes legimus: ac paruulorum reliquit infantiam, audiat quæ dicuntur. Qui autem adhuc habitat in terra, & nõ poteſt dicere: Aduena ſum & peregrinus, ſicut omnes patres mei, au- *Pſal. 38* ribus percipiat. Si factum eſt, inquit, iſtud in diebus ueſtris, aut in diebus patrũ ueſtrorũ. Arte rhetorica ex rerum magnitudine attentum auditorẽ facit: nulla hęc, inquit, ætas meminit quæ dicturus ſum: nec ueſtro nec patrum ueſtrorũ atq; maiorum facta ſunt tempore. Patres D aũt, auos atauoſq; cognoſce, & filios filiorũ, omnẽ deinceps ſobolem: iuxta illud Vergilianũ: Et nati natorũ, & qui naſcẽtur ab illis. Et ſenes ergo & habitatores terræ, filijs ueſtris poſteriſq; narrate: qui ſenex eſt, liberos ſuos doceat ſacramenta: qui habitator eſt terræ, ſimplicẽ narret hiſtoriam. Vnde uſq; hodie nos qui in Chriſto credimus, quorum cum Moyſe ablatum eſt uelamẽ ab oculis, & de quibus dicitur: Cani hominis ſapientia eius: filijs noſtris ſecreta & mira narramus: Iudęi aũt qui habitant in terra, loquuntur terrena, & humi cohærentia, de quibus ſcriptum eſt: Qui de terra eſt, de terra lo- *Ioan. 3. d* quiẽ: qui de cœlo uenit, ſuper omnes eſt. c ¶ *Reſiduum erucæ, etc.*] Exordium ſequitur narratio: ibi ut attentũ faceret auditorẽ, magna & incredibilia ſe dicturum eſſe promiſit: quæ nec uetus ſciret hiſtoria: nec præſens ætas facta cognoſceret. Hic erucam, & locuſtam, bruchum & rubiginem poſuit: ut quę ſingula raro eueniunt, omnia ſimul facta memorẽtur: & ideo mirabilia ſint. Erucam, quæ Hebraice גזם Græce dicitur κάμπη, Hebræi Aſſyrios interpretantur, Babylonios atq; Chaldæos: qui de uno orbis climate procedentes, tam decem tribuum quàm duarum: hoc eſt, Iſraelitici populi cuncta uaſtarunt. Locuſtam autem Medos interpretantur & Perſas: qui ſubuerſo imperio Chaldæorũ, Iudæos habuere captiuos: bruchum Macedonas, & omnes Alexãdri ſucceſſores, maximeq; regem Antiochum cognomento Epiphanẽ, qui inſtar bruchi ſedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, ſub quo Machabæorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti & ultimi intantũ oppreſſere Iudęos, ut de ſuis finibus eos pellerẽt. Scribit plenius Ioſephus ſeptem uoluminibus, Veſpaſiani & Titi narrãs triumphos. Helij quoq; Hadriani cõtra Iudæos expeditionẽ legimus, qui ita Hieruſalem muroſq; ſubuertit, ut de

Universidad de
Bibliote

A urbis reliquijs ac fauillis ſui nominis Heliam conderet ciuitatem. Hæc quatuor regna quæ ſubuertere Iudęam: in quatuor cornibus Zacharias uidiſſe ſe ſcribit, dicen- Zach.1.d te ad eum angelo: Hæc ſunt cornua, quæ uentilauerunt Ibid.6.a Iudam & Iſrael & Hieruſalē. Et rurſum: Leuaui, inquit, oculos meos, & uidi,

HEBRAEI. Expergiſcimini ebrij & flete, & ululate omnes qui bibitis uinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore ueſtro. b Gēns enim aſcendit ſuper terram meam fortis & innume-

& ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ærei: in quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecũda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi uarij fortes. Cũq; propheta dixiſſet ad angelum qui loquebatur in eo: Quid ſunt hæc domine mi? Reſpondit angelus: Iſti ſunt quatuor uenti cœli qui egrediuntur, ut ſtent coram dominatore omnis terræ: & eſt ſenſus, iſti ſunt qui egrediuntur à facie domini, ut eius impleant uoluntatē. Cum habitatoribus terræ, percepimus auribus, quid eruca, locuſta, bruchus, rubigo ſignificet, nũc cũ ſenibus quod dictũ eſt audiamus: Quatuor eſſe perturbationes quib. animarũ ſanitas ſubuertat, omnes philoſophorũ ſcholę conclamant. Duæ præſentes ſibiq; contrariæ, duæ futuræ mutuò diſsidentes. Pręſentes, ęgritudo & gaudium. Aegritudinē animi dicimus, alioquin corporis non ægritudo, ſed ægrotatio nominatur. Aut igitur triſtes ſumus, & mœrore conficimur: ſtatusq; noſtræ mētis euer- 1 Cor.2.b titur. Vnde & Apoſtolus monet: ne abundantiori triſtitia abſorbeatur frater. Aut econtrario gaudemus, geſtimusq; lætitia, & bona noſtra moderãter ferre nõ poſſu- B mus: iuſtiq; & fortis uiri eſt, nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari, ſed in utroq; eſſe moderatũ. Diximus de perturbatione præſentiũ, dicamus de futurorum, in quibus metus, aut ſpes eſt. Aduerſa timemus, proſpera præſtolamur: & quod ægritudo & gaudium operantur in præſenti, metus & ſpes faciunt in futuro, dum aut aduerſa plus quàm decet timemus eſſe uentura: aut proſpera quæ ſperamus intantum nos faciunt exultare, ut non teneamus modũ, maxime in his quæ incerta ſunt: quia futura & ſperantur potius quàm tenentur. Has perturbationes uno, & nec pleno uerſiculo illuſtris poeta comprehendit: Hi metuũt cupiuntq;: hoc de futuro: Dolent gaudentq;: hoc de præſenti. Neq; auras, inquit, reſpiciunt clauſi tenebris & carcere cæco. Qui enim perturbationum tenebris obuoluuntur, clarũ ſapientiæ lumen nõ ualent intueri. Cauēdum eſt igitur ne ægritudo quaſi eruca nos comedat: ne locuſta uaſtet in gaudio, huc illucq; uolitans: & geſtiente lætitia per diuerſa ſe iactans: ne bruchus, id eſt, pauor & futurorũ metus, radices ſapiētiæ deuoret: ne rubigo & deſideriũ futurorum res inutiles concupiſcat, & nos perferat ad ruinã: ſed ut in omnibus, quatuor quadrigas, & quatuor cornua: & quatuor equos rufos, & uarios, & albos, & nigros, id eſt, uel aduerſa uel proſpera, uel ex utroq; ſociata frenis ſapientiæ gubernemus. Ego reor erucã eſſe incipiētem in animo paſsionē: quæ tarda eſt, & diſcurrere non poteſt, & mora ipſa ac pertinacia ebibit & exugit omnē uirorē: quã ſi nõ occiderimus in nobis, creſcit & auolat: & nũc deuorat quicquid attigerit: nũc ſemeſa dimittens pergit ad alia: reuertēſq; ad priſtinã ſedem bruchus efficitur: ut nõ ſolũ fruges, & folia, & cortices: ſed & ipſam medullã deuoret tarditate. Sin aũt euenerit, quod tamē rarũ eſt, ut etiã poſt bruchum uitalis quippiã in nobis ſpiritus reſideat: cuncta rubigo populatur, ita ut ſtipulam & uile fœnum uertat in nigredinem, ut non ſolum

C eſui, ſed & fimo inutilia ſint. De his quatuor perturbationibus in principio quoq; Amos, ſi uita comes fuerit, Amos 1.a diſſeremus, ubi ſcriptũ eſt: Super tribus ſceleribus: & ſuper quatuor Damaſci: Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorũ Ammon, & Moab, & Iuda, & Iſrael, nõ conuertam eos, dicit dominus.

HEB. Euigilate qui ebrij eſtis in uino ueſtro: & plorate & plãgite omnes qui bibitis uinum in ebrietate: quoniam ablatum eſt de ore ueſtro. Quia gẽs aſcendit ſuper terrã fortis & innumerabilis

Quas nos perturbatiões interpretati ſumus, Gręci πάθη appellãt, quę ſi κακοζήλως in paſſiones uertamus, uerbum magis quàm ſenſum uerbi expreſſerimus. ¶ a *Expergiſcimini ebrij, etc.*] Quaſi ſenes atque presbyteri audire debemus: nulla res ita inebriat ut animi perturbatio. Eſt triſtitia quæ ducit ad mortem: hæc abominanda ebrietas eſt. Eſt ira quæ iuſtitiam dei nõ operatur: & furori proxima, mentis ſuæ impotem facit: intantum ut labia tremant, dentes concrepēt, uultus pallore mutetur. Recteq; illud laudatur Architæ Tarentini, qui cùm uillico ſuo eſſet iratus: Iam te, inquit, occiderem, niſi iratus eſſem. Quid referã de gaudio & uoluptate, & maxime amore, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud amantē, niſi id quod amat cogitare permittit. An non eſt dicenda ebrietas, cum propter uile ſcortum & ignominioſam corporis partem, animæ libertas in ſeruiles blanditias inclinat? cum laborē ſuum alterius facit eſſe delicias? cum furto, ſcelere atq; periurijs opes futurę præparet uoluptati? & cum uideat ab omnibus, ſe exiſtimat nõ uideri: dũmodo potiatur eo quod deſiderat. Sed & auaritia excæcat animũ eius, cui nihil ſatis eſt, & muliebris timor, & dulcium cupido uitiorum. Vnde dicitur ad eos: Euigilate D & expergiſcimini qui ebrij eſtis, nequaquam uino, ut in ſolis Septuaginta continetur: ſed omni perturbatione uitiorũ: Flete & plangite, & agite pœnitentiã: & aſſumite triſtitiã quæ ducit ad uitã, & ululate omnes qui bibitis uinũ in dulcedine, ſiue in ebrietate. Dulcia enĩ ſunt Prou.5.a uitia: quia mel diſtillat in labijs mulieris meretricis, & idcirco in dei ſacrificio non offertur: quoniam perijt ſiue ablatum eſt de ore ueſtro uinum: ebrietas atq; dulcedo quæ uos deceperat. Sæpe quippe dei fit prouidentia, ut qui non cognouerunt deum in proſperis, cognoſcãt in aduerſis, & qui diuitijs male abuſi ſunt, ad uirtutes penuria corrigãtur. Iuxta hunc ſenſum audiant ſenes: habitatores autem terræ percipiant auribus: de illo uino nũc præcipi: in quo eſt luxuria, & quo qui inebriati fuerint, regnum dei poſsidere nõ poſſunt. Qui uini ebrietate ſopitus eſt, euigilet & ploret ebrium ſe fuiſſe, & ululet: ut poſtea ululatus eius & fletus uertatur in riſum, & gaudeat ſe ebrietatis materiam non habere, quæ eũ per abundantiam ebrium fecerat & ueſanum. b ¶ *Gens enim aſcendit, etc.*] Iudæi putant in diebus Ioel tam innumerabilem locuſtarum ſuper Iudæam ueniſſe multitudinem, ut cuncta complerēt, & nõ dicam fruges, ſed ne uinearum quidem & arborũ cortices ramoſq; dimitterent, ita ut omni uirore conſumpto, arentes arborũ rami, & ſicca uinearũ flagella remanerent. Hoc utrum factum nec ne ſit, liquido affirmare nõ poſſumus: neq; enim Regũ & Paralipomenõ narrat hiſtoria. quod utiq; ſi fuiſſet: quomodo famē ſub Helia trium annorũ, & ſex menſium legimus: nunquam ſcriptura tacuiſſet. Tantum dicimus quòd ſub metaphora locuſtarũ, hoſtium deſcribatur aduētus: ſiue Aſſyriorũ & Babyloniorum, qui tũc imminebãt: ſiue Medorũ atq; Perſarũ, qui poſt futuri erant: ſiue Macedonũ, quos multo tempore poſt fuiſſe cognouimus: ſiue ultimo Romanorũ, de quibus ſuprà



A ſuprà diximus: licet nunc nobis magis de Babylonijs dici uideatur atq; Chaldæis: quorum crudelitas in populum dei feritaſq; deſcribitur, & ni fallor, uideor mihi in hoc propheta aliquid reperiſſe: Narratur impietas hoſtium ſub figura locuſtarum, & rurſum ſic de ipſis locuſtis dicitur,

HEB. numerabilis: dentes eius ut dentes leonis, & molares eius ut catuli leonis. Poſuit uineam meam in deſertũ, & ficum meam decorticauit: nudans ſpoliauit eam, & proiecit, albi facti ſunt rami eius. Plan a gē quaſi uirgo accincta ſacco, ſuper uirum pubertatis tuæ. b Perijt ſacrificium & libatio de domo domini, & luxerunt ſacerdotes miniſtri domini: depopu-

quaſi hoſtibus comparentur, ut cum locuſtas legeris, hoſtes cogites: cum hoſtes cogitaueris, redeas ad locuſtas. Aſcendit ergo gens locuſtarum de ſolitudine, ſiue exercitus Chaldæorum ſuper terram dei, fortis & innumerabilis: q̃d enim locuſtis innumerabilius & fortius, quibus humana induſtria reſiſtere non poteſt? Dentes eius, gentis uidelicet locuſtarum, omnia autem τυπικῶς intellige, quaſi dentes leonis: & molares illius, ut catuli leonis: ut qui in fortitudine & multitudine locuſtis coæquantur, in ferocitate & crudelitate leonibus comparentur. Hæc, inquit, gens poſuit uineam meam in deſertum, quam de Aegypto trãſtuli, & plantaui, & ficum meam decorticauit, populum Iudæorum ad quem ue- Mar.11.c nit ſaluator, ut comederet fructus, & non inuenit: maledixitq; ei, & aruit in æternum. Omnia autem ſub meta- B phora locuſtarum, dicta noſcamus, quæ intantum cuncta populantur, ut derodant arborũ cortices, exutaſq; proijciant: & omni uirore conſumpto, albos ramos & aridos derelinquant. Diximus iuxta hiſtoriam, tranſeamus ad intelligentiam ſpiritalem, ut cum ſenibus audire poſsimus: Aſcendit gens ſuper terram dei: animam uidelicet humanam. Omnes enim animæ dei ſunt: ſicut anima patris, ſic & anima filij: & aſcendit gens principum mundi iſtius, & tenebrarum, & ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus: aduerſum quos nobis eſt lucta atque Eccl.10.a certamen, de quibus dicitur: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Cuius gẽtis dentes ſunt, ſicut dentes leonis, de quo Petrus 1 Pet.5.b apoſtolus loquitur: Aduerſarius noſter diabolus quaſi leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Et molares illius quaſi catuli leonis. Catulum leonis, uel eum intellige qui eleuatur cõtra omne quod dicitur deus & religio, uel certe omne dogma peruerſum. De cuius cõtritis molaribus qui intrinſecus latent, & nõ uidentur, Pſal.57.a ne facile uitentur, etiam pſalmiſta lætatur dicens: Molas leonum cõfringet dominus. Si ergo dederimus locum huic genti, ut aſcendat in nobis, ſtatim ponet uineam noſtram in deſertum, de qua uinum facere ſolebamus: quod lætificat cor hominis: & ficus noſtras decorticat ſiue confringit: ne habeamus in nobis ſpiritus ſancti dona dulciſsima: ne ſub noſtra uinea & ficu uir ſanctus requieſcat: ſub quibus cum fuerit, aduerſariorum impetus non timebit. Nec ſufficit huic genti uineam diſperdere, ficumq; confringere, niſi ſcrutans ſcrutetur eas, & quicquid in illis uitale fuerit, interficiat: ut omni uirore conſumpto, albi atq; emortui ramuſculi remaneant, & Luc.23.c compleatur in nobis: Si in uiridi ligno hæc faciunt, in ſicco quid facient? a ¶ *Plange quaſi uirgo accincta ſacco, ſuper uirum pubertatis, etc.*] Vir pubertatis, ſiue ut Septuaginta tranſtulerunt, παρθενικόν, quem uulgo uirgineũ

uocant: eo quòd primus florem uirginitatis abſtule- C rit: non alius intelligitur niſi deus: qui in Abraham, Iſaac & Iacob deſpondit ſibi uirginem ſponſam, nulla idolatriæ ſorde maculatam. Ad quam & per Hieremiam loquitur: Non ut dominum me uocaſti, & patrem & prin- Hier.3.b cipē uirginitatis tuæ.

SEPTVAGINTA. numerabilis: dentes eius leonis: & molares eius ut catuli leonis: poſuit uineam in diſsipationem, et ficos meas in confractionem: ſcrutans ſcrutatus eſt eam: & proiecit, dealbauit ramos eius. Plange ad me ſuper ſpõſam accinctã cilicio, ſuper uirum ſuum uirgineũ. Ablatũ eſt ſacrificiũ & libatio de domo domini: lugete ſacerdotes miniſtri dñi: quoniam

Vnde & Apoſtolus ad credentes loquitur: Deſpondiſti nos 1 Cor.2.a uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto: quàm diu cum Matt.9.b hac ſponſa ſponſus fuerit, non poteſt ieiunare, nec plangere, abſentis ſponſi deſiderium lachrymis indicare. Cum autem ablatus fuerit ſponſus ab ea, plangit & plorat & accingit ſe cilicio, & pro zona reſte circundatur. Intelleximus quis ſponſus ſit uirginalis: uerum quia iſte ſponſus ſiue maritus, non ſolum uirginem accepit ſponſam, ſed & meretricem in Oſee ducit uxorem: propterea ſcriptum eſt in Deuteronomio: Si egreſſus fueris contra inimicos tuos, & Deut.21.b tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuoſq; duxeris, & uideris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, uolueriſq; habere uxorem, introduces in domum tuam, quæ radet cæſariem, & circuncidet ungues ſuos, & deponet ue- D ſtem in qua capta eſt: ſedenſq; in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam uno menſe, & poſtea intrabis ad eam, dormieſq; cum illa, & erit uxor tua. Huiuſcemodi mulieris non eſt maritus, id eſt, dominus uirginalis, ſed meretricem de gentium ſordibus ducit uxorem. Quod & de omni anima credentium poſſumus dicere: Si à parua ætate credidit domino, habet ſpõſum dominum uirginalem: Sin autem ex Iudæis ſiue gentilibus, & hæreticorum ſpurciſsimis fecibus, ad fidei uenerit ueritatem, & de tenebris ad lucem tranſierit: habebit quidem ſponſum, ſed non uirgineum: & de huiuſcemodi hominibus dicitur: In Aegypto fractæ ſunt mãmæ tuæ, Ezec.23.a & ibi deuirginata es. b ¶ *Perijt ſacrificium & libatio de domo domini, & luxerunt ſacerdotes miniſtri, etc.*] Quantum ad hiſtoriam pertinet, ob locuſtarũ, ſiue hoſtium multitudinem qui ſub earum ſpecie deſcribuntur: uaſtatis omnibus atque conſumptis, perijt ſacrificium & libatio de domo domini: quorum alterum de ſimila, alterum de uino offerre ſoliti erant. Idcirco luxerunt ſacerdotes qui ſunt miniſtri domini: nec ſacrificijs, nec libamentis rite celebratis: maxime quia decimæ quas accipere conſueuerant, nequaquam oblatæ ſunt. Regio enim uniuerſa populata eſt. Luxit humus μετωνυμικῶς pro eo quod eſt, hi qui uerſantur in humo, triticum, uinum oleumq; elanguit: ipſi quoque agricolæ & uinitores confuſi ſunt, & ululauerũt: quia non ſolum frumentum, ſed hordeum quoque quod uilius fertiliuſq; eſt aruit. Et legumina quæ ego puto ſignificari in eo quod ait, perijt meſsis agri, id eſt, cuncta quæ ſolet humus gignere. Quid loquar de frumento, uino, oleoq; & hordeo: cum etiam arborũ poma ſiccata ſint, ficus elanguerint, & malogranatũ, & palma, & malũ, & omnia ligna, uel infructuoſa, uel frugifera locuſta uaſtante cõſumpta ſint? quæ facta ſunt omnia, ut auferret ſiue confunderet gaudium

Universidad de Deusto Biblioteca

A gaudium à filijs hominũ. Poſſumus hæc eadem & poſt aduentum dicere ſaluatoris accidiſſe populo Iudæorũ, *Ioan. 19.b* quando pari furore clamantes dixerunt: Crucifige, crucifige talem, non habemus regem niſi Cæſarem. Quando circundata eſt Hieruſalem ab exercitu, & in tantam neceſsitatem uenerũt famis ac peſtilẽtiæ, ut filiorum necdum maturis corporibus ueſcerentur, & ſacrificia uniuerſa ſublata ſunt, & confuſum eſt gaudium à filijs hominũ: quia gaudium recipere noluerunt, de quo angelus loquitur ad paſtores: Annuncio uobis gaudium magnum. Iuxta ἀναγωγὴν iſte nobis ſenſus uidetur: Poſtquam ſponſa quæ receperat doctrinam dei, à ſponſo fuerit ſeparata, & pro byſsinis lineiſq; ueſtibus, cilicio circũdata, id eſt, habitum lugentis aſſumpſerit: tunc perijt ſacrificiũ, de quo ſcriptum eſt: *Pſal. 50.d* Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: & uini libatio, quod lætificat cor hominis de B domo dei, quæ eſt eccleſia, dicente Apoſto *1 Tim. 3.d* lo ad Timotheum: Vt ſcias quomodo in domo dei conuerſeris: quæ eſt eccleſia dei uiuentis. Auferetur autem ſacrificiũ & libatio de domo domini, *Matt. 24.a* quando multiplicata iniquitate, refrixerit charitas multorum, principes populi ac miniſtri altaris uiderint campos & plana credentium, fructus non afferre uirtutum: ſed omnia uitijs inhorreſcere: quando frumentum & hordeum uineaſq; & oleum eruca, locuſta, bruchus, rubigo conſumpſerint, & nequaquam habuerimus calicem, de quo ſcriptum *Pſal. 22.b* eſt: Calix tuus inebrians quàm præclarus eſt. Et perie *Eccls. 9.b* rit oleum, de quo in Eccleſiaſte legimus: Omni tempore ſint candida ueſtimenta tua, & oleum de capite tuo non deficiat: quo exhilaratur facies, & caput ieiunantis unguitur. Tunc confundentur agricolæ cum uiderint in poſſeſsionibus ſuis non naſci triticum quo aluntur homines: & hordeum quo iumenta irrationabilia ſuſtentantur, & confuſam eſſe uineam, de qua ſcriptum *Eſaiæ 5.a* eſt: Vinea frondoſa Iſrael, fructus abundans in ea: expe *Ioan. 1.g* ctante domino ut faceret uuas, & fecit ſpinas. Ficus quo *Cant. 6.b* que elanguit ſub qua fuit antequam crederet Nathanael: & malogranatum, cuius cortici genæ ſponſæ in Cantico comparantur: & palma quæ perdito uirore *Pſal. 91.c* ſiccata eſt, de qua olim dicebatur: Iuſtus autem ut palma florebit: & malum de quo in eodem Cantico legi *Cant. 2.a* mus: Sicut malum in medio lignorum: ita fratruelis meus in medio filiorum. Quid neceſſe eſt omnes arbores percurrere, cum uniuerſa aruerint, & pro gaudio atque lætitia filios hominum mœror oppreſſerit & C confuſio? a ¶ *Accingite uos & plangite ſacerdotes, ululate miniſtri, etc.*] Qui ſanctus ſacerdos eſt, & comedit paſcha domini, accingat̃ baltheo caſtitatis, & audiat cum apoſtolis: Sint lumbi *Luc. 12.c* ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Qui autem peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia, cilicio accingatur & plangat, uel propria delicta, uel populi, & ingrediatur eccleſiam, de qua propter peccata fuerat egreſſus, & cubet, uel dormiat in ſacco, ut præteritas delicias per quas offenderat deum, uitæ auſteritate compenſet. Qui enim mollibus ueſtiuntur, in domibus regũ ſunt. Accingãtur autem ſacerdotes, & plangant & ululent, & dormiãt in ſacco: propheta eos ad pœnitentiam cohortãte, qui dicit: Miniſtri dei mei: quomodo interijt de domo dei ueſtri ſacrificium D & libatio, de quibus ſuprà dictum eſt. Nec ſufficit flere uel plangere & habitũ lugentis aſſumere, niſi ſanctificent ieiunium, & uocent cœtum. Si omne ieiunium placeret deo, nunquam diceret, ſanctificate ieiunium, & non tale ieiunium elegi, dicit dominus. Et in Euangelio condemnantur qui exterminãt *Matt. d* facies ſuas, ut uideantur hominibus ieiunare: & in diebus, inquit, ieiuniorum ueſtrorum percutitis pugnis, & opprimitis pauperem. Idcirco nunc dicit, ſanctificate ieiunium. Ieiunat Manichæus, & multi hæretici, maximeq; Encrautæ, quorũ princeps Tatianus eſt, ſed hoc ieiuniũ ſaturitate & ebrietate deterius eſt. Et uocate cœtum ſiue curationem, ut per pœnitentiam noſtra peccata curemus. Pro cœtu in Hebraico legitur עצרה quod Symmachus ſynodum, Aquila diem collectæ interpretatus eſt. Congregate ſenes, quorum ætas uicina morti, maturæq; ſententiæ, magis timorem & cultum ſuſcipit dei. Omnes quoq; habitatores terræ, de quibus ſuprà dixerat: audite hoc ſenes: et auribus percipite omnes habitatores terræ, ut & ſenes & habitatores terræ in domũ dei quæ eſt eccleſia congregent̃. Cumq; fuerint in eccleſia & de diſpari grege ſacerdotũ & populi, ſenum & habitatorũ terræ unus grex fuerit effectus. b ¶ *Clamate, inquit, etc.*] Pro eo quod nos tranſtulimus, à potente, & Hebraice dicitur שדי quod unũ eſſe de decẽ dei nominib. aliquoties diximus: Lxx. interpretati ſunt miſeriã: שוד pro שדי legentes. Vox igitur ſacerdotũ & populi ad

HEB. depopulata eſt regio: luxit humus, quoniam deuaſtatum eſt triticum. Confuſum eſt uinum, elanguit oleum, confuſi ſunt agricolæ: Vlulauerunt uinitores ſuper frumento & hordeo: quia perijt meſsis agri: uinea confuſa eſt, & ficus elanguit: malogranatum & palma & malum, & omnia ligna agri aruerũt: quia confuſum eſt gaudiũ à filijs hominum. Accingitẽ uos & plangite ſacerdotes: ululate miniſtri altaris, ingredimini, cubate in ſacco miniſtri dei mei: qm̃ interijt de domo dei ueſtri ſacrificiũ & libatio: ſanctificate ieiuniũ: uocate cœtũ, cõgregate ſenes, oẽs habitatores terræ in domum dei ueſtri, & clamate ad dominũ. Clamatẽ, inquit, ad dominum in cordibus ueſtris, et dicite, ah ah, ah diei, quia prope eſt dies dñi, & quaſi uaſtitas à potente ueniet.

Nunquid

SEP. quoniã deſolati ſunt cãpi: lugeat terra, quoniã afflictũ eſt triticũ, aruit uinum, imminutũ eſt oleũ: aruerunt agricolæ: lugete poſſeſsiones pro fruméto & hordeo, quia perijt uindemia de agro, uinea aruit & ficus imminutę ſunt: malogranatũ & palma & malum &, omnia ligna agri areſacta ſunt: quoniam confuderũt gaudium filij hominũ. Accingite uos & plangite ſacerdotes: lamentamini qui miniſtratis altari: ingredimini, dormite in ſaccis miniſtri dei: quoniã defecit de domo dei ueſtri ſacrificiũ & libatio: ſanctificate ieiuniũ, prædicate curationẽ: congregate ſenes, omnes habitatores terræ, in domũ dei noſtri, & clamate ad dominũ uehemẽter. Heu mihi, heu mihi, heu mihi in die, quoniam iuxta eſt dies dñi, & quaſi miſeria de miſeria ueniet.

Ante



A ad dominum clamantis inducitur, ut tertio dicant heu mihi: credo, quia propter peccata quæ fecerũt ſanctam offenderant trinitatem. Dies autem retributionis omnium delictorum illa eſt, de qua uniuerſi ſcribũt pro *Eſa. 13.b* phetæ & maxime Eſaias clamitat: Ecce dies domini inſanabilis uenit, furoris & iræ, ut ponat uniuerſum orbem deſertum, & peccatores perdat ex eo. Hic dies recte appellatur inſanabilis: quia cum dies iudicij uenerit, non erit locus pœnitentiæ: quia æternitati comparatur, propè eſt & non longe. Quodq; ſequitur: Et quaſi miſeria de miſeria ueniet: ſiue uaſtitas à potente ueniet: hic ſenſus eſt, quod mala ſuccedant malis, & omnis afflictio, deo iudice diſpenſe *Matth. 10.c* tur: qui potens eſt & corpus & animã perdere in gehennam. Quod generaliter de die iudicij diximus, ſpecialiter referamus ad tẽpus Iudaicæ captiuitatis: quãdo Hieruſalem capta, templumq; deſtructũ eſt: Nõ multo enim poſt B tempore uenit & decem & duarum tribuum ab Aſſyrijs Chaldæiſq; captiuitas: prædicturq; uentura: ut cum uenerit, non caſu accidiſſe uideatur, aut hoſtium fortitudine: ſed ira & cõminatione dei: uel certe agẽte populo pœnitentiã non ueniat: quæ uentura eſt, ſi permanſerit in delictis. a ¶ *Nunquid non coram oculis noſtris, etc.*] Ante oculos pereunt alimenta peccantium, quando iam ſperatę fruges ẽ manibus auferuntur, & præuenit locuſta meſſorem: ut quod ſpe in horreis conditum eſt, bruchus & rubigo conſumat. His quoq; qui in eccleſia commorantur, pro qualitate meritorum, frumentum ſpiritus, & hordeum literæ ſi peccauerint tollitur, ut patiantur famem ſermonis dei. Cumq; fuerint alimenta ſublata, conſequenter gaudium & lætitia tollitur de domo dei, ut qui audiebant ante Apoſtolum dicentem: Gaudete in do *Phil. 4.a* mino ſemper, iterum dico gaudete: poſtea dominũ audiant ad pœnitentiam prouocantem: Beati qui lugent *Matth. 5.a* quoniam ipſi conſolabuntur. b ¶ *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo: demolita ſunt horrea, diſsipatæ ſunt apothecæ: quoniam confuſum eſt, etc.*] Poſtquam alimenta perierunt, & de domo dei gaudium lætitiaq; ſublata ſunt: Iumenta quoq; computruerunt in ſtercore ſuo: ſiue iuxta intelligentiam ſpiritualem laſciuierunt in præſepibus ſuis, & calcitrauerunt contra creatorem ſuum, ut impleretur quod ſcriptum eſt: Si ſaturati non fuerint, murmu *Pſal. 58.d* rabunt. Computreſcit in ſtercore ſuo cuius deus uenter eſt, & qui dicit: Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur: huic demolita ſunt horrea & apothecæ diſſipatæ ſunt: uel ſubuerſa ſunt torcularia: quia ſi frumenta & uina non fuerint, fruſtra horrea & torcularia præparantur. Cumq; omnia aruerint, uoce flebili querentur & dicent: quid reponimus nobis. Quodq; ſequitur iuxta Lxx. Fleuerunt armenta boum, quoniam non C ſunt eis paſcua: compellit nos non de bobus & armentis accipere quæ dicta ſunt: ſed de his qui propter ſimplicitatem boues uocãtur & oues. De quorum paſcuis ſaluator loquitur: Ingredietur, & egredietur, & paſcua *Ioan. 10.b* inueniet. Hæc autem omnia intellige ſub metaphora, erucæ, locuſtæ, bruchi & rubiginis, quod ſublatis frugibus atq; uaſtatis: fames & peſtilentia cũcta poſſederint. c ¶ *Ad te domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, etc.*] Propheta clamãte ad dominum, uel populo per prophetam: quia ignis comederit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccenderit omnia ligna regionis: beſtiæ & iumenta agri ſiue campi ſuſpexerũt ad dominum quaſi areola ſitiens imbrẽ: Hoc enim uno uerbo ſignificat Aquila dicens, ἐπρασιώθη: & ſuſpexerunt ad eũ: quoniã aruerunt fontes, uel emiſſiones aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa de D ſerti: quod ſcilicet & hoc eruca, & locuſta, & bruchus fecerint & rubigo, quod ignis in ſtipula, flãma in uepribus. Specioſa autem deſerti quæ Hebraice dicuntur נאות intelligamus aut plana camporum, aut pratorum florentia, aut uirentia herbis loca: quæ paſcua præbuere iumentis. Clamare autem ad dominum per prophetam & iumẽta ad eum ſuſpicere, fecit ignis qui deuorauit ſpecioſa deſerti, & flamma quæ ſuccẽdit omnia ligna regionis, ut & fruges & poma pariter interirent, & quia ſiccati ſunt fontes aquarum, & quicquid in deſerto poterant inuenire, uorax flãma conſumpſit. Simulq; conſideremus, quod niſi propter anguſtiam, & ablationem delitiarum: nec propheta, nec beſtiæ clamaſſent ad dominum aut ad dominum ſuſpexiſſent, quod quidem & ad iuſtum quondam uirũ referri poteſt: qui cum declinauerit & fecerit malum, nequaquã ei uirtutes priſtinæ proderunt, ſed iudicabit eum dominus in quib. inuenerit. Specioſa deſerti appellare poſſumus, de quibus ſcriptum eſt: Plures filij deſertæ ma *Eſa. 22.d* gis quàm eius quæ habet uirum. Flamma autem quæ ſuccendit omnia ligna regionis: illa eſſe credenda eſt, quæ immittitur ardentibus diaboli ſagittis, ut nihil in nobis bonarum frugum remaneat, ſed cuncta incendio conſumantur: Omnes enim adulterantes, quaſi clibanus corda eorum. & non ſolum propheta, uel populus per prophetam qui rationale animal eſt: ſed iumenta quoq;, de quibus dictum eſt: Homines & iumẽta ſal *Pſal. 35.b* uos facies domine: Et alibi: Quaſi iumẽtum factus ſum *Ibid. 72.d* apud te: Et iterum: Seminabo eos ſemine hominum & *Hiere. 31.c* iumentorũ: ſuſpexerunt ad dominũ: & rorẽ illius miſericordiæ flagitarũt: quia exiccati ſunt fontes aquarum, quos ceruus deſiderat: et de quibus dñs loquit̃ per Hieremiam: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. Siccatis *Hiere. 2.c* autem

HEBR. Nunquid nõ coram oculis noſtris alimenta perierunt de domo dei noſtri lætitia & exultatio? Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo: demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ: quoniam cõfuſum eſt triticum: quid ingemuit animal: mugierũt greges armenti? quia nõ eſt paſcua eis, ſed & greges pecorum diſperierũt. Ad tẽ domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti: et flamma ſuccendit omnia ligna regionis: ſed & beſtię agri, quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerũt ad te: quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

Canite

SEPTVAGINTA Ante oculos ueſtros alimenta perierũt: de domo dei noſtri lætitia & gaudium: Subſultauerunt uituli in præſepibus ſuis: diſſipati ſunt theſauri: ſuffoſſa ſunt torcularia: quia areſactum eſt triticum: quid reponemus nobis? fleuerunt armenta boum: quia non erant paſcua eis, & greges ouium diſperierunt. Ad te domine clamabo: quoniam ignis conſumpſit ſpecioſa deſerti: & flamma ſuccendit omnia ligna agri, & iumenta campi ſuſpexerunt ad te: quoniam areſactæ ſunt emiſsiones aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

Canite

Universidad de Deusto Biblioteca

A autem fontibus aquarum: qui arentia quæque irrigant atq; refrigerant: conſequenter quicquid in nobis pulchrum fuit, ignis ardore conſumptum eſt, de quo do-
Luc.10.c minus dicit in Euangelio: Videbam ſatanam quaſi fulgur cadentem de cœlo.

CAP. II

Canite tuba in Sion, ululate in monte ſancto meo: conturbentur omnes habitatores terræ: quia uenit dies domini: qa prope eſt dies tenebrarum & caliginis: dies nubis & turbinis quaſi mane expanſum ſuper montes: populus multus ac fortis, ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit uſque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis uorans, & poſt eum exurens flamma, quaſi hortus uoluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti: neque eſt qui effugiat eum: quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum, & quaſi equites ſic current: ſicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient: ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam: uelut populus fortis præparatus ad prælium: à facie eius cruciabuntur populi: omnes uultus redigentur in olla: ſicut fortes current: quaſi

CAP. II

Canite tuba in Sion, prædicate in monte ſancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: quoniam adeſt dies domini, quoniã iuxta eſt dies tenebrarũ & caliginis: dies nubis & pruinæ: ſicut mane fundetur ſuper montes, populus multus & fortis, ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit uſque ad annos generationis generationũ. Ante eum conſumens ignis, & poſt eum flamma ſuccenſa: Sicut paradiſus uoluptatis terra ante faciẽ eius, & poſteriora illius, ſicut campus ſolitudinis, & qui ſaluetur non erit ei: ſicut aſpectus equorũ aſpectus eorum, et ſicut equites ſic perſequentur. Sicut uox quadrigarũ ſuper ceruices montiũ exilient, & ſicut uox flammæ ignis deuorantis ſtipulã, & ſicut populus mult⁹ & fortis præparatus ad præliũ: à facie eius cõterent populi: oĩs uultus ſicut aduſtio ollę: ſicut pugnatores currẽt, & ſicut

CAP. II

*Canite tuba in Sion: ululate in monte ſancto meo: conturbentur omnes habitatores terræ, etc.*] Rurſum per metaphoram locuſtarum, deſcribitur impetus Chaldæorum: & iubetur propheta, imò per prophetam omnes qui poſſunt dei audire ſermonẽ, ut quaſi tuba exaltent uocẽ ſuam: & in Sion prædicent, & clangãt in monte ſancto eius, ut ad ſtrepitum clamoris & buccinæ omnis Hieruſalem populus contremiſcat. Cumq;, ait, cecineritis, hoc dicit: Nequaquam dies domini ultra differtur, id eſt, dies ultionis atq; uindictæ: adeſt uicina captiuitas: iam de ſuo loco Babyloniorum
B eſt egreſſus exercitus: prope eſt dies tenebrarum, & anguſtiæ, dies caliginis, & nubis, & turbinis: in qua auferetur lumen omne lætitiæ, & cuncta tenebris opprimentur. Sicut, inquit, mane & diluculum ſubito tenebras fugat, & cunctos montes aurora colluſtrat: ita Babyloniorum per omnem terram ueſtram fundetur exercitus. Nec putetis turbam eſſe inualidam: populus multus & fortis eſt, cuius ſimilis nec in præterito, nec in futuro ulla gens alia poterit inueniri: quicquid attigerit quaſi uorax flamma conſumet: nihilq; poſt ſe integrum derelinquet: quaſi hortus & paradiſus uoluptatis omnis terra eſt quam non tetigerit: quaſi ſolitudo & deſertum quicquid fuerit deprædatus: neque ullus poterit inueniri, qui illius effugiat manus. Aſpectus eorum quaſi ferocium equorum, & quaſi equites huc illucq; diſcurrent. Non quo Babylonij equitibus comparentur, ſed quo locuſtę per tranſlationem hoſtium quaſi equites dicantur huc illucq; diſcurrere: Sicut ſonitus, inquit, quadrigarum & curruum: ſic erit ſonitus locuſtarũ. Super capita montium exilient: ut omnia excelſa conſcendant, & ſicut ſtipulam cito flamma conſumit: ita ſonitus & terror uocis eorum cuncta populabitur. Quodq; infert: Velut populus fortis præparatus ad prælium: rurſum ad locuſtas refert: ut non quaſi de hoſtibus, ſed quaſi de lo-
C cuſtis referre uideatur, & tamen dum locuſtas legimus, Babylonios cogitemus. Tantus terror erit, ut omnes per circuitum nationes, & animo & corpore perhorreſcant, imò crucientur: & pauoris magnitudine, uultus omnium in ollæ ſimilitudinem conuertantur: quæ igne combuſta, nigredinem & fuliginẽ fœdi monſtret aſpectus. Diſcurrẽt, inquit, quaſi uiri fortes: haud dubium quin locuſtæ, & quaſi uiri bellatores aſcendent murum, ut murorum ſublimitas impetum fortiũ prohibere non ualeat, & nequaquam per portas, ſed per muros ingrediãtur. Singuli in uijs ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis. Hoc nuper in hac prouincia uidimus. Cum enim locuſtarũ agmina uenirent, & aerem qui inter cęlum & terram eſt occuparent, tanto ordine ex diſpoſitione iubentis dei uolitant, ut inſtar teſſerularum quæ in pauimentis figuntur manu, ſuum locum teneant, & ne puncto qui-
D dem (ut ita dicam) ungue tranſuerſo declinent ad alteram. Et ut apertam faceret metaphoram, & per feneſtras, ait, cadent, & nõ demolientur. Nihil enim locuſtis inuium eſt, cum & agros, & ſata, & arbores, & urbes, & domos, & cubiculorum ſecreta penetrent. Hoc aũt de locuſtis dicit, ut de hoſtibus intelligat. quodq; nos interpretati ſumus, per feneſtras cadẽt, & nõ demolient: LXX. tranſtulerunt, aggrauati in armis ſuis ibũt, & in iaculis ſuis cadent, & non conſument: quod nequaq; mihi uidet expoſitionis ordini cõuenire, ſed in eo errorẽ eſſe generatum, quod שלח uerbum Hebraicũ: illi iacula: nos feneſtras intelleximus: Seruatq; cœptã narrationẽ, ut eos dicat urbem ingredi, in muris diſcurrere: domoſq; conſcendere, & per feneſtras intrare quaſi fures: nõ ꝙ furũ timorem habeant qui uictores ſunt, ſed ut fures ſolent ingredi per feneſtras, & occulte rapere: ſic illi clauſis ianuis, ne ulla ſit mora, per feneſtras tota irrumpent audacia. A facie iſtiuſmodi locuſtarum terra contremuit, cœli moti ſunt: quæ dicta hyperbolice ſentiamus: non quod locuſtarũ aut hoſtium tanta uis ſit ut poſsint mouere cœlos, & terram concutere: ſed ꝙ aduerſa patientibus præ terroris magnitudine, & cœlum ruere & terra fluctuare uideatur. Deniq; præ multitudine locuſtarum obtexentium cœlum, ſol & luna conuertentur in tenebras



A tenebras, & ſtellæ retrahent lumen ſuum: dum lumẽ in medio nubes poſita locuſtarũ, ad terram non ſinit peruenire. Dominus quoq; dabit uocẽ ſuam ante faciem tam potentis exercitus: quia multa ſunt caſtra eius, & magnitudo uirtutis illius in paruis quoq; animãtibus demõſtratur. Hæc autem multa caſtra & innumerabiliora fortia ſunt nimis, & facientia uerbũ illius. Quo dicto oſtenditur Babylonios dei uoluntate uẽturos, & illius imperio parituros. Magnus eſt, inquit, dies dñi: quo capienda eſt Hieruſalem: & ualde terribilis, et nullus eum poterit ſuſtinere, & de neceſſitate captiuitatis aut mortis euadere. Iunctam & cohęrentem ſibi pericopen diuidere nolui: ne quod ſenſu unum erat, diuerſis capitulis carperẽt. Tranſeamus ad intelligentiam ſpiritualẽ, ſingula quæq; repetentes. Tubarũ buccinarũq; clangorem nõ ſolum
Num.10.a in Leuitico & Numerorũ libro legimus:
B in quibus iubetur, ut duas argẽteas tubas faciat Moyſes, quib. & in Kalendis & in ſeptimo menſe, prima die menſis & in iubileo, & in cæteris feſtiuitatibus: & quando ad bella procedunt canant hi qui huic officio mancipati ſunt: ſed etiam muros Hiericho ad tubarũ clangorem ſcriptũ eſt
Mat.24.c corruiſſe: Et dominus angelum miſſurũ ſe dicit eſſe cũ
2.Cor.15.g clangore tubæ: & Apoſtolus reſurrectionem mortuo-
Apoc.8.a rum, ad tubæ ſonitum fieri prædicat. Et in Apocalypſi quoq; Ioãnis legimus, ſeptem angelos accepiſſe tubas ſingulas: quibus per ordinẽ canentibus, facta ſunt quę ſcriptura deſcribit. Præcipitur ergo nunc ſacerdotibus & magiſtris, ut exaltent quaſi tuba uocem ſuam, & im-
Eſa.40.b pleant illud quod ſcriptum eſt: In mõtem excelſum aſcende qui euangelizas Sion: exalta uocem tuam qui annuncias Hieruſalem: ut canant tuba in Sion, id eſt, in eccleſia quæ interpretatur ſpecula atq; ſublimitas. Et in ſancto dei monte, qui Chriſtus eſt: ut conturbentur ſiue confundantur omnes habitatores terræ, & confuſio eos pertrahat ad ſalutem. Diem autem dñi, diem intellige iudicij: ſiue diem exitus uniuſcuiuſq; de corpore. Quod enĩ in die iudicij futurũ eſt omnibus, hoc in ſingulis die mortis impletur. Dies tenebrarũ eſt & anguſtiæ: dies nubis & turbinis: quia cuncta pœnarũ plena ſunt atq; cruciatuũ. Veniet angelorũ populus multus & fortis, ut reddat unicuiq; ſecundũ opera ſua: & ſicut mane & aurora conſurgens primũ occupat montes, ſic iudicium ab excelſis & potẽtibus incipiet: ut potentes potenter tormenta patiantur. Similis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit uſq; ad annos generationis & generationis. Omnia enim mala quæ ueteribus hiſtorijs continẽtur, aut inundatione maris, aut
C alluuione fluminum, aut peſtilentia, morbis, fame, beſtijs, hoſtium uaſtitate, hominibus acciderunt, his ſupplicijs quæ in die ſunt reddenda iudicij, non poterunt comparari. Ante faciem huius populi qui fortis & multus eſt, erit ignis uorans, ſiue cõſumens: ut omne in no-
Deut.4.d bis fœnum, ligna, ſtipulãq; conſumat. Vnde & de deo dicitur: Deus ignis cõſumẽs, & poſt eũ urens flamma, ut nihil abſq; ſupplicijs derelinquat. Quemcunq; hic populus non attigerit, nec inuenerit in eo cõbuſtionis materiã, horto dei & paradiſo aſſimilabit uoluptatis: qui Hebraice dicitur גן עדן: Si quem aũt exuſſerit, quaſi ſolitudinẽ in cinerẽ rediget ac fauillas: nec eſt qui furorem eius poſſit euadere, cuius crudelis aſpectus frementiũ equorũ habebit ſimilitudinem: & ſic diſcurrent ad cruciandos quos in poteſtatem acceperint, quaſi equites huc illucq; uolitantes: terribilis erit ſonitus eorum, quaſi quadriga-
D rũ per prona currentium: & ſuper capita montiũ exilient: excelſos quoſq; & in eccleſiæ culmine conſtitutos cruciare cupiẽtes. Et quia ante faciem eorũ ignis eſt uorax, atq; conſumens: ſic cuncta uaſtabũt quomodo ſtipulã flamma conſumit: ita uenient ad puniendũ: ita expediti erunt & parati, ut populus fortis ad præliũ. Tantus erit timor omniũ & tanta conſcientia peccatorum, ut nullus luceat, nec ſplendorẽ habeat gaudij: ſed inſtar aduſtæ ollæ facies eius uertatur in tenebras. Aſcẽdent murũ & omnẽ munitionem: iniunctumq; ſibi explentes opus nõ declinabunt in partẽ alterã, ſed inhiabunt miſerorũ ſupplicijs: nec tormentis eorũ ſatiabuntur, ſed unuſquiſq; credita ſibi in peccatores ſupplicia perſequetur. Sed & per feneſtras intrabunt, ſiue cadẽt: uel aggrauati armis ſuis ambulabunt: & in iaculis eorũ cadent hi, quos acceperint conſumendos. Hæ ſunt fene-
Hier.9.f ſtræ, de quibus & Hieremias dicit: Mors intrabit per feneſtras noſtras: per omnes enim ſenſus noſtros ingredi hoſtes deſiderant, & capere urbẽ bonæ conſcientiæ, & per noſtra munimẽta diſcurrere: domoſq; quas nobis bonis operib. ædificauimus, deſtruere. Omnia autem faciunt introeuntes per feneſtras, quaſi fur: libere enim non ingrediuntur, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. A facie iſtius populi qui eſt multus & fortis, ter-
Mat.24.c ra contremuit, & cœli cõmoti ſunt. Cœlũ enim & terra
Eſa.40.b tranſibunt, uerbũ autem dñi permanet in æternũ. Sed & ſol & luna tanta miſerorũ ſupplicia uidere non poterũt: & mœrebunt, nõ habentia officij ſui iuſticiã: & pro claro lumine, tenebris operient horrendis: ſtellæ quoque retrahent fulgorẽ ſuum: dũ etiã qui ſancti ſunt præſentiam dñi abſq; formidine nõ uidebũt. In his omnibus

HEB. quaſi uiri bellatores aſcendent murum: uiri in uijs ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis: unuſquiſq; fratrem ſuum nõ coartabit: ſinguli in calle ſuo ambulabunt. Sed & per feneſtras cadent, & nõ demoliẽtur: urbem ingredientur: in muro current: domos conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur: à facie eius contremuit terra: moti ſunt cœli: ſol & luna obtenebrati ſunt: & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum: & dominus dedit uocem ſuam ante faciẽ exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra eius: quia fortia & facientia uerbũ eius. Magnus enim dies domini & terribilis ualde, & quis ſuſtinebit eum. Nunc

SEP. & ſicut uiri bellatores aſcendẽt ſuper muros, & unuſquiſq; in uia ſua ambulabit, & non declinabũt à ſemitis ſuis: ſinguli à proximo ſuo non recedent: aggrauati armis ſuis ibunt, & in iaculis ſuis cadent & nõ conſumentur: urbẽ apprehendẽt, & ſuper muros diſcurrent: ſuper domos aſcẽdent, & per feneſtras intrabunt ſicut fures: à facie eius confundetur terra: & commouebitur cœlũ: ſol & luna contenebrabuntur: & ſtellæ auferẽt lumen ſuũ: & dñs dabit uocẽ ſuam à facie fortitudinis ſuæ: quoniam multa ſunt nimis caſtra eius, qm̃ fortia opera ſermonũ illius: quia magna dies dñi, magna & illuſtris nimis, & qs erit ſufficiẽs ad eã. Et

A bus dabit dominus uocem ſuam, ante faciem exercitus ſui. Quomodo enim Babylonij punientes Hieruſalem, dei uocant exercitus, ſic angeli peſsimi (de quibus ſcri-
Pſal. 77.c ptum eſt: Furorem & irã & anguſtiam, immiſsionẽ per angelos peſsimos) dei exercitus dicuntur, & caſtra illius nominãtur, dum domini faciunt uoluntatẽ. Magnus eſt dies domini atq; terribilis: de quo alibi ſcri-
Amos 5.c ptum eſt: Vt quid deſideratis diem domini? & hic eſt tenebræ, & non lux: & terribilis ualde: rarusq; aut nullus eũ poterit ſuſtinere, quin in ſe prębeat materiam ſæuiendi. a ¶Nunc ergo dicit dominus, etc.] Superius capitulũ ab eo loco ubi ſcriptũ eſt: Canite tuba in Sion: ululate in monte ſancto meo: conturbẽtur omnes habitatores terræ: uſq; ad eum locũ, ubi legimus: Magnus eſt dies domini & terribilis ualde, quis ſuſtinebit eum: per trãſlationem locuſtarũ, aduentũ nunciat Chaldæorum, & quæ mala
B uentura ſint populo. Nunc eos ad pœnitẽtiam prouocat, & cõuerti ad dominũ cohortatur: ut tota mente correcti, nõ patiantur quæ dominus comminatur: & eſt ſenſus: Omnia quæ ſermone præterito continentur, propterea ſum locutus, ut uos comminatione mea terrerem. Vnde conuertimini ad me in toto corde ueſtro, & animi pœnitentiam ieiunio & fletu, & planctibus indicate: ut nunc ieiunantes poſtea ſaturemini: nunc flentes poſtea rideatis: nunc plangentes poſtea conſolemini. Et quia conſuetudinis eſt, ut in triſtibus atq; aduerſis ſcindatis ueſtes: quod & pontifex ad dñi ſaluatoris crimẽ augen-
Matt. 26.g dum in euangelio feciſſe memoratur: & Paulum & Bar-
Act. 14.c nabã audientes uerba blaſphemiæ legimus perpetraſſe: Idcirco ego prǽcipio uobis, ut nequaq̃ ſcindatis ueſtimenta, ſed corda quæ plena ſunt peccatis: quę inſtar utrium niſi ſciſſa fuerint, ſponte rumpẽtur. Cumq; hoc feceritis, redite ad dominũ deum ueſtrum: quem uobis priora peccata alienum fecerãt: nec deſperetis ueniam ſcelerum magnitudine: quia magna peccata, magna de-
Ezech. 33.c lebit miſericordia. Eſt enim benignus & miſericors, malens pœnitentiã peccatorum quàm mortem: patiens & multus in miſericordia: qui non humanã imitatur impatientiam, ſed longo tempore noſtrã præſtolatur pœnitentiam: & præſtabilis, ſiue pœnitens ſuper malicijs: ut ſi nos egerimus ſuper peccatis pœnitentiã, & ipſum pœniteat comminationis ſuæ: & mala quæ cõminatus eſt nobis non inferat: noſtræq; mutatione ſententiæ, & ipſe mutetur. Malitiam autem in hoc loco non contrariam uirtuti debemus accipere, ſed afflictionem: iuxta
Matth. 6.d illud quod alibi legimus: Sufficit diei malicia ſua. Et ſi eſt in ciuitate malicia quam dominus non fecerit. Similiterq; quia ſupra dixerat: benignus & miſericors, patiens & multus in miſericordia, & præſtabilis, ſiue pœ-

HEBR. Nũnc ergo dicit dominus: conuertimini ad me in toto corde ueſtro: in ieiunio, & fletu & planctu: & ſcindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra: & conuertimini ad dominum deũ ueſtrum: quia benignus & miſericors eſt: patiens & multæ miſericordiæ: & præſtabilis ſuper malicia: quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat: & relinquat poſt ſe benedictionẽ, ſacrificium & libamen domino deo noſtro? Cãnite tuba in Sion: ſanctificate ieiunium: uocate cœtum: congregate populum: ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes: congregate paruulos & ſugentes ubera. Egredia-

SEP. Et nunc dicit dñs deus noſter: conuertimini ad me in toto corde ueſtro: in ieiunio, in cilicio, in fletu, & in planctu. & ſcindite corda ueſtra, & non ueſtimenta ueſtra, & conuertimini ad dominum deũ ueſtrũ, quia miſericors & miſerator eſt, patiẽs & multæ miſericordiæ, & pœnitens ſuper malicijs: quis nouit ſi reuertatur & pœniteat eum & dimittat poſt ſe benedictionem, ſacrificium & libamen dño deo noſtro? Clangite tuba in Sion, ſanctificate ieiuniũ, prædicate curationem: cõgregate populũ, ſanctificate eccleſiã, eligite ſenes, congregate paruulos ſugentes ubera, egre-

C nitens ſuper malicijs: ne forſitan magnitudo clementię nos faceret negligentes, ex perſona prophetæ iungit & dicit: Quis ſcit ſi conuertat & ignoſcat & relinquat poſt ſe benedictionem. Ego, inquit, hortor quod meum eſt ad pœnitentiam, & deum ineſtabiliter noui eſſe clementem, dicente Dauid: Miſerere mei deus ſe-
Pſal. 50 cundum magnã miſericordiam tuam: & ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum dele iniquitatem meam. Sed quia profundum diuitiarum & ſapientię & ſcientię dei noſſe non poſſumus: ſententiam tempero, & opto potius quàm præſumo, dicens: quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat. Quod ait quis, aut impoſsibile, aut difficile ſentiendũ eſt. Sacrificium & libamen domino deo noſtro. Vt poſtquam dederit benedictionem, & noſtra nobis peccata donauerit, deo hoſtias offerre ualeamus. b ¶*Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiunium: uocate cœtum: congregate populum: ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes: congregate paruulos & ſugentes ubera. Egrediatur, etc.*] D Adhuc eos ad pœnitentiã cohortatur, antequàm ueniat hoſtilis exercitus. Supra, inquit, dixeram: Canite tuba in Sion: ululate in monte ſancto meo, & reliqua: quia uenit dies dñi: quia prope eſt dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, annuncians uobis populum multũ & fortem eſſe uenturum, qui ueſtras poſſeſsiones urbesq; ſubuerteret. Nunc quia benignus ſum & miſericors, patiens & multus miſericordia: rurſum præcipio & dico: Clangite tuba in Sion, & pœnitentiam in populis prædicate: ſanctificate ieiunium: prædicate curationem ſiue cœtum: de quibus iam ante diximus: congregate populum, ut qui diſperſus peccauerat, congregatus peccare deſiſtat. Sanctificate eccleſiam, ut nullus in eccleſia non ſanctus ſit: ne forſitan impediantur orationes ueſtræ: & modicum fermentum totam maſſam corrumpat. Coadunate ſiue eligite ſenes: ut non ætas in eis, ſed ſanctitas eligatur. Congregate quoque paruulos & ſugentes ubera, ne ulla ſit ætas quæ non conuertatur ad dominum. Paruulos atq; lactentes, de quibus in Pſalmis & in e- Pſal. 8.b
uangelio legimus: Ex ore infantium & lactentium per- Mat. 21.b
feciſti laudem. Quos Petrus rationali & abſque dolo 1. Pet. 2.a
dicit lacte nutritos: de quibus Paulus loquitur: Lac 1. Cor. 3.a
uobis potum dedi, non eſcam: quorum & ſaluator meminit. Ne contempſeritis unum de minimis iſtis. Mat. 25.d
Egrediatur quoque ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo: ut in tempore ieiunij, uocationis & cœtus, ſanctificationis eccleſiæ, electionis ſenum, congregationis paruulorum & ſugentium ubera non ſeruiat ſponſus & ſponſa operi nuptiali: quibus & lege permiſſum eſt, ut ad bella non procedant. Vnde & A- 1. Cor. 7.a
poſtolus recedendum parumper à coitu præcipit, ut



A ut uacare poſsimus orationi. Ergo qui in caſtigatione uictus, & ieiunio atq; eleemoſynis dicit ſe agere pœnitentiam: fruſtra hoc ſermone promittit, niſi egrediatur de cubili ſuo: & ſanctum purumq; ieiunium pudica expleat pœnitentia. Quodq; ſequitur: Inter ueſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes: pro ueſtibulo, LXX. ἀνὰ μέσον τῆς κρηπῖδος, id eſt, inter crepidinem interpretati ſunt, Symmach. προπυλαίου, Aquila πρόδρομον, Theodot. ipſum uerbum Hebraicum poſuit אולם quam nos anteſores templi porticumq; poſſumus dicere. Et nota quod ſacerdotibus præcipiat qui ſunt miniſtri domini, ut plorent inter templum & altare, &
2 Cor. 11.g dicant cum Apoſtolo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcãdalizatur, & ego non uror? Et flere cum flentibus: Locusq; aptus pœnitentiæ & cõfeſsioni, templũ eſt & altare: doceto; quid dicere debeãt ſacerdotes, imò
B quomodo dñm deprecari: Parce domine populo tuo: qui quando peccabat, uocabatur non populus tuus: nunc poſtquàm receſsit à uitijs appellatur populus tuus. Et ne des hæreditatem tuã in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Apertũ eſt ęnigma quod latebat. Populus enim ille multus & fortis: qui ſupra ſub erucæ, & locuſtæ, & bruchi, & rubiginis deſcriptus eſt nomine: nũc manifeſtius qui ſit oſtenditur: Vt dominentur, inquit, eis nationes. Datur autẽ in opprobrium hæreditas dñi, quando ſeruierit hoſtibus, & dixerint nationes: Vbi eſt deus eorum: quem ſibi præſulem, quem defenſorẽ eſſe iactabãt. Poſſumus nationes interpretari & aduerſarias poteſtates, quæ q̃ diu non agimus pœnitentiã, dominantur noſtri, & exprobrant & dicunt: Vbi eſt deus eorũ. Iudæi iſtum locũ ad Gog & Magog referunt, ſæuiſsimas nationes: quas in ultimo tempore contra Iſrael dicunt eſſe uenturas: de quibus plenius ſcribitur in Ezechiel. a ¶*Zelatus eſt dominus terram, etc.*] Poſtquam ſacerdotes pro populo deprecati ſunt, & dixerunt: parce domine populo tuo, & ne des hæreditatẽ tuam in opprobriũ: fecitq; populus quod præceptum eſt ut ſanctificaret ieiuniũ, pręd icaret curationem, congregaret multitudinem, ſanctificaret eccleſiam, eligeret ſenes, paruulos & ſugentes ubera congregaret, & egrederetur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo, & nequaquam carni & uoluptati, ſed animæ & fletibus inſeruirent. Zelatus eſt dominus terram ſuam, quam prius quaſi alienam contempſerat: & paſſus fuerat locuſta uaſtante populari: & intantum pepercit pœnitentibus, ut eos dignos ſua reſponſione faceret, diceretq;: quoniam omnes fruges ueſtras, locuſta, bruchus, rubigoq; uaſtauit, ideo dabo uobis frumentum: & cætera quæ propheta deſcribit: & ultra uos non tradam captiuitati. Et Aſſyrium atq; Chaldæum qui ab

HEB. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo: inter ueſtibulũ & altare plorabũt ſacerdotes miniſtri dñi, & dicẽt: Parce dñe populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobriũ, ut dominentur eis nationes: quare dicũt in populis: ubi eſt deus eorum? Zẽlatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo: & reſpondit dominus & dixit populo ſuo: Ecce ego mittã uobis frumentum & uinum & oleum, & replebimini eo: & non dabo uos ultra opprobrium in gentibus: & eum qui ab Aquilone eſt procul faciam à uobis: &

SEP. egrediatur ſpõſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo, inter crepidinẽ & altare plorabũt ſacerdotes miniſtri dñi & dicent, Parce dñe populo tuo, & ne dederis hęreditatẽ tuam in opprobriũ, ut dominentur eorum gentes, ne dicãt in nationibus, ubi eſt deus eorum? Et zelatus eſt dominus terram ſuam: & pepercit populo ſuo: & reſpondit dominus & dixit populo ſuo: Ecce ego mittam uobis frumentũ & uinum & oleum: & implebimini ex eis: & nõ dabo uos ultra opprobrium in gentibus: & eum qui ab Aquilone eſt repellam à uobis: &

C Aquilone eſt, procul faciam à uobis: de quo ſupra dictum eſt: Populus multus & fortis, ante faciem eius ignis uorans, & poſt eum exurens flamma: quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum. Et expellam, inquit, eũ in terrã ſolitudinis: & primæ partes illius cadent in mare orientale: & poſteriores in mare nouiſſimum: & aſcendet fœtor eius, id eſt, qui ab Aquilone eſt, & putredo quia ſuperbe egit. Sępe commonui ſub tranſlatione locuſtarum deſcribi impetum Chaldęorũ, quo Iudæa uaſtata eſt. Itaque ſeruat metaphoram in reliquis: & iuxta ſitum prouinciæ ſic loquitur, quaſi nõ de hoſtibus, ſed de locuſtis referre uideatur. Etiam noſtris tẽporibus uidimus agmina locuſtarũ terram texiſſe Iudæam: quæ poſtea miſericordia domini inter ueſtibulũ & altare, hoc eſt, inter crucis & reſurrectionis locum ſacerdotibus & populis dominum deprecantibus atq; dicentibus: Parce populo D tuo: uento ſurgente in mare primum & nouiſsimum præcipitatę ſunt. Mare primum quod iuxta ſolitudinem eſt, & uergit ad Orientem, illud intellige, in quo fuit quondam Sodoma & Gomorrha, Adama & Seboim: quod nunc mortuũ nominatur: eo quod nulla ibi uiuant animantia. Mare autem nouiſsimum, hoc quod ad Occidentem eſt, & quod ducit in Aegyptum: in cuius litore Gaza, & Aſcalon, Azotusq; & Ioppe, & Cæſarea, & cæteræ urbes maritimæ ſitæ ſunt. Cũq; litora utriuſq; maris aceruis mortuarum locuſtarum, quas aquæ euomuerant implerentur, putredo earum & fœtor intantum noxius fuit, ut aẽrem quoq; corrumperet: & peſtilentia tam iumentorum quàm hominum gigneretur. Quærat eruditus lector ubi hoc iuxta literam factum ſit de Chaldęis? Non multo poſt tempore quàm hæc prophetata ſunt: ſiquidem in Eſaia legimus: centum octogintaquinq; milia Eſa. 37.g
Chaldęorum ſub rege Ezechia in una nocte angelo ſęuiente percuſſa. Hoc iuxta hiſtoriam dixerimus: Cæterum iuxta tropologiam omnis anima terra eſt domini, in qua ſeminat paterfamilias ſementem ſuam: quæ cum pro tritico zizaniam fecerit, id eſt, auenas & lolium, & offenderit dominum ſuum: & poſtea egerit pœnitentiam plangensq; dixerit: parce domine populo tuo: zelatur dominus terram ſuam, & parcet ei quam dudum contempſerat: ſuoq; eam dignatur alloquio & dicit: Mittam tibi frumentum, de quo ſcriptum eſt: A- Ioan. 12.d
men amen dico uobis, niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multos fructus facit: & uinum quod lætificat cor hominis: & oleum quod exhilarat faciem: ut uetus triſtitia peccatorum, frumenti & uini & olei, id eſt, uirtutum læticia temperetur: tantamq; habebunt bonorum omnium abundantiã, ut repleantur eis atq; ſaturentur

Universidad de ... Biblioteca

A ſaturentur. Cumq; hoc fuerint cõſequuti nequaquam
tradentur in opprobrium gentibus : de quibus Apo-
Eph. 6.b ſtolus loquitur: Non eſt nobis colluctatio aduerſus car
nem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſta-
tes: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, con
tra ſpiritualia nequi-
tiæ in cœleſtibus. Eũ
quoq; qui ab Aqui-
lone eſt, de quo Hie-
Hier. 1.c remias loquitur: Ab
Aquilone exardeſcẽt
mala ſuper omnes ha
bitatores terræ : de
quo & Salomon ſcri-
bit: Aquilo uẽtus du-
riſsimus : procul, in-
quit, à uobis faciam,
& expellam eam in
terram inuiam & de-
ſertam : quæ non ha-
bet notitiam dei in
qua non habitat ſpi-
ritus ſanctus. Facieſq;
eius erit in mari pri-
mo & in mari nouiſ-
ſimo : in his qui ape-
ruerint ei ianuã pec-
catorũ: & apud quos
uſq; ad extremum ui-
tæ tempus perman-
ſerint : & fœtor illius
& putredo aſcendit :
etiam in eos qui ſibi
magna promittunt :
B & cadunt per ſuper-
biam : quia nũquam
tuta eſt humana fra-
gilitas: & quanto uir-
tutibus creſcimus, tã-
to magis timere debe
mus ne de ſublimi-
bus corruamus. Iu-
xta literam, greges lo
cuſtarum magis Au-
ſter quàm Aquilo cõ
ſueuit adducere, id eſt, non ex frigore ueniunt, ſed ex
calore: uerum quoniam de Aſſyrijs loquebatur locu-
ſtarum ponens ſimilitudinem: ideo Aquilonem inter-
poſuit: ut non ueram locuſtam, quæ ab Auſtro uenire
conſueuit, ſed ſub locuſta intelligamus Aſſyrios atque
Chaldæos. a ¶ *Noli timere terra exulta & lætare: quoniã ma-
gnificauit dominus ut faceret: nolite timere animalia regionis, quia
germinauerunt ſpecioſa deſerti: quoniam lignum attulit fructum,
etc.* ] Omnibus quibus ſupra fuerat comminatus nunc
contraria pollicetur. Supra dixerat: ignis comedit ſpe-
cioſa deſerti : & flamma ſuccendit omnia ligna regio-
nis : & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexe-
runt ad te : quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, &
ignis deuorauit ſpecioſa deſerti. Nunc lætis triſticiam
mitigat: & lachrymas uertit in riſum. Nolite inquit, ti-
mere animalia regionis : quia germinauerunt ſpecioſa
deſerti : quia lignum attulit fructum ſuum : ficus & ui-
nea dederunt uirtutem ſuam : & tanta erit rerum om-
nium abundantia, ut nequaquam deſit uobis frumen
tum, uinum & oleum quo ſaturemini: ſed adimplean-
tur areæ frumento, & redundent torcularia uino & o-
leo: ut non ſolum ipſi comedere, ſed etiam alijs præbe-
re ualeatis. Ad filios quoq; Sion ſpecialiter loquitur, ut
exultent & gaudeant, non in quacunq; re leui, ſed in
domino deo ſuo qui dedit eis alimenta iuſtitiæ: & ut Se C
ptuaginta tranſtulerunt, imbrem temporaneum & ſe-
rotinum, ut comedant atq; lætentur, & laudent nomen
domini dei ſui, qui fecit cum eis mirabilia, & nequa-
quam confundantur : & ſciant quia dominus deus Iſ-
rael habitet in medio
eorum, & præter il-
lum nullus ſit alius :
quia pater in filio, &
filius in patre: & non
confundetur popu-
lus illius in æternum.
Hæc iuxta literã: quia
à domino repromiſ-
ſa ſunt credimus acci
diſſe, & ſterilitatem
præteritam nouis fru
gibus compenſatam:
ut quicquid locuſta,
bruchus, & rubigo,
& eruca conſumpſe-
rat, annis ſequenti-
bus impleretur. Quæ
rimus cur eruca for-
titudo uel uirtus do-
mini appellata ſit: &
non ſolum uirtus, ſed
uirtus magna? Quo-
modo potentia dei in
Aegyptijs plagis oſtẽ
ſa eſt per parua ani-
malia: & præcipue cy-
niphes, qui tam par-
ui ſunt culices, ut uix
cernantur oculis: Sic D
& nunc in paruo tar-
doq; uermiculo, qui
uix moueri poteſt, &
leui tactu conteritur,
dei potentia & huma
na fragilitas demon-
ſtratur. Non quo de-
us ad nutum ſuum
& potentiæ maieſta-
tẽ nequeat terras ſub
uertere, & operire cuncta diluuio uel fulmine concre-
mare: ſed per parua, & ut ita dicam, puncta corporum
oſtendit humanam fragilitatem. Vnde & illud ſolemus
Marcioni & cæteris reſpondere hæreticis qui uetus la-
niant teſtamentum : quod & pulices & culices & cimi-
ces, & huiuſcemodi animantia idcirco fecerit deus, ut
fragilitatem & imbecillitatem noſtræ carnis oſtende-
ret : quæ in tantum nihil eſt, ut ab his quæ parua ſunt
uulneretur. Si autem eruca paruuſq; uermiculus for-
tior homine eſt, quid gloriatur terra & cinis, & elata
per ſuperbiam (cum ex humo ſit, à quo homo appel-
latur) humana contemnit? Quidam locum iſtum ſic
interpretantur : A dextris & à ſiniſtris uirtutes & forti-
tudines dei legimus : quas Græci δυνάμεις uocant. A
dextris ſeraphim & cherubim, cunctaſq; angelicas po-
teſtates : à ſiniſtris contrarias fortitudines : de quibus
ſcriptum eſt: Miſit in eos iram indignationis ſuæ: furo- Pſal. 77.f
rem & iram, & tribulationem, immiſsionem per ange-
los malos, de quibus & Micheas in Regum uolumine
loquitur : Vidi dominum deum Iſrael ſedentem ſuper 3. Reg. 22.d
thronum ſuum : & omnis exercitus cœli ſtabat iuxta
eum à dextris & ſiniſtris eius. Ego puto ſiniſtrum fuiſ-
ſe ſpiritum, qui egreſſus eſt, & ſtetit coram domino, &
ait : Ego decipiam Achab, & egrediar, & ero ſpiritus
mendax

HEB. & expellam eum in
terram inuiam & deſertã:
facies eius contra mare o-
rientale : & extremum eius
ad mare nouiſsimum: & a-
ſcendit fœtor eius: & aſcen
det putredo illius, quia ſu-
perbe egit. Nôli timere ter-
ra : exulta & lætare : quo-
niam magnificauit domi-
nus ut faceret : nolite time-
re animalia regionis, quia
germinauerũt ſpecioſa de-
ſerti : quoniam lignum at-
tulit fructum ſuum : ficus
& uinea dederũt uirtutem
ſuam : & filij Sion exultate
et lętamini in domino deo
ueſtro: quia dedit uobis do
ctorem iuſtitiæ, & deſcen-
dere faciet ad uos imbrem
matutinum, & ſerotinum
in principio: & implebun-
tur areæ frumẽto, & redun
dabunt torcularia uino &
oleo : & reddam uobis an-
nos quos comedit locuſta:
bruchꝰ & rubigo, & eruca.
Fortitudo

SEP. & educam eum in
terram quę eſt ſine aqua et
diſperdã faciẽ eius in mare
primũ : & poſteriora eius
in mare nouiſsimũ: & aſcẽ-
det furor eius : & aſcendet
putredo illius : quoniã ma-
gnificata ſunt opera eius.
Confide terra, gaude atq;
lætare : quia magnificauit
dominus ut faceret : confi-
dite iumenta campi : quo-
niam germinauerunt cam
pi ſolitudinis: quia lignũ at-
tulit fructum ſuum: ficus et
uinea dederunt fortitudi-
nem ſuã: & filij Sion gaude
te atq; lętamini in dño deo
ueſtro, quoniam dedit uo-
bis eſcas iuſtitiæ: & pluit uo
bis imbrem temporaneũ
& ſerotinum, ſicut à princi
pio : & replebuntur areæ
tritico, & redundabũt tor-
cularia uino & oleo. Et red
dã uobis pro annis in qui-
bus comedit locuſta, & bru
chus, & rubigo, & eruca.
Fortitudo



A mendax in ore omnium prophetarum eius. Ad quam
ſiniſtram & contrariam poteſtatem quę apta erat ad de
cipiendum, & exercitata ad ruinas, & multos ante de-
ceperat, loquitur deus: Decipies & præualebis: egrede-
re & fac ſic. Spiritus quoq; ille qui ſuffocabat Saul, de
quo dixerũt ad eum
pueri ſui, Ecce ſpiri-
tus dei malus obſtu-
1. Reg. 16.c peſcere te facit, de ſi-
niſtris partibus erat :
qui miniſtrant domi
no ad puniendos e-
os qui cruciari pro-
pter peccata merue-
runt, Non ſolum e-
nim homines mini-
ſtri ſunt, & ultores iræ
eius, in his qui ma-
lum operantur, & nõ
ſine cauſa portant gla
dium: ſed etiam con-
trariæ fortitudines,
quæ appellantur fu-
ror & ira dei, quos
propheta declinans
Pſal. 6 ait: Domine ne in fu-
rore tuo arguas me,
neq; in ira tua corri-
pias me. Iſtiuſmodi
(ut ita dicam) quæ-
ſtionarijs atq; torto-
1 Cor. 5.b ribus tradidit Apo-
ſtolus peccatorem in
interitum carnis, ut
B ſpiritus ſaluus fieret:
de quibus & ſatanas
eſt, cui tradidit alios,
1. Tim. 1.d ut diſcerent non bla-
ſphemare. Hæc de e-
ruca cur dei appella-
ta ſit uirtus. Tranſea-
mus ad ordinem in-
telligentię ſpiritualis:
Ne timeas terra, imò confide atq; lætare : quæ prius ſe-
mentem dominicam tua ariditate perdideras: quia ma
gnificauit dominus ut faceret tecum miſericordiam: in
tantum ut etiam iumenta regionis & deſertæ ſolitudi-
nis, lætis noualibus complerentur. Et lignũ crucis af-
ferret fructum ſuum, & ſpiritus ſancti dona dulciſsima
ſuam cunctis tribuerent largitatem. Vos quoque quos
iuſte poſt pœnitentiam uoco filios Sion & eccleſiæ: læ-
tamini atq; gaudete, quia dedit uobis deus pater do-
ctorem iuſticiæ, ſiue tribuit uobis alimenta iuſticiæ, &
deſcendere fecit ad uos pluuias temporaneas atq; ſe-
rotinas. Pluuia tempeſtiua eſt quando primum doctri
nam ſuſcipimus : pluuia ſerotina quando laboris no-
ſtri fructus recipimus, & ad perfectam ſanctarum ſcri-
pturarum ſcientiam peruenimus. Poteſt pluuia tempo
ranea & ſerotina, uetus & nouum accipi teſtamentum.
Et non ſolum, inquit, hoc dedit, ſed fecit uos nouis uir
tutum frugibus abundare, & ſaturari atq; inebriari fru
mento, uino & oleo : de quo ſæpe diximus. Et annos
quos perturbationibus ante regnantibus perdidera-
tis in uobis: quando opera ueſtra locuſta, bruchus, ru
bigo, erucaq; conſumpſerant : deus uobis perire non
paſſus eſt. Tunc comedetis fructus iuſtitiæ & ſaturabi-
mini, & laudabitis nomen domini dei ueſtri : qui fecit
uobiſcum mirabilia. Si autem poſt pœnitentiam tan-
tam ubertatem deus rerum omnium pollicetur, quid
reſpondebit Nouatus negans pœnitentiam : & refor- C
mari poſſe peccatores in priſtinum ſtatum, ſi digna fe-
cerint opera pœnitentiæ? Intantum enim deus recipit
pœnitentes, ut uocet eos populum ſuum, & nequaquã
afferat confundendos : & habitaturum ſe in eorum me
dio repromittat : nec
amplius eos aliũ ha-
bituros deum, ſed in
eum toto animo con
fiſuros, qui in illis
maneat in æternum.
a ¶ *Et erit poſt hæc, effun-
dam ſpiritum meum ſuper
omnem carnem : & pro-
phetabunt filij ueſtri, & fi
liæ ueſtræ, ſenes, etc.* ]
Hunc locum apoſto-
lus Petrus impletum Act. 2.c
tempore dominicæ
paſsionis expoſuit,
quando deſcẽdit die
pentecoſtes ſpiritus
ſanctus ſuper creden
tes, & omnes loque-
bantur ſicut ſpiritus
ſanctus dabat eis : ita
ut mirarentur qui a-
derãt & dicerent: Nõ-
ne omnes iſti qui lo-
quũtur Galilæi ſunt :
& quomodo nos au-
diuimus linguam no
ſtram in qua nati ſu-
mus, Parthi, & Medi,
& Elamitæ, & reliqui: D
alij uero dicebant: qd
uult hoc eſſe? Irriden
tibusq; alijs atq; di-
centibus: muſto ple-
ni ſunt : ſtans Petrus
cum undecim eleua-
uit uocem ſuã, & ait :
Viri Iudæi, & qui ha-
bitatis Hieruſalem uniuerſi, hoc notum ſit uobis, & au
ribus percipite uerba mea: Neq; enim ut uos ęſtimatis,
iſti ebrij ſunt, cum ſit hora tertia diei : ſed hoc eſt quod
dictum eſt per prophetã Ioel: Et erit poſt hæc, dicit do-
minus : Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem,
& prophetabunt, & reliqua uſq; ad eum locum, quem
in capitulo propoſuimus. Cum igitur Petrus illo tem-
pore quo paſſus eſt dominus prophetiam Ioel imple-
tam eſſe memoret: hoc tantum quærimus quomodo &
ſuperiora & media, & quæ ſequuntur uſq; ad finem uo
luminis, ſibi ualeant cohærere: ne ſub uno textu conſe-
quentiaq; ſermonis, diuerſa & diſſonans inter ſe expla
natio ſcatere uideatur? A principio ergo uſq; ad eũ lo-
cum ubi ſcriptum eſt: Magnus dies domini & terribilis
ualde, & quis ſuſtinebit eum: cõminatio eſt atq; deſcri-
ptio quæ peccatori populo dñs illaturus ſit. Ab eo au-
tem loco ubi legimus: Conuertimini ad me in toto cor
de, & in ieiunio, & in fletu & in planctu uſq; ad eum lo-
cum, ubi ait: Quare dicunt in populis ubi eſt deus eo-
rum? cohortatio domini eſt poſt pœnas atq; ſupplicia
ad pœnitentiam prouocantis. Rurſum ab eo loco qui
ſequitur: Zelatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit
populo ſuo: & reſpondens dominus dixit: uſq; ad eum
locum, ubi ſcriptum eſt : Et non confundetur populus
meus in æternum: repromiſsio futurorum eſt, quę bo-
na poſtquàm egerint pœnitentiam, debeãt præſtolari.

HEB. Fortitudo mea ma-
gna quam miſi in uos : &
comedetis ueſcentes, & ſa-
turabimini : & laudabitis
nomen dei ueſtri, qui fecit
uobiſcum mirabilia: & nõ
confundetur populus me-
us in ſempiternum, & ſcie-
tis quia in medio Iſrael ego
ſum: & ego dominus deus
ueſter : & non eſt amplius:
& non confundetur popu
lus meus in ſempiternum.
Et êrit poſt hæc, effundam
ſpiritum meum ſuper om-
nem carnem : & prophe-
tabunt filij ueſtri, & filiæ
ueſtræ: ſenes ueſtri ſomnia
ſomniabunt: & iuuenes ue
ſtri uiſiones uidebunt : ſed
& ſuper ſeruos meos &
ancillas meas in diebus il-
lis effundam ſpiritum me-
um: & dabo prodigia in
cœlo & in terra, ſanguinẽ
& ignem & uapores fumi.
Sol

SEP. Fortitudo mea ma-
gna quam miſi in uos : &
ueſcemini comedentes, &
ſaturabimini, & laudabitis
nomen domini dei ueſtri,
qui fecit uobiſcũ mirabilia:
& non confundetur popu
lus meus in æternũ: & ſcie-
tis quia in medio Iſrael ego
ſum : & ego dñs deus ue-
ſter: & non eſt amplius prę
ter me : & non confunde-
tur populus meus in æter-
nũ. Et erit poſt hæc, effun-
dã de ſpiritu meo ſuper o-
mnẽ carnẽ, et ꝓphetabunt
filij ueſtri, & filiæ ueſtræ: &
ſenes ueſtri ſomnia ſom-
niabunt : & iuuenes ueſtri
uiſiones uidebunt : & ſu-
per ſeruos meos & ſuper
ancillas meas in diebus illis
effundam de ſpiritu meo:
& dabo prodigia in cœlo:
& ſuper terram ſanguinẽ,
ignem & uaporem fumi.
Sol

Universidad de Deusto Biblioteca

A Et poſt multa quæ nunc longum eſt retexere, hæc quo-
que in promiſsione dicuntur, quæ in præſentiarum co
namur exponere: Effundam de ſpiritu meo ſuper om-
nem carnem, & prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ,
& reliqua. Videor mihi à principio uſq; ad hunc locū,
textū ſeruaſſe ſermo-
nis: laboris eſt maxi-
mi, quomodo quæ ſe
quunt̃, his quæ nunc
diſſerimus coaptan-
da ſint. Alius dicit
quæ generaliter in ul
timo tempore repro-
miſſa ſunt, nunc ex
parte cōpleta. Et quia
præmium futurorū
in primo aduentu domini apoſtoli ſentiebant, libamē-
ta quædam & primitias mirabiliū expleta memoraſſe:
ut donec ueniat quod perfectum eſt, id quod ex parte
præceſſerat ſentiremus. Alius uero apoſtolicæ eſſe aſſe-
rit conſuetudinis: iuxta illud quod de ſancto uiro ſcri-
Pſal.111.a ptum eſt: Diſpenſabit ſermones ſuos in iudicio: ut quic
quid utile audientibus eſſe cernebant & non repugna-
re præſentibus, de alterius temporis teſtimonijs robo-
rarent: non quod abuterentur audientiū ſimplicitate &
imperitia: ut impius calumniatur Porphyrius: ſed iu-
2.Tim. 2. b xta apoſtolum Paulū prædicarent opportune impor-
tune. Et ſequentes regulam prophetarū, quicquid Iu-
dæi in ultimo tempore ſibi carnaliter repromittunt: ſpi
ritualiter in primo aduentu domini ſaluatoris dicerēt
eſſe completū: maxime cum & illi, & nos quæ promiſſa
ſunt, in Chriſto dicamus eſſe cōplenda: in hoc tantum-
modo diſcrepantes, quòd illi futura contendunt, nos
iam facta conuincimus: de quo in his quæ ſequuntur
B plenius diſſerendum eſt. Omnis autem caro ſuper quā
effuſurum ſe de ſpiritu ſuo dominus pollicetur, illa eſt
Eſa.40.b de qua Eſaias loquitur: Et uidebit omnis caro ſalutare
dei. Ergo ſalutare dei uideri non poteſt, niſi ſpiritus ſan
ctus effundatur. Et quicunq; credere ſe dicit in Chriſtū,
non credens in ſpiritum ſanctum, perfectæ fidei oculos
Act.19.a non habebit. Vnde & in Actibus apoſtolorū: qui bapti
zati erant baptiſmate Ioannis in eum qui uenturus e-
rat: hoc eſt in nomine domini Ieſu: quia reſponderunt
Paulo interroganti: Sed ne ſi ſit quidem ſpiritus ſan-
ctus nouimus: iterum baptizantur, imò uerum baptiſ-
ma accipiunt: quia ſine ſpiritu ſancto & myſterio trini-
tatis, quicquid in unam & alteram perſonā accipitur,
imperfectum eſt. Neq; uero omnis qui acceperit ſpiritū
ſanctum, ſtatim habebit & gratiam ſpiritualem, ſed per
1.Cor. 12.b effuſionem ſpiritus ſancti diuerſas gratias conſeque-
tur: alij prophetiam, ut filij & filiæ, qui maioris ſunt me
riti: alij ſomnia, ut ſenes iam prouectioris ætatis: alij ui-
ſiones ut iuuenes qui uicerunt malignum. Serui uero
& ancillæ qui adhuc ſpiritum timoris habent, & non di
1.Io.4.d lectionis: quia perfecta dilectio foras mittit timorē: non
habebunt prophetiam, non ſomnia, non uiſiones: ſed
ſpiritus ſancti effuſione contenti, fidei tantum & ſalutis
gratiam poſsidebunt. Tunc dabit prodigia dominus
in cœlo & in terra: in cœlo, quia ſol eſt uerſus in tene-
bras, & luna in ſanguinem: in terra, quia tam uehemen
ti & inſolito motu terra contremuit: ut monumenta a-
perta & ſaxa diſrupta ſint. Quòd autē dicit, ſanguinem
& uapores, ſiue uaporem fumi: ſanguis ille eſt, de quo
Pſal.67.c in pſalmis legimus: Vt intingatur pes tuus in ſangui-
Eſa.63.a ne. Et in Eſaia: Quòd rubicunda ſunt ueſtimenta tua.
Ioan.19.f Et quem percuſſo latere ſaluatoris mixtis aquis Roma
nus miles effudit. Et ignis ſpiritus ſancti qui deſcendit
Act.2.a de cœlo: ut in actibus apoſtolorum legimus: Apparue-
runt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſupra

HEB. Sol conuertetur in tenebras: & luna in ſanguinem, anteq̃ ueniat dies dn̄i magnus & horribilis. Et erit omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit.

SEP. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequā ueniat dies dn̄i magnus & illuſtris. Et erit omnis qui inuocauerit nomen dn̄i ſaluus erit.

Quia

ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: & C
cœperunt loqui uarijs linguis, prout ſpiritus ſanctus
dabat eloqui illis. Hic eſt ignis quē uenit dominus mit Luc.12.f
tere ſuper terram, & antequam pateretur in diſcipulis
ſuis optabat ardere. Ignis naturæ eſt duplicis: habet lu-
men credentibus: ha-
bet tenebras ſuppli-
ciaq; incredulis: qui
appellantur uapores
fumi. Iſte fumus eſt a-
mariſsimus, qui ex-
cæcauit oculos Iudæo
rū, de quo in Prouer Pro.10.d
bijs legimus: Sicut fu
mus noxius eſt ocu-
lis, & immatura uua
dentibus, ſic iniquitas utentibus ea. De hoc fumo & E- Eſa.6.b
ſaias in uiſione magna loquitur, in qua prædicabatur
cæcitas Iudæorum: Et ſuperliminare motum eſt, & do-
mus impleta eſt fumo. Vnde poſtea ſequitur: Vade &
dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: &
uidentes aſpicietis, & non uidebitis: incraſſatū eſt enim
cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt.
Sol quoq; eſt uerſus in tenebras, quando pendentem
dominū ſuum uidere non auſus eſt, & luna in ſangui-
nē. Quòd aut iuxta hiſtoriam factum eſſe credamus, &
ab euangeliſtis ſilentio prætermiſſum. Neq; enim om-
nia quæ fecit Ieſus ſcripta referuntur: quæ ſi ſcriberen-
tur per ſingula, ne ipſum quidem arbitror mundū ca-
pere eos qui ſcribendi ſunt libros. Aut certe quomodo
ſol uerſus in tenebras eſt: non quod ipſe ſit mutatus in
tenebras, ſed tenebras mundo induxerit: Sic & luna nō
eſt uerſa in ſanguinem: ſed Iudæos blaſphemiarū & ne-
gationis in Chriſtum horrore coopertos, æterno teſti-
monij ſui ſanguine condemnauit, dicentes: Sanguis e- Matth.27.f
ius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Hæc omnia priuſ- D
quam dies dn̄i ueniat magnus & horribilis futura de-
ſcribit. Dies autem dn̄i magnus & horribilis, aut reſur-
rectionis eſſe credendus eſt, aut certe multa poſt tem-
pora dies iudicij qui uere magnus eſt & horribilis. Sed
quia ſequitur: Et erit omnis qui inuocauerit nomen do
mini, ſaluus erit: & hoc apoſtolus Paulus refert ad tem-
pus dominicę paſsionis, magis de reſurrectionis die in
telligendū eſt. Ait enim ſcribens ad Romanos: Non eſt Rom.10.b
diſtinctio Iudæi & Græci. Idem em̄ ipſe dn̄s omniū: di-
ues in omnes qui inuocant illū. Omnis enim quicunq;
inuocauerit nomē dn̄i, ſaluus erit. Quomodo em̄ inuo
cabunt, in quē non crediderunt: aut quomodo credēt
ei, quē non audierunt: quomodo aūt audient ſine præ-
dicāte: quomodo aūt prædicabūt niſi mittant̃? Quodq;
ait: Omnis qui inuocauerit nomen dn̄i, ſaluus erit: non
leue eſſe credamus: licet em̄ idē Apoſtolus ſcribat: Ne- 1.Cor.10.d
mo dicit dn̄m Ieſum niſi in ſpirituſancto: tamē hoc ip-
ſum dicere, nō ſermone ſed affectu cordis eſt pōderan-
dū: Omnis em̄ qui inuocauerit nomen dn̄i, ſaluus erit.
Vnde & Paulus & Soſthenes ſcribunt eccleſiæ dei quæ
eſt Corinthi: Sanctificatis in Chriſto Ieſu uocatis ſan- 1.Cor.1.a
ctis cū uniuerſis qui inuocāt nomē dn̄i Ieſu Chriſti: ſecū
dū illud quod in pſalmis legimus: Moyſes & Aarō in ſa
cerdotib. eius, & Samuel inter eos qui inuocāt nomē e-
ius. Inuocabāt dn̄m & ipſe exaudiebat eos: in columna Pſal.98.b
nubis loquebat̃ ad eos. Si igitur de credentib. Corin-
thijs, & de Moyſe & Aarō ac Samuele ſcribitur, quod in
uocauerint nomē dn̄i: nō incipiētiū, ſed perfectorū hāc
gratiā eſſe credamus. Verbū quoq; effuſionis, quod He
braice dicit̃ אֶשְׁפּוֹךְ & oēs ſimiliter tranſtulerūt, oſten-
dit muneris largitatē, qđ nequaq; in paucos prophetas
(ut olim fiebat in ueteri teſtamēto) ſed in oēs credentes
in nomine ſaluatoris ſpiritus ſancti dona deſcēderent:
nequaquam



A nequaquam in hunc & in illum, ſed in omnē carnem.
Rom.10.c Neq; enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci, ſerui & liberi,
uiri & fœminæ: quia omnes in Chriſto unū ſumus. Vn
Act.12.d de & Agabus Cæſareæ prophetauit, & in Antiochia e-
1.Cor.14.f rant prophetæ plurimi: & Apoſtolus præcipit: ut ſi alte
ro prophetante alteri
fuerit reuelatū, prior
Act.21.c taceat. Et quatuor fi-
lias Philippi euange
liſtæ legimus prophe
taſſe, Senes quoq; ui
derunt ſomnia, quan
do Paulus iam ſenex
audiuit uirum Mace
donem, dicentem ſi-
bi: Tranſiens in Ma-
cedoniā adiuua nos.
Et omnes iuuenes q
in Chriſto extitere
fortiſſimi, & in domi
no bellarunt, uiderūt
uiſiōes, domino ſua
promiſſa complente.
Ego uiſiones multi-
plico, & in manibus
prophetarum aſſimi
Oſee.12.c latus ſum. a ¶ *Quia
in mōte Sion, etc.* ] In eo
loco in quo nos po-
ſuimus, ſaluatio ſiue
ſaluatus: & in Hebrai
co ſcriptū eſt: פְּלֵיטָה
Symmachus tranſtu
lit, qui fugerit, Et rur
B ſum ubi nos dixi-
mus, in reſiduis: & Se
ptuaginta tranſtule-
runt annuncians: in Hebraico legitur, שְׂרִידִים quod
Iudæi loci nomen exiſtimant. Poſtquàm igitur uenit
dies domini magnus et horribilis: et ſaluus effectus eſt,
quicunq; poſt domini reſurrectionem nomen illius in
uocauit: omnis qui fuit in monte Sion, & in Hieruſalē
ſaluatus eſt: de Sion enim egreſſa eſt lex, & uerbum do
Eſa.2.a mini de Hieruſalem: de qua ſcriptum eſt: Nō capit pro
Luc.15.g phetam perire extra Hieruſalem. Principium ergo eo-
rum qui ſaluati ſunt, fuit in Sion & Hieruſalem: in ſpe-
cula, & in uiſiōe pacis: & in his qui reſidui fuerūt, quos
uocauit dominus. Reſiduos eos debemus intelligere,
qui de Iudæorum populo crediderunt: de quibus E-
Eſa.1.c ſaias loquitur: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis
ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha
ſimiles fuiſſemus. Hos reſiduos dominus uocauit, ſiue
euangelizauit eos quos uocauit: ſic enim Septuaginta
interpretati ſunt. Locus hic difficilimus eſt, & multipli
cem recipiens explanationem: ut ſub tropologia om-
nia quæ dicta ſunt ad illa tēpora referamus, ad quæ Pe
trus & Paulus apoſtoli retulerunt: hoc eſt, quādo paſ-
ſus eſt dominus & reſurrexit. Neq; enim fieri poteſt, ut
ſuperiora in tempore paſſionis, & quę ſequuntur, intel
ligamus in die iudicij: maxime cum ſequatur: Quia ec
ce in diebus illis, & in tēpore illo. Et iſte uerſiculus prę-
cedentibus inferiora connectens: uno dicat cūcta tem-
pore perpetrata.

HEB. Quiâ in mōte Sion & in Hieruſalem erit ſaluatio: ſicut dixit dominus: & & in reſiduis quos dominus uocauerit.

Cap. III.

QViâ ecce in diebus illis: & in tempore illo, quum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in uallē Ioſaphat: & diſceptabo cū eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael: quos diſperſerunt in nationibus: & terram meam diuiſerunt: & ſuper populum meum miſerunt ſortem: & poſuerūt puerū in proſtibulo: & puellā uendiderūt pro uino ut biberēt.

Verum

SEP. Quia in monte Sion & in Hieruſalē erit qui ſaluatus fuerit, ſicut dixit dn̄s, & annunciās quos dominus uocauit.

Cap. III.

QVia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo quando conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congregabo omnes gentes: & deducam eas in uallem Ioſaphat: & diſceptabo cū eis ibi pro populo meo & hæreditate mea Iſrael: qui diſperſi ſunt in gentibus: & terram meam diuiſerunt: & ſuper populum meum miſerunt ſortes: & poſuerunt puerum in proſtibulo: & puellas uēdebāt pro uino & bibebāt.

Quid

CAP. III

QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo, quum conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem, congregabo, et.*] Dica-
mus ut polliciti ſumus, primum iuxta anago-
gē prioribus poſteriora iungētes: et eadē ſi poterimus,
ad diem iudicij referre tentabimus. Saluatis credenti-
bus in mōte Sion & Hieruſalem: & uocatis reſiduis de C
populo Iudęorum, qui cum apoſtolis & per apoſtolos
crediderunt: in tempore illo poſt quàm conuerterit do
minus captiuitatem Iuda & Hieruſalē: qui uenerat pre
dicare cęcis uiſum, & captiuis remiſſionē, & liberauit
eos qui dominum
confitentur, & qui
uerſantur in eccle-
ſia, in qua uiſio pa-
cis eſt: cōgregabit o-
m nes gentes quæ cre
dere noluerunt: & de
duxit eas in uallē Io-
ſaphat: quod ſignifi-
cantius iuxta Hebrai
cam ueritatem Grece
dicitur κατάξω, id
eſt, deorſum ducā, &
de ſublimibus ad in
feriora detraham. Si
mulq; conſidera quā
do incredulos quoſ-
que, uel aduerſarias
poteſtates dominus
ad iudicium prouo-
cat & diſceptat cū eis
pro populo ſuo: de-
ducam, inquit, eas in
uallē Ioſaphat. Quan
do autem credentes
ad prælium cohorta
tur & dicit: Suſcitate
robuſtos: accedant,
aſcendant omnes ui-
ri bellatores: conſur- D
gant & aſcendant gē-
tes in uallē Ioſaphat:
nō deſcēdere, ſed aſcendere cohortat̃. Omnis enim qui יְהוֹשָׁפָט
iudicatur, in ualle poſitus eſt, quæ appellatur Ioſaphat,
id eſt, domini iudicium. Qui enim credit in domino,
non iudicabitur. Ibiq; diſputabit cum eis, non poten-
tia maieſtatis, ſed rationis eos ueritate conuincens qui
partiti ſunt populum dei & hæreditatem illius diſperſe
runt in nationibus: ut ſeruos dei ſibi ſeruire compelle-
rent: & terram illius diuiſerunt, multis eam inter ſe er-
roribus ſeparantes: ut alij colerent Iouem, alij Iunonē,
& Mineruam, & Febrem, & rubiginem, Anubim & cro
codilum, & ibin, noctuas, accipitres, & ciconias. Sed
his nominibus quōdam diuiſus eſt populus dei: qui
aduerſariæ nationes, id eſt, principes mundi iſtius, &
rectores tenebrarum: non ſolum diuiſerunt ſibi popu-
lum dei, ſed poſuerunt pueros in proſtibulum: ut uiri
lem cogerent mutare naturam: de quibus Apoſtolus Rom.1.c
loquitur: Propterea tradidit illos deus in paſſiones ig-
nominiæ: ſiquidem fœminæ eorum immutauerunt na
turalem uſum, in eū uſum qui contra naturā eſt. Simili
ter & maſculi, relicto naturali uſu fœminæ, accenſi ſunt
in deſiderium ſui, in inuicem maſculi in maſculos tur-
pitudinem operantes: & mercedem quam oportuit er
roris ſui in ſemetipſos recipientes. Nec hoc feciſſe con-
tenti, uendiderunt puellam pro uino, ut biberent, & li
bidini præferrent gulam. Quæ uniuerſa Iudæi, Veſpa-
ſiani Titiq; tēporibus, & maxime Hadriani, iuxta lite-
ram impleta eſſe commemorant. Si autem ad diem
Iudicij quæ ſcripta ſunt uoluerimus referre, dicimus
omnem qui ſaluatur, ſaluari in eccleſia, ſiue in cœle-
ſti Hieruſalem. Et poſtquam Iudæ fuerit & Hieruſalem
conuerſa captiuitas, tunc congregandos & deducēdos
oēs in uallē Ioſaphat: & ibi diſceptaturū dominū cū eis

ff 4 qui

Universidad de Deusto Biblioteca

A qui ſtum populum perſequuti ſunt & diuiſerunt ſibi
hæreditatem domini, & diſperſerũt eos in nationibus
& ſuper terram illius miſerunt ſortem: quæ non ſolum
ſuper hæreticis debemus accipere, qui ſibi dei populũ
diuiſerunt, & eos faciunt eſſe gentiles, ſed ad omnem
rigidum ſuperbum-
que doctorē qui ſub
nomine doctrinæ &
ſacerdotij dominan-
tur cleris, & oppri-
mũt eos qui ſibi ſub-
iecti ſunt. Cumq; fue
rint negligētes, & ſcã
dalizauerint unum
de minimis etiã pue
ros: ponunt in proſti
bulum, ſiue tradunt
meretricibus: & cau-
ſa uoluptatis ſuę: quo
rum deus uenter eſt,
& gloria in confuſio
ne eorum: uendunt
puellas, ut bibant ui
nũ. Tradit autē adu-
leſcentes meretrici-
bus, & puellas uēdit
luxurię, qui turpis lu
cri gratia nō corripit
delinquētes. a ¶ *Ve
rum quid uobis, etc.* ] Et
hæc Iudæi aduerſum
Tyrum & Sidonē &
Palæſtinorum termi
nos, ſiue Galilæam a-
B lienigenarum dici ar
bitrantur: quod tem
pore captiuitatis Iu-
daicæ, quando uicti
ſunt à Romanis dei
populum perſequuti
ſunt, imò in populo
dei ipſum deum qui
præfuit populo: ſecũ
dum illud quod ſcri
Mat.10.d ptum eſt: Qui uos recipit, me recipit. Ergo econtrario
qui perſequitur populum dei, ipſum deum perſequi-
tur cuius eſt populus. Reddam, inquit, uobis quæ feci
ſtis populo meo: quia argentum meum & aurum, id
eſt, uaſa templi: & quicquid in eo precioſiſſimũ & ſpe-
cioſiſſimum fuit: candelabrum aureum & mēſam pro-
poſitionis auream, & duos cherubim aureos, & propi
ciatorium, & phialas ac thuribula aurea tuliſtis, & con
4.Re.25.c ſecraſtis idolis ueſtris. Hæc autem narrat hiſtoria Chal
Dan.5.a dæos magis feciſſe, qui uaſa templi domini poſuerunt
in templo Bel: unde poſtea Balthaſar potat in phialis:
& ſtatim regnum eius in Medos & Perſas transfertur.
Sed quia poſt diem domini magnum & horribilē hæc
futura dicuntur, quæ Apoſtoli in reſurrectione domi-
ni interpretantur, & Hebręi in futurum iudicij tempus
differunt: magis de Romanis eſt intelligendum, quod
Veſpaſianus & Titus Romæ templo pacis ædificato, ua
ſa templi & uniuerſa donaria in delubro illius conſe-
crarunt: quæ Græca & Romana narrat hiſtoria. Eo tem
pore filij Iuda & Hieruſalem, nequaquam Iſrael & de-
cem tribuum quæ uſque hodie in Medorum urbibus
& montibus habitant: uenditi ſunt filijs Græcorum, ut
exterminarentur de finibus ſuis: & omnis orbis Iudai
ca captiuitate completus eſt. Hoc illi referunt, ut ultio-
nem ſanguinis Chriſti & ſubuerſionem Hieruſalē, quæ

HEB. Vērum quid uobis
& mihi Tyrus & Sidon &
omnis terminus Palæſtino
rum? Nunquid ultionem
uos reddetis mihi? & ſi ulci
ſcemini uos contra me, ci-
to uelociter reddam uiciſ-
ſitudinem uobis ſuper ca-
put ueſtrum. Argentum e-
nim meum & aurum me-
um tuliſtis: & deſiderabi-
lia mea: & pulcherrima in-
tuliſtis in delubra ueſtra: &
filios Iuda, & filios Hieru-
ſalem uendidiſtis filijs Græ
corum, ut longe facere-
tis eos de finibus ſuis. Ec-
cē ego ſuſcitabo eos de lo-
co, in quo uendidiſtis eos:
& conuertam retributio-
nem ueſtram in caput ue-
ſtrum: & uendam filios
ueſtros & filias ueſtras in
manibus filiorum Iuda:
& uenundabunt eos Sa-
bæis, genti longinquæ:
qa dominus loquutus eſt.
Cla-

SEP. Quid mihi & uobis
Tyrus & Sidon & omnis
Galilæa alienigenarũ? Nun
quid retributionē uos red-
ditis mihi: aut iram in cor-
de retinetis aduerſum me?
(hoc enim Græce ſignifi-
cat μνησικακεῖτε:) ueloci-
ter & cito reddã retributio
nem ueſtrã in capitibus ue
ſtris: pro eo quod argentũ
meũ & aurũ meũ tuliſtis: et
electa mea & optima intu-
liſtis in tēpla ueſtra: & filios
Iuda, & filios Hieruſalē uen
didiſtis filijs Græcorum: ut
eijceretis eos de finibus ſu-
is. Ecce ego ſuſcitabo eos
de loco in quo uendidiſtis
eos & reddã retributionē
ueſtram in capite ueſtra: &
uendam filios ueſtros & fi
lias ueſtras in manibus filio
rum Iuda: & uenundabũt
eos in captiuitatem genti
quæ procul abeſt: quoni-
am dominus locutus eſt.
Præ-

dei iudicio accidit, contra Tyrum & Sidonem accidiſſe C
confirment. Nos autem iuxta cœptam tropologiã, Ty
rum & Sidonem & Palæſtinos, eos interpretemur, qui
dei populum coanguſtant & tribulant & perſequũtur:
hoc enim Tyrus in lingua noſtra reſonat: & cum uenã צור
tur in mortem: quod
nomen Sidonis indi צידון
cat: & bibentes ſan-
guinem corruunt, ſi-
ue uolutantur in cœ- פלשת
no: quod Philiſtijm גלילות
Galilæaq; ſignificat.
Velociter & cito reſti
tuet eis dominus q̃d
merentur: quia perſe
cuti ſunt eum. Et ar-
gentum illius & au-
rum, eloquia uideli-
cet ſcripturarũ & νοή-
ματα, id eſt, ſenten-
tias: & omne quod
pulchrum in eccleſia
fuit, ſuis erroribus
manciparunt. Hæreti
cus quoſcunq; dece-
perit, & ſua fecerit ad
orare ſimulacra, fi-
lios Iuda & filios Hie
ruſalem uendit Græ-
cis ſiue gentilibus: &
eos de Chriſtianis e-
thnicos faciens exter
minet de finibus ſu-
is, in quibus in Chri
ſto fuerant procreati:
& nequaquam in Iu D
dæa & ueritatis con-
feſſione, ſed in gentiũ
errore uerſent. Quæ
omnia & ad diē iudi
cij referre poſſumus,
non diſcrepante uin
dicta: licet in tempo-
re à ſuperioribus di-
ſcrepare uideantur. Pro Galilæa in Hebræo ſcriptum
eſt: גלילות quod Aquila θινὰς, Symmachus termi-
nos tranſtulit: θινὰς, autem, id eſt, tumulum arena-
rum, referamus ad littora Palæſtinæ: non ad Galilæam
Philiſtijm, quæ omnino nulla eſt. b ¶ *Ecce ego ſuſcitabo
eos de loco in quo uendidiſtis eos: & conuertam retributionem ue-
ſtrã in caput, etc.* ] Verbũ Hebraicum שבאים quod A-
quila & Symmachus ita ut ſcriptum eſt tranſtulerunt:
Septuaginta εἰς αἰχμαλωσίαν, id eſt, captiuitatem in-
terpretati ſunt: quod melius captiuos ſignificat. Saba-
im autem gens trans Indiam dicitur: de qua fuit & regi
na Saba, quæ uenit ſapientiam audire Salomonis: de 3.Reg.10
quibus & Eſaias loquitur: Et Sabaim uiri excelſi ad te Eſa.45
tranſibunt. Vnde & thus uenire perhibetur dicente
Vergilio: Centumq; Sabæo thure calent aræ: licet qui
dam Sabæos, Arabes ſuſpicentur. Promittunt ergo
ſibi Iudæi, imò ſomniant, quod in ultimo tempo-
re congregentur à domino, & reducantur in Hie-
ruſalem. Nec hac felicitate contenti, ipſum deum ſu-
is manibus Romanorum filios & filias aſſerunt tra-
diturum: ut uendant eos Iudæi, non Perſis & Ae-
thiopibus & cæteris nationibus quæ uicinæ ſunt: ſed
Sabæis genti lõgiſſimæ: quia dñs locutus ſit, & populi
ſui ulciſcatur iniuriã. Hæc illi & noſtri Iudaizantes, qui
mille annorum regnũ in Iudæa ſibi finibus pollicētur:
&



A & auream Hieruſalem, & uictimarum ſanguinem, & fi
lios ac nepotes & delicias incredibiles: & portas gēma-
rum uarietate diſtinctas. Nos autem dicamus quod &
ſuſcitauit dominus poſt aduentum ſuum, & quotidie
ſuſcitat, & ſuſcitaturus eſt eos, quos uarius error eduxe
rat de finibus ſuis.
Pulchreq; ſuſcitabo,
ait, quaſi iacentes &
corruentes: ut qui ia
cebant in hæreſi ſtent
in eccleſia: reddēs hæ
reticis quod fecerãt:
Vt filios eorum & fi-
lias quos & in myſti-
cis & in carnalib. eru
dierant: tradat in ma
nibus filiorum Iuda:
in manibus eorũ qui
eccleſiarũ principes
extiterunt: & inſtru-
cti ſunt armatura A-
poſtoli & habent ſcu
tum & lanceam uete-
ris & noui inſtrumē-
ti. Vt cum ceperint fi
lios eorũ & filias, uen
dant Sabæis, & faciãt
eſſe captiuos, ut pro-
cul ſint à finibus ſuis.
Et ad meliora conuer
ſi, eccleſiaſticis dog-
matibus incipiãt eſſe
ſubiecti. a ¶ *Clama-
te, etc.* ] Locus iſte du
B pliciter intelligit: qui
dam enim arbitrãtur
hæc ſanctis gentibus
predicari, ut præparē
tur ad bellum: & pro
populo dei dimicēt,
ut omnia inſtrumen
ta agriculturæ in gladios lanceasq; cõuertant: ut infir-
mus dicat ſe eſſe robuſtum: & ueniant omnes de circui
tu, & in certamen domini congregentur: maxime quia
iuxta Septuaginta ſequitur: Manſuetus & mitis ſit pug
nator: iuxta illud quod in Paralipomenis ſcriptum eſt:
1.Par.5.d Et trans Iordanem de Ruben & Gad & dimidia tribu
Manaſſe, in omnibus uaſis bellicis centum uiginti mi-
lia: omnes iſti uiri bellatores parati ad pugnam mente
pacifica: hos eſſe uolunt imitatores ueri Dauid: de quo
Pſal.131.a legimus: Memento domine Dauid & omnis manſuetu
Matt.11.d dinis eius. Et ipſe loquit̃ in euangelio: Diſcite à me quia
humilis ſum & mitis, ſiue manſuetus. Viros quoq; eos
intelligi uolunt: qui deſtruentes initia paruulorum, ad
perfectæ ætatis robur acceſſerint: & omne ſtudiũ quo
prius animarum ſuarum exercebant agros, ad neceſſi
tatem prælij contulerunt. Nobis autem Hebræorũ opi
Eſa.2.b nionem ſequentibus uidetur eſſe contrariũ. Ideo enim
gentes aduerſariæ Iſrael parant̃ ad pugnã: & aratra ſua
ligoneſq;, uel falces in gladios lanceaſq; commutãt: &
infirmus robuſtum ſe eſſe dicit: erumpuntq; & ueniũt
de circumitu: & contra domini exercitum congregan-
tur: ut occumbere dominus faciat robuſtos earũ: & in-
telligãt ſe deo aduerſante ſuperatas. Hæc iuxta literam
ſibi Iſrael miſerabilis repromittit. Nos iuxta cœptã tro
pologiam: & gentes dæmonum, & eos qui quotidie cõ
tra eccleſiam dimicant: & in ultimo qui ſub antichriſto
aduerſum ſanctos domini pugnaturi ſunt, accipere
poſſumus: qui idcirco congregant̃, ut pereãt. b ¶ *Con*

HEB. Clãmate hæc in gen
tibus: ſanctificate bellum:
ſuſcitate robuſtos. Acce-
dant, aſcendant omnes ui-
ri bellatores. Concidite ara
tra ueſtra in gladios: et ligo
nes ueſtros in lanceas, Infir
mus dicat, quia fortis ego
ſum. Erumpite et uenite o-
mnes gentes de circumitu,
& congregamini, ibi occũ
bere faciet dominus robu-
ſtos tuos. Cõnſurgant & a-
ſcendant gentes in uallem
Ioſaphat, quia ibi ſedebo ut
iudicem omnes gentes in
circũitu: mittite falces quo-
niam maturauit meſſis, Ve
nite & deſcendite quia ple
num eſt torcular, exube-
rant torcularia, quia multi
plicata eſt malitia eorũ. Pō-
puli populi in ualle cõciſio
nis, quia iuxta eſt dies do-
mini in ualle conciſionis.
Sol

SEP. Prædicate hæc in gē
tibus: ſanctificate bellum:
ſuſcitate pugnatores: ad-
ducite & aſcendite omnes
uiri bellatores: concidite
aratra ueſtra in gladios: &
falces ueſtras in lanceas.
Fortis dicat, quia prævaleo
ego. Congregamini & in-
troite omnes gētes per cir-
cumitum, & congregami-
ni illuc, manſuetus ſit pug-
nator. Conſurgant & aſcē-
dant omnes gentes in ual-
lem Ioſaphat, quia ibi ſede-
bo ut iudicem omnes gen
tes in circumitu: emittite fal
ces quoniam adeſt uinde-
mia. Introite et calcate, quia
plenum eſt torcular, & re-
dundant torcularia, quia
repleta ſunt mala eorũ. So-
nitus exauditi ſunt in ual-
le iudicij, quia iuxta eſt di-
es domini in ualle iudicij.
Sol

*ſurgant & aſcendant gentes in uallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo* C
*ut iudicem omnes gentes, etc.* ] Et hæc iuxta ſuperiorē ſen- יהושפט
ſum interpretantur bifariam. Alij enim gentes aſcende
re in uallem Ioſaphat, quæ interpretatur domini iudi-
cium: & ſedere ibi deum, ut dijudicet omnes gentes,
quæ de circumitu ue
niunt: in bonam par
tem intelligunt: quo
ſcilicet ſancti contra
aduerſarios congre-
gentur: & mittant fal
ces ſuas, ut maturam
hoſtium meſſem de-
metant: & ueniant at
que deſcendant, cal-
cētq; torcularia: quia
adſit uindemia: & in
tantum muſta exube
rent, ut torcularia ca
pere nõ poſſint. Et ut
ſciremus quæ ſit uin-
demia, plenumq; tor
cular, intulit: multi-
plicata eſt malitia eo
rum: haud dubium
quin eos ſignificet,
qui cõtra dominum
congregati ſunt. Alij
autem cõſurgere gen
tes & cõuenire in ual
lem Ioſaphat: & ſede-
re dominum, ut om-
nes iudicet nationes,
ideo aſſerunt, ut pa-
rent ſe & aſſumant u- D
niuerſa arma pugnã
tium: & in ualle Ioſa-
phat domini falci-
bus demetantur. Ve-
niſſe enim contra eos
tempus iudicij: & in
tãtum eorũ creuiſſe mala, ut dei uincerent patiētiã. Nã
& Amorræi tunc expulſi ſunt, quando expleta ſunt
peccata eorum. Iudæi iſtum locum ad Gog & Magog
gentes ſæuiſſimas referunt: de quibus ſupra diximus,
arbitrantes ultimo tempore, quando Hieruſalem fue
rit inſtaurata ſub mille annorum imperio, contra dei
populum eſſe uenturas: & in ualle Ioſaphat quæ ad
orientalem partem templi ſita eſt eſſe ſæuituras: adue-
niſſe enim tempus occiſionis earum, & effundendi ſan
guinis inſtar uindemiæ. c ¶ *Populi populi in ualle con
ciſionis, quia iuxta eſt dies domini in ualle conciſionis. Sol & luna
obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.* ] In eo
loco ubi nos poſuimus, populi populi: & Septuagin
ta tranſtulerunt ἦχοι ἐξήχησαν, id eſt, ſonitus exau-
diti ſunt, in Hebraico ſcriptũ eſt, המונים המונים
quod utique multitudinem, & turbas eorum qui iu-
dicandi ſunt, non ſtrepitum ſonitumq; ſignificat. Rur-
ſum ubi nos diximus, in ualle conciſionis, ſequentes
translationes Aquilæ & Symmachi & quintæ æditio-
nis, Septuaginta & Theodotio τῆς δίκης καὶ τῆς κρί-
σεως, id eſt, cauſæ & iudicij, tranſtulerunt, pro quo in
Hebraico ſcriptum eſt חרוץ quod Hebræi non ſolum
conciſionem, ſed & aurum interpretari putant, quo
ſcilicet in ualle iudicij quam ſuſpicantur gehennam, ex
coctis ſordibus peccatorum, purum aurum remane-
at. Idcirco autem gentium, de quibus ſupra diximus
in ualle iudicij, ſiue conciſionis, populi congregantur,
ut interficiantur & corruant, & à domino iudicentur.
Cuius

Universidad de Deusto Biblioteca

HEB. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et dominus de Siō rugiet, & de Hieruſalē dabit uocem ſuam: & mouebuntur cœli & terra: & dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael: & ſcietis quia ego dominus deus ueſter, habitans in Sion mōte ſancto meo: & erit Hieruſalē ſancta: & alieni non tranſibunt per eā amplius. Et erit in die illa, ſtillabunt mōtes dulcedinem: & colles fluēt lacte: & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ.

SEP. Sol & luna obtenebrabuntur, & ſtellæ occidere facient ſplendorē ſuum. Dominus autem de Sion clamabit, & de Hieruſalem dabit uocem ſuam: & mouebit̃ cœlū & terra: & dominus parcet populo ſuo: & cōfortabit filios Iſrael: et ſcietis quia ego dn̄s ueſter habitās in Siō mōte ſancto meo: & erit Hieruſalē ſancta: & alienigena nō tranſibit per eam amplius. Et erit in die illa, ſtillabunt mōtes dulcedinem & colles fluēt lacte, & omnes emiſsiones Iudæ fluent aquis.

Et fons dē domo domini egredietur & irrigabit torrentem ſpinarum.

HEB. Aegyptūs in deſolatione erit, & Idumæa in deſertum perditionis: pro eo

SEP. Aegyptus in perditione erit, & Idumæa in campum deſolationis propter

A Cunctis mœrorem diei & tormenta pereuntium: ne ſol quidem & luna aſtraq; cætera poterunt intueri ſed retrahent fulgorem ſuum: & ſeueritatem iudicantis reddentisq; uniuſcuiuſq; opus in caput ſuum, aſpicere nō audebunt. Non quod clementiora ſint quàm dei iudicia: ſed quod omnis creatura in tormentis aliorum de ſuo iudicio pertimeſcat. a ¶ *Et dominus de Sion rugit, & de Hier. etc.* ] Cū ſolis & lunæ cunctarumq; ſtellarū ſplendor tenebris fuerit commutatus: dominus de Siō inſtar leonis rugiet ſiue clamabit: & tā excelſa uox eius erit atq; terribilis: ut cœlorum cardines & terrarum fundamenta quatiātur. Cumq; tam ſeuerus in eos fuerit qui puniendi ſunt, erit clemens erga populum ſuum: & dabit eis fortitudinem qui appellantur filij Iſrael, mēs ſcilicet cernēs deum: uel ὑψίστου θεοῦ, quem nos rectiſſimū dei dicere poſſumus: qui non ambulauerunt per prauas ſemitas, ſed gradientes in
B uia Chriſti, omnia recta fecerunt. Tunc ſcient & hi qui eo puniētur, & illi qui aſſumētur in gloriam, quod dominus habitet in ſpecula ſua Siō, & in Chriſto mōte ſancto ſuo, ſiue in eo qui ſe dignū dei habitaculo præparauit. Tūc erit ſancta Hieruſalem uiſio pacis, à qua & Salomō nomen accepit: & alieni non pertranſibunt per eam amplius. Alienos uel dæmones intellige, qui externi à deo ſunt: uel omnes peſſimas cogitationes atq; peccata: de
Pſal.18.d quibus propheta loquitur: Ab alienis parce ſeruo tuo: quę nequaquàm ultra in nobis uiā reperient, ſi habuerimus dei pacē, & cor noſtrū aduerſarijs non patuerit. Hæc Iudæi & noſtri, ut diximus, Iudaizantes ad mille annorum fabulam referunt, quando putāt Chriſtum habitaturum in Sion, & in Hieruſalem aurea atq; gemmata ſanctorum populos congregandos: ut qui in iſto ſeculo oppreſſi ſunt ab uniuerſis gentibus, in hoc eodē cunctis imperent nationibus. b ¶ *Et erit in die illa ſtillabunt, etc.* ] Habitante domino in Sion & in mōte ſancto ſuo, quando nullus per Hieruſalem ſanctam pertranſire tentauerit, quicunq; in ea mōs fuerit, & ad uirtutum excelſa peruenerit: dulcedine & melle ſudabit, & ſtillabūt ex eo gratiæ ſpirituales: de quibus propheta loqui
Pſal.118 tur: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua, ſuper mel ori meo. Qui autem inferior montibus eſt, & necdum ad perfectionis culmen aſcenderit, uocabitur collis: & fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Chriſto nutritur infantia: & aquarum flumina, quę de uētre ſuo dn̄s
Ioan.7.f manare teſtatus eſt. Omnes enim riui ſiue emiſsiōes Iuda implebuntur aquis: & nihil in eis ſiccum erit redundantibus cūctis gratia ſpirituali. c ¶ *Et fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.* ] Pro torrente ſpinarum, Septuaginta tranſtulerunt, torrentem C
funiculorum, id eſt, χείμαῤῥουν τῶν σχοίνων quod aut funiculum ſignificat, aut iuxta Aegyptios menſuram
certi itineris, Pſalmiſta dicente: Semitam meam & funiculum meum tu inueſtigaſti. Pſal.138.a
In Nilo enim flumine ſiue in riuis eius ſolent naues funibus trahere, certa habētes ſpacia, quæ appellant funiculos: ut labori defeſſorum, recentia trahentium colla ſuccedant. Nec mirum ſi unaquæq; gens certa uiarum ſpacia ſuis appellet nominibus: cum & Latini mille paſſus uocent: & Galli leucas, & Perſæ paraſangas, & raſtas uniuerſa Germania, atque in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit. Hæc propterea, quia uerbum Hebraicum שִׁטִּים Septuaginta σχοίνους, id eſt, funiculos tranſtulerunt. Cæterum nulli dubium eſt, omnia quæ in tabernaculo dei legimus, de lignis Sethim fuiſſe perfecta: quæ Septuaginta interpretati ſunt ligna imputribilia. Eſt autem ge- D
nus arboris in eremo, ſpinæ albæ ſimile, colore & folijs nō magnitudine. Alioquin tam grandes arbores ſunt, ut latiſſima ex illis tabulata cædantur: lignumq; fortiſſimum eſt, & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis, ita ut ex his etiam uaſa torcularium quæ ἀρσενάς καὶ θηλείας uocāt, ditiſſimi quiq; & ſtudioſiſſimi faciant: quæ ligna in locis cultis, & in Romano ſolo, abſq; Arabię ſolitudine non inueniuntur. Pro torrente funiculorum ſiue ſpinarum, Symmachus interpretatus eſt, uallem ſpinarum. Eſt autem locus iuxta Liuiadem trans mare mortuum, ſexto ab ea diſtās miliario: ubi quondam cum Madianitis fornicatus eſt Iſrael. Huius loci ex perſona dei Micheas propheta meminit, dicens: Populus meus, memento quęſo quid co- Michę.6.
gitauerit Balach, rex Moab: & quid reſpōderit Balaam filius Beor de Sethim uſque ad Galgalam: pro quo & ibi Septuaginta tranſtulerunt, ἀπὸ τῶν σχοίνων, hoc eſt à funiculis uſque ad Galgalā. Ergo egredietur fons de domo domini quæ interpretatur eccleſia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponūt in fine uoluminum ſuorum: ut ſpinas noſtras & uitia atque peccata, quæ nullam frugem habuere iuſtitiæ, commutent in domini noualia: & ariditatem noſtram rigent aquis largiſſimis: & pro ſpinis ac uepribus, flores uirtutum multiplices germinemus. Et in eo loco ubi quondam fornicatus eſt Iſrael, & initiatus eſt Beelphegor: lilia caſtitatis, & roſæ pudoris ac uirginitatis exuberent. d ¶ *Aegyptus in deſolatione erit, & Idumæa, etc.* ] Et in hoc loco Iudæi grauiſſimo ſomno dormiunt: in ultimo tempore, quando non Chriſtum, ſed antichriſtum ſuſcepturi ſunt: uindictam ſui, in Aegyptios qui uicini ſunt: & in Roma-



HEB. eo quod inique egerunt in filios Iuda: & effuderunt ſanguinem innocētem in terra ſua. Et Iudęā in æternū habitabitur, & Hieruſalem in generatione & generationem: & mundabo ſanguinem eorū quos non mundaueram & dn̄s commorabitur in Sion.

SEP. pter iniquitates filiorum Iuda: pro eo quod effuderunt ſanguinem iuſtū in terra ſua. Iudæa autē in æternum habitabit̃: & Hieruſalem in generationes & generationē: & requiram ſanguinē eorum inultūq; eſſe nō patiar: & dominus habitabit in Sion.

A Romanos quos interpretantur Idumæos, ſpe uaniſſima
Exod.14.c confingentes. Vt ſcilicet quomodo Pharao & omnis eius exercitus: qui per quadringētos & triginta annos populum dei captiuum tenuit, in mari rubro ſubmerſus eſt. Sic etiam Romani qui eodem annorū ſpacio Iudæos poſſeſſuri ſunt, ultione domini deleātur. Hoc illi ſpe ſibi caſſa promittant. Neque enim poſſunt exponere quare cum in orbe tantæ ſint nationes: duæ ſolū gentes Aegyptiorum, & Idumæorum expectātur ad pœnam: aut cūr pro Idumæis intelligantur Romani, cū eadem licētia mentiendi ediuerſo poſſimus aſſerere: ſub Idumæorum uocabulo uel Perſas, uel Elamitas, uel Francos, Alamannos, gentesq; alias ſignificari. Nos autem dicamus tempore dominicæ reſurrectionis, uel die iudicij: utrunque enim recipimus, & Aegyptum & Idumæam, in eo quod Aegyptus & Idumæa ſunt, deſtruēdas: Aegyptus dicitur מִצְרַיִם quod interpretatur ἐκθλίβουσα, id eſt, ſanctos dei perſequens & tribulans: Idumæa terrena & cruenta. Quicunq; igitur dei populum perſequutus eſt, & terrenis uacabit operibus: ac multitudine delictorum quotidie fuderit ſanguinē innocentem, eorum ſcilicet quos decipit, erit in perditio
Apoc.6.c nem: ut animas quoque martyrum ſub altari clamare
B cognouimus. Vſq; quo domine ſanctus & uerus nō iudicas & uindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? d ¶ *Et Iudæa in æternum habitabitur, & Hieruſalem in generatione & generationem, etc.* ] Non utiq; hæc C
Iudæa in æternum habitabitur quam uidemus eſſe deſertam: nō iſta Hieruſalem, cuius ruinas cernimus: ſed illa Iudęa, cuius filię exultauerūt, & lętatæ ſunt in omnibus iudicijs dn̄i. Et de qua in fine quinquageſimi pſalmi legimus: Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion, ut ædificētur muri Hieruſalem. In hac prouincia confeſſionis et gloriæ, & in hac urbe in qua pax domini cernitur, erit æterna habitatio: nō in unā, uel in tres, aut plures generationes, ſed in generatione & generationem, hoc eſt, in duabus generationibus eorum, qui de Iudæis & de gentibus crediderunt. Et mundabit dominus ſanguinem omnium peccatorū, quem prius non mundauerat: ut mundet in euangelio, quos in lege peccantes immundos reliquerat. Ideo enim cōcluſit omnia ſub peccato, ut omnibus miſereretur: ſiue ulciſcetur ſeruorum ſuorum ſanguinem: quem in martyrio pro nominis eius confeſſione fuderunt. Et dominus commorabitur in Sion: de qua ſcriptum eſt: Fundamenta eius in mōtibus ſanctis: diligit dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob.

Commentarij in Ioel prophetam finis. D

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI COMMENTARIORUM in Amos prophetam ad Pammachium procœmium.

AMos propheta, qui ſequitur Ioelem, & eſt tertius duodecim prophetarum: nō eſt ipſe quem patrem Eſaiæ prophetæ legimus. Ille enim אָמוֹץ ſcribitur per primam & ultimam nominis ſui literam א & ץ & interpretatur fortis atq; robuſtus. Hic uero עָמוֹס per ע & ס & interpretatur populus auulſus: mediæ literæ מ & ו utrique communes ſunt. Apud nos autem qui tantam uocalium literarum, & s literæ, quæ apud Hebræos triplex eſt, differentiam non habemus, hæc & alia nomina uidentur eſſe communia, quæ apud Hebræos elementorum diuerſitate, & ſuis proprietatibus diſtinguuntur. Hic igitur propheta quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue: quod ſex millibus ad meridianam plagam abeſt à ſancta Bethleem, quæ mundi genuit ſaluatorem: & ultra nullus eſt uiculus, ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles, quas Aphri appellant mapalia. Tanta eſt eremi uaſtitas, quæ uſque ad mare rubrum, Perſarumq; & Aethiopum atq; Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atq; arenoſo nihil omnino frugum gignitur: cuncta ſunt plena paſtoribus: ut ſterilitatem terrę compenſent pecorum multitudine. Ex hoc numero paſtorum & Amos propheta fuit: imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Idem enim qui per omnes prophetas in eo ſpiritus ſanctus loquebatur. Vnde nos ex Hebræo uertimus.

Universidad de
Biblioteca

A **COMMENTARIORVM HIERONYMI in Amos prophetam liber primus.**

## AMOS

Verbā Amos q̃ fuit in paſtoralibus de Thecue quæ uidit ſuper Iſrael. In diebus Oſiæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael ante duos annos terræmotus.

Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit uocem ſuá. Et luxerunt ſpecioſa paſtorum,

Sermones Amos q̃ facti ſunt in *accarim de Thecue quos uidit pro Hieruſalem.

Et ait: dominus de Siō effatus eſt, & de Hieruſalem dedit uocem ſuam, & luxerunt paſcua paſtorum,

*Verba Amos qui fuit in paſtoribus etc.*] Septuaginta autē neſcio quid uolētes interpretati ſunt: Sermones Amos qui facti ſunt in Accarim quos uidit pro Hieruſalē. Sciendūq; hūc prophetā, nō pro Hieruſalē quod in Hebræo penitus non habetur, ſed ſuper Iſrael, id eſt, decē tribus quæ appellantur Iſrael, & erant in Samaria prophetaſſe. Quod quidem & Aquila & Symmachus & Theodotio ſimiliter tranſtulerūt. Primus ergo Oſee propheta ad decē tribus quæ appellantur Ephraim, Samaria domus Ioſeph & Iſrael loquitur. Secundus Ioel, ad Hieruſalem & duas tribus quæ uocantur Iuda & Hieruſalem & Iacob profert uaticinium, nullam omnino Iſraelis faciens mentionē. Tertius Amos, nequaquam ad Hieruſalē, quę regebatur à tribu Iuda, ſed ad Iſrael & in Samaria prædicat. Quod & de toto uolumine eius probari poteſt, & maxime ex eo quod ſcriptum eſt: Miſit Amaſias ſacerdos Bethel
Amos 7.c ad Hieroboam regem Iſrael dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael. Et poſt paululum: di-
B xit Amaſias ad Amos: Qui uides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis: & in Bethel non adijcies ultra ut prophetes, quia ſanctificatio regis & domus regni eſt. Cui reſpōdit Amos: Nō eram propheta, nec prophetæ filius: ſed opilio, ruborum mora deſtringens: tulitq; me dominus cum ſequerer gregem, & dixit ad me: Vade propheta ad populū meum Iſrael: non utiq; ad Iudam & Hieruſalem, ut male apud Græcos & Latinos habetur: ſed ad Iſrael, id eſt decem tribus: quæ ob populi multitudinē, priſtinum nomen obtinuerant. In eo autem loco ubi Lxx. tranſtulerunt: in Accarim, Theodotio ipſum uerbum Hebraicum poſuit נקדים quod Aquila uertit ἐν ποιμνοτρόφοις, id eſt, in paſtoralibus: Symmachus & quinta editio ἐν τοῖς ποιμέσιν, id eſt, in paſtoribus. Et puto propter ר & ד literarum ſimilitudinem hic quoq; deceptos: pro בנקדים quaſi בעקרים & exinde Accarim poſuiſſe ſermonem: quanquam in principio nominis ב litera nullam excuſationem relinquat erroris. Accarim autē uſq; in pręſentiarum Hebręū eſſe non legi. Et qui ſterilitatem, id eſt, στείρωσιν interpretantur, magis עקרון urbem Philiſtijm quàm Accarim exprimunt, quæ omnino non legitur. Sermones itaq; Amos qui fuit de oppido Thecue ex numero paſtorum, quia paſtoralis & ipſa eſt regio: hoc uolumine continentur: quos uidit ſuper Iſrael: non carnis oculis, ſed mentis intuitu: quia prophetæ uocabantur uidentes: alioquin ſecundum literam ſermones non uidentur: ſed audiuntur. Vnde & populus uidebat uocem dei: & Moyſes tacens loquebatur ad dominum, quando dicebat ei: Quid
Exod. 14.d clamas ad me? In nouo quoque legimus teſtamento:
1.Ioan. 1.a Quod uidimus, & audiuimus oculis noſtris, & manus noſtræ palpauerunt de uerbo uitæ. Verbum enim dei quod per ſe inuiſibile eſt, uident Apoſtoli, & tractant manibus ſuis. Quod uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vidit autē hos ſermones. b ¶ *In diebus Oſiæ regis Iuda, & in diebus etc.*] Quando apud Aſſyrios urbeſq; Ciliciæ regnabat Sardanapalus, de quo inſignis orator: Turpior, inquit, uitijs quàm nomine. Et apud Latinos Procas Syluius, cui Amulius, expulſo Numitore germano ſucceſſit in regnū. Quo interfecto, congregata paſtorum & latronum manu, Romulus ſui nominis condidit ciuitatē. Hic eſt autem Ozias rex Iuda, cognomento Azarias: qui indebitum ſibi ſacerdotium uindicare conatus, lepra percuſſus in fronte eſt: quādo iram domini non ſolum pœna eius, qui ſacrilegus fuit, ſed & terræmotus oſtēdit, quem Hebręi tunc accidiſſe commemorant. Hieroboam uero non eſt filius Nabath, qui peccare fecit Iſrael: ſed filius Ioas, filij Ioathā, filij Iehu, pronepos eiuſdem Iehu: ſub quo prophetauerunt, Oſee & Ioel & Amos. Igitur interpretatur Oſias κραταιὸς κυρίου, id eſt imperium uel fortitudo domini. Hieroboā δικασμὸς λαοῦ, id eſt, iudicatio uel cauſa populi, licet quidam per χ Græcam literam legentes, diuiſionē populi ſuſpicentur. Ioas κυρίου χρονισμός, id eſt, domini mora ſiue temporalitas. Verba itaq; Amos quo tempore populus Iſrael auulſus erat à domino, & aureis uitulis ſeruiebat, ſiue auulſus à regno ſtirpis Dauid, clara uoce cecinerunt: inſtar clangētis tubæ, quæ interpretatur Thecue. Et cecinerunt ſuper Iſraelem, qui quondam erat rectiſſimus dei, id eſt, εὐθύτατος θεῷ. In diebus Oziæ regis Iuda, in quo propter templum & ſancta ſanctorū, fortitudo domini permanebat, ſuoq; regebat imperio populum cōfitentem. Nomen autem Hieroboam qui diuiſionis populi cauſa extiterat, ſignificat Iſraelem longo tempore in idololatriæ errore manſiſſe, prius quàm captiuitas uniuerſa concuteret, quæ in duobus annis duplicem oſtendit anguſtiam decem tribuum, ac duarum: ut agentes ſi uellent pœnitentiam, motum terræ de cætero non ſentirent. Hæc Pāmachi animo meo chariſſime, qui ex interpretatione nominis tui, quodā uaticinio futurorum omni arte pugnandi aduerſum diabolum, & contrarias poteſtates te bellare demonſtras, quaſi argumentum & ὑπόθεσιν Amos prophetæ longo ſermone complexus ſum. Illud breuiter admonēs, explanationem, & huius, & Oſee, & Zachariæ prophetarū: me & alijs quidem ſanctis uiris, ſed præcipue ſanctæ & uenerabilis memoriæ parenti tuæ Paulæ dum uiueret promiſiſſe. Nec multum errare in ſponſionis fide ſi quod matri pollicitus ſum reddam filio. Verum iam tempus eſt: ut ipſius prophetæ uerba proponens, quid mihi uideatur in ſingulis ediſſeram.

C

In exemplaribus Lxx. καριαθιαρείμ reperimus

עזיה
ירבעם
יואש
D
ישרון

E *T dixit: dominus de Sion rugiet, etc.*] Naturale eſt, ut omnes artifices ſuæ artis loquātur exemplis, & unuſquiſq; in quo ſtudio triuit ætatem, illius ſimilitudinem proferat: uerbi gratia, qui nauta eſt & gubernator, triſtitiam ſuam comparat tempeſtati: damnum naufragium uocat: inimicos ſuos, uentos cōtrarios appellat. Rurſum proſperitatē & lætitiam, aurā placidiſſimam, & ſecūdos nominat uentos, tranquilla maria & æquora, cāpi ſimilia. E regione miles quicquid dixerit: ſcutum,



A ſcutum, gladium, loricam, galeam, lanceam, arcum, ſagittam, mortem, uulnus, & uictoriam ſonat. In ore philoſophorum ſemper Socrates & Plato, Xenophon & Theophraſtus, Zeno & Ariſtoteles, Stoici uerſantur & Peripatetici. Oratores, Lyſiam & Hyperidem, Periclem & Demoſthenē, Gracchos, Catones, Tullios & Hortenſios, in cælum laudibus ferunt. Poetæ ſi Epici ſunt, Homerum atq; Vergilium: ſi Lyrici, Pindarum & Flaccū crebro ſermone concelebrant. Cur hæc dicta ſunt? ut ſcilicet oſtendamus etiam Amos prophetam qui paſtor de paſtoribus fuit: & paſtor non in locis cultis, & arboribus ac uineis conſitis, aut certe inter ſyluas & prata uirentia: ſed in lata eremi uaſtitate: in qua uerſatur leonum feritas, & interfectio pecorum, artis ſuæ uſum eſſe ſermonibus: ut uocem domini terribilem atq; metuendam, rugitum leonum & fremitum nominaret: Euerſionem Iſraeliticarum urbium: paſtorum ſolitudini & ariditati montium comparans. Dominus, inquit, de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit uocem ſuam. Rugiet Hebraice dicitur ישאג Pulchreq; de Siō rugiet & de Hieruſalem dabit uocem ſuam: ubi erat templum & dei re-
B ligio, ut doceret deum nō in Iſrael urbibus: id eſt in Bethel & in Dan, ubi erant aurei uituli: nec in metropoli Samaria Iezrael, ſed in uera religione uerſari, quæ illo tempore colebatur in Sion & Hieruſalem. Quo rugiente de Sion, & dante uocem ſuam de Hieruſalem, de Siō enim egreditur lex, & uerbum domini de Hieruſalē, omnia paſtorum & regum Iſrael ſpecioſa luxerunt, & exiccatus eſt uertex Carmeli, qui quondā lætis paſcuis abundabat. Carmelus Græce dicitur & Latine: Hebraice autem dicitur כרמל & ſunt duo montes, qui uocantur hoc nomine. Alter in quo fuit Nabal Carmelus, maritus Abigail ad auſtralem plagam. Alter iuxta Ptolomaidem, quæ prius uocabatur Aco, mari imminens: in quo Helias propheta flexis genibus pluuias impetrauit. Si ergo de Chermel dicit in quo habitauit Nabal: magis paſtorum gregibus conuenit: quia eſt iuxta ſolitudinem. Sin autem de illo qui uicinus eſt littori, ad reges & ad ſuperbiam pertinet regum Iſrael: quos imminente captiuitate inſtar montium deſertorum dicit eſſe uaſtandos. Aliter: Cum dominus de Siō & Hieruſalem: de ſpecula eccleſiæ, quæ ſuper montem ſita latere non poteſt, & in qua uiſio pacis eſt, dederit per uetus & nouum inſtrumentum, & per doctores eccleſiaſticos uocē ſuam, & quaſi clara buccina inſonuerit: tūc omnia ſpecioſa paſtorum: id eſt, doctrina hæreticorū: quæ pulchro uidebatur ſermone compoſita, & cognitio circunciſionis: hoc enim interpretatur כרמל per quam ſibi uerę circunciſionis ſcientiam pollicentur, lugebit atq; ſiccabitur: & populorum milia quæ propter ſimplicitatem uocantur greges, ſubita ariditate marceſcent. a ¶ *Hæc dicit dominus. Super tribus, etc.*] Pro tribulis quæ Hebraice appellātur חרצות & à Theodotione tranſlatæ ſunt rotæ ferreæ, quæ nos plauſtra ferrea interpretati ſumus: Lxx. tranſtulerūt πρίοσι σιδηροῖς: id eſt, ſerris ferreis. Eſt autem genus plauſtri quod rotis ſubter ferreis, atq; dentatis uoluitur: ut excuſſis frumentis, ſtipulam in areis conterat, & in cibos iumentorum propter fœni ſterilitatem paleas comminuat. Rurſum ubi in Hebraico habetur בן־הדד & unum nomen eſt: Lxx. interpretati ſunt υἱοῦ ἄδερ, id eſt, filij Ader ר & ד elementorum falſi ſimilitudine. In eo quoq; loco ubi nos diximus, de domo uoluptatis, quod Hebraice dicitur מבית־עדן & omnes ſimiliter tranſtulerunt: Lxx. interpretati ſunt ἐξ ἀνδρῶν χαῤῥάν, id eſt, ex uiris Charran ד mediā nominis literam ר arbitrantes, & iuxta cōſuetudinem ſuam ע primæ Hebraicæ literæ χ Græcum præponentes. Cyrenen etiā quę Hebraice dicitur קיר ἐπίκλητον, id eſt, uocatum, uel nominatum tranſtulerunt, propter uerbi ſimilitudinem quia קריאה uocatio dici poteſt, & nomen proprium appellatiuum intellexerunt. De cauſis diuerſæ tranſlationis breuiter diximus: nunc ad ſenſum eorū quæ dicta ſunt tranſeamus. Primum aduerſum Damaſcum in quà regnabat Azahel ſermo dei dirigitur: qui eo tempore quo Amos prophetabat grauiter urgebat Iſrael, id eſt, decem tribus: intantum ut ſuperato Achab rege Iſrael in Ramoth Galaad, omnem regionem quæ appellatur Galaad, & in hæreditatem ceſſerat dimidiæ tribui Manaſſe, inſtar tri- D
bulorum frumentum in areis triturantium iugularet atq; cōtereret. Quod plenius Heliſæus propheta in Regum uolumine loquitur, ubi ſcriptū legimus: Stetitq; cum eo & conturbatus eſt uſq; ad ſuffuſionem uultus: fleuitq; uir dei. Cui Azahel ait: Quare dominus meus
flet? At ille reſpondit: Quia ſcio quæ facturus ſis filijs Iſ- 4.Reg.8.c
rael mala. Ciuitates eorum munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies gladio: & paruulos elides, & prægnātes diuides. Dixitq; Azahel: Quid ſum enim ſeruus tuus canis, ut faciam rem iſtam magnam? Et ait Heliſæus: Oſtendit mihi dominus te regem Syriæ fore. Quod autem ſequitur in propheta. b ¶ *Et mittam ignem in domum Azahel, etc.*] Dat intelligentiam, quod Azahel regnātibus Ozia & Hieroboam iam in Syria mortuus erat, & ei in regnum ſucceſſerat filius ſuus Ben Adad: à quo omnes poſtea reges Arā, id eſt, Syriæ & Damaſci, Ben Adad uocabulum poſſederunt. Vnde pulchre nō dixit: mittam ignem in Azahel, ſed in domum Azahel: id eſt, in domum eius regiam: cui Ben Adad filius eo tempore præerat. c ¶ *Et conteram, inquit, uectes Damaſci & diſperdam, etc.*] Omnem uidelicet Syrorū fortitudinem, quæ ueluti quodā plauſtro, & uectibus aduerſariorum impetus ſubmouebant. Campum autem idoli quod Hebraice dicitur און & Lxx. & Theodotio interpretati ſunt ὤν: Symmachus & quinta editio tranſtulerunt, ἀδικίαν, id eſt, iniquitatem: Aquila ἀνωφελῆ, id eſt, inutilem: ut oſtenderet uana idolorum auxilia, cum populus Damaſci Aſſyrio ueniente capiatur.
Legimus enim quod Theglathphalaſſar rex Aſſyrius: 4.Re.16.b
interfecto Raſin rege Damaſci, de quo Eſaias loquitur: omnem Syriæ populum, qui appellabatur Arā, in Cyrenem tranſtulerit, & ob hanc cauſam eſſe nunc dictū. d ¶ *Tenentem ſceptrum, etc.*] Vt ſubaudiatur conteram & diſperdam, & populus Syriæ in fines Aegypti ultimus trāſferetur. Quodq; in principio dicitur: ſuper tribus ſceleri-

C

HEB. rum, & exiccatus eſt uertex Carmeli. Hęc dicit dñs: Sup tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor nō conuertā eū: eo ꝙ triturauerint in plauſtris ferreis Galaad. Et mittā ignē in domū Azahel, & deuorabit domos Ben Adad. Et cōterā uectem Damaſci, & diſperdā habitatorē de campo idoli, & tenentem ſceptrum

SEP. rū, & areſactus eſt uertex Carmeli. Et dixit dñs: Super tribus impietatibus Damaſci, & ſuper quatuor nō auerſabor eos, pro eo quod ſecuerūt ſerris ferreis prægnātes in Galaad. Et emittā ignē in domū Azahel, & deuorabit fundamēta filij Ader, & conterā uectes Damaſci, & diſperdā habitatores de cāpo ὤν, & concidam

Universidad de ... Biblioteca

HEB. ſceptrum de domo uoluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dominus. Hæc dicit dõminus: Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertam eos: eo quod tranſtulerit captiuitatem perfectam, ut concluderet eam in Idumæa: & mittam ignem in murum Gazæ: & deuorabit ædes eius, & diſperdam habitatorem de Azoto, & tenentem ſceptrum de Aſcalone, & conuertam manum meam ſuper Accarõ, & peribunt reliqui Philiſtinorum, dicit dominus. Hæc

SEP. concidam tribus ex uiris Charran: & captiuus ducetur populus Syriæ nominatus, dicit dominus. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Gazæ, & ſuper quatuor non auerſabor eos: eo quod captiuã duxerunt captiuitatẽ Salomonis, ut concluderent eã in Idumæam: & emittã ignem ſuper muros Gazę, & deuorabit fundamẽta eius, & diſperdam habitatores Azoti: & auferetur tribus de Aſcalone, & inferã manum meam in Accaronẽ, & peribunt reliqui alienigenarum, dicit dominus. Hæc

A ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: & ſecundum Lxx. non auerſabor eum: id eſt Damaſci populum ſiue ארם id eſt Syrum: hunc ſenſum iuxta hiſtoriam habere poteſt: Si ſemel meum eſſet populum perſecutus, aut ſecundo, darem ueniam: nunc uero cum tertio & quarto crudelis extiterit, ut captiuam multitudinẽ plauſtris ferreis tereret: nonne debeo eum plagis corripere? nonne clementiæ meæ uultum auerſare ab eo? Iuxta Tropologiam uero hoc poſſumus dicere: Primũ peccatũ, eſt cogitaſſe, quæ mala ſunt. Secũdum, cogitationib. adquieuiſſe peruerſis. Tertiũ, quod mente decreueris opere cõpleſſe. Quartum, poſt peccatum non agere pœnitentiam, & in ſuo ſibi cõplacere delicto. Hoc omnes faciunt hæretici: qui nõ ſolum cogitant & faciunt mala, ſed doctrina ſua quoſq; ſimplices decipiunt, & in morem

דמשק Damaſcenorum qui interpretantur ſanguinem biben-

B tes, eorum quos deceperint, ſanguinem bibunt. Super huiuſcemodi peccatis, inquit, dominus, nonne dignũ eſt ut eos plagis corripiam, & auertam ab eis faciem meam: ut qui ueritatem dogmatum meorum non uident, auerſione uultus mei tenebris obruantur. Contriuerunt enim ſiue diſſecuerũt in plauſtris ferreis prægnantes Galaad. Iſtæ ſunt prægnantes, de quibus in e-

Luc. 21. d uangelio loquitur: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Prægnantes ſunt animæ credentiũ, quæ

Eſa. 26. c in principio fidei poſſunt dicere: A timore tuo domine concepimus & parturiuimus: etſi non fuerint plauſtris

Pſal. 52 ac rotis ferreis ac dentatis, de quibus pſalmiſta dicit, Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, conciſæ atque ferratæ, poſſunt etiam ea dicere quæ ſequuntur: Et peperimus, ſpiritũ ſalutis tuæ faciemus ſuper terram. Simulq; conſidera quod perfectæ ætatis uiros ſecare non poſſint, ſed eos qui adhuc in utero ſunt: uel qui ſolidum cibum capere nequeunt, & adhuc lacte nutriun-

גלעד tur infantiæ. Iſtæ aũt prægnantes de Galaad ſunt: quod interpretatur translatio ſiue tranſmigratio teſtimonij. Migrauerunt enim de eccleſia in hęreſim: & teſtimonia dei quæ prius acceperant, ad alienos terminos tranſtulerunt. Sed mittet dominus ignem in domum Hazael quam ipſi uocant חזאל id eſt, uiſionem dei: ignem qui ligna in eis ſtipulamq; conſumat & deuoret fundamẽta filij Ader. Debemus enim & iuxta Lxx. dicere: ne eos

חדר fruſtra propoſuiſſe uideamur. Ader interpretatur εὐπρέπεια: quem nos decorẽ poſſumus dicere: eo quod omnis ſermo hæreticorum cõcinnus atq; compoſitus, & habens pulchritudinem eloquentiæ ſecularis, facilius decipiat audientes. Vectes autem Damaſci quaſi feræ robuſtiſſimæ atq; fortiſſimæ, hi intelligantur qui inſtructi ſunt arte dialectica, & argumentis philoſophorum. Verbi gratia: Oſtium uocatur qui falſum dogma concepit & peperit, ut Arius in Alęxandria: uectes eius

C & firmiſſimæ feræ eius, Eutycius & Eunomius, qui ſyllogiſmis & enthymematibus imò ſophiſmatib. & ψευδομένας atq; σωρείτας, quæ ab alijs male inuẽta ſunt, roborare conantur. Cumq; contriti fuerint atq; confracti uectes Damaſci, diſperdet etiam habitatores de campo ἄυ, quod interpretatur labor ſiue dolor. Omnes enim hæretici labore nimio ac dolore quærendi, ordinem aliquem & conſequentiam hæreſeos ſuæ reperire conati ſunt. Et cõcidam tribum ex uiris Charran, quod lingua noſtra in foramina uertitur. Non enim habent feneſtras per quas ad eos lumẽ ueritatis introeat: ſed foramina quædã & occultos meatus, per quos noxia & immũda ingrediantur animantia. Et captiuus ducetur Aram, populus excelſus atq; ſublimis: qui erectus eſt in ſuperbiam: & ſibi cœleſtia repromittit, ut capiatur in ſalutẽ ſuã, & iuxta Hebraicum in Cyrenen, ubi uocatio dei eſt, transferatur. a

¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] In tertia & quarta generatione peccata patrum ſe dominus comminatur in lege, filijs

D redditurum: non inæqualitate iudicij ut alij peccent, & alij puniantur: ſed magnitudine clementiæ, dum ſemper expectat pœnitentiam & quod in prima generatione delinquitur, non prius corripit & emendat, niſi tertia & quarta generatio uenerit. Tale quid & Paulus apoſtolus loquitur ad Romanos: An diuitias bonitatis Rom. 2. d

eius & ſuſtentationis & patientiæ contemnis: ignorans, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij dei: qui reddet unicuiq; ſecundũ opera ſua. Quod ergo dicit, hoc eſt: expectaui multo tempore ut agerent pœnitentiã: & ideo nolui punire peccantes, ut aliquando conuerſi reciperent ſanitatem. Verum quia tertio & quarto eadem faciunt, cogor mutare ſententiam, & plagis corrigere delinquẽtes. Videamus autem quid Philiſtim & urbes eius peccauerint: quos Lxx. ſemper alienigenas tranſtulerunt: ubicunq; enim in ueteri teſtamento ἀλλοφύλους: id eſt, alienigenas legerimus: non commune nomen omnium externarum gentium, ſed proprie Philiſtim, qui nunc Palæſtini uocantur accipiendi ſunt. Quid fecit Gaza, ut ad iracundiam atque uindictam dominum prouocaret? Tranſtulit captiuitatem perfectam populi Iudęorum, & concluſit eam in Idumæam: ut Idumæis uenderet, quos ceperat ex Iudæis. Pro captiuitate perfecta: Lxx. captiuitatem Salomonis interpretati ſunt: uerbum Hebraicum שלמה quod ſignificat perfectam atq; completam, nomen Salomonis æſtimãtes. Deniq; Aquila ἀπηρτισμένην trãſtulit, & ἀναπεπληρωμένην Symmachus, & Theodotio τελείαν: quod non Salomonẽ, ſed perfectam ſignificat atq; completã: ut nullus remanſerit captiuorũ, qui non ſit traditus Idumæis. Vnde ignẽ ſe in Gazę muros &



HEBR. Hæc dicit dõminus: Super tribus ſceleribus Tyri & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod concluſerint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non ſint recordati fœderis fratrũ: & immittã ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. Hæc dicit dõminus: Super tribus ſceleribus Edom & ſuper

SEP. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Tyri & ſuper quatuor nõ auerſabor eos, eo quod cõcluſerunt captiuitatẽ Salomonis in Idumæa & non ſunt recordati teſtamenti fratrũ, & emittã ignẽ ſuper muros Tyri, & deuorabit fundamenta eius. Hæc dicit dominus: Sup tribus impietatibus Idumææ & ſuper

A & ædes ſiue fundamenta dicit eſſe miſſurum: qui uniuerſa deuoret & abſorbeat. Et quia Palęſtinorum quin-

1. Re. 15. a que legimus ciuitates, quæ propter arcæ iniuriam percuſſæ ſunt plagis: poſt Gazam tranſit ad Azotum, quæ appellatur אשדוד & rurſus ad Aſcalonem, & uoce terribili cõminatur habitatores ſe Azoti perditurum: & tenentem ſceptrum de Aſcalone, regiam uidelicet poteſtatem ſiue tribum Aſcalonis: ut nullus ibi remaneat, ne ultimę quidem ætatis homines: qui trementes artus baculo regẽte ſuſtentẽt. Rurſumq; transfert manum ſuam, ut percutiat Accaron. Et quatuor enumeratis urbibus, reliquas Philiſtim ciuitates uno ſermone comprehẽdit. Et peribunt reliqui Philiſtim quos aut Geth ciuitatem, aut omnes uicos qui ſupradictis urbibus ſubiacẽt, debemus accipere. Secundum Tropologiam ſic nobis exponendum uidetur. Gaza quæ Hebraice dicitur עזה ſonat fortitudinem uel imperium שלמה pacificum אדם ſanguinarium atq; terrenũ: Azotus, id eſt אשדוד ignem uberis ſiue patrui. Licet quidã דור pro דוד male legentes ignem generationis putent: אשקלון interpretatur ignis homicida, ſiue appenſa & ponderata עקרון σείρωσις, id eſt, ſterilitas: & ἐκρίζωσις, quod inter-

B pretatur eradicatio. Igitur Gaza quæ ſibi fortitudinem ſcientiæ ſuæ & imperium repromittit, accuſatur in eo quod captiuos de familia Salomonis concluſerit in Idumæa. Hos ego arbitror Iudæorum magiſtros, & omnes qui occidentem ſequuntur literam, noluntq; recipere ſpiritum uiuificantem, ſed quæcunq; interpretantur & ſapiunt, uolunt eſſe terrena: nec audiunt cum diſcipulis parabolas dominum diſſerentem, & dicentem eis: Qui habet aures audiendi audiat: præſertim cum Apoſtolus manifeſtam hiſtoriam in duobus intelligat

G l. 4. c teſtamentis: Vnum ſuper montem Sina, quæ eſt Agar, & ſeruit cum filijs ſuis: alterum ſuper Hieruſalem liberã, quæ eſt mater noſtra. Ignem igitur ſe in muros Gazæ, & omnia eius dicit argumenta miſſurum, quibus ſua mendacia circũdare nititur & tueri. Cumq; ignem in muros miſerit, deuorabuntur ædes ſiue fundamenta illius, quicquid firmum habere poterit, & dialectica arte conſtructum. De Azoto quoq; quæ & ipſa alienigenarum eſt, auferet habitatorem: cuius quia literam ſequitur, ubera nõ lacte, ſed igne ſunt plena: & quę mẽtitur ignem habere ſe patrui, eius uniuerſa generatio ignibus deputanda eſt. Et tollet ſceptrum ſiue tribum de Aſcalone: ubi ignis homicida eſt. Sicut enim ignis domini ſaluos faciet eos, quorum corda penetrauerit: ſic ignis iſte qui de cœlo decidit quaſi fulgur, qui ſuccendit diaboli ſagittas: quoſcunq; afflauerit, interficiet. Transferet quoq; manum ſuam ſuper Accaron, ubi ſterilitas & eradicatio eſt: Quicunq; enim ſpiritualem nõ receperit intelligentiam, audiet per Oſee: Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis uuluam ſterilẽ, & ubera arẽtia. Et ut omnia ſemel uno ſermone comprehenderet: perditurum eſſe ſe dicit omnes reliquias Philiſtim, uel Geth ciuitatem: in qua torcular diaboli eſt: uel omnes reliquos Philiſtim qui interpretantur cadentes poculo. Cum enim inebriati fuerint, corruent, & in ſuo uomitu uolutabuntur. a ¶ *Hæc dicit dominus: Super tribus* C

*ſceleribus Tyri & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod concluſerint, etc.*] Eaſdem tres & quatuor impietates ſiue ſcelera quæ imputauerat Damaſco, Gazæ, & Azoto & Aſcaloni & Accaroni, & reliquis urbibus Philiſtijm: etiam Tyro ingerit, & exprobrat quare cõcluſerit captiuitatem conſummatam atq; perfectã in Idumæa, de quibus ſupra diximus: & non ſunt recordati fœderis fratrum ſuorum. Quærimus quomodo Tyrij fratres ſint Iudæorũ? Fratres hic amicos uocat & neceſſitudine copulatos, eo qđ Hiram princeps Tyri cum Dauid & Salomone habuerit amicitias: intantum ut & ille in ædificationem 3. Reg. 5. c 2. Par. 2. d

templi atq; palatij, ligna cedrina ratibus Ioppen uſque perduceret: & hi frumentum & oleum Tyrijs largirentur, & uiginti urbes in Baſan eis dono darent: quas ille quia graminis plenæ erant, ſuſcipere noluit. Ignem igitur in muros eius ſe miſſurum eſſe dicit, & deuoraturum ædes uel fundamenta eius, quod Ezechiel propheta in uiſione Tyri Nabuchodonoſor regem Chaldæo- Ezech. 36. d

rum feciſſe commemorat, ubi ait: Circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro. Et rurſum: Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſum Tyrum: Omne D

Ibid. 29. d caput decaluatũ, & omnis humerus depilatus, & merces non eſt reddita ei, neq; exercitui eius ſuper Tyrum pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eã, eo quod aggerem ad capiendum Tyrum, quæ fuit prius inſula, illius comportarit exercitus. Quod & Alexandrũ Macedonem feciſſe narrat hiſtoria, ut ex inſula peninſulam faceret, quam Græci uocant χερρόνησον צר id eſt, Tyrus interpretatur tribulatio ſiue coanguſtans: omniſq; doctrina peruerſa capere nititur ueritatem, & cõcludere eam in terrenis ſenſibus, & non recordabatur fœderis fratrum ſuorum, quòd de litera debeamus aſcendere ad ſpiritũ: de terrenis ad cœleſtia: præceptumq; ſit nobis deſcribere ſacram ſcripturam in corde noſtro tripliciter. Mittet autem deus ignem in omnes munitiones Tyri: qui non ſolum muros, ſed & fundamenta illius deuorabit. De captiuitate Salomonis pro quo in Hebraico habetur שלמה id eſt, conſummata atq; perfecta, ſupra diximus. b ¶ *Hæc dicit dominus: Super tri-*

אדום *bus ſceleribus Edom & ſuper, etc.*] Edom ipſe eſt qui & E-

עשו ſau, ob coctionem rufæ lentis ita appellatus: cuius edulio primogenita perdidit: hic alio nomine appellatur

שעיר Seir, & piloſus & hiſpidus. Vnde montes Idumæorum uocantur montes Seir: & ab Edom, Græco ſermone ἰδουμαία dicitur: Iſte perſecutus eſt in gladio fratrem ſuum, filios uidelicet Iacob: de quibus in benedictionibus Iſaac, quibus benedicit primum Iacob & poſtea Eſau, plenius ſcriptum eſt: ut odium fratrum ſeruaretur in poſteris, & gens Idumæa intantum perſequeretur fratres ſuos, ut egredientibus de Aegypto, ne tranſitum quidem in terram ſanctam concederet, & non ſolum in gladio perſecutus eſt fratrem ſuum, ſed uiolauit miſericordiam ſiue uuluam eius: uel ut apertius interpretatus eſt Symmachus, uiſcera propria: ut obliuiſceretur germanitatis, & obduraret uiſcera miſericor-

Universidad de Granada Biblioteca

HEBREAEI ſuper quatuor non cõuertam eum, eo quod perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & uiolauerit miſericordiam eius, & tenuerit ultra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit uſq; in finem: mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſræ. Hæc dicit dõminus: Snper tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod deſecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum, & ſuccendam ignem in muro Rabbe, & deuorabit ædes eius in ululatu: in die belli & in turbine, in die commotionis, & ibit Melchom in captiuitatem, ipſe & principes eius ſimul, dicit dominus.

Cap. III

HAec dicit dõminus: Super tribus ſceleribus

SEP. ſuper quatuor non auerſabor eos, eo quod perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & uiolauerit uuluam ſuper terrã, & rapuit in teſtimoniũ horrorem ſuum, & impetum ſuum cuſtodiuit in æternũ, & emittam ignem in Theman, & deuorabit fundamenta murorũ eius. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus filiorum Ammon & ſuper quatuor nõ auerſabor eos, eo quod deſecuerit prægnantes Gataaditarum ut dilataret terminos ſuos, & ſuccendam ignem ſuper muros Rabba, & deuorabit fundamẽta cũ clamore in die belli, & cõmouebitur in die cõſummatiõis ſuæ, & ibũt reges in ceptiuitatẽ: ſacerdotes eorũ & principes eorũ ſimul, dicit dominus.

Cap. III

HAec dicit dominus: Super tribus impietatibus

A diæ, fratremq; ſe eſſe neſciret: & contemneret uuluam Rebeccæ, quæ uno partu geminos ædidiſſet infantes. Quodq; ſequitur: Et tenuit ultra furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauit uſq; in finem: odium monſtrat antiquum quod nunquam ſibi pace iuncti ſunt. Vnde pœnã pro ſceleribus cõminatur, & dicit: Mittã ignem in Theman, quæ Idumæorum regio eſt, & uergit ad auſtralẽ partem, quod interpretatur Themã, ſed & Daron & Nageb dicitur, eo quod Eurum & Auſtrum Africum que reſpiciat. Quodque dicit: Deuorabit ædes Boſræ: non ut quidam putant alteram ciuitatem, ſed Idumææ ὀχυρωμένην & munitam ſignificat, iuxta illud qd' in Eſaia legimus: Quis eſt iſte qui uenit de Edom, tinctis ueſtibus de Boſra: iſte formoſus in ſtola ſua: gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ. Quicquid de Eſau & Iacob diximus, referamus ad Iudæos & B populum Chriſtianum. Illi enim terreni & ſanguinarij, perſecuti ſunt fratrẽ ſuũ Iacob qui eos ſupplantauit & abſtulit primogenita eorum, & perſecuti ſunt in gladio, ita ut ſubſtantias poſſeſſionesque credentiũ publicarẽt quod in Actibus apoſtolorum legimus. Et uiolauerũt miſericordiã ac iura naturę: oblitiq; ſunt matris ſuæ Rebeccæ, quæ interpretatẽ panẽtia, & ſimul eos generauit in Chriſto: antiquũq; furorẽ & iracundiã tenẽtes, uſq; hodie in ſynagogis ſuis ſub nomine Nazarenorum blaſphemant populum Chriſtianum, & dummodo nos interficiant, uolunt igne comburi. Sed dominus mittet ignem in Theman in deſerta ſiccaq; Iudææ: quæ nequaquam irrigantur imbribus prophetarum, & deuorabit omnes munitiones eorum ſiue fundamenta murorum eius, ut omni ſenſu literæ concidẽte, ſuperædificetur eccleſia Chriſti domini fundamentis. Pro miſericordia, Septuaginta μήτραν, id eſt, uuluam tranſtulerunt. Et pro furore φρίκην, id eſt, horrorem, & pro indignatione τὸ ὅρμημα, id eſt, impetũ, ducti ambiguitate uerborum: quia רחם & uuluam & miſericordiam אפו & furorem eius, & horrorem ſuũ ſignificat. עברת uero & indignatio & impetus dicitur. Porrò ארמנות quas nos ædes interpretati ſumus: Aquila & Symmachus βάρεις, id eſt, domos: Theodotio, habitatores tranſtulit: Soli Lxx. & hic & ſupra θεμέλια τῶν τειχῶν αὐτῆς, id eſt, fundamenta murorum eius dixerunt. a ¶ *Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus, etc.*] Filios Ammon qui de Lot ſtirpe generati ſunt, & habitant in Arabia: ubi nunc eſt Philadelphia, corripit ſermo diuinus: quare ſub Saule rege Iudææ Naas Ammonites princeps eorum uaſtauerit Iabes Galaad & deſecuerit prægnantes eius, ut dilataret terminos ſuos, & omnem Galaaditin ſuo imperio ſubiugaret. Vnde comminatur ſuccenſurum ſe ignem in muros Rabba, quæ fuit metropolis Ammonitarũ, ut deuorentur ædes illius, in clamore & in ululatu uincentis exercitus: in die commotionis & turbinis quando captiui eius Nabuchodonoſor uincente ducentur, & idolum Ammonitarũ quod uocatur Melchõ, id eſt rex eorum, feretur in Aſſyrios: & principes eius, id eſt, ſacerdotes eius pariter abducentur. Sacerdotes in Hebræo non habetur, ſed principes. Addiderunt itaq; Lxx. οἱ ἱερεῖς αὐτῶν, id eſt, ſacerdotes eorum, ut ſi uelis ſcire qui ſint illi principes, audias ſacerdotes. Inter crudelitatem autem Damaſci & filiorum Ammon hoc intereſt, qd' illi contriuerunt in plauſtris ferreis Galaad, ſiue in ferris ferreis prægnantes Galaad: iſti autem diſſecuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum. In Damaſcenis qui bibunt ſanguinem, accipiuntur hæretici: qui non ſolum populum dei ab eccleſia diripuerunt, ſed & contriuerunt eum, & commolierunt ferreis dentibus, de quibus ſcriptum eſt: Qui deuorant plebem meam: ſicut eſcam panis. In filijs Ammon qui interpretatur populus mœroris uel populus meus: ſchiſmaticos accipimus qui ſeparant quidem deceptam multitudinem ab eccleſia dei, & rudes animas quæ nuper Chriſti concepere ſermonem, abrumpunt & diuidunt: tamen hoc non faciunt crudelitate qua hæretici deceptos quoſq; trucidant: ſed in eadem regula fidei permanentes, dilatare cupiũt terminos ſuos, & nomen gloriæ in poſteros mittere. Itaq; dominus comminatur ſe muros Rabbe, id eſt, multitudinis, in die ululatus & belli, commotionis & turbinis incenſurum, & regem eorum autorem ſchiſmatis ire captiuum, & principes eccleſiæ iugo colla ſummittere.

Caput II.

HAec dicit dominus: Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam, etc.*] Non ſolum filij Ammon, ſed & Moab de Lot ſemine procreatus eſt, qui fratris Abraham filius fuit. Et ut oſtendat ſe deus omnium

Margin notes (left page): A; תֵּימָן; Eſa.63.a; B; Actor.2 & 4.g; רִבְקָה; C; 1.Reg.11.d; מַלְכָּם; D; Pſal.5; בִּצָּח; רַבָּה



HEBRAEI bus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod incẽderit oſſa regis Idumææ uſque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in ſonitu Moab in clangore tubæ, & diſperdam iudicẽ in medio eius: & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. Hæc dicit dõminus: Super tribus ſceleribus Iuda, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod abiecerit legem domini, & mandata eius non cuſtodierit. deceperunt enim eos idola ſua poſt quæ abierant patres eorum, & mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Hieruſalẽ.

Hæc

SEPTVAG. tibus Moab & ſuper quatuor non auerſabor eos, pro eo quod incenderit oſſa regis Idumęę in cinerem: & emittam ignẽ in Moab, & deuorabit fundamenta ciuitatũ eius, & morietur in infirmitate Moab cum clamore, & cũ uoce tubæ, & diſperdã iudicem ex ea, & omnes principes eius interficiã, dicit dominus. Hęc dicit dominus: Super tribus impietatibus filiorum Iuda & ſuper quatuor non auerſabor eos: quia repulerunt legem domini, & præcepta illius nõ cuſtodierũt: et decepti ſunt in uanitatibus ſuis quas ſecuti ſunt patres eorũ: & emittã ignẽ in Iuda, & deuorabit fundamẽta Hieruſalẽ.

Hæc

A omnium dominum & cunctas animas ad ſuum, qui earum conditor eſt, imperium pertinere: regis quoque Idumæorum iniuriam uindicat, imò ſcelus quod in eum à Moabitis perpetratum eſt, ut oſſa eius uſq; ad cinerem concremarent, & ſæuitiam ſuam, & rabiem nec in morte finirẽt. Tradunt Hebræi, oſſa regis Idumææ iam ſepulti, qui cum Ioram rege Iſrael & Ioſaphat rege Iuda aſcenderat aduerſum Moab, in ultionem doloris à Moabitis poſtea conuulſa atq; ſuccẽſa. Ob hanc ergo, inquiunt, cauſam deus miſſurum eſſe ſe dicit ignẽ in Moab: uel metropolim Moabitarũ, à qua tota eſt appellata prouincia, uel uniuerſam prouinciã, ut deuoraret ædes Carioth, quod nomẽ eſt ciuitatis: licet Lxx. τῶν πόλεων αὐτῆς, id eſt, urbium eius interpretati ſunt, id eſt, Moab: periturumq; in ſonitu & in ululatu uincẽtis exercitus: quorum Hebraice alterum dicitur שאון alterũ תרועה & in clangore tubæ ſiue buccinę: hoc enim שופר ſignificat. Cũq; perierit Moab, uanum erit principum Iudicumq; conſiliũ, urbibus pariter ducibusq; ſubuerſis. Quomodo aũt nõ oportet transferre captiuitatẽ perfectam, ſiue Salomonis, & concludere eã in Idumæa, ut de excelſis atq; cœleſtibus humiles faciat atq; terrenos, quod Gaza & Tyrus feciſſe memorantẽ: ſic oſſa regis Idumææ cõburere non debemus, & in cinerẽ fauillamq; diſſoluere. Iudæi transferunt intelligentiam ſpiritalẽ in carnes Idumęas: ſenſumq; regium, qui uerſatur in litera, & eſt ſolidiſſimus atq; firmiſſimus, genealogijs quibuſdã & traditionibus ſuperfluis eneruant atq; cõminuunt & in puluerem redigunt, & nõ ſolum illi hoc faciunt, ſed oẽs hæretici, qui uolunt in modũ humanæ ſimilitudinis ſedere deum in ſolio excelſo & eleuato & pedes ponere ſuper terram ne ſcilicet pendeant, habere naſum, quo odoretur odorem bonæ fragrãtiæ, oculos quibus uideat: manus per quas operetur: pedes per quos ambulet, aures quibus audiat: os quo loquatur: dentes quibus cibos conterat. Qui legit introiſſe Iudam ad Thamar meretricem, & ex ea duos filios procreaſſe: ſi turpitudinẽ ſequatur literæ, & non aſcendat ad decorem intelligẽtiæ ſpiritalis, comburet oſſa regis Idumææ. Qui putat Oſee accepiſſe uxorem fornicariam, & nihil plus ſentit in dicto quàm uerbis ſimplicibus continetur: oſſa cõburet regis Idumææ. Et idcirco mittet dominus ignem in Moab, qui interpretatur ex patre, eo quod natus quidẽ ſit ex deo, ſed eum reliquerit. Et deuorabit ciuitates ſiue oppida eius, quod interpretatur Carioth. Vnde & Cariathiarim in lingua noſtra uertitur, uilla ſyluarum. Et non aliter morietur Moab niſi in clamore & ſonitu & ululatu, & clangore buccinæ, ut excelſis ſenſibus opprimantur, qui in ſanctis libris clangoribus buccinæ comparantur. Tũc & iudices & principes, & omnes qui pręſunt terrenis operibus deſtruit ſermo diuinus, & pręcipit eccleſię doctoribus: In montẽ excelſum aſcende qui euangelizas Sion: exalta uocem tuã qui prædicas Hieruſalem. a ¶ *Hæc dicit dominus: Super tribus, etc.*] Cæteris ſupradictis urbibus gẽtibusq; Damaſco & Azoto, Aſcaloni, Gazæ, Accaron, & reliquis oppidis Palæſtinorum, Tyro quoq; & Idumęę & filijs Ammon & Moab nõ exprobrat quod legem dei abiecerint & illius mandata contempſerint, non enim habuerunt ſcriptam legẽ, ſed naturalẽ. Vnde dicit eos uiolaſſe uiſcera propria & uiſcera miſericordiæ, & contriuiſſe in plauſtris ferreis prægnantes Galaad, & tranſtuliſſe captiuitatem Salomõis ſiue perfectã & concluſiſſe in Idumæa: nec eſſe recordatos fœderis patrum ſuorũ, & perſecutos eſſe in gladio fratrem ſuum, & in tantã non dico crudelitatẽ, ſed rabiẽ prorupiſſe, ut incenderent oſſa regis Idumææ & nõ paterent mortem eſſe omnium extremũ malorum. Iudas aũt in quo illo tempore, quo hæc dicebanẽ, erat dei religio & tẽplum & ceremoniæ: qui acceperat legem, & præcepta, & iudicia, & teſtimonia, atq; mandata: ſuper quorum differẽtia in decimooctauo pſalmo, & in centeſimo decimooctauo plenius diſputatur: increpatur à domino atq; cõuincitur, & digna ſupplicia recepturus eſt: quare abiecerit legẽ eius, & mandata illius nõ cuſtodierit. Quæ quia abiecit atq; contẽpſit, ordine & uia deceperunt eũ idola ſua. Non enim poterat ante ab idolis decipi, niſi legem domini repuliſſet, & mandata illius non feciſſet. Hæc ſunt idola poſt quæ abierũt patres eorũ in Aegypto: Aegyptij bouis ſimulachra fingentes, & adorantes Beelphegor, & colentes Aſtaroth & Baalim. Vnde dñs comminatur etiam in Iudam ſe ignem miſſurũ, qui deuoret ædes & fundamenta Hieruſalẽ, non illius in qua pacis uiſio commoratur, ſed earũ quæ ſub nomine Hieruſalem in diuerſis urbibus ſurrexerunt. Quicquid de Iuda diximus, refertur ad eccleſiã: in qua eſt uera confeſſio, & pax dñi & uiſio ueritatis. Et ideo arguiẽ quod legem dei contempſerit, & eius mandata non fecerit: & unuſquiſq; adorans uitia ſua atq; peccata, deum cœperit habere à quo uictus eſt, dicẽte Petro apoſtolo: à quo enim quis ſuperatẽ, huius & ſeruus eſt. Auarus, aurum: guloſus, uentrẽ: libidinoſus penẽ & Beelphegor colit: laſciua mulier, quæ cũ ſit in delicijs, uiuens mortua eſt, adorat Venerias uoluptates. Vnde mittet dñs ignẽ in Iuda & deuorabit ædes peſſimas & fundamenta uitioſa, quæ Hieruſalẽ gloriã perdiderunt: ſimulq; diſcimus creatorẽ omniũ, non ſolũ Iudæ & Iſrael, ſed uniuerſarũ

Margin notes (right page): 4.Reg.3.a; קריות; B; Gen.38.d; Oſee 1.b; מואב; קריות; יערים; C; Eſa.40.b; D; 2.Pet.2.d

Universidad de Deusto Biblioteca

A gentium habere curam: & iuxta Apoſtolum, eos qui ſine lege peccauerunt perire ſine lege, & qui in lege commiſere delicta, lege dñi iudicari. a ¶ *Hæc dicit dominus: ſuper, etc.*] Idcirco ponit nouiſſimum Iſrael, id eſt, decem tribus, quoniam prope omnia quæ ſequuntur, ad ipſum ſcripta præ diximus: ut ſub uno textu ſermo propheticus libri ordinē cōtineret. Primum ergo eorum ſcelus eſt ſiue impietas in tribus criminibus enumerata uel quatuor, quod ꝓpter pecuniam hominem uendiderint & hominem iuſtū: qui in eo admirabilior eſt, quod nec paupertate ſuperatus eſt, ut iniquum aliquid faceret. etſi quidē pauperem iuſtum famis neceſſitate compulſi precio uendidiſſent, eſſet aliqua ſceleris excuſatio, nunc aūt pro re uiliſſima, calciamētis quibus puluerem calcant & fimū, precioſam animam hominis uendiderunt.

HEBRAEI Hæc dicit dñs: Super tribus ſceleribus Iſrael & ſuper quatuor non cōuertam eum: pro eo quod uendiderit argento iuſtum & pauperem pro calciamentis: qui conterūt ſuper puluerem terræ capita pauperum, & uiam humilium declinabant, & filius & pater eius introierunt ad puellam, ut polluerent nomen ſanctum meum, & ſuper ueſtimentis pigneratis accubuere iuxta omne altare, & uinum damnatorum bibebant in domo dei ſui. Ego

B Iſti iuxta Lxx. ἐκονδύλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, id eſt, pugno percutiebant in capita pauperum. Secundū Hebraicum: conterunt ſuper puluerem terræ capita pauperum: & in tantam eleuant ſuperbiam, ut nolint cum hominibus ambulare. Et ne paruum uideretur hoc facinus, filius & pater ad unam ingreſſi ſunt puellā, ut no
2.Pet.2.a men dei ſanctum uiolarēt. Quicquid ergo fit turpiter, ad dei refertur iniuriam qui dicit, per uos nomen meū blaſphematur in gentibus: hoc eſt, quod & Apoſtolus
1.Cor.5.a ſcribit ad Corinthios: Omnino auditur in uobis fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidē, ita ut uxorem patris habeat aliquis. Et uos inflati eſtis, & non potius luxiſtis, ut tolleretur de medio ueſtrum, qui hoc opus fecit. Crebro euenit, ut pater filij ſui uxorem, ſocer polluat nurum: quod in lege utrunq; prohi
Leuit.18.b betur: Turpitudinem patris tui non reuelabis, & turpitudinem nurus tuæ non diſcooperies. Habet itaq; & litera utilitatem maximam ſi ſeruetur. Et quia omne flagitium ſi terminum pudoris exceſſerit, crimina auget criminibus & ſemper ad deteriora procedit: etiā ſuper ueſtimentis pigneratis accubuere decem tribus iuxta omne altare: quod ita interpretant Hebræi: Super ueſtimentis eorū qui ad idola ire nolebant, & quæ ui extorſerant epulantes, in idolio accubabant. Secundū Lxx. autem tantus erat contemptus in deum, ut ueſtimenta ſua in quibus dormiunt uel in quibus fornicant, iuxta altare funibus extenderent & facerent περιπετάσματα, id eſt, uelamina, quo fornicantes in tēplo nullus aſpicere poſſit, & ebrietati & libidini ſeruientes, etiam ipſum uinum quod bibebant nō de proprio labore, ſed de calumnijs emerent, & hoc faciebant in fano dei ſui, ut quos putabant deos, turpitudine ac ſtupris polluerent. Hæc loquuntur & ſic ediſſerunt, qui ſimplicem ſequuntur hiſtoriam. Nos autē qui & in Oſee docuimus ſub nomine Iſraelis & Samariæ & Ephraim, & filiorum Ioſeph: de qua tribu fuit Hieroboā, quia à regno Dauid & Hieruſalē, & tēplo dei populū ſegregauit, hæreti

cos ſignificari: etiā nunc poſt Iudā & Hieruſalē, quæ in C
terpretat eccleſia, intelligamus ad hæreticos ſermonē dirigi propheticum, qui uendūt uirum ſanctū iuſtūq;, ſed pauperem pro pecunia. Vir pauper & iuſtus ille eſt eccleſiaſticus qui nō habet ſcientiā ſcripturarū: ſed ſimplicitate cōtentus, facit mandata quæ iuſſa ſunt: de quo ſcri
Prou.13.b ptum eſt: Pauper nō
Gal.2.b ſuſtinet comminationē. Et ad Galatas: Tātum ut pauperū memores eſſemus. Hæc omnia hæretici pro diuitijs faciūt, & pro calciamentis quibus calcant puluerem terræ: quia enī non poſſunt nudis pedib. ſtare ſuper terrā ſanctā in qua ſtetit Moyſes & Ieſus filius Naue:
Luc.10.a Vnde apoſtoli nudis pedibus iubentur incedere, ne quid mortis habeant & pelliū, quæ referūtur ad carnes: ideo percutiunt in capite pauperes. Et ſaluator diſcipulis præcepit: ut ſi forte, quoniā adhuc uerſabant in terra, mortale quid in eorū operibus adhæſiſſet, excuterēt puluerē de pedibus ſuis. Percutiūt aūt hæ D
retici capita pauperū, quanquā hoc in Hebraico nō legitur: quia uiam humiliū declinauerūt. Via humilium
Ioan.14 illa eſt quæ dicit: Ego ſum uia, uita, & ueritas, quæ nos
Matth.11 prouocat ut ambulemus per eā, & dicit: Venite ad me
1.Tim.3 omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā uos. Omnes aūt hæreticorū principes intumeſcunt ſuperbia, de quibus & apoſtolus loquit: Ne inflatus incidat in iudiciū diaboli, qui dicit, in cœlum aſcendā: ſuper ſi
Eſa.14 dera cœli ponā nidum meū, ero ſimilis altiſſimo. Vnde
Iac.4 & ſuperbis hæreticis deus reſiſtit: humilibus aūt eccleſiaſticis dat gratiā. Filius quoq; & pater introierunt ad unā puellam, ut uiolarēt & polluerēt nomē ſanctum dei. Patrem noſtrū eſſe populū Iudæorū, ſæpe legimus,
1.Cor.10 dicente Paulo: Nolo uos ignorare fratres, quod patres noſtri oēs ſub nube fuerūt, & oēs per mare tranſierūt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari.
Deut.32 Et in alio loco: Interroga patres tuos, & annunciabunt
Pſal.44 tibi: ſeniores tuos, & dicēt tibi. Et rurſum: pro patribus
Cant.1 tuis nati ſunt tibi filij. Vnde & eccleſia gentiū loquitur: Filij matris meæ pugnauerunt contra me: Nos ergo filij ſumus, & pater populus Iudæorū. Peccamus & ſcelus committimus, quando ad obſeruationem ſabbati circunciſionis iniuriam, ceremonias legis abolitæ cum
Gal.5.a parēte noſtro ingredimur, quibus dicit Apoſtolus: Ecce ego Paulus dico uobis: quia ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Et iterū: Qui in lege iuſtificantur, à gratia exciderunt. Qui ita ingreditur eccleſiā, ut legem ſeruet in euangelio: iſte cū patre ingredit ad puellam, & committit ſtuprum, & uiolat nomē domini. Vnde qui dicunt non nocere Iudæis poſt aduentum Chriſti, ſi ita credant in dominum, ut legis quoq; præcepta cuſtodiant: patrem & filium una fornicatione contaminant. Sed & ueſtimenta ſua ligantes funibus uelami
Gal.3.d na faciunt iuxta altare, prætendentes fidem Chriſti. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum

SEP. Hæc dicit dominus: Super tribus impietatibus Iſrael & ſuper quatuor nō auerſabor eos: pro eo qđ uendiderit argento iuſtū, & pauperem propter calciamenta quæ calcāt ſuper puluerem terræ, & pugno percutiebant capita pauperum: & uiam humilium declinabant, & filius & pater eius ingrediebantur ad eādem puellā ut contaminarent nomē dei ſui, & ueſtimēta ſua alligantes funibus faciebant umbracula iuxta altare, & uinum de calūnijs bibebant in domo dei ſui. Ego





A induerunt. & ueſtimenta ſua, quæ peccatorum funibus ligauerunt, opponunt oculis uidentium, ne eorum cernantur flagitia: ut qui altare reſpicit, ſtuprum non ſuſpicetur. Hoc faciūt omnes hæretici ſub Chriſtiano nomine fornicantes, & erroribus ſuis atq; mendacijs obtendentes teſtimonia
Matth.21.a ſcripturarum. Vnde & apoſtoli ueſtimentis ſuis ſtrauerūt pullum aſinæ, ut mollius ſederet dominus, & ex lege ac prophetis ſtratam calcaret uiā. Econtrario hæretici non ſubſternunt ueſtigijs ſaluatoris ueſtimenta ſua, ſed ligant ea iuxta altare, & prætendunt peccatis ſuis, ut bibant uinum de calumnia ſiue damnatorum, qui ex eo quod egreſſi ſunt de eccleſia damnati ſunt. Hoc uinum eſt Sodomorum furoris draconum & aſpidum: quod qui biberit, ſanari non poterit: Bibunt autem uinum non in domo dei, ubi templum eſt & Hieruſalem: ſed in domo dei ſui: quem ſibi artifici ſermone finxerunt. a ¶ *Ego autem exterminaui Amorræum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius, etc.*] Vos quidem uendidiſtis argento iuſtum & pauperem
B pro calciamentis, percutientes eius caput, ſiue conterentes in puluere capita pauperum, & uiam humilium declinaſtis, intantum ut pater & filius ad unam introirent puellam, & uiolarent ſiue polluerent nomen ſanctum meum: & ueſtimenta ueſtra lupanaribus & fornicatione polluta, peccatorum uinculis nexuiſtis: ita ut in loco ſancto committeretis adulteriū, & ebrietati iniuſtitiam copulantes, uinū biberetis alienum, & hoc faceretis in domo dei ueſtri. Ego autem econtrario pro malis ueſtris quæ mihi reddidiſtis uobis tribui bona, ut exterminarem egredientibus uobis de Aegypto ante faciem ueſtram Seon regem Amorræorū, qui tam excelſus erat & fortis, quaſi cedrus & quercus, & contriui e
Deut.29.a ius fructum deſuper & radices deorſum. Ego uos eduxi de Aegypto, & per quadraginta annos longo ad terram ſanctam feci peruenire circumitu, ut poſsideretis terram Amorræi, de qua ſupra diximus, quam diuiſit
Num.32.f Moyſes filijs Ruben & Gad & dimidiæ tribui Manaſſe: & poſt tanta beneficia etiam hoc addidi, ut de filijs ueſtris aſſumerem mihi prophetas, & de iuuenib. ueſtris ſiue electis facerem Nazaræos, quos Lxx. interpretati
נזירים ſunt τοὺς ἡγιασμένους, id eſt, ſanctificatos. Neq; uero ubi de laudibus dicitur dei, hiſtoriæ ordo ſeruandus eſt: ſed frequenter euenit, ut quæ prima facta ſunt, extrema dicantur, & quæ nouiſsima referantur ad prima. Quod ſeptuageſimus ſeptimus pſalmus, & centeſimus quartus: ubi ſignorum potentia non ordo deſcribitur, docere nos poterit, & tituli pſalmorū, de quibus duo tantum ponamus exempla: Tertij pſalmi, & quinquageſimi primi: ubi quæ prius facta ſunt, narrantur extrema, & quæ extrema legimus, referuntur in principio. Ante enim de Doech Idumæo ſcriptum legimus in Re
1.Reg.21.a gum uolumine: qui titulus eſt quinquageſimi primi
& 22.b pſalmi, quàm Abſalon contra patrem ſurgeret: quod in
2.Reg.15.a tertij pſalmi titulo prænotatur. Itaq; & Amorræus no

HEBR. Egô autem exterminaui Amorræum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius deſuper, & radices eius ſubter. Ego ſum qui aſcēdere uos feci de terra Aegypti, & eduxi uos in deſerto quadraginta annis ut poſsideretis terram Amorræi: & ſuſcitaui de filijs ueſtris in prophetas, et de iuuenibus ueſtris Nazaræos.

niſsimus exterminatus eſt ſiue deletus quod nunc pri C
mum refertur: & quod aſcendere eos fecit de terra Aegypti, & reduxit in eremū per quadraginta annos, in principio factum legimus: quæ hic dicuntur ordine commutato. Prius ergo quam educeret nos deus de
אמורי terra Aegypti, de fornace ferrea, exterminauit ante faciem noſtram Amorræū: qui dicitur amarus, ſiue λαλητός, id eſt, loquens ſiue famoſus, & frequenti ſermone celebratur: Hic autē
שיאון Amorræus & rex Amorræorum appellatur Seon, arbor infructuoſa & ſterilis, non quo fructus non faciat, ſed malos afferat
Matth.3. & 7.c fructus, de quibus dicitur: Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, excidetur & in ignem mittetur. Et
Ibid.11.b de pſeudoprophetis legimus: Qui ueniūt in ueſtimentis ouiū, & intus ſunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoſcetis eos, malis uidelicet fructibus. Siue igitur fructum non faciat, ſiue faciat, ſed non bonū, infructuoſa arbor appellatur. Iſte Seon de quo ſcriptū eſt: Iam ſecuris ad Luc.3.b
radices arborū poſita eſt: quia infructuoſa arbor fuit: domino percutiente ſucciſus eſt, cuius altitudo cedrorum altitudini comparatur, de quibus legimus. Vidi D
impium exaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & Pſal.36.g
tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Et pulchre tranſiſſe ſe dicit: quia ei qui tranſit de ſeculo & dicere poteſt: Tranſiens uidebo Exod.3.a
uiſionem hanc magnā: aufertur cedrus, & locus ſuperbiæ non poterit inueniri. Fortitudo quoq; eius quaſi quercus arboris duriſsimę atq; fortiſsimę: Ex cuius uocabulo Philo uir, diſertiſsimus Hebræorū Eſau appellatum putat δρύϊνον, id eſt quercinum & roboreum: licet & Eſau poſsit ποίημα, id eſt, factura intelligi, ut ad mala opera referatur. De hoc forti atq; robuſto lo Luc.11.c
quitur in euangelio: Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſsidet: Si autē fortior illo ſuperueniens uicerit eum, uniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Nobiſq; præſtitit dominus, ut fructus huius Amorræi Seon, quē interpretari infructuoſam arborem diximus: quia mali erant, contereret deſuper & auferret: ne quis bonos æſtimans, comederet & periret. Radices quoq; illius ſuccidit atq; comminuit, ut nihil poſtea malæ arboris pullularet. Ipſe dominus fecit nos exire de ſeculo, & per annos quadraginta, qui numerus ſemper afflictionis & ieiunij, luctus eſt & doloris, per tribulationes & anguſtias peruenire in terram ſanctam: ut poſsideremus primum terram Amorræi, & illius quondam regio fieret noſtra poſſeſsio, & poſtea ſuſcitaret de filijs noſtris prophetas, omnes ſanctos uiros, qui acceperūt ſpiritū prophetalē: de quibus in prima epiſtola ad Co 1.Cor.14.a
rinthios plenius legimus: Et de iuuenibus ueſtris uel electis aſſumeret Nazaræos & ſanctificatos: qui deo animas ſuas immolantes, uinum quod inebriare poteſt, & ſtatum mentis euertere non attingunt: ut ha Iudic.16.d
beant comam Samſon: in cuius capite (quia caput uiri Chriſtus eſt) fortitudo & uictoria conſiſtebat.

SEPT. Ego autem abſtuli Amorræum à facie eorū: cuius erat ſicut altitudo cedri ſublimitas eius, & fortis quaſi quercus, & areſeci fructum eius deſuper, & radices eius deorſum. ego eduxi uos de terra Aegypti: & circunduxi uos in deſerto quadraginta annis, ut poſsideretis terram Amorræorum, & aſſumpſi de filijs ueſtris in prophetas, & de iuuenibus ueſtris in ſanctificationem. Nunquid

Nũquid non eſt ita filij Iſrael, dicit dominus, & propinabatis Nazaræis uinum, & prophetis mandabatis, dicentes: ne prophetetis.

HEBR. Eccè ego ſtridebo ſubter uos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtũ fœno: & peribit fuga à ueloce: & fortis non obtinebit uirtutem ſuam: & robuſtus nõ ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum non ſtabit, & uelox pedibus ſuis non ſaluabitur, & aſcenſor equi nõ ſaluabit animam ſuam: & robuſtus corde inter fortes, nudus fugiet in die illa, dicit dominus.

Audite

SEP. Quapropter ecce ego uoluã ſubter uos ſicut uoluitur plauſtrũ plenum ſtipula: & peribit fuga à curſore: & fortis non obtinebit fortitudinem ſuam, & pugnator non ſaluabit animam, & ſagittarius non ſuſtinebit, & uelox pedib. ſaluari non poterit: & eques nõ ſaluabit animam ſuam ÷ & inuentũ ·· cor eius inter potentes: & nudus fugiet in die illa, dicit dñs.

Audite

A a ¶ *Nũquid non eſt ita filij Iſrael, dicit dominus, & propinabatis Nazaræis uinum, & prophetis, etc.* ] Me uobis tanta pręſtante beneficia ut aduerſarios ueſtros interficerem, & terram eorum uobis traderem, & de filijs ueſtris ac iuuenibus prophetas eligerem & Nazaræos, meoq; cultui conſecrarem: Nunquid poteſtis dicere quod iſta non fecerim: & meã erga uos clemẽtiam per quam uiuitis denegarim? Qui in tantam rabiem prorupiſtis, ut *Num. 6.a* inebriaretis Nazaræos meos uino: quibus lege præceptum eſt, ut omne quod inebriare poteſt, non bibant, & ꝓphetis mandaretis ne in meo nomine prophetarent. Quod & Amos prophetæ quem nunc habemus in manibus, præcepit Amaſias ſacerdos Bethel: & Hieremiæ à rege mandatum eſt ne uerbis domini loqueretur ad populum, intantum ut etiam ſermones eius ignibus concremaret. De hoc loco hæreſim ſuam Tatianus Encratitarum princeps ſtruere nititur, uinum aſſerens non bibendum, cum & lege præceptum B ſit ne Nazaræi bibant uinum: & nunc accuſentur à propheta qui propinent Nazaræis uinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas eccleſijs ingerunt Chriſti, ergo & comam nutrire debent, & uuam paſſam ac uiridem non comedere: & ſuper matre & patre mortuis non ingredi, & ſi forte hæc fecerint & fuerint humana uel fragilitate uel neceſsitate ſuperati, radant capita, & irriti ſint omnes dies conſecrationis & laboris eorum. Quod ſi hæc non faciunt, neq; poſſunt more Iudaicorum cauponum miſcere aquã uino, umbras ueritati: euangelij gratiæ, legis neceſsitatem: ebrietatem illam intelligant, qua curis ſecularibus inebriatur, & obruitur animæ uigor, & illos prophetis mandare dicentes: Ne prophetetis, qui liuore ſuperati, prohibent eruditos uiros doctrinæ proferre ſermonem. Et *Eſa. 6.c* dicente domino: Vade & dic populo huic: illi econtrario iubent ne loquaris in nomine domini: maxime ſi ille qui doceat, non turpi lucro, & gloriæ atq; iactantiæ: ſed utilitati legentium, audientiumq; prouideat. b ¶ *Ecce ego ſtridebo ſubter uos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno: & peribit fuga à ueloce: & fortis non obtinebit uirtutem ſuam: & robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum non, etc.* ] Me uobis præſtante beneficia, & educente uos de terra Aegypti, & interficiente ante faciem ueſtram Amorræum, ut poſsideretis terram eius, & ſuſcitante de filijs ueſtris prophetas, & de iuuenibus ueſtris Nazaræos: uos inebriabatis Nazaræos meos uino, & prophetis dicebatis, ne prophetetis: Idcirco ſicut plauſtrum ſtipulæ uel fœni onere prægrauatum, ſtridore & ſonitu longe exululat: ſic ego peccata ueſtra ultra non ſuſtinens, & quaſi ſtipulam tradens incendio, clamabo & dicam: *3.Reg. 11.g* Peribit fuga à ueloce: quem Hebræi Hieroboam filium Nabath intelligunt, qui prius in Aegyptum fugerat. Hic autem non ipſos principes: ſed domos eorum & ſo*Ibi. 15 et 16*bolem accipiamus. Et fortis non obtinebit uirtutem C ſuam: fortem Baaſan interpretantur, qui fuit ad bella promptiſsimus. Et robuſtus non ſaluabit animam ſuam: hunc hic Amri ſentiunt. Et tenens arcum, non ſtabit ſiue ſuſtinebit: de Iehu filio Namſi: qui Ioram re*4.Re. 9.c*gem Iſrael ſagitta percuſsit, dictum putant. Et uelox pe*Ibi. 15.d*dibus ſuis non ſaluabitur: Manahen intelligunt: qui fruſtra feſtinans regi Aſſyriorum dona direxit. *Ibid. c* Et aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam: hunc Phaceæ filium Romeliæ interpretantur, qui iuncto Aram, id eſt Syro ſub rege Achaz Iudææ multa uaſtauit. Et robuſtus corde, inter *Ibid. 17.d 18.c* fortes nudus fugiet in die illa, dicit dominus: Solus Oſee qui ultimus rex decem tribuum fuit, & errantem populum ad dei cultum reuocare conatus eſt, quaſi nudus egreditur de incendio. Nudum autem uocat: quia ſub ipſo decem tribus captæ ſunt. Hoc Hebræi autumant, & ſicut nobis ab ipſis traditum eſt, noſtris fideliter expoſuimus. Nunc autem ad noſtra redeamus: Voluere ſe ſubter eos plauſtrum comminatur deus fœno uel ſtipula prægrauatum, D ut quia frumentum non habent quod in horrea condatur: fœnum eorum & ſtipula incendio concremetur. Hoc eſt fœnum de quo propheta dicit: Fiant ſi*Pſal. 128.b*cut fœnum ædificiorum, quod priuſquam euallatur *Eſa. 40.b* exaruit. Et omnis caro fœnum. Stipula autem illa eſt, ſuper cuius incendio flebiliter propheta complorat, dicens: Heu mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſti*Mich. 7.a*pulam in meſſe, & ſicut racemos in uindemia: cum non ſit botrus ad manducandum primitiua. Heu mihi anima mea: quia perijt reuerens de terra, & qui rectum faciat in hominibus non eſt: omnes in ſanguine iudicantur, & reliqua. Hoc eſt fœnum & ſtipula: de qua & Apoſtolus loquitur: Ligna, fœnum, ſtipula, uni*1.Cor. 3.c*uſcuiuſque opus manifeſtum fiet: quoniam in die domini in igne reuelabitur. Plauſtrumq; quod uoluitur illud eſt, de quo in Eſaia legimus: Conculcabitur Mo*Eſa. 25.d*ab ſub eo, ſicut conculcatur area in plauſtris. Et in alio loco: Ponam, inquit, te ſicut rotas plauſtri nouas cum *Ibid. 41.d* ſerrarum dentibus, & conteres montes, & comminues colles, & poſtquam montes colleſq; contriueris, pereat fuga à ueloce, dicente Paulo: Neſcitis quia hi *1.Cor. 9.d* qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit brauium. Et in alio loco: Currebatis bene: quis uos impediuit non acquieſcere ueritati? Vnde *Gal. 5.b* & de ſe timens, ait: Non quia iam accepi, aut perfectus *Phil. 3.c* ſum: curro autem ſi apprehendam, in quo & apprehenſus ſum à Chriſto. Hæc uniuerſa faciebat, ne periret fuga à ueloce: quamobrem cum iam perueniſſet ad calcem, & accepiſſet brauium uictoriæ, ſecurus aiebat: Certamen bonum certaui: curſum conſummaui: fidem *2.Tim. 4.b* ſeruaui: de cætero repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona: quã reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Si gradu concito fugerimus, peccatum nos apprehen-



Cap. III

AVditẽ uerbũ quod locutus eſt dominus ſuper uos filij Iſrael: ſuper omni cognatione quã eduxi de terra Aegypti, dicens: Tantummodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras. Nũnquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis?

Nun-

Cap. III

AVdite uerbum hoc quod locutus eſt dominus ſuper uos domus Iſrael: & contra omnem tribum quam eduxi de terra Aegypti dicens: Veruntamen uos cognoui de uniuerſis tribubus terræ: idcirco ulciſcar ſuper uos omnes malicias ueſtras. Si ambulabũt duo ſimul omnino, niſi cognouerint ſe?

ſi ru-

A apprehendere non ualebit, ſin autem ligauerit malicia pedes noſtros, loquemur cum propheta ad deũ: Quò *Pſal. 138.b* ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? De malis cur*Rom. 9.c*ſoribus Apoſtolus loquitur: Non uolentis, neq; currentis, ſed miſerentis dei. Sequitur: Et fortis non obtinebit uirtutem ſuam: non quo fortis ſit, ſed quo fortem eſſe ſe iactet: Siue qui confidit in fortitudine ſua, & non in dei miſericordia: iuxta illud quod *1.Cor. 1.c* ſcriptum eſt: Perdam ſapientiam ſapiẽtum, & intelligentiam prudentium reprobabo: non quo perire poſſit uera ſapientia, & ueritatis intelligentia reprobari: ſed quo eorum pereat ſapientia, qui apud ſe uidentur eſſe ſapientes, & in ſua eruditione confidũt. Robuſtus quoque ſiue pugnator qui non ſaluabit animam ſuam, il*Eph. 6.c*le eſt qui nequaquam Apoſtoli poſsidet armaturam, habens ſcutũ, ſed non fidei: accinctus lumbos, ſed non in ueritate: indutus lorica, ſed non iuſtitiæ: portans gladium: ſed non ſalutis: huiuſcemodi pugnator non ſanctificat prælium: nec domini poteſt bella bellare: contra ueritatem dimicans pro mendacio. Talis pugnator *Pſal. 143.d* nõ poteſt dicere: Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bel B lum. Miſericordia mea & refugium meum. Habent & ſagittarios hæretici qui fruſtra tendentes arcum, ſagittam domini ſuſtinere non poterunt, qui loquitur per *Eſa. 49.a* Eſaiam: Ego autem ſicut ſagitta electa in pharetra domi*Pſal. 10.a*ni. Iſti ſunt ſagittarij, de quibus & Dauid canit: Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. & uelox (inquit) pedibus ſuis non ſaluabitur: qui propter acumen ingenij diſcurrit per teſtimonia ſcripturarum, & oratorum eloquentia, uel ſophiſmatibus dialecticorum opprimere nititur ueritatem, & in eo præpeditur & corruet, quia non in deo, ſed in ſuis pedibus confidit. Aſcenſor quoq; equi non ſaluabit animam ſuam, qui ignorat dictum per prophetam: Fallax equus ad *Pſalm. 32.d* ſalutem. Et neſcit ſcriptum eſſe: Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos. Hic non ſaluabit animam ſuã, *Ibi. 75.a* ſed periens audiet: Hi in curribus & hi in equis: nos au*Ibi. 19.b*tem in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Iſti impediti ſunt & ceciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus. Robuſtus etiam corde inter fortes nudus fugiet. Qui locus dupliciter exponi poteſt: Vt aut ideo poſsit euadere, quia expoliauit ſe ueterem hominem, & pelliceas tunicas peccatorum, & nulla fuit ſarcina prægrauatus, aut econtrario, quia nudus eſt & Chriſti *Rom. 13.b* perdidit ueſtimentum, de quo in Apoſtolo dicitur: In*2.Cor. 5.a*duite uos Chriſtum Ieſum. Et in alio loco: Siquidem induti non nudi inueniamur. Nihil ei proderit fortitudo ſua, ſed in die prælij atq; certaminis fugiet perſequẽtes, & abſq; armatura apoſtoli reſiſtere non ualens, hoſtibus terga præbebit.

CAPVT III

AVdite uerbum quod locutus eſt dominus ſuper uos filij Iſrael: ſuper, etc.* ] Ad filios Iſrael prophetalis ſermo dirigitur, & qui ſint iſti filij Iſrael, ſequens uerſus oſtendit: Super omni (inquit) cognatione quam C eduxi de terra Aegypti: quod non ſolum in decem tribubus, ſed in omnibus duodecim, addentes Iudam & & Beniamin, debemus accipere. Omnes enim de terra Aegypti eduxit, & ait: Tantummodo, ſiue ut Symmachus interpretatus eſt: Solos uos cognoui ex omnibus cognationibus terrę. Et quia ſolos uos cognoui, qui creator ſum omnium, & uos habui peculiarem populum meum: idcirco ſuper ſolos uos omnia peccata ueſtra reſtituam: Potentes *Sap. 6.a* enim potenter tormenta patientur: qui autem minimus eſt, dignus eſt miſericordia. Et in Ezechiele le*Ezec. 9.c*gimus: A ſanctis meis incipite: Et iudiciũ *1.Pet. 4.d* dei de domo eius dicitur habere principium. Hoc interim iuxta hiſtoriam dictum ſit: cæterum quia auditus in ſcripturis ſanctis, non ſolum iſte accipitur quem auribus carnis excipimus, ſed etiam ille de quo dominus ait: Qui habet aures audiẽ*Luc. 8.b*di, audiat. Vnde & omnis populus uidebat uocẽ dei, *Exod. 20.c* proprie ad eos ſermo fit domini, qui ſenſu uident deum: quos eduxit de terra Aegypti, & de poteſtate Pharaonis: ut nequaquàm luto & paleis deſeruirent, extruentes Aegyptias ciuitates, & quos ex omnibus tribubus terræ cognouit, dicente Apoſtolo: Nunc autem *Gal. 4.b* cognoſcentes deum magis autem cogniti à deo. Et in *1.Cor. 14.g* alio loco: Qui ignorat, ignorabitur. Non ergo omnes D cognoſcit deus, ſed eos qui eius cognitione ſunt digni, loquens in euangelio: Recedite à me operarij iniquita*Luc. 13.f*tis, neſcio uos. In eo enĩ quod operarij iniquitatis ſunt, ignorantur à deo, idcirco, inquit: Quia ſolos uos cognoui & meos habui, uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras. Quem diligit dñs, corripit, & caſtigat om*Heb. 12.b*nem filium quem recipit. Et pulchre dixit: Viſitabo & non percutiam, quia plaga dei uiſitatio eſt, atq; curatio. Et omnes (inquit) iniquitates ſiue peccata ueſtra uiſitabo: ne quid impercuſſum remaneat, ne quid non recipiat ſanitatem. b ¶ *Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit, etc.* ] Legi in cuiuſdam commentarijs, rem difficilem perſuadere cupientis, octo ſceleribus ſiue impietatibus atq; peccatis: primum Damaſci: ſecundo Gazæ & cæteris urbibus Palæſtinæ: tertio Tyri, quarto Idumææ, id eſt, Edõ: quinto filiorum Ammon: ſexto Moab: ſeptimo Iudæ, hoc eſt duabus tribubus: octauo, quod ultimũ eſt, Iſraeli: id eſt, decem tribubus: totidem comminationes nũc redditas, & primam primæ, id eſt, Damaſci: ſecundam ſecundæ, id eſt, Gazæ, & reliquas reliquis reſpondere: Quod utrũ uerum ſit, nouerit ipſe qui ſcripſit. Alius autem putat ſex exempla propoſita, duorũ pariter in uia ambulantiũ, & leonis rugientis in ſaltu, & catuli leonis dantis uocem ſuam cum aliquid apprehenderit, et auis captæ ab aucupe, & laquei qui in terra defigitur ad capiendam prædã, & tubæ in ciuitate clangentis: hiſq; exemplis redditã ſimilitudinẽ: ut quomodo ſuperiora cauſam habent, & nõ fiunt, niſi illa præceſſerint: ſic nullũ in ciuitate accidat malũ, quod dño præcipiente non factũ ſit. Sunt qui primũ exemplũ æſtimant continere doctrinã, quia nõ poſsint duo pariter ambulare: niſi ſibi ante conſenſerint in eũ qui fecit utraq; unũ, & mediũ *Eph. 2.c*

parietem

Universidad de Deusto Biblioteca

HEBR. Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? Nũquid dabit catulus leonis uocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terræ abſque aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra antequàm quid ceperit? Si clãget tuba in ciuitate: & populus non expaueſcet? Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit: quia non faciet dominus deus uerbum, niſi reuelauerit ſecretum ad ſeruos ſuos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus eſt, & quis non prophetabit? Auditum

SEPTVAG. ſi ructabit leo de ſaltu ſuo prædam non habens? ſi dabit catulus leonis uocem ſuam de cubili ſuo omnino, niſi aliquid rapuerit? Si cadet auis ſuper terram ſine aucupe? ſi deponatur laqueus ſuper terram, niſi aliquid apprehenderit? ſi clanget tuba in ciuitate: & populus non timebit? ſi erit malicia in urbe quam dominus non fecit: quia non faciet dominus deus aliquid, niſi reuelauerit eruditionem ſuam ad ſeruos ſuos prophetas. Leo ructabit, & quis non timebit? Dominus deus locutus eſt, & quis non prophetabit? Annun-

A parietem maceriæ deſtruxit:& duos condidit in unum
nouum hominem:fecitq; inter eos pacem:& copulauit
uinculo charitatis:ut cum fuerint ſimul duo, poſtulent
à patre:& impetrent quicquid rogauerint. Hæ ſunt duæ
Ezec.7.c uirgæ quæ ſibi in Ezechiel copulantur: & duo populi
circunciſionis, & gentium: de quibus ad
Heliam loquitur do-
3.Reg.19.d minus: Reliqui mihi
Eſa.65.a ſeptem milia uirorũ,
qui non curuauerũt genu ante Baal. Et in alio loco deus: Inuentus ſum, ait, his qui me non quærebant: apparui eis qui me non interrogabant. Cum autem duo redacti fuerint in unũ, adhærebunt domino, & fiet unus ſpiri-
1.Cor.6.d tus: Qui enim adhæret domino, unus eſt ſpiritus. Iſti ergo duo qui ſibi conſentiunt, & in uia Chriſti pariter ambulant, nullius aduerſariorum poſſunt imperiũ pertimeſcere. Quod ſi diſcordia ſeparẽtur, ſtatim eos leo rugiens inuadet: de quo & Pe-
1.Pet.5.c trus apoſtolus ait: Aduerſarius ueſter dia-
B bolus tanquàm leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Qui leo rugiens, non uerſatur in agris conſitis, non in uineis, nõ in oliuetis: nec inter ligna pomifera, quæ laudant deũ: ſed ubi ſyluæ ſunt & inculta humus, & beſtiæ commorantur: & non ſolum leonis patebunt morſibus, ſed apprehendet eos catulus leonis: & ducet ad cubile ſuum,
Ioan.3.c fugiens lucẽ, & pergens ad tenebras. Omnis enim qui peccat, amat tenebras, & odit lucẽ: de quibus & in pſal-
Pſal.103.c mo legimus: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes feræ ſyluarũ: Catuli leonum rugientes, ut rapiant & quærant à deo eſcam ſibi. Quærit enim catulus leonis non eam prædam quam poſſidet, quæ ſuæ eſt poteſtatis: ſed ut de eccleſia Chriſti rapiat:
Abac.1.d de quo & in Abacuc ſcribitur: Eſcæ eius electæ. Tertia pœna eſt eorũ quos diſcordia ſeparauit, ut perdant alas quibus prius ſublimiter ferebantur: & de cœlis in terram corruant: & teneantur ab aucupe, qui melius dicitur ὁ ἰξευτής: eo quod hærente uiſco, aues liberas capiat: quæ propria uoluntate ad terrena deſcendunt:
Prou.1.b 29.a de quibus in Prouerbijs ſcriptum eſt: Non iniuſte tenduntur retia auibus: Iuſta enim ruina eſt peccatorum. Qui cum habuerint alas columbæ, & per aerem uolitare debuerint, pondere peccatorum ad terrena depreſſi ſunt: & uitio ſuo adhæſerunt uiſco: de quo & in Apoſto-
1.Cor.6.d lo legimus: Qui adhæret meretrici, unum cum ea corpus efficitur. Quarta pœna eſt diſcordantiũ, ut capiantur laqueo: qui non in cœlo poſitus eſt, ſed in terra: de quo quod euaſerit ſanctus gloriatur, & dicit: Anima no-
Pſal.123.a ſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiũ: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Iſte eſt contritus la-
Rom.16.c queus: de quo Apoſtolus loquitur ad credentes: Deus conteret ſatanã ſub pedib. ueſtris uelociter: Rurſumq;
Pſal.139.b in Dauid legimus: Iuxta ſemitã ſcandalum poſuerunt
mihi. Non enim poſſunt decipere ſimplices quoſq; cre- C
dentium, niſi nomen Chriſti propoſuerint: ut dum putamus nos Chriſtum inuenire, pergamus ad antichriſtum. Quinta pœna eſt eorũ qui reliquere pacem, quæ exuperat omnẽ ſenſum: & quam dominus pergens ad patrem, apoſtolis de- Ioan.14.
reliquit, dicens: Pacẽ meam do uobis: pacem meã relinquo uobis: ut in ciuitate domini conſtituti, tubæ ſonitu terreantᷣ. Quicquid enim in ſcripturis ſanctis dicitur, tuba comminans eſt: & grãdi uoce aures credentium penetrans. Si iuſti ſumus, per tubam Chriſti ad beatitudinem prouocamur: ſi peccatores, audimus quæ ſimus tormenta paſſuri. Malũ autem quod dominus facit in ciuitate: non contrarium eſt uirtuti, ſed afflictio & cruciatus: de quo le-
Matt.6. gimus: Sufficit diei malicia ſua, id eſt tribulatio & anguſtia.
Eſa.4 Et in propheta legimus: Ego deus qui feci lucem & tenebras:
D qui facio pacem & cõdo mala: Sicut enim tenebræ contrariæ ſunt luci & diei: ſic & paci bellũ contrarium eſt: quod non per ſe malũ eſt: ſed malum uidetur his eſſe qui ſuſtinent. Et ut ſciamus in ſcripturis ſanctis maliciam interdum non contrariam uirtuti accipi: ſed afflictionem pœnaſq; & anguſtiã, unum adhuc de
Ione 3. Iona ſumamus exemplũ: Et uidit deus opera eorum: quia conuerſi eſſent à ſuis uijs peſſimis: & pœnituit eũ ſuper malicia, quam locutus eſt ut faceret eis. Malicia utiq; ibi ſubuerſio Niniuitarũ eſt, quam per prophetã deus fuerat comminatus: & non uirtuti contraria quæ ad peccatũ pertinet: pro quo comminabatur tormenta peccantibus. Sequitur: Non faciet dominus deus uerbum, niſi reuelauerit ſecretũ ſuum, ſiue correptionem ſuam ſeruis ſuis prophetis: non quo omnia deus reuelet prophetis, quæ in cœlo faciat, uel ante iam fecerit: ſed quæ facturus in terris ſit. Reuelauit Noe ſeruo ſuo
Gen.6. quod eſſet inducturus diluuiũ. Reuelauit Abraham &
Ibi.1 Loth ſeruis ſuis, quod arſurus eſſet Sodomã & Gomor-
Ibi.4 tam, Adamã & Seboim. Reuelauit Ioſeph interpretatio-
Ione 3. nem ſomnij ſeptem annorũ famis in Aegypto: & Ionæ prophetæ ſubuerſionẽ Niniue: ut qui audirent uentura ſupplicia, aut agerent pœnitentiã, & tormenta uitarent: aut contẽnentes iuſtius punirentur: Ita & nunc dñs reuelat per Amos ſeruũ ſuum & prophetam: quid facturus ſit decẽ tribubus: ut ſi fuerint ad meliora conuerſę, & idola deſeruerint, de imminẽti periculo liberẽt. Et nota qđ clemẽs & benignus deus ſemp futura prænũciat, ne cogatᷣ inferre ſupplicia. Et quod hęretici calũniantᷣ in creatore, quaſi ſeuero & truculẽto, crudeli, & tm̃ iudice: eo quod nullũ ſit malũ in ciuitate, qđ ille nõ faciat: hoc nos referimus ad magnitudinẽ miſericordiæ, qđ nõ inferat pœnas niſi ante prædixerit. Qui aũt prædicit, non uult punire peccãtes. Leo, inqt, rugiet: & qs nõ timebit?
Dominus



HEBRAEI. Auditum facite in ædibus Azoti & in ædibus terræ Aegypti: & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ: & uidete inſanias multas in medio eius: & calumnias patientes in penetralibus eius: & neſcierunt facere rectum, dicit dominus: theſaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus ſuis. Prõpterea hæc dicit dominus deus: Tribulabitur & circumietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ. Hæc

SEP. Annunciate regionib. in Aſſyrijs, & in regionibus terræ Aegypti, & dicite: Congregamini ſuper montẽ Samariæ: & uidete mirabilia multa in medio eius & oppreſsionem in ea: & ignorauit quæ futura ſint coram ea, dicit dominus: qui theſaurizãt iniquitatẽ & miſeriam in regionibus eorũ. Propterea hæc dicit dominus deus: Tyrus & in circumitu terra tua deſerta erit: & detrahet de te fortitudinem tuam: & diripientur regiones tuæ. Hæc

A Dominus deus locutus eſt: quis nõ prophetabit? Quis in hoc loco non pro impoſsibili, ſed pro raro accipitur. Ille enim non timebit, & ille non prophetabit: qui propter duritiam ſuam dominum audire contempſerit. Et eſt ſenſus iuxta hiſtoriam: Si ad leonis uocem omnia contremiſcunt, & cuncta animãtium natura terretur: nos iubente deo ut loquamur & annũciemus populo uentura ſupplicia: non prophetabimus? non loquemur? Scio quendam in ſuis ſcriptum commentarijs reliquiſſe, leonem rugientẽ diabolum intelligendũ: & rugientem his qui perituri ſunt: deum autem qui loquatur per prophetas referendum eſſe ad dominum ſaluatorem: ut quomodo illi in malam partem audiunt leonis rugitum, & capiuntur in mortem: ſic ſancti in bonã partem dominum præcipientem audiant & ſaluentur. a ¶ *Auditum facite in ædibus Azoti & in ædibus terræ Aegypti: & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ: & uidete inſanias multas in medio eius: & calumnias, etc.*] Supra di-
B ximus Amos prophetam ſpecialiter, imò magnam uoluminis partem ad decem tribus, quæ appellantur Iſrael & Ephraim, & Samariam prophetare. Itaq; etiam nunc iubetur: ut annunciet Azoto, & terræ Aegypti quæ ſequuntur. Pro Azoto neſcio quid uolentes Septuaginta ἀσσυρίοις poſuerunt: cũ Azotus lingua Hebræorum appelletur אשדוד & Aſſyrij אשור. Pro ædibus quoq; quæ dicuntur ארמנות uerterunt χώρας, id eſt, regiones, quæ uocantur שדות & nihil in uerbo ſimilitudinis habent. Dicite, inquit, ut congregentur omnes gentes quæ in uicino ſunt: & uideant ſcelera Iſrael, ne iniquum putent dei eſſe iudicium: quomodo ſi diceret: Prius uidete quæ faciant: & tunc meam ſententiam comprobate. Pulchreq; intulit: Super montes Samariæ uel ciuitatis, quæ nunc Sebaſte, tũc Samaria uocabatur: uel uniuerſæ prouinciæ, quæ in montuoſis ſita eſt: & uidete inſanias multas in medio eius, ut pro deo adorent uitulos & immolent filios ſuos: nec hoc ſcelere contenti, calumnientur pauperes in penetralibus ſuis: & omnino rectum facere neſciant, theſaurizantes ſibi non aurum & pecunias quæ interdũ labo-
Rom.1.d re quæruntur: ſed iniquitates & rapinas in ędibus ſuis: ut quia deſerto dei cultu adorauerunt idola, tradat eos deus in reprobum ſenſum, ut faciant quæ non oportet. Et quia ſemel iuxta leges tropologiæ, Samaria refertur ad hæreticos qui cuſtodes mandatorum dei eſſe ſe mentiuntur: præcepit ſermo diuinus, ut in gentibus prædicent, quæ non habent noticiam dei: in quarum doctrina ignis excurens eſt, & tribulatio & anguſtia: ut conſiderent falſam Samariam: & aſcendant ad montes ſuperbiæ eius: & uideant multas inſanias in medio ciuitatis, dum unuſquiſq; fingit quod uoluerit: & adorat figmentum ſuum: ut Marcion bonum deum & ocioſum: ut Valentinus αἰῶνας triginta: & extremum Chriſtum quem appellat ἔκτρωμα, id eſt abortiuum:
ut Baſilides, qui omnipotentem deum portentoſo no- C
mine appellat ἄβραξας, & eundem ſecundum Græcas literas, & annui curſus numerum dicit in ſolis circulo contineri: quem ethnici ſub eodem numero aliarum literarum uocant μίθραν. Et Iberæ ineptiæ in balſamo barbeloq; mirantur. Nonne hęc inſaniæ ſunt, & multæ inſaniæ: uno quoque fingente, quod in animum eius inciderit? Calumniam quoque patiuntur in penetralibus eius: ſiue opprimuntur ſimplices quique credentium: dum ſub nomine ueritatis colũt mẽdacium, & omnino rectum facere neſciunt: quia perdidere tramitẽ ueritatis: nec credunt in eo qui di-
cit: Ego ſum ueritas. Ioan.14.d
Et theſaurizant ſibi dogmata iniquitatis, & rapiunt atq; concludunt in ædib. ſuis quos potuerint falſo errore decipere. Sin autem placuerit ut legamus Aſſyrios: quod tamen in Hebraico non habetur: dicamus hos eſſe de quibus ſcriptum eſt: Inducam ſuper ſenſum magnum principem Aſſyriorum, qui di-
xit: fortitudine mea faciam, & cætera: ut capiantur hæ- D
retici ab Aſſyrio: ut teneantur in terra Aegypti: de qua iam uenientes ad eccleſiam liberati ſunt. b ¶ *Propterea hæc dicit dominus deus: Tribulabitur & circumietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.*] Pro Tyro quæ in Hebraico duabus literis ſcripta eſt צ & ר: & appellatur צר: quod & Aquila & Septuaginta ſimiliter tranſtulerunt: Hebræus qui me in ſcripturis ſanctis erudiuit, tribulationem interpretatus eſt: nec renuimus eius ſententiam: quia & Symmachus, qui non ſolet uerborum κακοζηλίαν, ſed intelligentiæ ordinem ſequi, ait: obſidio & circundatio terræ. Pro obſidione terræ quæ ab eo dicitur πολιορκία, fortitudo à Theodotione poſita eſt, qui putauit non צר & צר: quod tribulatio uel Tyrus dicitur: ſed צור legendum: quod proprie refertur ad petram duriſsimam: quæ Græce appellatur ἀκρότομος: & quam nos latine ſilicem dicere poſſumus. Loquamur ergo de ſingulis. Septuaginta dixerunt τύρος καὶ κυκλόθεν ἡ γῆ σου, id eſt Tyrus & per circumitum terra tua: uidebaturq; pendere ſententia: Addidere ergo de ſuo ἐρημωθήσεται, id eſt, deſerta erit: nec error interpretum eſt, ubi propter uerbi ambiguitatem & tribulatio & Tyrus dici poteſt. Et eſt ſenſus: Super montes Samariæ multas populus meus inſanias perpetrauit: calumniam faciens: & rectum penitus ignorans, & theſaurizans ſibi iniquitatem & rapinas: Ideo tribulabitur ſiue conteretur, & Aſſyrio exercitu terra circundabitur eorum: & detrahetur, ait, ex te, ô Samaria, & ô decem tribus, ô quondam populus meus fortitudo tua: & diripientur in ædibus tuis quæ per calumniam ex miſerorum lachrymis congregaſti. Hæretici quoq; aut tribulabuntur in die iudicij: & omnis eorum fortitudo attenuabitur: & diripientur quæ habuerant de rapinis, ut liberentur populi quos deceperant: aut certe
quotidie

A quotidie per uiros eccleſiaſticos tribulabuntur, & cir/
cundabuntur teſtimonijs ſcripturarum, & detrahetur
ex eis fortitudo ſyllogiſmorum & uerborum argutiæ
quibus ſuum dogma firmauerant. Et ædes eorum di/
ripientur: ut qui rapti fuerant de eccleſia, ad eccleſiam
reuertantur. a ¶*Hæc dicit dominus. Quomodo ſi eruat paſtor, etc.* ] In principio Amos ubi uerſiculos illos diſſeruimus: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit uocem ſuam: & luxerunt ſpecioſa paſtorũ, & exiccatus eſt uertex Carmeli: diximus illum artis ſuæ uſum eſſe ſermonibus: ut quia paſtor gregum, nihil terribilius leone cognouerat: iram dñi leonibus compararet. Iuxta hũc ergo ſenſum etiã nunc de eo quod ſæpe uiderat ſumit exemplum: & ſic decẽ tribuum paruas reliquias de Aſſyriorum narrat manibus eruendas: quomodo paſtor deuoratis omnibus mẽbris, duo crura aut extremum au/

B riculæ de leonis faucibus rapiat: poſitoq;
comparationis exemplo: ita, inquit, eruentur filij Iſra/
el, decem uidelicet tribus quæ habitant in Samaria, in
plaga lectuli & in Damaſci grabato. Quod mihi ſic ex/
Eſa. 7. a planandum uidetur: Legimus in Eſaia Raſin regem A/
ran, id eſt Syrorum qui regnabat in Damaſco: & Pha/
cee filium Romeliæ regem Iſrael, inito fœdere contra Iu
dam ueniſſe pugnantes: de quibus dominus præcepit
Achaz regi Iudæ & Hieruſalem ne timeat duos ſemiu/
ſtos torres: quando in ſignum plenę libertatis, uirginis
ei & conceptus & partus oſtenditur. Filij ergo Samarię
habitant in regione & plaga lectuli, requieſcentes in Sy
rorum auxilio, & in Damaſci grabato ſibi uictoriã pol/
licentes: ut quomodo qui feſſus eſt refocillatur in lectu
lo: ſic illi fractas uires uicinæ gentis auxilio roborarent.
Ibid. c Vnde & in eodem Eſaia per typum dicitur futurorum,
quod naſciturus ſit puer qui priuſquam ſciat patrem et
matrem uocare, accipiat ſpolia Samariæ & uirtutũ Da/
maſci: quę ſcilicet contra Hieruſalem iunctis uiribus di
micabant. Pro plaga lectuli & Damaſci grabato: Septua
ginta tranſtulerunt κατέναντι φυλῆς καὶ ἐν δαμασκῷ,
id eſt, contra tribum & in Damaſco: ut iuxta tropolo/
giam referamus tribum ad Iudã, & Damaſcum ad uo/
cationem gentium: de quibus unus grex factus eſt do/
mini: cuius ſæpe oues leonum feritas laniat: de quorũ
faucibus uix duo crura aut extremum aufertur auricu
læ. In crure uia oſtenditur doctrinarum: in aure ſacra/
Matt. 10. b menta dictorum. Vnde & apoſtoli abſq; calciamentis
& ulla mortui animalis pellicula, nudis pedibus iube/
Luc. 8. a bantur incedere: & ad credentes dicitur: Qui habet au
Apoc. 2. b res audiendi audiat. In Apocalypſi quoq; Ioannis legi/
mus. Qui habet aures audiat quid ſpiritus dicat eccle/
ſijs. Et manifeſtius per prophetam: Ponite, inquit, ſer/
mones ueſtros in aurib. cordis ueſtri. Hoc iter tam hæ/

HEBR. Hæc dicit dominus: Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura: aut extremum auriculę: ſic eruentur filij Iſrael qui habitant in Samaria in plaga lectuli et in Damaſci grabato. Audite & conteſtamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituũ: quia in die cũ uiſitare cœpero præuaricationes Iſrael ſuper eum: uiſitabo & ſuper altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris: & cadent in terram: & percutiam domum hyemalem cum domo æſtiua: & peribunt domus eburneæ: & diſſipabuntur ædes multę, dicit dominus.

SEP. Hæc dicit dominus: Quomodo ſi auellat paſtor de ore leonis duo crura: aut extremum auriculę: ſic auellentur filij Iſrael qui habitant in Samaria contra tribum & in Damaſco. Sacerdotes audite: conteſtamini domum Iacob dicit dominus deus omnipotẽs: quia in die qua ulciſcar iniquitates Iſrael ſuper eũ: ulciſcar & ſuper altaria Bethel: & ſuffodiẽtur cornua altaris: & cadent ſuper terram: confundam & percutiam domum pinnatam ſuper domum ęſtiuam: & peribunt domus eburneæ: & adijciẽtur domus aliæ multæ, dicit dominus.

retici quàm magiſtri eorum dæmones impedire feſti/ C
nant & intexere retibus: ut in uia qui Chriſtus eſt cor/
ruamus. Sed ſi uenerit uir eccleſiaſticus & homo dei, &
Samſon qui interpretatur ſol: leonem interficit: deſcen/ שמשון
denſq; in inferni lacum qui aquas refrigerat tempore
niuis, tempeſtatis & hyemis, ſuffocat leonem: ut ſecuro pede & tutis auribus dominũ ſequi, & uerba eius audire ualeamus. b ¶*Audite & conteſtamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituum: quia in die cum uiſitare cœpero præuaricationes Iſrael ſuper eum: uiſitabo & ſuper, etc.* ] Quod in principio capituli iuxta Septuaginta poſitum eſt, ſacerdotes: in Hebraico non habetur: ſed pro hoc uerbo legitur ערש quod Aquila interpretatus eſt grabatum: & puto Septuaginta ipſum uerbum poſuiſſe Hebraicum: quod quidam non intelligentes pro ערש legerũt ἱερεῖς, id eſt ſacerdotes. Præcipit autẽ ſermo ꝓpheticus ut primum audiant: dein/ D
de conteſtentur in do
mo Iacob, id eſt in decem tribubus quæ dominus dixe
rit. Cum cœpero, inquit, uiſitare præuaricationes uel
impietates domus Iſrael, & ei reddere quæ meretur, &
captiuitatis tempus aduenerit: tunc deſtruentur altaria
Bethel ubi erant aurei uituli: & amputabuntur cornua
altaris: quod Hieroboam quoq; manum extendente 3. Reg. 13
diruptum eſt: & ruent in terram Aſſyrio uaſtante con/
fracta. Et percutiam, inquit, domum hyemalem cũ do/
mo æſtiua: quod ſimpliciter iuxta literam accipere poſ/
ſumus, tantarum eos fuiſſe opum: ut duplices habe/
rent domos, hyemales & æſtiuas: quarum aliæ uerſę eſ/
ſent ad Aquilonem, aliæ ad Auſtrum: ut pro uarietate
temporum, frigoris & caloris cœliq; temperiem proui
derent. Poſſumus domum hyemalem appellare regnũ
Iſrael: in qua frigus erat religionis & cultus dei: uarijq;
uentorum turbines & ſæua tempeſtas: & domum æſti/
uam Iudam & Hieruſalem: in qua erat templum: & offe
rebantur holocauſta mane & ueſperi & uigebat calor
religionis. Et peribunt, ait, domus eburneæ, quod & iu
xta hiſtoriam ſtare poteſt: Legimus enim Achab regem 3. Reg. 22
Iſrael tantis fluxiſſe delicijs, ut domum ſibi eburneam
fecerit. Pro eburneis, domos dentis, id eſt elephanti/
nas in Hebræo inuenimus. De quibus & in quadrage/
ſimo quarto pſalmo ſcriptum eſt: A domibus eburne/
is: ex quibus delectauerunt te filiæ regũ in honore tuo.
Quando uiſitare cœperit dominus præuaricationes
Iſrael qui prius deum mente cernebat: uiſitabit & ſuper
altaria Bethel: non unum altare quod habet eccleſia: ſed
altaria hæreticorum plurima: Tot enim habẽt altaria
quot ſchiſmata. Amputabit & cornua altaris quod per
ſuperbiam unum ſe habere iactant. Cadentq; eorum
cornua, id eſt arrogãtia in terram: & percutiet domum
hyemalem: eos hæreticos qui laborant continentia &
ieiunijs



A ieiunijs, xerophagijs, chameunijs, è quibus Tatianus
eſt & Manichæus. Et domum æſtiuam: ut Nicolaitas &
Eunomianos, & ueteris hæreſeos nouos ſectatores,
qui propter uentris ingluuiem, omnem recipiunt uo/
luntatem. Et peribunt domus eburneæ, quæ artifici
dente & rhetorici nitoris ſplendore compoſitæ ſunt. Et
diſſipabuntur ædes multæ, quæ in toto orbe diſperſæ
ſunt. Vna enim ueritate ſurgente, multa mendacia de/
ſtruentur. Pro domo hyemali, τὸν οἶκον τὸν περί/ C
πτερον Septuaginta tranſtulerunt, quod nos interpre
tati ſumus pinnatam, eo quòd oſtiola habeat per fene/
ſtras, & quaſi pinnas ad magnitudinem
frigoris repellendam.

Commentarij primi in Amos pro/
phetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SE-
cundum Commentariorum Amos, ad Pam-
machium procemium.

LEGI in quadam controuerſia: Imbecillitas corporis, animæ quoque
uires ſecum trahit. Econtrario Paulus Apoſtolus: Quando infirmor,
inquit, tunc fortior ſum: & uirtus in infirmitate perficitur. Spiritus e- 2 Cor. 12. c
nim contra carnem, & caro contra ſpiritum: hæc inuicem ſibi aduer- Gal. 5. c
ſantur, ne quæ uolumus illa faciamus. Vnde & in Euangelio dicitur:
Spiritus promptus eſt, caro autem infirma. Senectus multa ſecum & Matt. 62. b
bona affert & mala. Bona, quia nos ab impudentiſsimis dominis libe-
rat uoluptatibus: gulæ imponit modum, libidinis frangit impetus, auget ſapientiam,
dat maturiora conſilia: & frigeſcente corpore, dormit cum perpetua uirgine Sunami- 2 Reg. 19. f
te: luxuriamq; contemnens cum Berzellai, delegat eam filio adoleſcenti Camaham: &
non uult tranſire Iordanem, atque in alienos fines de ſuis finibus, id eſt regionibus,
exire. Quæ autem putantur ſenectutis mala, iſta ſunt: crebræ infirmitates, pituita mole-
B ſtiſsima, quam Græcorum alij κόρυζαν, alij φλέγμα nuncupant: caligantes oculi, ace
ſcentes cibi, tremens interdum manus, nudi gingiuis dentes, & inter cibos cadentes. D
Adhæc torminibus & aculeis ſtomachi, podagræq; & chiragræ doloribus ſæpe torque-
tur: ita ut ne ſtylum quidem aut calamum tenere queat, ut ſuis pedibus non poſsit ince-
dere: magnaq; parte uitæ uideatur eſſe truncata, & multis membris præmortua. Cum
hæc ita ſe habeant, in malorum comparatione tolerabilius ſuſtinebo morbos, dummo-
do una & grauiſsima domina libidine caream. Patitur quidem & ſenectus nõnunquam
incentiua uitiorum: nulluſq; iuxta ſanctum martyrem Cyprianum, diu tutus eſt pericu-
lo proximus. Sed aliud eſt titillari, aliud obrui uoluptatibus. Ibi cum Apoſtolo adole-
ſcentia loquitur, quæ nouit uirentis corporis neceſsitates: Non enim quod uolo bo-
num hoc ago, ſed quod nolo malum, illud facio. Et, Miſer ego homo, quis me libera- Rom. 7. c
bit de corpore mortis huius? Hic autem raro inter emortuos cineres ſcintilla ſublucens
reuiuiſcere nititur, & tamen incendia non poteſt ſuſcitare. Quam ob rem Pammachi,
cano iam mecum capite impetra mihi à domino, ut comitem mihi merear habere ſapi-
entiam, de qua ſcriptum eſt: Ama illam, & ſeruabit te: honora illam, & amplexabitur Prou. 4. a
te: ut ipſa adiuuante & ſocia, cœptum in Amos opus expleam: ſecunduſq; liber prin-
cipium ſumat à uaccis Baſan: ut qui in Oſee propheta de uaccis ſiue
uitulis Bethauen pleno ſermone tractaui: nunc
quoque de uaccis pinguiſsimis
poſsim differere.

Universidad de Deusto Biblioteca

A COMMENTARIORVM HIERONYMI in Amos prophetam, Liber ſecundus.

Cap. IIII.

AVdite uerbum hoc uaccæ pingues quæ eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis ueſtris: afferte & bibemus. Iurauit dominus deus in ſancto ſuo: quia ecce dies uenient ſuper uos, & leuabunt uos in cōtis, & reliquias ueſtras in ollis feruentibus: & per aperturas exibitis altera cō tra alterā: & proijciemini in Armon, dicit dominus. Venite

Cap. IIII.

AVdite uerbū iſtud uaccæ Baſanitides quæ eſtis in monte Samariæ: quæ opprimitis pauperes, & conculcatis egenos, quæ dicitis dominis ueſtris, date nobis ut bibamus: Iurat dominus per ſanctos ſuos: quoniā ecce dies uenient ſuper uos, & tollēt uos in armis: et eos q uobiſcū ſunt ī ollis, negociatores peſtilentes: et eijciemini nudæ contra inuicē, & proijciemini ſuper montē Remmā, dicit dn̄s. Introiſtis

AVdite uerbum hoc uaccæ pingues quæ eſtis, etc.] Pro uaccis pinguibus: Septuaginta poſuerunt δαμάλεις τῆς βασανίτιδος, Aquila & Theodotio ipſum uerbum Hebraicum בָּשָׁן nos Symmachi interpretationē ſecuti, qui ait, αἱ βόες εὔτροφοι, id eſt, boues ſaginatę: uaccas pingues interpretati ſumus. Loquitur autem ad principes Iſrael, & optimates quoſq; decem tribuum, qui delicijs ac rapinis uacabant, ut audiant ſermonē dei: & nō aratores boues, ſed uaccas pingues de armento ſe eſſe nouerint: ſiue quæ nutriantur in paſcuis Baſan quæ ſunt loca herbarum fertiliſsima: ac per hoc ſignificat eos non agriculturæ, ſed immolationi & eſui præparatos. Vos uaccæ pingues eſtis in monte Samariæ, & humiles quoſq;
B cōfringitis, & dicitis dominis ueſtris, id eſt paſtoribus, per quos reges intelligimus: Date nobis & bibemus, id eſt, iubete tantum, & nos cuncta uaſtabimus. Ex eo autem quod poſuit: date nobis & bibemus: & non dixit, date & comedemus, ebrietatem earum ſignificat in uino atque luxuria, quæ ſtatum mentis euertunt. Iurauit itaq; dominus deus in ſancto ſuo, uel in ſemetipſo, uel in filio, uel in tēplo, uel in omni qui ſanctus eſt & appellatur templum dei: quod aduentura ſit dies non longe & poſt multa ſecula: ſed iam imminens dies captiuitatis & anguſtiæ: in quo uaccæ leuentur in contis, & reliquiæ earum in ollis feruentibus: pro quo in Hebraico בְּסִירוֹת דוּגָה & apud Aquilam ſcriptum eſt, in lebetibus piſciculorum. Pro contis quoq; qui Hebraice dicuntur צִנּוֹת Aquila interpretatus eſt clypeos, Symmachus & Septuaginta ὅπλα, id eſt arma: ſolus Theodotio δόρατα: quem nos ſequuti, contos uel haſtas interpretati ſumus. Hoc autem ſignificat, quod capiantur in prælio & portentur atq; auferantur iure uictoriæ: ſeruans tamen cœptam uaccarum metaphoram, ut quas eſſe pingues dixerat, earū carnes narret in contis uel ſcutis eſſe portandas. Et ſicut lebes feruentiſsimus minutos piſces pariter inuoluit: ita & uaccas Baſan abſq; ullo ordine captiuitatis miſerijs opprimendas. Quodq; ſequitur: Et per aperturas exibitis altera contra alteram: ſic explanari poteſt: Aperta uobis eſt captiuitatis uia: & cum lebetes ueſtri fuerint exuſti, exibitis altera cōtra alteram, ſecundum Hebræorum idioma: qui pro eo quod nos, mutuo uel uiciſsim, mulierem & mulierem, hoc eſt, alteram contra alterā uocant. Et proijciemini, inquit, in lo-
הַהַרְמוֹנָה cis Armeniæ quæ uocantur Armona. Deniq; Symmachus ita interpretatus eſt: Et proijciemini in Armenia: pro quibus Septuaginta montē Remman: Aquila montem Armona, Theodotio mōtem Mona: quinta autem editio, excelſum montem tranſtulerūt. Verbum autem
C domini quod uaccæ Baſan iubentur audire: ſecundum cœptam tropologiam, hæreticis præcipit: qui uentri & gulæ ſeruientes, recte appellantur uaccæ pinguiſsimæ,
בָּשָׁן ſiue uaccę ignominioſæ: hoc enim interpretatur Baſan, id eſt αἰσχύνη, quam ſi cōfuſionem dicere uoluerimus, Babylonem magis q̄ Baſan interpretabimur. Hæ uaccæ pingues ſiue ignominioſæ & aridæ: nam Baſan et hoc intelligitur, in monte Samariæ ſunt: cui & in Oſee dicitur: Auſer uitulum tuum Samaria. Et rurſum in eodem: Quia ſeducens erat uitulus tuus Samaria: & idèo in monte Samariæ: quia ſemper erigūtur in ſuperbiam, & ſibi ſublimia repromittunt. Samaria quoq; cuſtodia dicitur, non quo cuſtodiāt ſermones domini, ſed quia cuſtodes præceptorū eius eſſe ſe iactēt. Quę calumniam faciunt egenis, & confringunt pauperes. Egenum & pauperem intellige eccleſiaſticum uirū, qui Oſee 8 & 14 שֹׁמְרוֹן
D ueritatis ſimplicitate contentus, hæreticorum ſupellectilem, & eloquentiæ fulgorem argumentorumq; diuitias non requirit. Hæ uaccæ dicunt dominis ſuis: Afferte & bibemus. Dominos earū, uel principes peruerſorum dogmatum poſſumus appellare: ut Valentinū, & Marcionem, & Arium, & Eunomiū: aut eos qui per multiplices libros ab alijs male inuenta corroborant. Iſtis dicunt uaccæ Baſanitides: afferte nobis & bibemus: Niſi enim illi dederint, iſti quod deuorent non habent: imò quod bibant ut inebriētur. Vt aūt ſciamus aquas & pocula ſignificare doctrinā, dominus loquitur ad Samaritanam: Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterū: qui Ioan. 4.b autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Ergo qui de Samaritanæ, id eſt hæreticorum aquis biberint, ſemper ſitient: & ardorem faucīū ſiccarum refrigerare non poterūt: Eſaia de hac eadē conclamante: Sicut ſomniat qui ſitit quaſi bibat, & cum ſurre- Eſaie 29.b xerit adhuc ſitit, anima aūt eius fruſtra ſperauit: ſic erūt omnes gētes quæ pugnāt contra Hieruſalē. Vere enim qui de hæreticorū aquis biberit, & pugnauerit contra Hieruſalē eccleſiā dei, in ſomnis bibit, & anima eius uanis imaginibus illudit. Cumq; æſtimauerit ſe ſatiatū, tūc ſitiendi habebit principiū. Vnde & ad uirū eccleſiaſticū dicitur: Bibe aquas de uaſis tuis, & de puteorū fontibus Prou. 5.c aquas tuas: & ſint tibi ſoli. Et iurat dominus deus tuus in ſancto ſuo contra uaccas ſaginæ & dapibus ſeruiētes: ſiue iurat in ſanctis ſuis, q̄ uenient dies ſuper eas: dies iudicij atq; pœnarū, ut portēt eas in armis ſuis, & eos qui cum ipſis ſunt mittant in lebetes ſiue portēt: & uel ipſæ uaccæ ſint negociatores peſtilentes, uel ipſi ueniant ut portēt eas: & eijciant nudæ inuicē ſe uidentes, proijcianturq; ſuper montē Remman, dicit dn̄s deus. Debemus enim & iuxta Lxx. dicere, ne fruſtra eos propoſuiſſe uideamur: Quando uenerit contra hæreticos dies iudicij atq; uindictæ tunc auferent in armis, hoc eſt cum armis ſuis, quibus aduerſus eccleſiā dimicauerant: uel uicti ar





HEB. Venitē ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem, & afferte mane uictimas ueſtras tribus diebus decimas ueſtras. Et ſacrificate de fermento laudem: & uocate uoluntarias oblationes & annunciate. Sic enim uoluiſtis filij Iſrael, dicit dominus deus. Vnde & ego dedi uobis ſtuporem dentiū in cūctis urbibus ueſtris: & indigentiam panum in omnibus locis ueſtris: & non eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Ego

SEP. Introiſtis in Bethel, & iniquè egiſtis: in Galgala multiplicaſtis impiè agere: & intuliſtis mane hoſtias ueſtras: in die tertio decimas ueſtras. Et legerunt foris legem, & inuocauerunt confeſsiones. Annunciate quia hæc dilexerunt filij Iſrael, dicit dominus deus. Et ego dabo uobis ſtuporem dentium in cunctis urbibus ueſtris: & indigentiam panum in omnibus locis ueſtris: & non eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Et ego

A matura dei, & ab illius pugnatoribus ſuperati mittētur in lebetes, ut exuranť & excoquanť qui fuerūt prius negociatores peſtilētes: ad hoc enim negociabanť ut morti traderent quos deceperant. Iſti ſunt de quibus dicit:
1 Reg. 2.c Filij Heli, filij peſtilentiæ, qui in cathedra peſtilentiæ ſederunt. Cumq; excocti fuerint & exuſti, egredientur nudi, nihil eorum habentes quæ ſibi antea præſumebant: & uidebunt ignominiam ſuam, & proijcienť ſuper montem Remman, qui interpretať ſublimitas, ut in ſuperbia ſua cōterantur. Quidā Remman uiſionē alicuius, id eſt ὅρασιν τινός, interpretanť. Non enim omnia uidere poterant, ſed ſibi partis alicuius ſcientiā promittebant, ut proijciātur, eo quod ſe ſcire credebant. Poſſumus iuxta literam, quādo uenerint dies captiuitatis ſuper uaccas Samariæ, intelligere quod ſuperēt eas in prælio, & opprimant armis ſuis: & in congreſsione ſuperatas, compellant ad urbes munitas, quæ comparentur ollis feruentibus: ut quomodo Hieruſalem habens clauſos
B populos & obſeſſos aſsimilatur ollæ feruenti & plenæ carnium: ſic & urbes Samariæ ollis feruentibus comparentur, quæ fame & peſtilentia clauſos populos exire compellant: & ire in captiuitatem mutuò ſe uidentes, & transferri in Armon montes Armeniæ, qui Medis Perſiſq; confines ſunt. a ¶ Venite ad Bethel, etc.] Primum hiſtoriæ fundamēta iaciamus: O Iſrael miſerabilis, iam tibi uicina captiuitas, iam Aſſyrius inſtat exercitus: fac quod libet, age impiè, cum idolis liberè fornicare: ut quanto tu fueris impudentior, tāto mea ſuper tormentis tuis iuſtior uideatur ſententia. Venite, inquit, in Bethel, in qua aureum poſuiſtis uitulum: & impiè agite in deum. Venite ad Galgalam locum idololatriæ, de qua
Oſee 9.d per Oſee locutus ſum: Omnis malicia eorum in Galga
Ibid. 12.c lis. Et rurſum: Fruſtra erant in Galgala bobus immolantes. Cumq; ueneritis ad Galgalam, multiplicate præuaricationem. Quicquid enim ibi egeritis, præuaricatio contra deum eſt, cui idola prætuliſtis. Et afferte mane uictimas, ne in ſcelere ſit ulla dilatio. Tribus diebus decimas ueſtras: ſiue ut interpretatus eſt Symmachus, tertia die decimas ueſtras. Cuius loci hæc nobis uide-
Leuit. 7.b tur explanatio: In Leuitico lege præceptum eſt, ne quędam hoſtiæ in alterum diem reſeruentur: & ne aliæ in diem tertium maneāt: quòd ſi remanſerint, immundæ ſint. Eſt igitur ſenſus: Immundas quotidie uictimas cędite, & cōtaminata offerte ſacrificia, & ſacrificate de fermento laudem: quod iuxta præcepta Moyſi deo penitus non offertur. Pro laude εὐχαριστιῶν, id eſt, gratiarū actionem, interpretatus eſt Aquila, quæ Hebraicè dicitur תּוֹדָה Et uocate, inqt, uoluntarias oblationes, quas Hebræi appellant נְדָבוֹת id eſt ſpontaneas. Vltroneum autem ſacrificium ad lætitiā pertinet: quod Latinè epulum poſſumus appellare. Cumq; hoc feceritis, impietatem ueſtram omnibus nunciate: ut nō ſolum feciſſe, ſed & alios docuiſſe uideamini. Hæc aūt præcipio, & impe-
C ratiuo modo loquor, ut ueſtræ ſatisfaciam uoluntati: quia ſic egiſtis & ſic uoluiſtis filij Iſrael, dicit dominus deus. Quapropter & ego dedi uobis ſtuporem dentiū: ut Lxx. tranſtulerunt: quos in hoc loco propter ſimplicitatem uerbi ſecuti ſumus: ſiue mundiciam dentium, ut interpretati ſunt Aquila & Symmachus: ut per mundos dentes famis magnitudinem demonſtrarent. Et feci indigentiā panum, non in una urbe, ſed in omnibus urbibus ueſtris: nec in uno loco, ſed in omnibus locis ueſtris. Cumq; hoc fecerim, non puniens, ſed occaſionem tribuēs pœnitentiæ, nec ſic quidem eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Hæc iuxta Hebraicū diximus: tranſeamus ad Septuaginta interpretes, & quid nobis iuxta anagogen uideať, in ſingulis breuiter diſſeramus: neq; enim ſi in utraq; editione utrunq; dicere uoluerimus, librorū patitur magnitudo. Ingreſsi eſtis in Bethel, id eſt, in domum dei, quod ſentitur eccleſia: & impiè egiſtis in dominum, illius præcepta calcantes.
D In Galgala autē, quod interpretatur reuolutio ſiue uolutabrum, impietates multiplicaſtis, ſanctarum uobis ſcripturarum ſcientiam uendicantes: & dum erigimini in ſuperbiam, eſtis in cœni ultima deuoluti: Intuliſtis quoq; mane hoſtias ueſtras, die tertia decimas ueſtras, transfigurati in angelum lucis: & triplicem intelligentiam ſcripturarum, de qua nobis præceptum eſt: ut deſcribamus eam tripliciter in cordibus noſtris, in unius diei ſententiam coartantes. Debemus enim ſcripturam ſanctam primum ſecundum literam intelligere, facientes in ethica quæcunq; præcepta ſunt. Secundo iuxta allegoriam, id eſt intelligentiā ſpiritualem. Tertio ſecundum futurorum beatitudinem. Vos autem primam, inquit, & ſecundam contemnentes diem, ſpiritualia uobis quædam figmenta componitis ſine fundamento & parietibus, tectum deſuper imponentes. Nec hoc ſunt hæretici, de quibus & ad quos dicitur, impietatis fine contenti: ſed legerunt foris legem dei, de eccleſia recedentes: & ſingulis dogmatibus ſuis, quæ peruerſo corde ſimularunt, confeſsiones & teſtimonia ſociare conati ſunt: ſiue ſacrificauerunt de fermento, ſuper quo in Euangelio dicitur: Cauete uobis à fermento, id eſt, do- Matt. 16.a ctrina Phariſæorum. Et hæc fecerunt non errore, ſed ſtudio: non fortuita uoluntate, ſed malorum charitate pleniſsima. Vnde ultionem ſuper his comminatur dominus: Dabo, inquiens, uobis ſtuporem dentiū, qui Græcè γομφιασμός dicitur. Si quis enim ſecundum Eze- Ezech. 18.a chiel, uuam acerbam comederit, ſtupebūt dentes eius: ut non bene ſcripturarum ſanctarum teſtimonijs abutentes, comedentesq; ea immatura & abſq; ſua dulcedine perdant robur dentium, ne poſsint dura commolere, & in aluum toto corpori profutura tranſmittere. Hunc ſtuporem dentium ciborumq; penuriam, dabo & in cunctis urbibus, atq; in omnibus locis ueſtris, ut patiamini famem ſermonis dei: & eius panis qui de cœ

A lo deſcendit, & de quo in pſalmis ſcriptum eſt: Panem
Pſal.77.c angelorum manducauit homo. Quæ uniuerſa feci non
Ioan.6.c ob crudelitatem & ſæuitiam, ut hæretici calumniantur
truculenti & triſtis iudicij, ſed ut conuertamini ad me:
Hier.2.f iuxta illud quod ſcriptum eſt: Fruſtra percuſsi filios ue
ſtros, diſciplinam nõ
recepiſtis. a ¶ *Ego
quoque prohibui à uobis
imbrem, cum adhuc tres
menſes ſupereſſent, etc.*]
Nõ ſolum ſtuporem
dedi dentium in cun-
ctis urbibus ueſtris,
& indigẽtiam panum
in omnibus locis ue/
ſtris: ſed prohibui à
uobis imbrem, cum
adhuc ſupereſſẽt tres
menſes uſque ad meſ-
ſem, quæ appellatur
pluuia ſerotina: & a/
gris Palæſtinæ aruiſq;
ſitientibus uel maxi/
me neceſſaria eſt: ut
quando herba turge-
ret in meſſem, & triti/
cum parturiret, ni/
mia ſiccitate areſce/
ret. Significat autem
uernum tempus ex/
tremi menſis Aprilis,
à quo uſque ad meſ/
ſem frumẽti tres men
ſes ſuperſunt: Maius,
B Iunius, Iulius. Pro
קציר id eſt meſſe, Septuaginta ſuo more τρύγητον, id
eſt uindemiam tranſtulerunt: quod ſi recipimus, om/
nino iuxta orientis omnes regiones & inſolitum & im
poſsibile eſt. Nunquam enim in fine menſis Iunij, ſiue
in menſe Iulio, in his prouincijs, maximeq; in Iudæa,
pluuias uidimus. Denique in Regum libris pro ſigno
magno atq; portẽto diebus æſtatis & meſsis orante Sa/
muele pluuiæ concitatæ ſunt. Et ſuperfluum erat nunc
comminari menſis Iulij ſiccitatem, in quo nunquam
pluuias dederat. Prohibuit autem imbrem, ut non ſo/
lum indigentiam panum, ſed & ſitis ardorem & biben-
di penuriam ſuſtinerent. In his enim locis in quibus
nunc degimus, præter paruos fontes, omnes ciſterna/
rum aquæ ſunt: & ſi imbres diuina ira ſuſpenderit, ma/
ius ſitis quàm famis periculum eſt: quod & in diebus
3 Reg.17.a Heliæ prophetæ tribus annis & ſex menſibus factũ ſcri/
ptura commemorat. Et ne forſitan putarent hoc lege na
turę & aſtrorum curſu ac uarietate temporum urbibus
& populis accidiſſe: ſuper unam urbem & agros eius
pluere ſe dicit, & ab altera imbrem ſuſpendere: ut duæ
& tres ciuitates pergant ad aliam ciuitatẽ, & tamen non
ſatientur aquarum potibus. Cumq; hæc fecerit, non in
pœnam, ſed in medicinam, increpat in ſcelere perma/
nentes: & nec ſic quidem ad me rediſtis, dicit dominus.
Prohibet quoque ſiue reprimit ab hæreticis dominus
pluuias ſpirituales, & omnem rorem diuinæ ſapientię:
& mandat nubibus ſuis ne pluant ſuper eos imbrem
ante tres mẽſes meſsis ſiue uindemię, ut ad fructus my/
ſterij trinitatis peruenire non poſsint. Et quomodo ſol
iſte quem cernimus annuum curſum donec ad priſti/
nam metam redeat, duodecim explet mẽſibus, qui ſin-
guli tricenis uoluuntur diebus: & luna quæ Hebraice
ירח Græce μήνη dicitur, iuxta utranq; linguam ex ſuo
nomine menſibus nomen dedit: & ſolis illuſtratur ra/
dijs ab ea parte qua ei uicina eſt, uel plus uel minus, pro C
uarietate temporum lumen accipiens: ſic & eccleſia ue/
ri ſolis ſplendore decorata, duodecim implet apoſtolo
rum numerũ. Vnde & duodecim in Iſrael appellantur
tribus: & in teſtimoniũ æternæ memoriæ de Iordanis al Ioſue 4.a
ueo duodecim lapi/
des auferuntur ut po
nantur in loco ſecun
dæ circũciſionis. Pluit
aũt dominus ſuper u-
nam ciuitatẽ ueræ cõ/
feſsionis eccleſiã: & ſu
per alteram nõ pluit:
quæ in hæreticorũ cõ
ciliabulis eſt. Cumq;
illa imbrem recipiat
ſempiternũ: iſta iugi
ariditate ſiccat: ut qui
ſitiunt coacti penuria
ueniant ad domini ci
uitatẽ: de qua egredi/
tur fons largiſsimus,
qui irrigat torrentem
ſpinarũ. Iſte autem eſt
fons qui dicit per Hie
remiã: Me dereliquę/ Hier.2.c
runt fontẽ aquę uiuę,
& foderunt ſibi lacus
contritos, qui aquas
cõtinere nõ poſſunt.
Hic fons de uno fon/
te procedens, triplici
uniõe decurrit: quos
fontes patris & filij &
ſpiritus ſancti in cer/ D
ui ſitientis modũ pſalmiſta ſuſpirat, dicẽs: Sicut ceruus Pſal.41.a
deſiderat ad fontes aquarũ, ita deſiderat anima mea ad
te deus. Cumq; duæ & tres ciuitates ad unã perrexerint
ciuitatẽ, in qua aquæ ſint abundantes, ſpei, fidei, chari/
tatis, non ſatiabunt̃: quia ad diuinã gratiã requirẽdam,
non uoluntate ſed neceſsitate uenerũt. b ¶ *Percuſsi uos,
etc.*] Nõ ſolũ priora feci, ut uos corrigerẽ, ſed quicquid
ſuperfuit, ſiccitate, uento urente, percuſsi & aurugine.
Pro שדפון id eſt uento urente, ἀνεμοφθορίαν Aquila &
Symmachus & Theodotio interpretati ſunt: Lxx. πύ/
ρωσιν, quã nos combuſtionẽ poſſumus dicere. ירקון id
eſt auruginẽ, oẽs ἴκτερον ſimiliter tranſtulerunt, abſq;
Theodotione, qui ſolus ὠχρίασιν, quæ pallorẽ ſignifi/
cat, interpretatus eſt. Cumq; aduerſum irã dñi multipli
carent hortos & uineas & ficeta & oliueta, omnia eruca
cõſumpſit: de qua in Ioel plenius dicit̃: Et ne plagis qui- Ioel.1.a
dem ac malorum pondere ad deum uenire uoluerunt.
Quo dicto confundant̃ hæretici, qui diſciplinã creato/
ris, & ut ita dicã, medicinã, crudelitatẽ interpretantur.
Percutit aũt ſpiritualiter hæreticos dñs exuſtione ea de
qua Paulus apoſtolus: Melius eſt, inquit, nubere quàm 1 Cor.7.b
uri. Et princeps apoſtolorũ: Chariſsimi nolite peregri/ 1 Pet.7.c
nari in ardore qui ad tentationẽ uobis accidit: & auru-
gine quæ felle diffuſo ruborem ſanguinis in pallorem
commutat: & nihil in corpore ſani eſſe permittit: intan/
tum ut etiam mella dulciſsima amara uideantur. Et qui
dudum audiebant in eccleſia: Guſtate & uidete, quoniã Pſal.118.n
ſuauis eſt dñs: ipſiq; dicebant, q̃ dulcia gutturi meo elo
quia tua ſuper mel ori meo, uocent̃ παραπικραίνοντες:
& aquæ eorũ & pluuiæ nõ ſtillent dulcedinẽ: nec ſint de
repromiſsionis terra, quã legimus lacte & melle manan
tem: ſed appellent̃ מרה id eſt amaritudo. Iſti multiplica
uerunt ſibi hortos, in quos ne ſua uinea mutaretur, Na
both occumbere uoluit. Qui enim infirmus eſt, olera Rom.14.a
manducet

HEB. Egò quoq; prohi-
bui à uobis imbrem, cum
adhuc tres mẽſes ſupereſ-
ſent uſque ad meſſem. Et
plui ſuper ciuitatem unã,
& ſuper ciuitatem alte-
ram nõ plui. Pars una com-
pluta eſt, & pars una ſuper
quam non plui aruit. Et ue
nerunt duæ & tres ciuita-
tes ad ciuitatem unam ut
biberent aquam: & non
ſunt ſatiati: & non rediſtis
ad me, dicit dominus. P^b^er-
cuſsi uos in uento urente,
& in aurugine. Multitudi-
nem hortorũ ueſtrorũ, &
uinearum ueſtrarũ: oliue-
ta ueſtra & ficeta ueſtra co
medit eruca: & non redi-
ſtis ad me, dicit dominus.
Miſi

SEP. Et ego repreſsi à
uobis pluuiam ante tres
menſes uindemiæ: &
pluam ſuper ciuitatem
unam, & ſuper ciuita-
tem unam non pluam.
Pars una irrigabitur, &
pars ſuper quam nõ plu
ero areſcet. Et congre-
gabuntur duæ & tres ci
uitates in ciuitatẽ unam,
ut bibant aquam, et non
ſatiabuntur: & non eſtis
reuerſi ad me, dicit do-
min9. Percuſsi uos in ar
dore & ĩ aurugine. Mul-
tiplicaſtis hortos ueſtros,
uineas ueſtras & ficus ue-
ſtras et oliueta ueſtra come
dit eruca: et ne ſic quidẽ cõ
uerſi eſtis ad me, dicit dñs.
Emiſi



A manducet. Et quia ſemper hæretici tumentes ſuperbia,
& incidentes in iudiciũ diaboli, magna ſibi promittũt,
& bonorũ fingũt imagines, ut melli uenena cõmiſceãt:
etiã uineas & oliueta & ficeta habere ſe iactant: ſed uinea
eorũ uinea Sodomorũ eſt: oliueta eorũ non ſunt de bo
nis oliuetis, ſed olea/
Rom.11.c ſtris, quos Apoſtolus
radicibus bonarũ oli
uarum præcipit inſe/
rendos. Ficeta quoq;
talia habent, quæ cala
thum peſſimarum im
pleant ficorum: quas
Hier.29.d Hieremias præ amari
tudine comedi non
poſſe teſtatur. Ad quę
cum dominus uene/
rit, æterna eis aridita/
te maledicit: ut nunq̃
fructum afferant, ne
uirore foliorum deci
piant tranſeuntes. Et
ut intelligamus hor/
tos hæreticorum & ui
neas & oliueta & fice/
ta ad malam partem
referri: ſingulis ſermo
nibus addidit ueſtra:
ut non dei, ſed hæreti
corũ ea eſſe monſtra/
ret: hortos ueſtros: ui
neas ueſtras: oliueta ueſtra: & ficeta ueſtra: quæ omnia
eruca populata eſt, extremũ pœnarum omnium, quæ
non auolat ut locuſta: & huc illucq; diſcurrens ſemeſa
B dimittit: ſed permanet perituris frugibus & tardo lapſu
pigriſq; morſibus uniuerſa conſumit. Cumq; hæc paſ/
ſi ſint, nec ſic quidem ad dominum redire uoluerunt.
a ¶ *Miſi in uos mortem Aegypti, etc.*] Per omnia tormenta
& flagella erudit̃ Iſrael: unde & eo tempore quo ab Ae/
gyptijs auxilia poſtulabant, mittitur in eos mors: & per
cutiuntur in gladio iuuenes eorum: & equos quos ſibi
contra dei præceptum multiplicauerant, captiuitas ſæ/
ua concludit: ut putredo caſtrorum & fœtor morientis
exercitus, uiuentium nares impleat. Cumq; & hæc fece-
rit, ut corriperet delinquentes & emendaret errantes,
nec ſic quidem redierunt ad eum, dicit dominus. Qui
non ſolum illo tempore, ſed quotidie mittit mortem in
uia Aegypti: ut qui Aegyptiam triuerit ſemitam, audiat
Gal.2.d moriens docentem Apoſtolum: Quod enim mortuus
ſum, mortuus ſum peccato: quod autẽ uiuo, uiuo deo.
Rom.6.b Et in alio loco: Si mortui ſumus cum Chriſto, ſimul etiã
2 Cor.4.c uiuemus cum eo. Et iterũ: Semper mortificationem Ie/
Gal.2.d ſu in corpore meo porto. Et rurſum: Viuo aũtiam non
ego, ſed uiuit in me Chriſtus. Hac morte uiuificare nos
uult dominus, ut moriẽtes peccato, uiuamus deo. Mo/
rimur autem peccato, quando mortificamus membra
noſtra ſuper terram: fornicationem, immunditiã, luxu
riam, idololatriam, & reliqua. Legimus in Eſaia dunta/
xat iuxta Lxx. interpretes: alioquin in Hebraico aliter
Eſaiæ 9.b continetur: Miſi mortem in Iacob: & uenit ſuper Iſrael.
Iacob uocabulum eſt naſcentis corporis: Iſrael nomen
benedictionis. Quia enim tota nocte luctauit & uicit in
certamine: & oriente lucifero potuit dicere cum Apo/
Rom.13.b ſtolo: Nox præceſsit, dies appropinquauit, propterea
Iſrael uidentis deum ſortitus eſt nomen. Mittitur ergo
primum mors in Iacob: ut mortificemus membra no/
ſtra ſuper terram: & per mortificationem membrorum
corporalium, ueniamus ad mortem Iſraelis: ut omnia
perturbationũ in nobis incentiua moriantur. Percutit
deus quicquid robuſtum in malis eſt, & peruerſa erigi C
tur iuuenta, ne ad ſenectutem uſq; perueniat: equoſq;
tradit captiuitati: ne per præcipitia labantur infreni: &
aſcendere facit putredinem caſtrorum in nares eorum,
ut ſua peccata agnoſcant, & putere ſentiant: dicantq; cũ
Dauid: Putruerunt & Pſal.37.c
corruptæ ſunt cicatri-
ces meę à facie inſipi/
entiæ meæ. Cumq;
hæc ſanantis uoto fe/
cerit, nec ſic quidẽ re/
uerſi ſunt ad eum, di-
cit dñs. b ¶ *Subuerti
uos, etc.*] Extrema me/
dicina eſt, & decẽ tri/
buum & hæreticorũ
& omniũ peccatorũ:
ut poſtquã mortẽ mi-
ſerit in uia Aegypti, &
percuſſerit iuuenes e-
orũ gladio, equoſq;
cõſumpſerit: & aſcen/
dere fecerit putredinẽ
caſtrorũ in nares eo/
rum: & ne ſic quidem
ad eũ reuerſi fuerint:
ſubuertat eos ſicut
ſubuertit deus Sodo-
mam & Gomorrã: &
cum ſubuerſi fuerint,
ob ſimilitudinẽ crimi
num Sodomæ & Gomorræ, peſsimaq; in eis ędificia di
uinus ignis exuſſerit, ipſi liberentur quaſi raptus de in
cendio. Et quomodo Lot Sodoma pereunte ſeruatus Gen.19.c
eſt, amittens ſubſtantiã & partem corporis ſui, quã in/ D
telligimus uxorem: ſic omnes iſti Sodomorũ diuitias
amittentes euadant nudi: Iuxta illud quod in Apoſto/
lo legimus: Si cuius opus manſerit quod ſuper ædifica 1 Cor.3.c
uit, mercedem accipiet: ſi cuius autẽ opus arſerit, detri/
mentum patietur: ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamen quaſi
per ignem. Qui ergo ſaluatur per ignẽ, quaſi torris de
incendio rapit̃. Et ad iſtiuſmodi homines quos in euan
gelio ſaluator arguens loquebatur: Si filij eſſetis Abra/ Ioan.8.e
ham, opera Abraham faceretis: Ioannes Baptiſta dicit:
Progenies uiperarũ quis demonſtrabit uobis fugere à Matt.3.b
uentura ira? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: &
ne uelitis dicere intra uos: patrem habemus Abraham:
Dico enim uobis, quoniã poteſt deus de lapidibus iſtis
ſuſcitare filios Abraham. Igitur & Iſrael & cuncti hæreti
ci, quia habebant opera Sodomæ & Gomorræ, ſubuer
tuntur ut Sodoma & Gomorra: ut quaſi torris raptus
de incendio liberentur. Et hoc eſt quod in propheta le-
gimus: Reſtituetur Sodoma in antiquũ: ut qui ſuo ui/ Ezec.16.g
tio Sodomites eſt: poſtquam in eo Sodomæ opera arſe
rint: in antiquũ reſtituatur ſtatum. c ¶ *Quapropter hæc
faciam, etc.*] Pro eo quod nos interpretati ſumus, poſtq̃:
& in Hebraico ſcriptũ eſt אחר & Aquila interpretatus
eſt ὕστερον, id eſt, poſtea: & Theodotio ἐσχάτως, id eſt,
nouiſsime: & Septuaginta πλήν, id eſt ueruntamen: in
Hebraico ſic legi poteſt: Quapropter hęc faciam tibi Iſ-
rael poſtea, id eſt multo poſt tempore, & in nouiſsimis
ſeculis: ut rurſus ab alio principio uerſus incipiat: Cũq;
hoc facturus ſim tibi, præpara te in occurſum dei tui Iſ-
rael. Rurſumq; in eo loco ubi Lxx. tranſtulerunt, Præ/
parare ut inuoces deum tuum: & nos iuxta Theodotio
nem poſuimus: præparare in occurſum dei tui: Sym/
machus & quinta editio tranſtulerunt, prẹparare ut ad
uerſeris deo tuo: quod Hebraice dicit̃ הכון לקראת אלהיך
Pro montibus quoq; qui Hebraice dicuntur הרים ſoli

HEB. Miſi in uõs mor-
tem in uia Aegypti: percuſ-
ſi ĩ gladio iuuenes ueſtros
uſq; ad captiuitatem equo-
rum ueſtrorũ. Et aſcende-
re feci putredinem caſtro-
rum ueſtrorũ in nares ue-
ſtras: & nõ rediſtis ad me,
dicit dominus. Sub^b^uerti
uos ſicut ſubuertit deus So
domã & Gomorrã: et facti
eſtis ſicut torris raptus de
incẽdio: & non rediſtis ad
me, dicit dñs. Quaprópter
hæc faciã tibi Iſrael: poſtq̃
aũt hæc fecero tibi, præpa-
rare in occurſum dei tui Iſ-
rael

SEP. Emiſi in uos mortẽ
in uia Aegypti, & occidi in
gladio iuuenes ueſtros cũ
captiuitate equorũ ueſtro-
rũ. Et eduxi in igne caſtra
ueſtra in ira mea: & ne ſic
quidẽ reuerſi eſtis ad me,
dicit dominus. Subuerti
uos ſicut ſubuertit deus So
domam & Gomorrã: &
facti eſtis ſicut torris eru-
tus de igne: & ne ſic quidẽ
conuerſi eſtis ad me, dicit
dominus. Propterea ſic fa-
ciam tibi Iſrael: ueruntamẽ
quia ſic faciã tibi præpara-
re ut inuoces deum tuũ Iſ-
rael

Universidad de
Biblioteca

A Septuaginta βροντὴν, id eſt tonitruum uerterunt. Cur autē illi ſpiritū, & nos diximus uentum, qui Hebraice uocatur רוח cauſa manifeſta eſt: quia hoc uerbo & uentus & ſpiritus appellatur. Quodq; ſequitur: Annuncians homini eloquium ſuum: cunctis ita ut nos uertimus interpretātibus: ſoli Septuaginta tranſtulerunt ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ, id eſt annuncians in homines Chriſtum ſuum: uerbi ſimilitudine & ambiguitate decepti. Si enim legamus Chriſtum ſuum, quod Hebraice dicitur מְשִׁיחוֹ ſcribitur per has literas ו ח י ש ב quod Septuaginta putauerunt: ſin aūt מַה־שִּׂיחוֹ ut in Hebræo eſt: iuxta Aquilam τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ, iuxta Symmachum τὸ φώνημα αὐτοῦ, iuxta Theodotionem τὸν λόγον αὐτοῦ, iuxta quintam editionē τὴν ἀδολεσχίαν αὐτοῦ, quæ omnia interpretantur, quod ſit eloquiū eius, his literis ſcribitur ה מ quod dicitur מה hoc eſt, quod uel quid. Deinde ח י ש quod legimus שיח id eſt eloquiū. O autē quod ſcribitur per ſolam literam ו αὐτοῦ, id eſt, eius ſignificat, ſimulq; cōmixtum legitur מה־שיחו à ſuperiori uerbo ה ſecundum literā plus habens. De uarietate interpretationis diximus: quæ moleſta erit negligentibus, ſtudioſis grata: nunc ad ſenſum eorū quæ ſcri-
B pta ſunt transeamus. Dedi ſtuporem dentibus ueſtris, & non rediſtis ad me, dicit dñs. Prohibui à uobis imbrem, & plui ſuper ciuitatē unam, & ſuper alteram non plui: & uenerunt duæ & tres ciuitates ad unam ut biberent aquas, & non ſunt ſatiatæ: & nec ſic rediſtis ad me, dicit dominus. Percuſſi uos in uento urente, & aurugine hortos ueſtros, & uineas & olіueta atq; ficeta, & non rediſtis ad me, dicit dominus. Miſi in uos mortē in uia Aegypti, & percuſſi in gladio iuuenes ueſtros, & aſcendere feci putredinē caſtrorum ueſtrorum in nares ueſtras, & non rediſtis ad me, dicit dominus. Subuerti uos ſicut ſubuertit dominus Sodomā & Gomorram, & facti eſtis quaſi torris raptus de incendio, & non rediſtis ad me, dicit dominus. Idcirco hæc faciā tibi ô Iſrael, ut qui prȩterita contempſiſti, ſaltem ad ea quȩ illaturus ſum corrigaris. Cumq; dixerit, hæc faciam tibi: quid facturus ſit tacet: ut dum ad ſingula pœnarū genera Iſrael pendet incertus: quȩ ideo terribiliora ſunt, quia omnia ſuſpicantur, agat pœnitentiā, ne deus inferat quæ minatur. Poſtquā autem fecero tibi quæ me facturū eſſe conteſtor, præparare ad inuocandum dominū deum tuū.
Ioel. 2.g Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Siue præparare in occurſum dei tui, ut uenientē ad
Ecc. 16.c te dominum, tota auiditate ſuſcipias. Iſte eſt qui firmat tonitruū ſiue montes confirmat: ad cuius uocem cœlorum cardines & terræ fundamenta quatiuntur. Iſte qui creat ſpiritū, quem in hoc loco non ſpiritū ſanctum, ut hæretici ſuſpicantur, ſed uentum intelligimus, ſiue ſpiritum hominis: quia nemo ſcit quæ ſunt in homine, ni-
Rom. 8.c ſi ſpiritus qui eſt in eo: & ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Vel certe ſpiritū animam debemus accipere, ſecundum illud quod ſcriptum eſt:
Pſal. 103.d Auferes ſpiritum eorum, & deficient: & in puluerem
Luc. 23.f ſuum reuertentur. Et: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: & hoc dicens expirauit. Cumq; crea-

HEB. rael: quia ecce formans montes, & creās uentum, & annuncians homini eloquium ſuum, faciens matutinā nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ: dominus deus exercituum nomen eius.

Cap. v.

Audite uerbum iſtud quod ego leuo ſuper uos plāctum. Domus Iſrael

SEPT. rael. Quia ecce firmans tonitruum, et creans ſpiritum, & annuncians in homines Chriſtum ſuum: faciens mane & nebulam: & aſcendens ſuper excelſa terræ, dominus deus omnipotens nomen eius.

Cap. v.

Audite uerbum iſtud quod ego aſſumā ſuper uos planctum. Domus Iſrael

uerit ſpiritum, annunciat hominibus eloquium ſuum: C
ſiue annunciat homini eloquium eius: qui cogitationum ſecreta cognoſcit, & quid latens animus tacito ſermone tractet, intelligit: iuxta illud quod in Hieremia ſecundum Hebraicum legimus: Prauum eſt cor homi- Hier. 17.b
nis & inſcrutabile: qs cognoſcet illud? Ego dñs ſcrutās cor & probans renes. Quod & in centeſimo triceſimo octauo pſalmo ſcriptura teſtatur: Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Et eſt ſenſus: Antequā conderer, priuſquam deformarer in membra: dum adhuc in ſemine continerer, uiderunt me oculi tui. Et Hieremias audit à domino: Priuſquā te for- Hier. 1.d
marem in utero, noui te: & antequā exires de uulua ſanctificaui te: & prophetam in gentibus poſui te. Et Euāgeliſta: Videns, ait, dominus cogitationes Luc. 11.c
eorum. Sin autem legerimus, annuncians homini eloquium ſuum: iuxta ſuperius dictum accipiendum, in quo ait, Non faciet dominus deus uerbum, niſi reuela- Suprà 3.b
uerit ſecretū ſuum ſeruis ſuis prophetis. Qui autem annunciat cogitationes hominis, & eloquiū eius ſiue ſuū: ipſe eſt qui facit auroram & diluculum: & complet nubibus omnia, & graditur ſuper excelſa terrarum: cuius nomen eſt dominus deus omnipotens. Pro quo in Septuaginta legitur: Annuncians in homines Chriſtum D
ſuum: ſub qua occaſione hæretici ſpiritū ſanctum creatum uolunt ordine ſequente: creans ſpiritū, & annuncians in homines Chriſtum ſuum: ut ille creatus ſit, hic annuncietur in populis. Quibus reſpondebimus iuxta ſenſum eorū & uulgatam editionem. Qui creator eſt omniū, & firmat tonitruū: ſiue fingit montes: cōſequenter educit uētos de theſauris ſuis: & quaſi uniuerſitatis conditor, filium ſuū Chriſtum hominibus repromittit. Poſtquā aūt Chriſtus fuerit nunciatus, tunc nobis ueritatis lumen aperit, non ad perfectū: quia nunc ex parte 1 Cor. 13.d
uidemus, & ex parte cognoſcimus, & per ſpeculum & imaginē ea quæ uentura ſunt contemplamur. Vnde ſequitur: Faciens mane nebulā, & aſcendens ſuper excelſa terræ. Excelſus enim in excelſis eſt dñs, & non habitat in humilibus qui excelſus eſt: ſed creator montiū aſcendit in his qui municipatū habēt in cœleſtibus: & in carne ambulantes non uiuunt ſecundū carnem, ſed ſecundum ſpiritū. Quod ſi iuxta Symmachū & Aquilā legerimus: hæc faciā tibi poſtea: & cum hæc fecero tibi, prȩpara te aduerſari deo tuo, ſic intelligendū eſt: Feci ut te corrigerē, quæ præteritus ſermo deſcripſit: & quia noluiſti reuerti ad me, faciā tibi quæ meo continentur arcano. Occidiſti ſeruos quos ad te miſerā: mittā nouiſſime filium meū: tu aūt iuxta conſuetudinem tuam, qua ſemper uoluntati domini reſtitiſti, præpara te ut contra dicas & aduerſeris deo tuo: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem Luc. 2.f
multorū, & in ſignū cui contradicetur. Et hoc dicit, non quo præcipiat qd facere debeat, ſed ante prædicit quid ſponte facturus ſit: quaſi increpans & arguēs: ut ſaltem correptus non faciat quod prædictum ſit.

CAP. V

Audite uerbum iſtud quod ego leuo ſuper uos plan. etc.] Quantum ad ordinem literæ pertinet & cœptam hiſto-
riæ



A riæ ueritatem, decem tribus quæ appellantur Iſrael ductæ in captiuitatē, nequaq; ad terram ſuam poſtea ſunt reuerſæ. Virgo autem appellatur populus Iſrael: non quia in uirginitatis permāſerit puritate: ſed quia quondā inſtar uirginis ſit domino copulatus. Vnde & planctum ſuper eum propheta iubetur aſſumere: quod nequaquam in antiquum reſtituatur gradum. Quantum uerò ad intelligentiam ſpiritualem: planctum ſuper omnem Iſrael qui deum mente cernebat & poſtea ei ſeruire deſiuit, aſſumit propheta: ſe-
Ezec. 2.d cundum illud quod Ezechieli præcipitur: ut deuoret librum in quo & intus & foris ſcriptum erat, lamentatio & carmē & uæ. Intus intellige Salomonis canticum
Cant. 1.a ſequens, qui ait: Introduxit me rex in cubiculū ſuum. Et quadrageſimum quartum pſalmū in quo ſcriptum eſt: Omnis gloria filiæ regis intrinſecus. Foris autem eſt quicquid in litera legitur: & uidet in cortice, & in medulla ſpiritus non tenetur. Itaq; & iuxta literam & iuxta tropologiam, in omnibus prophetarum libris ſcriptus eſt planctus ſuper eos qui poſt peccata agunt pœnitentiam: Carmen ſuper illos qui nulla peccatorum ſorde maculati, cantico & laude ſunt digni: Væ ſuper eos qui non agunt pœnitentiam: ſed iuxta duritiam cordis ſui theſaurizant ſibi iram in die iræ. Si autem ut diximus planctus eſt ſuper eos qui agunt pœniten-
B tiam: & pœnitentia reddit uulneris ſanitatem: quomodo iuxta Septuaginta dicitur, domus Iſrael cecidit, amplius nō reſurget: Virgo Iſrael errauit in terra ſua: non eſt qui ſuſcitet eam? Quod ſic ſolui poteſt: Poſtquam domus Iſrael ſua uoluntate corruerit, nequaquam priſtinam recipiet dignitatem: poſtquam uirgo Iſrael errauerit in terra ſua, ultra inuenire non poterit ſuſcitantem. Et conſidera uerborum proprietates. Qui domus eſt & numeratur in turba, cadere dicitur. Qui autem de numero uirginum ſi errauerit, ob leue quoq; peccatum non poterit ſuſcitari: non quo non ſuſcitetur, ſed nequaquam ſuſcitetur uirgo Iſrael: & nequaquam reſurgat domus Iſrael. Non eſt enim eadem gloria eius qui ſemper ſecutus eſt dominum, & eius qui aberrauerit à grege: & poſtea boni paſtoris reportatus eſt hume-
Ezec. 18.g ris. Vnde & per alium prophetam dominus ait: Malo pœnitentiam peccatoris quàm mortem. Pœnitentia non ſanctitati puriſſimæ & eccleſiæ Chriſti, quæ non habet rugam neq; maculam: ſed morti & inferis comparata ſit melior. Hæc dicimus, non quo iuxta Nouatum tollamus ſpem pœnitentiæ, ſed quo timidiores faciamus eos, & idcirco ſollicitos, qui aperta ianua pœnitentiæ, dum ſperant futura, perdunt præſentia: & qui abſq; uulnere poterant permanere, incauti uulnus accipiunt, ut poſtea dolore crucientur. Multæ manſiones
Ioan. 14.a ſunt apud patrem meum: & ſtella à ſtella differt in cla-
1 Cor. 15.c ritate: ita & reſurrectio mortuorum: ſanctis ſplendentibus ſicut ſol & luna, ueſper & lucifer. Qui autem poſt peccatum egerint pœnitentiam, pro diuerſitate meritorum ſtellis albis æquabuntur. a ¶ *Quia hæc dicit dominus deus: Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur etc.*] Cauſas quibus domus Iſrael corruens non reſurgat: & uirgo Iſrael errans uel proiecta in terram non habeat ſuſcitantem: reddit ſermo diuinus: Vrbs, inquiēs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael: ut ubi quondam fuerat mul-

HEB. Iſrael cecidit: nō adijciet ut reſurgat. Virgo Iſrael proiecta eſt in terram ſuā: non eſt qui ſuſcitet eā.

SEP. Iſrael cecidit: nō adijciet ampliꝰ ut reſurgat. Virgo Iſrael ꝓiecta eſt ſup terrā ſuā: nō eſt ꝗ ſuſcitet eam.

Quia hæc dicit dominus deus: Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centū, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

Quia

titudo, propter nimiam uaſtitatem uix decima remaneat pars. Et ne omnino hærentes literæ, ſacramenta numerorum relinquamus intacta: Septenarium nume- C
rum eſſe ſanctum, etiam ſabbatum probat: in quo re- Gen. 2.a
quieuit deus ab omnibus operibus ſuis. Et iubet ne quid in eo operis ſeruilis fiat, niſi ea tantum quæ ad animam pertinent, & ne in eo onera portemus. Vnde & in ſolitudine qui die ſabbati ligna collegerat quæ arſura ſunt, ſententia domini condemnatur. Et ſeptem hebdomades complent numerum ſanctæ pentecoſtes: & iubileus annus remiſſionis tubarumq; clangentium hoc numero texitur. In ſeptimo quoq; menſe figuntur tabernacula: & Hebræus, cum ſex annis ſeruierit, anno ſeptimo liberabitur. Nouit & hoc ſecularis philoſophia & medicorum libri: quorum Galenus diſertiſſimus atq; doctiſſimus ſcripſit ternos libros περὶ κρίσεων καὶ τῶν κριτικῶν ἡμερῶν: In quibus ſeptenarij numeri oſtendens potentiam: ardentiſſimas febres ſeptimo dicit ſolui die: aut ſi tanta humoris noxij & pituitæ fuerit magnitudo, ut primæ hebdomadis nequaquam feruore conſumpta ſit: ſecundæ hebdomadis ultimus expectatur dies, id eſt quartuſdecimus. Quod ſi hūc, ut iuxta Hippocratem loquar, ἡ νόσος uicerit, tranſeunt ad uiceſimam primam diē, hoc eſt ad finem tertiæ hebdomadis, ita ab initio mundi diebus conditis, ut omnes labores & moleſtiæ ſepti- D
mo numero conquieſcant. Denique & captiuitas populi Iſrael templiq; ſubuerſio, ſeptuageſimo anno deſolationis impleta eſt: & ſeptem aſtra iuxta numerum dierum dicuntur errantia. De cuius numeri ſacramentis in Scipionis ſomnio plenius narrat Tullius: & obſcuriſſimus Platonis Timæus liber eſt: qui ne Ciceronis quidem aureo ore ſit planior. Sicut igitur ſeptenarius numerus habet ſacramentum ſuum: ſic ſanctificatus atque perfectus: & ut ita dicam, uerus eſt numerus, qui unione retinetur, & unius dei maieſtate con-
cluditur. Vnde dicit filius: Ego in patre, & pater in me: Ioan. 14.b
uolenſq; omnes unum eſſe cum patre, loquitur ad eum: Pater da, ut ſicut ego & tu unum ſumus: ſic & iſti Ibid. 17.c
in nobis unum ſint. Prima ergo beatitudo eſt eſſe in primo numero, qui unus & uerus eſt. Secunda in ſecundo: id eſt in decade. Tertia in tertio, id eſt in hecatontade. Sicut enim decas decima unione complectur: ſic hecatontas ex decem decadibus ſtruitur. Quartus numerus qui millenario numero continetur, de decem conſtat hecatontadibus. Cum igitur quis egerit pœnitentiam, de millenario & quarto numero uix reuertitur ad centenarium & tertium numerum. Rurſum qui in centenario eſt, uix redit ad ſecundum primæ decadis numerum: atque ita ſit ut domus Iſrael quæ corruerat non poſſit reſurgere: & uirgo Iſrael quæ errauerat in terra non habeat ſuſcitantem: quia qui ſemel ab unione diſceſſerit: & illam puriſſimæ uirginitatis perdiderit gloriam: de qua Apoſtolus di-
cit: Zelo enim uos zelo dei: & ſtatui uos uni uiro 2. Cor. 11.a
uirginem caſtam exhibere Chriſto, in qua non eſt macula neque ruga: priſtinum ſtatum & unionis beatitudinem recipere non ualebit: & uix ei concedetur ut de mille reuertatur ad centum, & de centum ad decem redeat. Hæc breuiter ſum locutus: ne omnino in hoc capitulo propter numerorum difficultatem fugiſſe uiderer tropologiam.

Universidad de Deusto Biblioteca

A a ¶ *Quia hæc dicit dominus domui Iſrael, etc.* ] Mos eſt ſcriptu-
rarum ſemper aduerſis læta ſubiungere, & poſtquã tri-
ſtia deus fuerit cõminatus, ad pœnitentiam eos quos
Eſa. 1. a terruit prouocat: iuxta illud quod in Eſaia legimus: Vę
gens peccatrix, populus plenus delictis, ſemen peſſi-
mũ filij iniqui. Cũq; dixiſſet, terra ueſtra deſerta, ciuitates ue-
ſtrę igne conſumptæ, regiones ueſtras corã uobis alieni come-
dent: loquitur ad eos meliora promittens:
Ibid. d Lauamini, mundi e-
ſtote: auferte malicias ueſtras ab animis ue-
ſtris. Diſcite beneface-
re: quærite iudicium: iudicate pupillo: iu-
ſtificate uiduam: & ue-
nite diſputemus, di-
cit dominus. Quo-
modo ergo in Eſaia quos ſeuera uoce ter-
ruerat, blanda oratio-
ne ſuſtentat: ita & in hoc propheta quibus dixerat: do-
mus Iſrael cecidit, non adijciet ut reſurgat: uirgo Iſrael
errauit in terra, non eſt qui ſuſcitet eam: Nunc loquitur
ad eos, & dicit: domus Iſrael, id eſt decem tribus: quæ-
rite me & uiuetis: quoniam in eo quod me non quæri-
tis, eſtis mortui. Cumq; quæſieritis, inuenietis: & cum
inueneritis, uiuetis. Et nolite quærere Bethel, in qua e-
rat uitulus aureus: & Galgalam locum idololatriæ: de
Oſee 9. d quo & ſupra dixi: Omnis malicia eorum in Galgalis.
באר־שבע Et in Berſabeę non tranſibitis. Pulchrè in Berſabeæ, in-
B quit, hoc eſt ad puteum iuramenti non tranſibitis: ubi
ſi quando errabat tribus Iuda, idola adorare conſueue-
rat. In tantũ autem ſimulachrorũ cultu furebat Iſrael, ut
nequaq; contentus idolis ſuis, ad aliena tranſiret. De-
niq; Galgala, inquit, captiua ducetur, & Bethel erit inu-
tilis ſiue penitus non ſubſtinens: cum idola in ea ſub-
uerſa fuerint. De Berſabeæ omnino tacuit: quia uictis
decem tribubus, urbs nomine Berſabeæ quæ erat in tri-
bu Iuda illo tẽpore, nec capta nec deſtructa eſt. Simulq;
animaduertendũ quod Lxx. interpretes in præſenti lo-
co nomẽ Berſabeæ interpretati ſunt dicentes, τὸ φρέαρ
τοῦ ὅρκου, id eſt, puteum iuramenti: & in poſterioribus
ipſum nomen poſuerunt. Viuit deus tuus Dan: & uiuit
uia Berſabeæ. Viam autem Berſabeæ poſuerunt: quod
de Iſrael longo itinere pergebant ad ultimos terminos
Iudæ: qui erant in Geraris, & Aegyptiæ ſolitudini iun-
gebantur, ut idola colerent. Eſt autem locus in quo ha-
bitauit Abraham: & ex eo quod cum Abimelech datis
Gen. 36 ſeptem ouibus in fœdus mutuum iurauerunt, appella-
tus eſt puteus iuramenti, ſiue puteus ſeptimi, propter
numerum ſeptem ouium שֶׁבַע enim utrũq; ſignificat.
Præcipit autẽ ſecundum leges allegoriæ domui Iſrael,
id eſt his qui ſibi noticiam dei pollicentur: ut non quæ-
rant Bethel & non introeant in Galgalã: & non tranſe-
ant uel aſcendant ad puteũ iuramenti, ſed magis quæ-
rant deum & uiuant in eo. Quærunt autẽ Bethel, quod
interpretatur domus dei, qui dicũt: templum domini,
templũ domini: & confidunt in ædificijs: de quibus do-
Luc. 21. b minus ad diſcipulos loquebatur: Venient dies in qui-
bus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non de-
ſtruatur. & ingrediuntur in Galgalis: qui poſt aduentũ
Chriſti rurſum cupiunt circumcidi. In Galgalis enim
ſecundo populus circũciſus eſt. Vnde & ipſe locus no-
men accipit: eo quod abſtulerit dominus opprobrium
Aegypti ab eis. Et in Berſabeæ, inquit, ſiue ad puteũ iu- C
ramenti non trãſibitis, ne illos puteis terminos Iudææ
quos olim ſecundum literã ſcriptura promiſerat à Dan
uſq; Berſabeæ: nec dicatis ultra cũ propheta: Notus in Pſal. 75. a
Iudæa deus, in Iſrael magnum nomen eius: ſed audite
cum apoſtolis: In om- Ibid. 18. a
nem terram exiuit ſo-
nus eorũ: & in fines
orbis terræ uerba eo-
rum: quia Galgala, id
eſt carnis circũciſio,
captiua ducetur à ue-
ra circumciſione cor-
dis: & Bethel quã pu-
tatis domũ dei, non
ſubſiſtet: ſiue ut me-
lius arbitror erit inu-
tilis, id eſt אָוֶן ut ne-
quaq; appelletur do-
mus dei, ſed uocetur
domus inutilis ſiue
idoli. Aliter. Quærit
Bethel qui tantum li-
teram ſequitur occi-
dentem, nec ſenſum
qui deus eſt quærit in uerbis: & intrat in Galgala qui ad
maiores enititur reuelationes, ſupernorũ ſibi ſciẽtiam
repromittens, tranſitq; ſiue aſcẽdit ad puteum: de quo Ioan. 4. a
Samaritana haurire cupiens aquas, quæ ſitim ſatiare
non poſſent: ignorabat eum de cuius uentre procedũt
flumina ſalientis aquæ in uitam æternam. b ¶ *Quærite
dominũ & uiuite: ne fortè comburatur ut ignis domus, etc.* ] Quo-
modo ex perſona dei dicitur: Quærite me & uiuetis: ita
propheta de domino loquitur, ut quærant eum: & ui-
uant. In eo enim quod quærunt dominum uiuere inci- D
piunt: ſin autem non quæſierint eum: & idcirco non ui-
xerint, ſtatim ſuccẽdetur ut ignis domus Ioſeph: quam
propter Hieroboam qui de tribu Ephraim & de domo
Ioſeph fuit: decem tribus ſentire debemus quæ appella-
bantur Iſrael: & ex maiore populi parte nomen priſti-
num poſsidebant. Duæ autem tribus quæ regebantur
à ſtirpe Dauid qui de tribu Iuda fuit, uocatæ ſunt Iu-
das: & poſsidebant Hieruſalem, in qua erat templum
dei. Cumq; ſuccenſa fuerit domus Ioſeph, deuorabit
atq; cõſumet Bethel: de qua ſuperius dixi: Nolite quæ-
rere Bethel, & non erit qui extinguat, cũ à regibus ſuis
fuerit incenſa. Pro Bethel in Lxx. legitur domus Iſrael,
ſenſum magis quàm uerbum interpretantibus, ut ſuc-
cedente rege Hieroboam, & cunctis deinceps regibus
qui ei in imperio ſucceſſerunt: ardeant decẽ tribus quæ
appellabantur Iſrael. Iſte eſt ignis qui ſuccenditur ſiue
reſplendet & inflammat domum Ioſeph ut cõſumatur
Bethel de quo alibi dicitur: Ambulate in lumine ignis Eſa. 50. d
ueſtri, & in flãma quam ſuccendiſtis. Et quia crebro do-
mum Ioſeph propter Hieroboã, qui à ſtirpe Dauid po-
pulum dei ſeparauit, & uaccas fecit aureas in Dan & in
Bethel, & dixit, non eſt pars nobis in Dauid, neq; hære- 3. Reg. 12. d
ditas in filio Ieſſe: ad perſonã hæreticorũ retulimus qui
ſermone cõpoſito, decora atq; formoſa, & ut ita dicam
aurea ſimulachra finxerunt, & adorant opera manuũ
ſuarũ, & agriculturæ ſub uaccarũ ſpecie ſibi imaginem
repromittunt, dicitur ad eos: Quærite dominũ & uiui-
te, eum qui dixit: Ego ſum uia, ueritas & uita: ut poſtq; Ioan. 14. a
ambulauerint in eo & inuenerint ueritatẽ: tunc incipi-
ant uiuere qui prius mortui erant. Et niſi hoc fecerint,
diaboli cõburentur ardoribus: nullusq; poterit inueniri
de principibus eorũ qui & ipſi hæretico igni ſuccenſi
ſunt, qui poſsit uorantẽ cũcta flammã reſtinguere, & præ-
cipuè Bethel quæ falſum ſibi domus dei nomẽ aſſumit.

HEB. Quià hæc dicit dominus domui Iſrael: quęrite me & uiuetis: & nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare: & in Berſabeæ ne tranſieritis: quoniam Galgala captiua ducetur: & Bethel erit inutilis. Quærite[b] dominum & uiuite: ne fortè comburatur ut ignis domus Ioſeph: & deuorabit & non ſit qui extinguat Bethel.

SEP. Quia hæc dicit dominus ad domũ Iſrael: quærite me & uiuetis: & nolite quærere Bethel: & in Galgala ne ingrediamini: & ſuper puteum iuramenti non tranſeatis: quia Galgala captiua ducetur: & Bethel erit quaſi nõ ſit. Quærite dñm & uiuite: ne fortè ſuccendatur ut ignis domus Ioſeph: & deuoret eã & nõ ſit qui extinguat domũ Iſrael.

a ¶ Qui



A a ¶ *Qui conuertitis in abſynthium iudicium, etc.* ] Multum in
hoc loco ab Hebraica ueritate editio uulgata diſcordat
ſicut abſq; cõmonitione noſtra ex his quæ propoſui-
mus, prudens ſtatim lector intelligit. Itaq; exponamus
primũ iuxta Hebræos, & poſtea quid nobis uideatur
in tranſlatione Lxx.
Chriſto ſi meruimus
pandente, dicamus.
Domus Ioſeph, id eſt,
domus Ephraim, ac
per hoc regia & Be-
thel: ſiue ſicut Lxx.
tranſtulerunt domus
Iſrael, id eſt, & reges
& populi & cultores
& idola, pariter ſub-
uertẽtur, qui iniquo
iudicio deum ad iracundiam prouocant. Et conuerte-
runt dulcedinem iudicij in abſynthij amaritudinem:
quod genus eſt herbæ amariſsimæ: aſſumentes iniqui-
tatem, & iuſtitiam relinquentes. Quæ ſit autem iſta iu-
ſtitia, ſequens uerſus oſtendit. Facientem Arcturum &
Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem
nocte mutantem: De quo ſupra dixerat: formans mon-
tes, & creans uentum, & annuncians homini eloquiũ
ſuum, faciens matutinam nebulam, & gradiens ſuper
excelſa terræ: dominus deus exercituum nomen eius,
ipſe eſt creator Arcturi qui Hebraicè כִּימָה dicitur, &
à Symmacho & Theodotione εἰς πλειάδα uertit: quẽ
uulgò booten uocant: quodq; ſequitur, Oriona, qui
Hebraicè dicitur כְּסִיל Symmachus abſolutè ſtellas,
Theodotio interpretatus eſt ueſperũ: Hebræus autem
qui nos in ſcripturis ſanctis erudiuit כְּסִיל interpretari
putat ſplendorẽ, & ſignificare generaliter aſtra fulgen-
B tia. Quando autem audiuimus Arcturum & Oriona:
non debemus ſequi fabulas poetarum, & ridicula ac
portentoſa mendacia: quibus etiam cœlum infamare
conantur & mercedem ſtupri inter ſydera collocare: di-
centes Arcturum, pluuiasq; Hyadas geminosq; Trio-
nes: armatumq; auro circumſpicit oriona: Sed Hebræa
nomina quæ apud eos aliter appellantur, uocabulis fa-
bularum gentilium in linguam noſtram eſſe tranſlata.
Qui non poſſumus intelligere quod dicitur niſi per ea
uocabula quæ uſu didicimus & errore combibimus.
Vnde & in regum uolumine רְפָאִים Hebræum, Græci
Titanas tranſtulerunt, quæ apud ethnicos celeberrima
fabula eſt: ex qua in laudes deorum ſcribunt γιγαντο-
μαχίας, & tela Tiphoea & impoſitũ Encelado Aetnam
montem, ad cuius motum Trinacria contremiſcat. Iſte
autem deus creator omnium, qui facit Arcturũ & Orio-
nem, noctem in diem & diem in noctem cõmutat, & a-
quas maris amariſsimas æthereo calore ſuſpenſas ex-
colat, & eliquat in dulcem pluuiarum ſaporem, inſtar
medicinalis cucurbitæ, quæ calore ſuperioris gyri, hu-
morem & ſanguinem ſurſum trahit: ex quo diſcimus
unde ſint pluuiæ. Quodq; ſequitur: Qui ſubridet uaſti-
tatem ſuper robuſtum: ad præſens tempus reuertitur,
& eſt ordo: Qui creator eſt omnium, cõminatur etiam
captiuitatem ſuper Samariam, & depopulationem ſu-
per potentem adfert: quoniam cõuertit in abſynthium
iudicium, & iuſtitiam relinquit in terra. Vbi nos dixi-
mus, qui ſubridet: Aquila interpretatus eſt, ὁ μειδιῶν.
propriè autem μειδίαμα dicitur quod nos ſubriſio-
nem poſſumus appellare, quando quis iraſcitur & aper-
tis paululum labijs ſubridere ſe ſimulat, ut iræ oſtendat
magnitudinem. Dicamus & iuxta Lxx. Deus in excel-
ſo facit iudicium: quando iudicat ueritatem, & reddit
Matth. 5. g unicuiq; ſecundum opus ſuum: & omnis qui imitator
& filius eius eſſe deſiderat & eſſe perfectus, ſicut pater e-
ius perfectus eſt: qui moratur in cœlo: facit in excelſo iu- C
dicium, & non imitatur eum iudicẽ qui deum non ti-
mebat, & hominem non uerebatur: & peruerſitate iudi-
cij, ſententiam ſuam non leuabat ad cœlum, ſed ad hu-
milia detrahebat. Quodq; ſequitur, & iuſtitiam in terra
poſuit: iuxta illud de-
bemus accipere, quod
dederit nobis Chri-
ſtum iuſtitiã ſuam &
non proiecerit eam,
ſed depoſuerit in ter-
ram: ut omni iniqui-
tate ſuperata, nos de
terrenis cœleſtes face-
ret. Ego puto ex hoc
loco etiam gentilem
poetam furatũ fuiſſe:
qui de ruſticorũ ſimplicitate & beatitudine ediſſerens
intulit: extrema per illos iuſtitia excedens terris ueſti-
gia fecit. Quod autẽ dicunt, faciens omnia atq; tranſ-
formans: uno uerbo Arcturũ & Oriona cõprehẽdunt,
negligentes proprietatẽ nominũ in Græcum transferre
ſermonẽ. Transformat autem deus omnia, quando fa-
cit de terrenis cœleſtia, & homines angelorũ donat ſi-
militudine: quando luna ſolis fulgore rutilabit, & ſol
habebit lumen ſeptuplũ: quando animalis & infirmus
& corruptibilis homo transformatur in ſpiritualem &
robuſtum & in incorruptũ, mutans gloriam non natu-
ram, quando intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor fir-
mamenti, & implebitur quod ſcriptũ eſt: Alia gloria ſo- 1. Cor. 15. c
lis, alia gloria lunæ, alia gloria ſtellarũ. Stella enim à ſtella
differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Quando
omnis creatura liberabitur de ſeruitute corruptionis
in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Iſte deus qui cũcta tranſ-
format, etiã umbrã mortis mutat in lucẽ: quãdo hi qui D
ſedebant in tenebris & umbra mortis, uiderunt lucem Luc. 1. g
magnam, & qui erant filij noctis & tenebrarũ, facti ſunt
filij lucis & filij diei. Iſte eſt deus qui etiã diẽ uertit in te-
nebras: eorũ diẽ qui dixerunt: crucifige, crucifige eum: Ioan. 19. g
aufer de terra talem: quando ab hora ſexta in typũ Iu-
daicæ cæcitatis dies in noctẽ uerſus eſt. Et non ſolum ſe-
cundum literã, ſed etiã ſecundũ altiorẽ intelligentiam:
lux quæ eis oriebatur in lege & prophetis, uerſa eſt in
tenebras, ignorantibus, quid legant, quid audiant, ut
impleatur de illis quod ſcriptũ eſt: Obſcurentur oculi Pſal. 69. a
eorũ ne uideant: & dorſum eorum ſemper incurua. Iſte
deus uocat ad ſe aquam maris, & effundit eam ſuper fa-
ciem terræ, de peccatoribus iuſtos faciẽs. Ad quod ex-
ponendũ, unũ tantã ſtudio breuitatis ponamus exem-
plum. Paulus apoſtolus quaſi turbo uiolentus & ſæua Act. 8. a
tempeſtas, & tumentes maris gurgites perſequebatur,
& opprimere nitebatur eccleſiã dei. Qui uocatus à do- Rom. 15. c
mino, effuſus eſt ſuper faciem uniuerſæ terræ, ut prædi-
caret euangeliũ de Hieroſolymis uſq; ad Illyricũ, & ædi-
ficaret non ſuper alterius fundamentũ, ubi iam fuerat
prædicatũ, ſed uſq; ad Hiſpanias tenderet, & à mari ru-
bro, imò ab Oceano uſq; ad Oceanũ curreret, imitans
dominũ ſuum & ſolem iuſtitiæ: de quo legimus: à ſum- Pſal. 18. b
mo cœlo egreſsio eius, & occurſus eius uſq; ad ſummũ
eius: ut ante eum terra deficeret, quàm ſtudium prædi-
candi. Iſte deus & contritionem diuidit ſuper fortitudi-
nem: ut eos qui male fortes ſunt, imbecilles faciat, & imi-
tari poſsint Apoſtolũ dicentẽ: quando infirmus ſum:
tunc fortior ſum. Nam & filij huius ſeculi prudentiores Luc. 16. b
ſunt filijs lucis in generatione ſua. Fortitudo corporis,
imbecillitas animæ eſt: & rurſum animæ fortitudo, im-
becillitas corporis eſt. Igitur dominus qui omnia ratio-
ne diſpenſat, & uero facit cuncta iudicio: diuidit contri-
tionem ſuper robuſtum inimicũ, ut inducat miſeriam

HEBRAEI. Qui conuertitis in abſynthiũ iudicium, & iuſtitiam in terra relinquitis facientem Arcturum & Orionem & cõuertentem in mane tenebras, & diem nocte mutantem.

SEPTVAGINTA. Qui facit in excelſo iudicium & iuſtitiam in terra poſuit: qui facit omnia, & tranſformat & conuertit in mane umbram mortis, & diem nocte contenebrat.

ſuper

Universidad de Deusto Biblioteca

A ſuper munitionē quæ ſe erigit contra ſcientiam dei. De Prou. 21.d quo & in prouerbijs legimus: Ciuitates robuſtas ingreſſus eſt ſapiens, & deſtruxit munitionem in qua confidebant impij. Hoc & ad omnem quidem fortitudinem ſecularem, ſed propriè cōtra hæreticos facit: qui argumētis & ſophiſmatibus & arte dialectica, dogmatum falſitatem roborare conantur. Sed deſtruit eam ſapiēs uir, & dei adiutus auxilio, omnem munitionem oſtendit eſſe uaniſsimam, ut inducat ſuper eam miſeriam, & inclinata ſupbia, poſſit cum Apoſtolo dicere: Rom. 7.d Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? a ¶ *Odio habuerunt in porta corripientē, & loquentē perfectè abominati ſunt.* ] Hi ſuper quos deus ſubridet uaſtitatem, & affert in eos populationē, qui in malo robuſti ſunt, & ad opprimendum potentes, odio habuerūt in porta, id eſt, in iudicio corripientem, uel me, uel alios prophetas qui ad eos miſsi ſunt, & loquentem perfectè ſiue uerbū immaculatum, ut interpretatus eſt Symmachus: aut λόγον ὅσιον, id eſt, ſermonem ſanctū, ut Theodotio & Lxx. tranſtulerunt. B In porta autem iuxta ueterem Iudaici morē populi fuiſſe iudicia, & ſæpe legimus & crebro interpretati ſumus, ut nec agricola ad cauſam ueniens, frequentia ciuitatis & nouo terreretur aſpectu, nec urbis habitator longè ab urbe properaret, & ſubuectionem quæreret iumentorum. Hoc iuxta literam dixerimus, cæterū grande peccatum Matth. 18.c eſt odiſſe corripientem, maximè ſi te non odio ſed amore corripiat: ſi ſolus ad ſolum, ſi aſſumpto fratre altero, ſi poſtea præſente eccleſia: ut non ſtudio detrahendi, ſed emendationis tuæ uideatur crimen ingerere. Duplices portas, mortis & uitæ uitiorum atq; uirtutum, ſæpe in ſcripturis legimus, ut illud in pſalmis: Pſal. 9.c Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion: haud dubiū quin eccleſiam ſignificet excelſum montē Sion, & ciuitatem dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem, & multitudinem angelorum, & eccleſiam primitiuorum qui ſcripti ſunt in cœlis. Qui in portis Sion fuerit exaltatus, portas mortis timere nō poterit: de quibus Petro dominus loquebatur: Matth. 16.c Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Portas Pſal. 17.c uirtutis manifeſtè in alio pſalmo diſcimus: Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor domino. Hæc porta domini: iuſti intrabunt in eam. Deniq; & ſapientia in portis ciuitatis confidens dixit: Quanto tempore innocentes obtinuerint iuſtitiam, non cōfundentur. Ego portas ciuitatis, id eſt, animæ credentis in Chriſtū, puto eſſe uirtutes per quas ad credentes Chriſtus ingreditur. Et quia non eſt ſcriptū in quibus portis oderint corripientem: utrum in malis an in bonis: nos ad utrunq; referamus. In uitiorum portis ſtantes peccatores arguit propheta, & idcirco deteſtationi habetur ab eis. Aut certè ipſe propheta ſtat in portis initijsq; uirtutum: & odio habetur ab his quos corripit, nec ſufficit peccatoribus odiſſe in portis arguentē ſiue

HEB. Qui uocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: dominus nomen eius. Qui ſubridet uaſtitatē ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert. Odiò habuerunt in porta corripientē, & loquentē perfectè abominati ſunt. Idcircò pro eo quod diripiebatis pauperem, & prędam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & nō habitabitis in eis. Vineas

SEPT. Qui uocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terræ: dominus deus omnipotens nomen eius. Qui diuidit contritionem, & miſeriam ſuper munitionem adducit. Odio habuerunt in portis arguentē, & uerbū ſanctum abominati ſunt. Propterea quia pugno percutiebatis pauperes, et munera electa accipiebatis ab eis: domos dolatis lapidib. ædificaſtis, & non habitabitis in eis. Vineas

C corripientem: niſi uerbū ſanctum abominentur quod de eius ore profertur. Matth. 10.d Qui enim non recipit prophetam, non recipit eum qui miſit illum. Sin autē uerbum ſanctum uel qui perfectè loquebatur abominati ſunt: porrò uerbum ſanctum dominus eſt Ieſus: de quo dicitur: Pſal. 15 Non dabit ſanctum tuū uidere corruptionē: omnes Iudæi dicentes anathema Ieſu: uerbum dei abominātur, quod & perfectum & ſanctum & immaculatum eſt. Abominatio eñ peccatori eſt pietas. Quicquid autē de Iudæis diximus tā ad ethnicos ꝗ ad hæreticos referri poteſt, quorum alij omnes ſcripturas ſanctas abominātur in quibus uerbū dei eſt. Alij dum peruerſè intelligunt quod legunt: abominationem ponūt in domo dei. b ¶ *Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, etc.* ] Ne forſitan putaret Iſrael quod propter ſolam idololatriam hoſtibus traderetur ad pœnam: iungit & cætera quæ amiſſa ueritatis religione commiſerit. Diripiebatis, inquit, pauperem ut ab eo tolleretis, qui uictui neceſſaria uix habebat, & quicquid precioſum uidebatis & pulchrum, ueſtris uſibus tradebatis. D Vnde & ex precio eorum quæ rapiebatis & tollebatis à paupere, domos quadro lapide ædificaſtis, ut ſpoliantes homines, parietes marmoribus ueſtiretis: quas quia ædificaſtis de rapinis, & non ſolum manſioni & tecto, quod exigit humana fragilitas: ſed pulchritudini & delicijs præparaſtis, repentina captiuitate, uel morte ſubtracti non habitabitis in eis. Vineas quoq; amantiſsimas futuris potibus prouidentes plantaſtis, & non bibetis ex eis uinū: qa ego uniuerſa ſcelera ueſtra & peccata cognoui, & peccata fortia quæ meā iracundiā prouocarūt: Qui eſtis hoſtes iuſtitiæ ſiue omnis iuſti, & accipitis munera, & pauperes in iudicio deprimitis: Ideo qui pauper & prudens eſt, cum furentē iudicē uiderit, tacebit in tēpore illo: quia tēpus malū eſt. Vel certè ita intelligendū: Quid prodeſt nūc uicina captiuitate ueſtra enumerare peccata: cū iam nullū remediū ſit, & muros urbiū ueſtrarū hoſtilis cingat exercitus? Poſſumus hoc ipſum & de hæreticis dicere: qui diripiunt pauperes ſiue ſtricta manu percutiunt caput eius: hoc enim Græcè ſignificat κατεκονδυλίζετε πτωχὸς: iuxta illud quod ſupra legimus percutientes in capite pauperem. Nō eñ percutiūt hæretici niſi pauperē qui ſuſtinere nō poteſt cōminationē, nec in alijs membris, ſed in principali cordis & in fidei ueritate. Pauperes reor qui ſimplici cōtenti fide, hæreticorū maliciæ non ualent reſpondere. Sed & quicquid boni operis in dei munera præpararunt, niſi aduerſarijs reſtiterint, perdent tempore pugnæ atq; certaminis, qui aduerſarij cōpoſitione ſtructuraq; uerborū ædificant ſibi domos: ut tuti maneant & ſecuri. Sed non habitabunt in eis cum ab eccleſiaſticis uiris deſtructæ fuerint atque ſubuerſæ. Et non ſolum domos ædificant, uerumetiam amantiſsimas quoque & deſiderabiles plantant uineas: ut Chriſti myſteria mentiantur: ſed non bibent ex eis uinum, niſi quod eſt



A eſt furor draconum inſanabilis: Expectauit enim dominus, ut iſtæ uineæ afferrent fructus, & non attulerunt uuam, ſed ſpinas uel labruſcam: nec iudicium ſed clamorem, quo contra deum ſuum inſano ore blaſphemant. Ideo autem non habitabunt in domibus ſuis, & non bibent uinū earū quas plantauerant uinearū: quia cognouit dominus multas impietates eorū. Hic cognitio, nō iuxta illud intelligēda eſt quod alibi legimus: 2. Tim. 2.c Cognouit dominus eos qui eius ſunt: ſed quod nihil deum lateat, & omnia peccantium ſecreta cognoſcat. Cognoui, inquit, multas impietates: quæ non ſolum multæ ſed & fortes ſunt, & opprimentes ſiue conculcantes ipſam iuſtitiā: uel eū qui iuſtus eſt. Et accipitis, inquit, cōmutationem, pro qua commutatione omnes ſimiliter ἀλλάγματα, id eſt, propiciationē tranſtulerūt: nos munus diximus: ἄλλαγμα autem iuxta idioma ſcripturarum precium dicitur: B quod in euangelio quoq; legimus: Matth. 16.d Aut quā dabit homo cōmutationem pro anima ſua. Pauperes quoq; in portis declinauerunt, id eſt, ἐκκλίνοντες: ſiue ut Symmachus interpretatus eſt: oppreſſerunt: ut contra iudicij ueritatē precio ſententiam uenderent: incurrentes in illud quod ſcriptum eſt: Deut. 16.d Munera excæcant oculos etiam ſapientiū. Quæ accipiunt hæretici, ut auſteritatem ſcripturarum quæ peccatorib. tormenta denunciant, uertant in beatitudinem: & cum diuitibus proſpera quæq; promittant, tantum apud pauperes truculenti ſunt & ſeueri. Quando igitur uir eccleſiaſticus & prudens atq; intelligens multas impietates in ea quæ uocatur domus dei eſſe cognouerit, & non ſolū multas, ſed & fortes, & quæ opprimere poſsint iuſtitiam, & intantum doctorum rabiem proceſſiſſe: ut accipiant precium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoq; deuitent in portis, & audire contemnant, taceat in illo tempore: ne det ſanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos, qui cōuerſi conculcent eas, & imitetur Hieremiam Hiere. 15.d dicentem: ſolus ſedebam, quia amaritudine repletus Pſal. 140.c ſum. Et illud in pſalmis: Singularis ſum ego donec tranſeam. a ¶ *Quærite bonum & non malum ut uiuatis, & erit dominus deus exercituum uobiſcum ſicut dixiſtis. Odite malum & diligite bonum, & conſtituite, etc.* ] Dicitis deum eſſe uobiſcū, Ioan. 8.c quia ſitis filij Abraham: audite quod ſequitur: Si filij eſtis Abrahæ: opera patris ueſtri facite. Quæ ſunt opera patris ueſtri Abrahæ? Diligite bonum & non malum. Grande peccatum eſt, non ſolum facere malum ſed & diligere. Multi peccant, & expleto uoluptatis ardore mordentur conſcientia ſua, & pœnitet eos peccati ſui. Qui autem non ſolum nō dolet ſe feciſſe quod malum eſt, ſed in ſuo ſcelere gloriaſ, iſte implet illud quod ſcri-

HEB. Vineas amantiſsimas plantabitis, & non bibetis uinum earū, quia cognoui multa ſcelera ueſtra & fortia peccata ueſtra: hoſtes iuſti, accipientes munera, & pauperes in porta deprimentes: ideo prudens in tempore illo tacebit: quia tempus malum eſt. Quærite bonum & non malum ut uiuatis, & erit dominus deus exercituū uobiſcū ſicut dixiſtis. Odite malū & diligite bonum, & conſtituite in portis iudicium, ſi fortè miſereatur dominus deus exercituū reliquijs Ioſeph. Propterea hæc dicit dominus deus exercituum dominator: in omnib. plateis planctus, & in cunctis quę foris ſunt dicet: uæ uæ. Et uo-

SEP. Vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis uinum earum, quia ego cognoui multas impietates ueſtras, & fortia peccata ueſtra: conculcantes iuſtum, accipientes cōmutationes & pauperes in portis declinantes, ideo ꝗ intelligit in tēpore illo ſilebit, quia tempus malū eſt. Quærite bonū & non malū ut uiuatis, & erit ſic dominus deus omnipotens uobiſcū, ſicut dixiſtis: Odio habuimus mala, & diliximus bona, & reddite in portis iudicium: ut miſereatur dominus deus his qui reliqui ſunt de Ioſeph. Ideo hæc dicit dñs deus omnipotēs: In cunctis plateis planctus: & in omnib. uijs dicet: uæ uæ. Voca-

C ptum eſt: Prou. 18.a Peccator cum uenerit in profundum impietatis contemnit. Quærite ergo bonum & non malum: Si enim quæſieritis bonum in eo quod quæritis bonum, ſtatim repellitis malum. Nunquam autem quæreretis bonum, niſi prius repelleretis malum, implentes uerba pſalmiſtę dicentis: Pſal. 36.e Declina à malo & fac bonū. Cumq; quæſieritis bonum & uitaueritis malum: tunc uiuetis in eo qui dicit. Ioan. 14.a Ego ſum uita. Bonū quærit, qui credit in eum qui in euangelio loquitur: Ego ſum paſtor bonus: Repellit malum qui fugit eum de quo ſcriptum eſt: 1. Ioan. 5.d Mundus in maligno poſitus eſt. Et in oratione dominica dicit: Libera nos à malo. Cūq; quæſieritis, inquit, bonum, & non malum, & uixeritis: tūc erit dñs deus exercituum uobiſcum: ſicut dixeratis, ideo eū eſſe uobiſcū, quia nati eſſetis de Abrahā. Nec ſufficit bonum quærere, malūq; non quærere, niſi εὐσέβειαν, id eſt, pietatē habeatis in utroque: D ut primum odiatis malum, deinde diligatis bonum. Odit malum qui non ſolum uoluptate non uincitur, ſed odit opera uoluptatis: & diligit bonum, qui non inuitus aut neceſsitate aut metu legum facit quod bonum eſt: ſed idcirco quia bonum eſt, ut mercedē boni operis habeat conſcientiam ſuam & dilectionem quam erga bonum poſsidet. Vnde & apoſtolus inquit: 2. Cor. 8.b Datorem hilarem diligit deus: Non enim omnis eleemoſyna placet deo: niſi quæ cum hilaritate profertur. Cumq; oderitis malum & dilexeritis bonum: conſtituite in portis iudiciū: de quo ſupra dictum eſt, ut iniquitate expulſa, ueritas redeat. Et ſi feceritis hoc, forſitan miſerebitur dominus deus omnipotens reſiduis Ioſeph: de tribu Ephraim, & de decem tribubus captiuitatē euadere poterint: Quæ omnia poſſunt & hæreticis coaptari, ut deſerto errore quem finxerunt, redeant ad eccleſiam, & oderint priora dogmata: diligantq; in eccleſia domini ueritatem & iudicium uerum exerceant in portis uitiorum & uirtutum: relinquentes illas & ad has tranſeuntes, & ſperent miſericordiam qui ex faucibus diaboli euadere quiuerint. Iuxta Lxx. autē ordine cōmutato, ſic manifeſtior lectio præſentis capituli reddi poteſt. Quomodo dixiſtis, odio habuimus mala & diliximus bona: ſic quærite bonum & non malum, ut uiuatis, & ſit dominus deus omnipotens uobiſcum: & reddite in portis iudicium: ut miſereatur dominus deus omnipotens reliquijs Ioſeph. b ¶ *Propterea hæc dicit dominus deus exercituum dominator: in omnibus plateis planctus, & in cunctis, etc.* ] Præcepi ut quæreretis bonum & non malum, ut uiueretis eſſetq; dominus uobiſcū. Et iterum intuli: ne ſemel tantum uos monitos diceretis: Odio habete malum, & diligite bonum, & reſtituite iudicium in portis, qui odio habuiſtis

A habuiſtis in porta corripientem, ut miſereatur domi/nus reliquijs Ioſeph, & quia facere noluiſtis, mea præ/cepta calcantes, & uertiſtis ad me ſcapulam recedentē: ideo hæc dicit dominus deus omnipotens, qui eſt exer cituū dominus: ubiq; planctus, ubiq; mœſticia. Agri/colæ uocabuntur ad luctum, & qui ſciunt more prouinciæ præcinere ad cōcitandas lachrymas uocabuntur: ut nequaquam in omnib. plateis, ſicut ſupra dictum eſt: ſed in uineis ſit planctus atque luctus, ut ubi quondam fuit materia læticiæ, ſit origo lachrymarum. Et hæc omnia fiēt: quia pertranſibo, inqt, in medio tui. Verbum Hebraicum, pertrāſibo, quod eorum lingua dicitur אעבר quotiens in ſcripturis ſanctis ex pſona dei ponitur, pro pœna accipiendum: ut nequaquam apud eos maneat, ſed pertranſeat ac relinquat. Vnde & in alijs locis ſecūdum interpretationem Aquilæ, quando iraſcitur deus furo/rem ſuum & iram ἀνυπερβλησίαν uocat: quæ omnia re/
B ferri poſſunt ad hæreticos: ut quia illa & illa quæ iuſſa ſunt facere noluerunt: ſit in omnibus plateis eorum lu
Matth. 7.b ctus. Lata enim & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortem: ſingulięq; hæreticorum & gentilium in fabulis ſuis atq; figmentis habent plateas, quibus conſequenter infer/tur: Et in cunctis quæ foris ſunt dicetur, uæ, uæ. Qui e/nim in eccleſia fuerint non audiēt uæ, quod pœnarum ultimum eſt: ſed ſi forte peccauerint, ſumetur ſuper eos lamentum. Ideo autem foris ſiue in omnibus uijs dicetur, uæ, uæ: quia non habent unam uiam quæ ducit ad uitam, & quæ uia regia eſt: ſed prauas atq; peruerſas & declinantes ad dexteram ac ſiniſtram, dum non audi/
Eccle. 7.c unt dominum dicentem: Ne ſis iuſtus multum. Et per/
Prou. 4.d uerſæ ſunt uiæ quæ à ſiniſtris ſunt. Incurruntq; in du/
Philip. 4.a plex uæ, carnis & ſpiritus, præſentis ſeculi atq; futuri. Cum econtrario eccleſiaſtici audiant: Gaudete, iterum dico gaudete. Sed & agricola uocatur ad luctū, habent enim hæretici agricolas ſuos, in quorum aruis tribuli naſcuntur & ſpinæ. Et ad planctum uocantur qui no/runt plangere uel ſua uel aliena peccata: quanquam & hæc in bonam partem poſſimus accipere, ut uir eccle/ſiaſticus & potens ad pœnitentiam prouocare, imite/
Luc. 7.c tur dominum ſuum dicentem: Lamētati ſumus, & non
1. Reg. 15.g planxiſtis: & plangat hæreticum, ſicut Saulem regem
2. Cor. 12.g Iſrael planxit quondam Samuel. Et apoſtolus lugere ſe dicit ſuper eos qui non egerunt pœnitentiam. In omni bus quoq; uineis erit planctus: quia uineæ Sodomorū uineæ eorum, Et pro uino lætitiæ quod lætificat cor ho minis: attulerunt uinum draconum & furorem aſpi/dum inſanabilem. Et hæc uniuerſa patientur: quia per/tranſibit per medium eorum dominus: ut non habitet inter eos, nec dicat: Habitabo in eis & inambulabo. Et:
Matth. 28.d Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad con/ſummationem ſeculi. a ¶ *Væ deſiderantibus diem domini, ut quid eam uobis? etc.*] Ne de tribu Iuda Thecuites prophe

HEB. Et uocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui ſciunt plangere. Et in omnibus uineis erit planctus: quia pertrāſibo in medio tui, dicit dominus. Væ dēſiderantibus diem domini, ut quid eam uobis? Dies domini iſte tenebræ & non lux: quomodo ſi fugiat uir à facie leonis & occurrat ei urſus: & ingrediatur domum & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebrę dies domini, & non lux? caligo & non ſplendor

SEP. Vocabitur agricola ad luctum, & ad planctum hi qui ſciunt lamentationem, & in omnibus uijs planctus, quia pertranſibo per medium tui, dicit dominus. Væ deſiderantibus diē domini, ut quid hanc uobis diem domini? Et ea eſt tenebræ & nō lux. Quo modo ſi fugiat homo à facie leonis, et incidat in eum urſus: & introeat in domū, & innitatur manibus ſuis ſuper parietē, & mordeat eum coluber: Nónne tenebræ dies domini, & non lux? & caligo & non habet ſplendo-

ta omnino homines tribus ſuæ negligere uideretur, & C
ad decem tantum tribus conferre ſermonē, ad utrunq; regnum, hoc eſt, Iudam & Iſrael nūc dirigit ſermonem uaticinij: quod ex multis quidem alijs, ſed præcipuè ex eo quod ſequitur: Væ qui opulenti eſtis in Sion & confiditis in mōte Samariæ: intelligi poteſt. Væ igitur Iudæ Iſraeliq; dicētibus: Veniat dies: ueniat prædicta captiuitas: dummodo quod promittitur per prophetas, etiam reſtitutionis tempus conſequatur. Non eſt enim tantum mali in captiuitatis iniuria, quantum boni in his quæ poſt captiuitatē dominus pollicetur. quibus propheta reſpondit, fruſtra eos quod longo tempore poſt futurum eſt in aduentu filij dei, poſt LXX. annos captiuitatis Babyloniæ præſtolari, quos uaſtitas atque pauperies & innumerabiles miſeriæ cōſequentur. Fugientibus enim, inquit, à facie Nabuchodonoſor leonis, occurret Aſſuerus ſub quo Heſter narratur hiſtoria: ſiue deſtructo Aſſyriorū & Chaldæorum imperio, Medi, Perſæq; conſurgent. D
Cumq; regnante Cyro fueritis reuerſi, & præcipiente Dario cœperitis ædificare domum domini, & omnem fiduciā habueritis in templo: ita ut requieſcatis in eo, & laſſas manus ſuper parietes inclinetis: tūc ueniet Alexander rex Macedonum ſiue Antiochus cognomento ἐπιφανὴς, qui moretur in templo, & uos inſtar colubri mordeat, nequaquam foris in Babylone, & in Suſis: ſed intra terminos terræ ſanctæ. Quibus rebus probatur, diem quam concupiſcitis, non eſſe lucis & gaudij, ſed tenebrarum atq; triſtitiæ. Hæc iuxta hiſtoriam breuiter diximus: ne penitus Iudæorum opinionem relinqueremus intactam: Cæterum nulli dubium eſt, omnes noſtros diem tenebrarum, diem intelligere iu-
dicij, de qua ſcribit & Sophonias: Iuxta eſt dies domini Soph. 1.b
magnus, & iuxta eſt & uelox nimis: uox diei domini amara & dura. Et Eſaias: Ecce dies domini inſanabilis Eſa. 13.b
uenit, furoris & iræ ponere orbem terrarum deſertum, & peccatores perdere ex eo. Simulq; decutitur confidentia ſuperborum, qui ut apud homines iuſti appa/
reant, ſolent diem expectare iudicij & dicere. Vtinam Philip. 1.d
ueniat dominus, utinā nobis liceat diſſolui & eſſe cum Chriſto: imitantes Phariſæum qui in euangelio loque/
batur: Deus ago gratias tibi: quia non ſum ſicut cæteri Luc. 18.b
homines, raptores, iniuſti, adulteri: & ſicut hic publicanus: Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. Ex hoc enim ipſo quod diem domini deſiderant & non pertimeſcunt: digni ſupplicio iudicantur:
quia nullus hominum abſq; peccato eſt. Et: Aſtra im/ Iob 25.b
munda ſunt coram eo: Et cōcluſit omnia ſub peccato, Gal. 3.d
ut omniū miſereretur. Cum igitur nemo poſſit de dei iudicare iudicio, & de ocioſo quoq; uerbo reddituri ſi/
mus rationem: Et Iob quotidie pro filijs ſuis obtulerit Iob 1.a
hoſtias: ne quid fortè peruerſum contra dominum co/
gitarent: quæ temeritas eſt audire cum Corinthijs: Sine 1. Cor. 4.b
nobis



A nobis regnatis: atq; utinam regnaretis: ut & nos uobi/ſcum regnaremus. Certè ſi eos etiam propria conſcientia non remorderet: debuerant imitari Paulum dicen/
2. Cor. 11.g tem. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? & pro omni bus eſſe ſolliciti, ne quaſi amatores ſui, ut ipſi regnent, aliorū tormenta deſiderarent. Quomodo ſi quis uelit capi patriam ſuam urbemq; ſubuerti: ut ſolus amicitia uictorū perfruatur. ſolemus in anguſtijs & tribulatiōibus dicere: Vtinam mihi liceat exire de corpore, & ſeculi huius miſerijs liberari: neſcientes quod quandiu in hac carne uerſamur, habemus locum pœnitentiæ: ſi autem receſſerimus, audie/
Pſal. 6.b mus illud prophetæ: In inferno autē quis confitebit̄ tibi? Iſta eſt ſeculi triſtitia quæ ducit ad mor/
1. Cor. 5.b tem: qua Apoſtolus non uult perire eum qui cum uxo
Matth. 27.a re patris fuerat fornicatus: qua & Iudas perijt infelix, qui abundantiori abſorptus triſtitia, proditioni homicidium copulauit, & homicidium omnibus peius homicidijs: ut ubi putabat remedium & mortem ſuſpendij finem malorum: ibi leonem & urſum & colubrum reperiret. Quibus nominibus uidentur mihi ſignificari uel diuerſa ſupplicia, uel ipſe diabolus, qui rectè & leo & urſus & coluber appellatur. Cumq; nos putaue/
B rimus Eſaiam audire dicentem: Vade populus meus
Eſa. 26.d intra cubicula tua: claude hoſtium, abſcondere puſillum donec trāſeat ira domini, & eſſe quaſi in domo noſtra, quaſi in inferno requieſcere: tunc mordebit nos coluber qui in præſenti loco Nahas: in Iob appellatur Leuiathan. De cuius natura & terrore multiplici plenius in ipſo uolumine diximus. In caligine autem & tenebris quæ cōtraria ſunt luci & ſplendori: tormentorum diuerſitas explicatur. a ¶ *Odi & proieci feſtiuitates ueſtras, & non capiam, etc.*] Propriè hoc contra tribum Iuda dicitur, & eos qui ex Iſrael ad dei ceremonias cōmigrarant & nihilominus non recedebant de excelſis: colebantq; idola, & peccatorum magnitudine dei ſacrificia polluebant. Nunq; enim reor quod de oblationibus uitulorum quas offerebant in Dan & Bethel dixerit: ſi obtuleritis mihi holocauſtomata & munera ueſtra non ſuſcipiam. Odit autē deus & non ſolum odit, ſed & proiecit feſtiuitates eorum, qui fugiunt leonem, incurrunt urſum, & ingrediuntur domum, & à ſerpente mordentur: quia non celebrant feſtiuitates dei, ſed fe
Eſa. 1 ſtiuitates ſuas dicente domino: Odi & proieci feſtiuitates ueſtras. Et huiuſcemodi hominum conuentū odoremq; non ſuſcipit nec habet in odorem bonæ fragrantiæ, & omnia eorum munera deteſtatur & pinguiſſima uota non reſpicit. Quod quidem non ſolum illius temporis hominibus ſed & nobis accidet ſi ſimilia delinquamus, & de rapinis & periurijs ſceleribusq; quæſita, deo nos putemus offerre, & noſtra peccata redimere:
Luc. 19.a cum legerimus Zachæum quicquid rapuerat in quadruplum reddidiſſe, & de his quæ bene quæſierat, mediam obtuliſſe ſubſtantiā. Neq; enim quod male quæſitum erat in dei donaria poterat offerre: niſi prius dominis ſuis redderet, & poſtea impleret quod ſcriptum
Prou. 3.b eſt: Honora dominum de iuſtis tuis laboribus: Et: Re/
Ibid. 13.b demptio animæ uiri propriæ diuitiæ: de mercede enim

HEB. dor in ea. Odi & prôieci feſtiuitates ueſtras, & non capiam odorem cœtuum ueſtrorum. Quod ſi attuleritis mihi holocauſtomata & munera ueſtra, nō accipiam, & uota pinguium ueſtrorum non reſpiciam. Au[b]fer à me tumultum carminū tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. Et rēuelabitur quaſi aqua

SEP. ſplendorē. Odio habui & repuli feſtiuitates ueſtras. nec odorabor in conuentionibus ueſtris. Et ſi obtuleritis mihi holocauſta & ſacrificia, non ſuſcipiam, & ſalutare præſentiæ ueſtræ non reſpiciā. Tranſfer à me ſonitum carminum tuorum, & pſalmum organorum tuorum non audiam. Et uoluetur ſicut aqua

meretricis deus uota non ſuſcipit: Econtrario iuſtus di C
cere poteſt: Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in cō- Pſal. 140.c
ſpectu tuo. Quæ oratio Iudæ proditori uerſa eſt in peccatum: non enim habebat bonū odorem, ſed opere lo/
quebatur: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: Ibid. 37.b
à facie inſipiētiæ meę. Quæ omnia & de hæreticis dicere poſſumus: qui dum fugiunt leonem, incurrūt urſum: & ingreſsi domum quā putant eccleſiam dei: innitun/tur parietibus quos ipſi fecerunt, & à ſerpente mordent: quorum lucē & diem tenebræ eripiunt & caligo, ita ut palpabiles tenebræ ſint, & interficiant primitiua eorum. Horū deus odit ſacrificia & à ſe proijcit: & quotieſcūq; ſub nomine domini fuerint cōgregati, deteſtatur fœtorem eorum, & claudit nares ſuas. Odiſſe autem & proijcere & non odorari, humana loquitur ſimilitudine: ut nos affectum dei, noſtris ſermonibus cognoſcamus. Et ſi obtulerint holocauſta, ut uideantur ieiunare: dare eleemoſynas: pudicitiam polliceri, quæ holocauſta ſunt uera, non ea ſuſcipit dominus: nec dignatur aſpicere pinguiſſimas hoſtias eorum. Non enim ſacrificiorum magnitudinem, ſed offerentiū merita cauſasq; dijudicat.
Vnde & uidua quæ in euangelio in corbonam duo mi Luc. 21.c
nuta miſerat, omnibus à ſaluatore præfertur, qui uota D
pinguiſſima & hoſtias medullatas ſe offerre credebāt, de multo dantes parum: cum illa totum quod habuit obtuliſſet. Manifeſtius & uerius hæc poſt aduentum domini dicuntur populo Iudæorum: qui deſtructo templo & altari, hoſtias offerre ſe credunt: quorum deus odit & proijcit feſtiuitates & non capit odorem cœtus eorum: quando congregati dicunt: Crucifige, crucifi/
ge talem. Et: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios no/ Matth. 27
ſtros. Et ſi obtulerint holocauſta in ſynagogis, & munera in concilijs ſatanæ, & uota pinguiſſima: non ea reſpi
cit dominus: ſicut non reſpexit munera Cain. Qui be/ Gen. 4.a
ne quidem unum deum colunt rectè offerunt: ſed in eo non reſpiciuntur, quia non diuidunt in patrē & filium & ſpiritum ſanctum confeſſionem. Noſtra autem munera, id eſt, eccleſiæ, quæ offerimus de primitiuis noſtris reſpicit deus, ſicut reſpexit quondam ſacrificia Abel. b ¶ *Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam, etc.*] Pulchrè cantica leuitarum quibus laudabant deum tumultum uocat, ſonitūq; confuſum: quia non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris, & hæc eadem idolis quoq; offerre conſueuerant. Iudæorum quoq; oratio & pſalmi quos in ſynagogis canunt, & hæreticorum compoſita laudatio: tumultus eſt domino, & ut ita dicam grunnitus ſuis, & clamor aſinorū: quorum magnis cantibus Iſraelis opera comparantur. Pſalmum autem & carmina, lyram & organa: uel iuxta literam accipe in populo Iſrael quæ olim fiebant in imagine futurorum: uel iuxta ſpiritum in nobis & in hæreticis: quæ ſi bonis operibus dirigamus, audiuntur à domino: ſi malis, concludit aures ſuas: & impiorum cantica non dignatur audire. c ¶ *Et reuelabitur quaſi aqua iudicium: & iuſtitia quaſi torrens fortis, etc.*] Sicut aqua ſi labatur in pronum, quod prius texerat, nudat, & patere facit omnium oculis: ſic iudicium dei atq; iuſtitia quæ de



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A ſuo quondam populo iudicauit, patebit omnibus & fe
retur inſtar torrentis fortiſsimi. Quicquid arripuerit
ſecum trahit, & ſibi obſiſtere non patitur. Iuxta LXX. au
tem uoluitur quaſi aqua iudicium peſsimorum: quia
non ſtat in una ſententia, ſed circumfertur omni uento
doctrinæ, quod pro-
bauerat improbans:
& quod prius lauda-
uerat, putans eſſe pro
nihili. Iuſtificationes
eorum non flumini-
bus & puriſsimis fon
tibus, ſed turbidis cœ
noſisq; torrentibus
cōparantur: qui ſuas
aquas non habēt, ſed
de ſaxis rupibusq; &
uepribus collectas.
Quas qui tranſire uo
luerit, ſtatim rapietur
in præceps, & ſubuer
ſis pedibus dicere nō
Pſal. 39.a poterit: Statuit ſupra
petram pedes meos:
calcat enim ſuper are
nas quæ non habent
fundamentū, & cum
periclitatus fuerit, lo-
quet iuxta Hebræos:
Pſal. 123.a Torrens tranſiuit ſu-
per animam meam. Econtrario de iuſtis legimus: quo-
rum non uoluitur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia non
Prou. 12.a fertur quaſi torrens inuius: Cogitationes iuſtorum iu-
dicia. *a ¶ Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſer*
B *to quadraginta annis domus Iſrael? etc.* ] Ex hoc loco diſcimus
omnes hoſtias & ſacrificia quæ in deſerto obtulit Iſrael,
non deo obtuliſſe, ſed Moloch regi ſuo, cuius portaue-
runt tabernacula, & imaginem idolorum ſuorum ſta-
tuarumq; uenerati ſunt. Et quæ ſit ipſa imago uel ido-
lum, ſequenti ſermone demonſtrat: Sidus dei ueſtri,
quod Hebraicé dicitur, מַלְכְּכֶם id eſt: luciferi quem Sar-
raceni hucuſq; uenerantur. Quam ob cauſam migrare
eos fecit dominus trans Damaſcum, id eſt, in Aſſyrios
atq; Chaldæos: Cuius omnipotentia ex eo quod deus
exercituū eſt demonſtratur. Quærimus quomodo ho-
ſtias & ſacrificiū non deo obtulerint in deſerto: ſed regi
Exod. 32.b ſuo, quem luciferum nuncupant. Ex eo tempore quo
aurum in caput uituli transformarūt dicentes: Iſti ſunt
dij tui Iſrael qui te eduxerunt de terra Aegypti: omnia
quæ fecerunt, non deo ſed idolis feciſſe monſtrātur. Et
quod poſtea quædam domino eos legimus obtuliſſe:
non uoluntate ſed pœnarum fecerunt metu, & eorum
interfectione qui propter idola corruerunt: Dominus
autem non ea quæ offeruntur, ſed uoluntatem reſpicit
offerentiū. Deniq; ubicunq; occaſio fuit, ſemper corde
Num. 11.b reuerſi ſunt in Aegyptum: deſiderantes allia & cepe, &
cucumeres & carnes Aegyptias: & manna quod de cœ
lo datum eſt contemnentes. Quod ut ſic intelligamus,
Act. 7.c Stephanus primus martyr euangelij, dignus nomine
ſuo, in apoſtolorum narrat hiſtoria: Et uitulum fecerūt
in illis diebus, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro: & læ-
tabantur in operibus manuum ſuarum. Conuertit au
tem deus & tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicut ſcri-
ptum eſt in libro prophetarum: Nunquid uictimas aut
hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto
domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch &
ſidus dei ueſtri Rhephan, figuras quas feciſtis adorare
eas & transferam uos trans Babylonē. Nec putandus
eſt primus martyr erraſſe: qui pro eo quod in prophe-

HEB. aqua iudicium: & iu-
ſtitia quaſi torrens fortis.
Nūnquid hoſtias & ſacrifi
cium obtuliſtis mihi in de-
ſerto quadraginta annis
domus Iſrael? Et portaſtis
tabernaculum Moloch ue
ſtro, & imaginē idolorum
ueſtrorum: ſidus dei ueſtri
quę feciſtis uobis. Et migra
re uos faciam trans Dama-
ſcū, dixit dn̄s: deus exerci-
tuū nomē eius. Vę qui opu
lēti eſtis in Sion & cōfiditis
in mōte Samariæ optima-
tes capita populorū īgrediē
tes pōpaticē domū Iſrael.

ta ſcriptum eſt: trans Damaſcum, dixerit trans Babylo C
nem. Magis enim intelligentiam quàm uerbū poſuit:
quia trans Damaſcum ducti ſunt in Babylonem: ſiue
trans Babylonem. In eo autem loco ubi Lucas poſuit
μολόχ, & in Hebraico ſcriptum eſt מַלְכְּכֶם Aquila uer-

SEP. aqua iudicium: & iu-
ſtitia ſicut torrens inuius.
Nunquid hoſtias & uicti-
mas obtuliſtis mihi in ere-
mo quadraginta annis do
mus Iſrael? Et aſſumpſiſtis
tabernaculum Moloch, &
ſidus dei ueſtri rephphan,
figuras eorum quas feci-
ſtis uobis. Et transferam
uos trans Damaſcum, di-
cit dominus: deus omni-
potens nomē eius. Væ qui
deſpiciunt Sion: & confi-
dunt in monte Samariæ,
uindemiarunt primitias
gentiū: & ingreſsi ſunt ſibi.

tit μελχόμ: Symma-
chus & Theodotio,
regis ueſtri. Pro eo
quoq; quod in LXX.
legit ῥαιφφάν: Aqui-
la & Symmachus ip-
ſum Hebraicū tranſ-
ferentes poſuerunt
כִּיּוּן Theodotio ἀμαύ-
ρωσιν, id eſt, obſcuri-
tatem. Rurſum pro
סִכּוּת Aquila συσκι-
ασμὸς, id eſt, umbra-
cula: Symmachus &
LXX. τὴν σκηνὴν: ta-
bernaculū: Theodo-
tio tranſtulit uiſionē.
Et hoc in omnib. ſcri
pturis ſanctis obſer-
uandum eſt, Apoſto-
los & apoſtolicos ui-
ros in ponendis teſti
monijs de ueteri teſta
mento, non uerba cō
ſiderare ſed ſenſum:
nec eadem ſermonū calcare ueſtigia, dummodo à ſen-
tentijs non recedant. Quicquid autem iuxta literam di
citur contra populum Iudæorum: hoc omne refer ad
eos qui ſub nomine Chriſti uenerantur idola, & praua
ſibi dogmata confingentes, portant tabernaculum re- D
gis ſui diaboli & imaginem ſtatuarum & idolorū ſuo-
rum. Non enim unum colunt idolum: ſed pro uarieta-
te doctrinæ diuerſos adorant deos, & ſidus dei ſui. Qui
cum ſit angelus ſatanæ transfiguratur in angelum lu- 2. Cor. 11.b
cis, & cadit de cœlo quaſi fulgur, & imitatur Chriſtum Luc. 10.b
antichriſtus. Pulchreq; intulit, quæ feciſtis uobis: Non
enim ea à deo acceperunt, ſed de propria mente finxe-
runt. Vnde migrare eos faciet dominus trans Dama-
ſcum, ut non bibant ſanguinem domini: ſed tranſeant
in Babylonem & audiāt per prophetam: Calix aureus Hiere. 51.a
Babylon inebrians omnes gentes. Damaſcus enim, ut דַּמֶּשֶׂק
crebro diximus, interpretatur ſanguinem bibens, ſiue
ſanguis cilicij, ut per pœnitentiam ad bibendum domi
ni ſanguinem prouocemur. *b ¶ Væ qui opulenti eſtis in*
*Sion & confiditis in monte, etc.* ] Ad Sion, ut ſupra diximus,
& ad montem Samariæ, id eſt, ad duas tribus quæ ap-
pellabantur Iuda, & ad decem quæ Iſraelis nomine uo
cabantur, prophetæ ſermo cōfertur, & maximé ad eos
qui in utroq; populo optimates ſunt & principes, & ua
cabant delicijs in exemplum illius diuitis purpurati:
qui lætabatur in conuiuio, & in tantam erigebatur ſu-
perbiam, ut Lazarum ante oſtium ſuum plenum ulce- Luc. 16.e
ribus indignaretur aſpicere, & ne hoc quidē ei tribue-
ret quod periturum eſſet ex menſa. Iſti ſunt capita po-
pulorum qui confidunt in diuitijs: & opulenti ſunt in
Sion, & habent fiduciam in monte Samariæ, & ingre-
diuntur pompaticé domum Iſrael, ut tumorem animi
corpus oſtendat, & pomparum ferculis ſimiles eſſe ui-
deantur. Iuxta leges autem Tropologiæ & Septuaginta
interpretes, Sion refertur ad eccleſiā, de qua ſcriptum
legimus: Qui exaltas me de portis mortis, ut annun- Pſal. 9.c
ciē omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Mons
uerò Samariæ propter ſuperbiam & iactantiam cuſto-
diæ mandatorum dei intelligitur ſuper hæreticis: qui
deſpiciunt



A deſpiciunt eccleſiam: quia infirma mundi elegit deus,
1. Cor. 1.d ut confundat fortia: & ſtulta, ut perdat ſapientiā ſapien-
tium & intelligentiam prudentium reprobet. Iſti uinde
miauerunt primitias gentium, ut ſub nomine Chriſtia
no introducerent eos in torcularia ſua, ubi non calca-
tur uua ſed perditur: ubi non muſtum exprimitur, ſed
uenenum. Et ingreſsi ſunt ſibi. Pulchrè dixit ſibi: non C
enim ingreſsi ſunt deo, ſed ſibi ingreſsi ſunt. Alioquin
deo magis egreſsi ſunt dū recedunt de eccleſia. Quodq;
ſequitur: Domus Iſrael, iuxta Septuaginta in principio
capituli ſequentis legendum eſt, iuxta Hebræos in fine
huius quod expoſuimus.

Commentarij ſecundi in Amos finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORUM AMOS AD PAMMACHIUM PROŒMIUM.

PRæpoſtero ordine atq; confuſo, duodecim prophetarum opus & cœpimus, & Chri-
ſto adiuuante complebimus. Non enim à primo uſq; ad nouiſsimum iuxta ordinem
quo leguntur: ſed ut potuimus, & ut rogati ſumus, ita eos diſſeruimus. Naum, Miche-
am, Sophoniam, & Aggæum primo φιλοπονωτάταις Paulæ eiuſq; filiæ Euſtóchio
προσεφώνησε: ſecundo in Abacuc duos libros Chromatio Aquileienſi epiſcopo delegaui: tertio
poſt longi temporis ſilentium, Abdiam & Ionam tibi imperanti ediſſerui: præſenti anno qui ſexti
conſulatus Archadij Auguſti & Anicij Probi faſtis nomen impoſuit, Exuperio Toloſanæ eccle-
ſiæ pontifici, Zachariam: & eiuſdem urbis Mineruio & Alexandro monachis, Malachiam prophe
tam interpretatus ſum. Statimq; recurrens ad principium uoluminis: Oſee & Ioel & Amos tibi ne-
gare non potui. Et poſt grauiſsimam corporis ægrotationem, dictandi celeritate oſtendi temerita
tem meam: ut quod alij ſtilum ſæpe uertendo non audent ſcribere, ego cōmitterem caſui: qui ſem
per dictantes ſequitur, & de ingenio atq; doctrina audaciæ periculum facit: quoniam ut ſæpe teſta
tus ſum, laborem propria ſcribēdi manu ferre non ualeo, & in explanatione ſanctarū ſcripturarū,
non uerba compoſita & oratorijs floribus adornata: ſed eruditio & ſimplicitas quæritur ueritatis.

B
### COMMENTARIORVM HIERONYMI in Amos prophetam, Liber tertius.

Cap. VI.

Tranſitē in Chalane & uidete & inde ite in hemath magnam, & de-

TRanſite in Chalane & uidete, etc.] Tranſite om-
nes in Chalane quæ nunc appellatur Cteſi
phon, &
trāſite o-
mnes. Qui ſunt iſti o-
mnes? utiq; illi de qui
bus ſupra dixerat:
Optimates capita po
pulorum, & qui opu
lenti eſtis in Sion, &
cōfiditis in monte Sa
mariæ. Vos igitur tranſite in Perſidis ciuitatem, & dili-
genter attendite: & inde pergite in Hemath magnā quæ
nunc Antiochia nominatur. Magnam autem uocat ad
diſtinctionem minoris Hemath, quæ appellatur Epi-
phania. Vnde uſq; hodie pergentibus Meſopotamiam
prima manſio uocatur Emmas, corrupto quidem uo-
cabulo: ſed priſtini nominis ueſtigia retinens: cuius re-
gio appellatur Reblatha, in qua præſente Nabuchodo-
noſor, regis Iudææ Sedechiæ interfecti ſunt filij & oculi
4 Reg. 25.b illius excæcati. Et deſcendite, inquit, in Geth Palæſtino-
rum. Vos qui habitatis in monte Sion & in monte Sa-
mariæ, deſcendite ad Palæſtinos qui morantur in cam
peſtribus, & ad optima quæq; regna horū, quæ diuer-
ſis ciuitatibus ſubiacent, Gazæ & Aſcaloni, Azoto, Ac-
caron, & Geth: & uidete ſi latior terminus eorum termi
no ueſtro ſit: utrum uos an illi maiores obtineatis pro-
uincias: uos inquam, uos de populo Iſrael qui ſeparati
eſtis in diem malum: in diem uidelicet captiuitatis, &
appropinquatis ſolio iniquitatis, ad iniquum iudicem
pergentes regem Babylonium. Qui cum hæc paſſuri
eſtis: nunc dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in
ſtratis mollibus, ut ſomno libidinem copuletis. Qui D
comeditis non ad repellendam famem & ad ſuſtentan
dum corpus humanum, ſed ad delicias atq; luxuriam,
ut quicquid in gregibus & in armentis tenerum atque
pingue eſt, ueſtræ gulæ paretis: quibus non ſufficit libi-
do penis & gutturis
& æſtuantis cibis a-
qualiculi, niſi & tibia
rum & pſalterij & ly-
ræ canticis aures ue-
ſtras mulceatis, ut qđ
Dauid fecit in cultum 1. Par. 25
dei, leuitarū ordines & 26.
& organorum repe-
riens uarietates: uos ad uoluptatem & luxuriam conſe
ratis: Et bibitis in phialis uinum, non ad ſatiandam ſi-
tim, ſed ad opprimendum animum. Et ungimini, non
ad labores corporis mitigandos, oleo puriſsimo: ſed
unguentis precioſiſsimis. Cumq; his delicijs affluatis:
ſi quos uideritis perire de populo: nulla miſericordia
ſuper interfectione eorum flectimini, ſed contemnitis
quaſi bruta animalia & in ſuo beſtias cruore pereūtes.
Hunc eundem ſenſum etiam Ezechiel propheta ſub pa Ezech. 34.a
ſtorum ponit exemplo. Qui comedunt lac de ouibus:
& ueſtiuntur lanis, & quicquid primum eſt deuorant,
& uulnerata non ſanant: confracta non ſolidant: pere-
untia non requirunt. Cuncta quæ iuxta hiſtoriæ dixi-
mus ueritatem ſecundum Septuaginta interpretes ad
allegoriæ nubilum transferamus. Domus Iſrael quæ à
me receſsiſti, quæ confidis in monte Samariæ, quæ uin
demiaſti primitias nationum: tranſi & uide & perge ad
muros plurimos: hoc enim interpretatur Hemath Rab חֲמַת רַבָּה
ba: atq; inde clementer deſcende in torcular eorum qui גַּת
cadent bibentes: Geth enim & Philiſtijm hoc reſonant. פְּלִשְׁתִּים
Et omnia contemplare: præcipueq; omnia regna uel

Cap. VI.

DOmus Iſrael tranſite omnes, & uidete in Chalanen, & per-

Universidad de … Biblioteca

A optimas ciuitates de omnibus regnis, & conſidera ſi plures ſint termini eorum quàm ueſtri. Si enim uoluerimus mente tractare & uniuerſarum gentium diſcutere philoſophiam: Aegyptiorum, Indorum, atq; Perſarum: reperiemus anguſtiores eorum terminos ſanctarum terminis ſcripturarum. In omnem enim terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorum. Iſti quibus ſupra dixerat: domus Iſrael tranſite omnes & uidete: à qualibus uitijs ad meliora tranſire iubeantur, ſequẽs ſermo deſcribit: Qui ueniunt in diem malum: parantes ſibi uitio ſuo diem malum: non quo dies ullus ſit malus, ſed quo unuſquiſque paret ſibi malum, iuxta illud quod in Eccleſiaſte le-

Eccle. 7.b gimus: Ne dixeris, dies priores meliores erant mihi quàm iſti: quoniam non ſapienter interrogas ſuper hoc: ſtultum eſt enim referre ad tempora, cum in noſtra ſit poteſtate, uel bonũ diẽ

B nobis facere uel malum. Iſti ſunt qui appropinquant atq; cõtingunt ſabbata mendacia. Quomodo enim conciſio carnis & circumciſio cordis appellatur, & ſunt in manifeſto Iudæi & in occulto: quorum alterum abijcitur, & alterum comprobatur: ita ſunt ſabbata domini ſancta & ueritate ſubnixa: & alia non ſancta atq; mendacia, quæ occidentis literæ ſequũtur ocium. Quodq; ſequitur: qui dormitis ſuper lectos eburneos: ſic interpretari poſſumus. Qui athleta eſt domini & exercetur ad luctam, & præparat ſe cõtra aduerſarias poteſtates: dormit in nuda humo imitans Iacob, & ponit ſibi lapidem ad caput quem reprobauerũt ædificantes, & factus eſt in caput anguli. Qui uerò delicijs uacant atq; luxuriæ, & omnia cauſa uentris faciunt: dormiunt in lectis eburneis mortui animalis, & immundis hærent oſsibus: & quia pulchra uidentur uitia & præſenti nitore delectãt, requieſcũt in eorum lectulis, & ſopore grauiſsimo deprimuntur. Iſti non comedunt ſolidum cibum & athleticum, de quo roborantur uires luctantium, ſed mollem & tenerum & ſiniſtrarum partium: quales ſunt hœdi de gregibus & umuli ſaginati & tenelli, imò adhuc lacte nutriti, hoc enim ſignificat μόσχεια γαλαθηνά. Cõcrepant quoq; manibus ad uocem organorum & ſonitum: ut omnia opera eorum expectent uoluptatem: nihilq; faciunt niſi quod uentri procurent & libidini. Nec ſtatim nobis illud prudẽs lector opponat, & quo-

Pſal. 97.a modo ſcriptum eſt: Flumina concrepent manibus. Et:

Ibid. 46.a omnes gentes plaudite manibus. Et: Iubilate deo adiu-

Ibid. 80.a tori noſtro. Ibi enim non ad organorum ſonitum dicuntur concrepare, ſed in laude dei habere unum conſenſum. Poſt organorum uocem intulit: quaſi ſtantia C putauerunt, & non quaſi fugientia. Res enim ſeculi & omnia corpora ſecundum Epicurum per momenta fluunt & abeunt, & nihil in ſuo conſiſtit ſtatu, ſed uel creſcunt omnia uel decreſcunt, & aquarum more torrentium labuntur in præceps. Vnde & in ſeculari literatura legimus: Sed fugit interea fugit irreparabile tempus. Et in alio loco: Heu heu fugaces Poſthume Poſthume Labuntur anni. Nihil enim fugacius ſeculo rebusq; ſeculi. Quas dum tenemus amittimus: & per infantiam, pueritiam, iuuentutem ac uirilẽ & ingraueſcentem ac maturam ætatem: annosq; ultimos ſenectutis: in quæ ſeptem ſpacia Philo uitam deſcribit humanã, mutamur & currimus, & neſcientes ad mortis terminos peruenimus. Quodq; ſequitur: Qui bibunt defecatũ uinum: proprie referri ad hæreticos poteſt: q quaſdam ſcripturas pro- D bant, quaſdam reprobant: defecata cupientes uina potare: cum in ſanctis ſcripturis nihil turbidum ſit atque cœnoſum, ſed totum de ſuperiori unda puriſsimum. Iſti primis unguntur unguentis, qui non habentes artem unguentariam, abſque ulla ſcientia ſcripturarum & traditionibus atque doctrina apoſtolorum, uendicant ſibi ſacerdotij dignitatem, & unctos domini dicunt ſe eſſe: oleumq; puriſsimum ſenſus ſui fece contaminant. Cumq; hæc faciant in interfectionem eorum quos deceperunt, nullo dolore cruciantur: ſed gaudent in alienis mortibus, & miſerorum ſanguine delectantur. Senſus iſte pulcherrimus in quo dicitur: quaſi ſtantia putauerunt & non quaſi fugientia, in Hebraico non habetur, ſed pro eo ſcriptum eſt כְּדָוִד חָשְׁבוּ לָהֶם כְּלֵי שִׁיר id eſt, ſicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici. Vnde uidetur mihi ab interpretibus additum: qui in deſcriptione luxuriæ, contra uitia & uoluptates huiuſmodi ſententiam protulerunt, ut non uerterent quod ſcriptum erat: ſed de ſuo quod ſibi uideretur adderent, imò mutarent. a ¶ *Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, & auferetur factio laſciuientium. Iurauit dominus deus in anima ſua, dicit dominus deus exercituum. etc.*] Propter ſuperiores cauſas quas propheticus ſermo deſcribit, eorum qui dormiunt in lectis eburneis, & laſciuiunt in ſtratis, & comedunt agnos de grege & uitulos de medio armenti, & canunt ad uocem pſalterij: & bibunt in phialis, & optimo unguento delibuti ſunt: & inſuper nihil patiuntur ſuper contritione populi eius, qui de Ioſeph ſtirpe generatus eſt: nunc dominus cõminatur & dicit: Quia iſta & iſta fecerunt: nunc

HEBRAEI. & deſcendite in Geth Palæſtinorum: ad optima quæque regna horum, ſi latior terminus eorum termino ueſtro eſt. Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis: Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris: qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti: qui canitis ad uocem pſalterij. Sicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici: bibentes in phialis uinum: & optimo unguento delibuti ſunt, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium, & auferetur factio laſciuientium. Iurauit dominus deus in anima ſua, dicit dominus

SEP. & pertranſite inde in Emath rabba, & deſcẽdite in Geth alienigenarũ optimas ex omnib. regnis his: ſi ampliores ſunt termini eorũ terminis ueſtris: qui uenitis in diẽ malũ: appropinquatis & tangitis ſabbata mendacia: qui dormitis in lectis eburneis, & affluitis delicijs in ſtratis ueſtris, & comeditis hœdos de gregibus, & lactentes uitulos de medio armentorũ: qui cõcrepatis ad uocem organorum: quaſi ſtantia putauerũt, & non quaſi fugientia: qui bibitis uinũ defecatũ, & primis unguentis ungimini: & nihil patiebamini ſuper contritione Ioſeph. Propterea nũc captiui erũt ab initio fortium, & auferetur hinnitus equorũ ex Ephraim: quia iurauit dominus ꝑ ſemetipſum, dicit dominus



A nunc migrabunt in capite tranſmigrantium. Et eſt ſenſus: Nequaquam in futurum pœna differtur, nec de longis poſt ſeculis prophetatur: quod nunc ingruit, nunc uenturum eſt, meus ſermo prædicit, eos ituros eſſe in principio tranſmigrantium: principes uidelicet & potentes, quibus

Supra 4.a ſupra dixerat: Audite uerbum hoc uaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ. Et rurſum: Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates, capita populorum: ingredientes pompaticè domum Iſrael: Vos qui primi eſtis diuitijs, primi captiuitatis ſuſtinebitis iugum, ſecundum illud quod in Ezechiele

Ezech. 9.c ſcriptum eſt: A ſanctuario meo incipite: Non à ſanctis ut plerique æſtimant, ſed à ſubuerſione templi quod ſanctum fuit.

Sap. 6.a Potentes enim potenter tormenta patientur: & cui plus creditur, plus exigetur ab eo. Et auferetur, inquit, factio laſciuientium qui in capiendis uoluptatibus unum habuere conſenſum & co-

B meſſationes exercuere ac ſymbola: hi pariter auferentur, ut quorum una fuit luxuria, una ſit pœna: Pro quo Septuaginta interpretati ſunt, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ ἐφραίμ, id eſt, auferetur hinnitus equi de Ephraim, quod in Hebraico non habetur: & ex ſuperfluo diſſeretur à nobis, cum Tropologiam texere cœperimus. Iurauit dominus in ſemetipſo, ſiue ut in Hebræo legimus בְּנַפְשׁוֹ id eſt, in anima ſua, iuxta illud

Eſa. 1.d quod in Eſaia ſcriptum eſt: Neomenias & ſabbata ueſtra: & dies feſtos odit anima mea: non quo deus animam habeat, ſed quo humanis loquatur affectibus. Nec mirum ſi animam habere dicatur cum etiam membra cætera quæ uiliora ſunt anima: pedes, manus, & uentrem, & artus cæteros ſe habere teſtetur. Quod ſi oppoſuerint nobis hi qui Chriſtum negant humanam habuiſſe animam, ſed in humano corpore deum fuiſſe pro anima: audiant in Chriſto ſubſtantiam animæ demonſtrari: quomodo & membra corporis eius habuere ſubſtantiam. In deo autem patre caput & pedes & cætera quæ dicuntur: non ſunt membra, ſed per eorum uocabula efficientiarum diuerſitas indicatur: ſic & animam non eſſe ſubſtantialem, ſed affectum mentis internæ, & cogitationum locum per quem deus ſuam indicet uoluntatem. Iurauit ergo dominus deus exercituum, id eſt ſabaoth: pro quo δυνάμεων, id eſt, uirtutum Septuaginta tranſtulerunt: ſe deteſtari ſuperbiam Iacob & domos eius odiſſe. Hic Iacob ſecundum ſuperius capitulum, ubi ſcriptum eſt: Et nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph: aut decem tribus accipe: aut certè uniuerſam domum duodecim tribuum. Et traditurum ciuitatem cum habitatoribus ſuis: uel Samariam, uel certè Hieruſalem: uel in communi utranq;. Quod ad tempus domini ſaluatoris referre poſſumus: poſt cuius aduentum & paſsionem, deteſtatus eſt deus omnem ſuperbiam uel iniuriam Iacob: quia illum fabri filium & Samaritanum & ha- C bentem dæmonium conclamabant: idcirco Hieruſalem tradita eſt cum habitatoribus ſuis Romanis exercitibus. Et intantum contra eos dei ira deſæuit, ut etiam ſi remanſerint decem uiri in domo una, ipſi quoque moriantur, & propinquus ſiue uicinus cõburat cadauera mortuorum, ut efferat oſſa de domo: quia præ morientium turbis, integra corpora efferri non ualeãt. Cumq; iam laſſus fuerit aſportãdo: interroget eum qui in penetralibus domus eſt: utrum ſuperſint quos ſibi tradere debeat, & ille reſpondeat: Finis eſt: iam non habeo quem tibi tradam ad ſepeliendum. & antequam non habere ſe iuret, ille qui interrogauerat & foris erat, & non eſſe cognouerat: imperat ei & dicit: Tace & non recorderis nominis domini. Hoc autem idcirco cõmemorat, ut oſtendat nec malorum quidem pondere & neceſsitate compulſos uelle nomen domini confiteri, & in tantam apud Iſrael obliuionem dei ueniſſe uocabulum, D ut ne in ſimplici quidem iuramento nomen eius dignetur audire. Tenues hiſtoriæ lineas duximus: nunc allegoriæ imprimamus manum. Principes hæreticorum qui propter delicias ſuas meum populum deuorarunt, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph: primi ducentur ad pœnas, & auferetur hinnitus equi ex Ephraim: Qui in ſcripturis ſanctis dupliciter accipitur: aut in ſuperbiam potentiamq; eorum qui hinniunt, aut in libidinis magnitudinem. In ſuperbiam malorumq; conſenſum, ut ibi: Hi in curribus: & hi in equis. Pſal. 19.b

Et: Fallax equus ad ſalutem. Et regibus Iſrael præcipi- Ibid. 32.d

tur: ne ſibi multiplicent equos. Et in libro Iob: uox equi Deut. 17.d

clangori tubæ comparatur. In Zacharia quoq; legi- Iob 39.c

mus, quod euangelij teſtimonio comprobatur, & refertur ad præſentiã ſaluatoris: Gaude nimis filia Sion, Zach. 9.c

prædica filia Hieruſalem: Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe manſuetus: & aſcendens ſuper aſinam & pullum aſinæ: & diſperdet quadrigas ex Ephraim, & equos de Hieruſalem. In libidinis uerò magnitudinem & effrenatum coitus deſiderium, ut in Hieremia: qui luxurioſos adulterosq; deſcribens intulit: Vnuſquiſq; ſuper uxorem proximi ſui hinniebat. Ta- Hiere. 5.c

les equos, Chriſti aduentus, & dei ira ſubneruat. Et iurat dominus per ſemetipſum: quia maiorem per quem Hebr. 6.c

iuret non habet: ſe deteſtari omnes hæreticorum contumelias, & uniuerſas regiones eorum odiſſe. Quicquid enim loquuntur iniuria eſt, & dignum dei odio. Et ablaturum ciuitatem & conciliabula eorum cum his qui habitant, & populum uidelicet & magiſtros, etiam ſi reliqui fuerint decem uiri: qui ſi fuiſſent in Sodomis & Gomorrhis: nequaquã ſuper eas deſcendiſſet incen- Gen. 19.d

dium: omnes eſſe morituros ea morte quæ ducit ad Tartarum, de qua Ezechiel ſcribit: Anima quæ pecca- Ezech. 18.a

uerit, ipſa morietur. Iſtorum oſſa ſepeliunt propinqui & do-

HEBRAEI. minus deus exercituum. Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatorib. ſuis, quod ſi reliqui fuerint decem uiri in domo una, & ipſi morientur, & tollet eum propinquus ſuus, & comburet eum ut efferat oſſa de domo, & dicet ei qui in penetralibus domus eſt: Nũquid adhuc apud te eſt? & reſpondebit: finis eſt: & dicet ei: Tace: & nõ recorderis nominis domini. Quia

SEPTVAG. minus deus uirtutum: quia ego abominabor omnem contumeliam Iacob, & regiones eius odi, & auferam ciuitatem cum omnibus habitatoribus ſuis. Et erit ſi remãſerint decem uiri in domo una et mortui fuerint, & tollent domeſtici eius & conabuntur ut auferant oſſa eorum de domo, & dicent his qui præſunt domui: Si adhuc eſt apud te? & dicet: nequaquam: & dicet: Tace, nec nomines nomen domini. Propte-

Universidad de Deusto Biblioteca

A & domeſtici eorum, de quibus dicitur: Sine, mortui [Luc. 9.g] ſepeliant mortuos ſuos. Et ille qui foris eſt & domum non ingreditur mortuorum, ſed magis mortuos foras eijcit: imperat ei qui comburit mortuos & diſſoluit in cineres, & eorum oſſa cõminuit ut taceat: & puriſsimũ dei nomen mortuo ore nõ maculet. Peccatori enim dixit deus: [Pſal. 49.c] quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuum?

HEB. Quiá ecce dominus mandabit & percutiet domum maiorẽ ruinis, & domum minorẽ ſciſsionibus: nunquid

Vnde & nos prouidere debemus, ne mortui ſepeliamus mortuos: ſed ut magis uiuentes eos qui ſunt mortui producamus ad uitam. Quod ſi non fecerimus: imperatur nobis & dicitur: Tace, quia indigni dei nomine iudicamur. a ¶ *Quia ecce dominus mandabit & percutiet, etc.*] Quia in tantam rabiem proſilijſtis, ut etiam mortis tempore & imminentibus malis nolueritis nomen domini nominare: Ideo mandabit dominus, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem ſciſſionibus. Si mandat: quomodo percutit? Si percutit: quomodo mandat? Sed in eo quod mandat & iubet miniſtris, uidetur ipſe percutere. Quomodo in iubente patre & faciente filio facit [Pſal. 148.a] ipſe qui miſit: impleto illo uerſiculo: Ipſe dixit & facta [Ioan. 1.a] ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Omnia enim per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum [Exod. 12.b] eſt. Et in Aegypto ubi primogenita quæ ab exterminatore cæſa referuntur, ſe dominus interfeciſſe teſtatur. Sic & in præſenti loco mandat dominus, & ipſe percutit per miniſtros domum maiorem ruinis, id eſt, decem tribus quæ appellabantur Iſrael, & domum minorem ſciſsionibus: duas tribus quæ regebantur à ſtirpe B domus Dauid. Et nota ſingulorum proprietates. Iſrael, quia maiora peccauerat, feritur ruinis: & in æternam traditur captiuitatem. Domus autem Iuda in qua erat templum, & quæ ex parte peccauerat, ſeptuaginta annorum captiuitate retinetur: & non percutitur ruinis, ſed ſciſsionibus. Sciſſa enim domus farciri poteſt: ruinæ non tam inſtaurationem quàm ædificationem deſiderant. Cuius utriuſq; domus, ruinas & ſciſsiones equis & bubalis comparat: quorum priores in petris currere nequeunt: poſteriores tam indomiti ſunt, ut iugum ceruicibus non recipiant: & cum ſylueſtres boues ſint, propter feritatem nolint terram uomere ſcindere. Vos autem, cum equi & bubali naturam ſuam mutare non poſsint, mutaſtis naturam dei, ut dulcem amarum faceretis, & fructum iuſtitiæ eius in abſynthium uerteretis, quæ eſt herba amariſsima. Qui lætamini in nihili: uel idolis uitulisq; aureis: qui nihil ſunt dicente Heſter [Heſt. 14.c] ad dominum: Ne tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt: uel in nihili atq; mendacio. Qui propria fortitudine putatis aſſumpſiſſe uos cornua & reges & potentiam quibus uentilaretis inimicos. Quia igitur iſta feciſtis: ecce ego ſuſcitabo ſuper uos ò domus magna & domus minor, quæ feriẽdæ eſtis ruinis & ſciſsionibus: id eſt, ò domus Iſrael & omnes duodecim tribus, gentem ſæuiſsimam Aſſyriorum & Chaldæorum quæ uos conterat atq; ſubuertat à principio uſq; ad finem: à capite uſq; ad caudam: à terminis terræ ueſtræ qui ſolem reſpiciunt, uſq; ad torrentem deſerti ſiue occidentis, ut Septuaginta tranſtulerunt, id eſt, ab Hemath, uſque ad Rhinocoluram: inter quam & Peluſium riuus Nili ſiue torrens de eremo ueniens mare ingreditur. Hemath ſupra Epiphaniam diximus, quæ ab Antiocho cui cognomentum ἐπιφανὴς fuit, nomen ſortita eſt. Qui autem putant quod hic domus Iſrael decem tribus ſignificet: explanare non poterunt, quomodo in cõminatione

C ne dicatur aduerſus decem tribus quod conterendæ ſint ab Epiphania uſque ad terminos Aegypti: quibus terminis, non utiq; decẽ tribus, ſed omnes duodecim concluduntur, in quibus fuit etiam Iudas & Beniamin. Quidam iuxta Anagogen, domum magnam & domum minorem, Iudaicum populum ſignificari putant, & de gentibus eccleſiã congregatã. Illi enim magni propter patres uocantur, & legem & prophetas: nos minores, quia abſq; teſtamento fuimus & mandatis dei, de quibus & in cantico legimus: Soror mea paruula eſt: & [Cant. 8.c] ubera non habet.

SEP. Propterea ecce dominus mandabit, & percutiet domum magnam ruinis, & domũ paruã ſciſsiõibus. Si

Quæ domus magna & parua, in unã dei familiam congregata: ſi non habuerit diſciplinam, & dei mandata non fecerit: percutietur ruinis & ſciſsionibus. Quotieſcunq; ergo uel in perſecutionibus uel in hæreſibus & ſchiſmatibus domus dei, quæ eſt eccleſia corruit atq; laceratur: dei percutientis oſtẽdit manum: quam ſi uolumus effugere, comparationis audiamus & faciamus exemplum. In petris equi perſequi non ualent. Petra Chriſtus eſt: qui donauit apoſtolis ſuis, ut [1. Cor. 10.a] ipſi quoq; petræ uocentur: Tu es petrus: & ſuper hanc [Matth. 16.c] petram ædificabo eccleſiam meam. Qui in iſtis petris fuerit: aduerſariæ poteſtates quę appellantur equi, de quibus ſupra diximus: perſequi eum non poterunt, curſibus præpeditis, & per ſingulas petras corruentibus. Veniamus & ad aliam ſimilitudinem, iuxta conſuetudinem noſtram, editionem Septuaginta interpretum differentes: ne ſi hæreamus omnino Hebraico, illuſiſſe lectoris diligentiæ, & tacendo de editione uulgata, fruſtra eam propoſuiſſe uideamur. Aut reticebunt, inquit, in fœminis: haud dubium quin equos ſignificet, D de quibus ſupra dixerat: Si perſequentur in petris equi. Iſti equi, id eſt, contrariæ fortitudines qui inſaniunt ad fœminas, quando uirilem uiderint animum & dei fortitudine roboratũ, non audent accedere. Quando uerò effœminatam mentem & unguentis & delicijs eneruatam, & in muliebrem uerſam mollitiem: ſtatim inſaniunt, & ſe tenere non poſſunt: & geſtiunt ad libidinem. Sequitur: Quia conuertiſtis in furorem iudicium. Conuertit in furorem iudicium, qui iratus iudicat: & dicente domino: Non accipies perſonam in [Deut. 16.d] iudicio, Et in alio loco: Non miſereberis pauperis in iudicio, quia dei iudicium eſt: ille irata ad iudicandum mente deſcendit: imò cum cauſam neſciat, nec iudicij nouerit ueritatem: ante præiudicat qualem debeat ferre ſententiam, fructum quoq; iuſtitiæ qui dulciſsimus eſt, uertit in amaritudinem. Quod de una uirtute diximus, intelligamus & de reliquis, prudentia, fortitudine, temperantia: quarum qui iratus fuerit, fructus capere non poterit: & cum ceperit, amari erunt. Vnde dicitur in Eſaia: Væ qui dicunt dulce amarum, [Eſa. 5.e] & amarum dulce. Hoc autem illi dicunt, qui non cauſas in iudicando, ſed perſonas conſiderant: & fructum Chriſti iuſtitiæ qui eſt dulciſsimus, uertunt in amaritudinem. Quicunque igitur aut conſanguinitate aut amicitia, & econtrario: uel hoſtili odio, uel inimicitijs in iudicãdo ducitur, peruertit iudiciũ Chriſti qui eſt iuſtitia, & fructũ illius uertit in amaritudinẽ. Qui hoc faciũt, lætant in nullo uerbo bono: ſiue fruſtra, ut Symmachus trãſtulit, id eſt, ἀλόγως, & erecti in ſuperbiã dicũt: Nónne in fortitudine noſtra habuimus cornua? cũ è regione iuſtus in domino glorietur, & dicat: In te inimicos [Pſal. 43.b] noſtros uentilabimus cornu. Et in alio loco: Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus nõ ſaluabit me. Vnde & in Exodo iuxta hebraicum & Aquilæ editionem legimus



A legimus: Et Moyſes neſciebat, quia cornuta erat ſpecies [Exo. 34.d] uultus eius, qui uere dicere poterat: In te inimicos [Pſal. 148.b] meos cornu uentilo. Legimus & in alio loco: Et exaltabit [1 Reg. 2.b] cornu populi ſui: Et exaltabit cornu Chriſti ſui: Et cornu altaris, & munda animalia atque cornuta, quæ ſola offeruntur deo: quorum interpretatio nõ huius eſt tẽporis. Ob hæc tanta peccata & extremam ſuperbiã, quæ iniquitatem loquitur contra deum, & ponit in excelſo os ſuum: gentem ſæuiſsimam dominus deus omnipotens ſe ſuſcitaturũ eſſe dicit, quæ conterat & tribulet eos, imò prohibeat ingredi in Hemath, & uſque ad torrentem Occidentis. Hemath interpretatur murus aut murata. Vetabuntur itaque ab hac gente ſæuiſsima, cui ſupplicia delegata ſunt, confugere ad ciuitatem munitam, quæ eſt cœleſtis Hieruſalem, ne introeant & ſaluentur: in modum illius capituli quod [Gen. 3.d] in Geneſi legimus: B ubi poſuit deus Cherubim & flãmeã rhomphæam, quæ uertitur ad cuſtodiendam uiam ligni uitæ: ut qui eiectus fuerat de paradiſo, nequaquã illuc ingrederetur indignus.

HEBR. nunquid currere queunt in petris equi: aut arari poteſt in bubalis? Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructũ iuſtitię in abſynthium. Qui lætamini in nihili, qui dicitis: Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Ecce enim ſuſcitabo ſuper uos domus Iſrael, dicit dominus deus exercituum, gentem: & conterẽt uos ab introitu Hemath, uſq; ad torrentem deſerti.

Cap. VII

HAec õſtẽdit mihi dñs deus: Et ecce uictor locuſtæ in principio germinantiũ ſerotini imbris: & ecce

Quodq; ſequitur: Vſq; ad torrentem Occidẽtis: de ſexageſimoſeptimo pſalmo interpretabimur, in quo ſcriptũ eſt: Cantate domino, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: dominus nomen illi. Niſi enim mala opera in nobis occiderint, Chriſtus nõ aſcendet ſuper nos. Cumq; illa occiderint, & Chriſtum habuerimus aurigam, tunc nobis proficientibus in eodem pſalmo imperabitur: Cantate deo, pſallite domino qui aſcẽdit ſuper cœlum cœli ad Orientem. Vnde & in myſterijs, primũ renunciamus ei qui in Occidente eſt, nobiſq; moritur cum peccatis: & ſic uerſi ad Orientem, pactum inimus cum ſole iuſtitiæ, & ei ſeruituros nos eſſe promittimus. Pro torrente Occidentis, Symmachus interpretatus eſt, uallem campeſtrem: Theodotio, torrentem Arabiæ: Aquila, torrentem qui eſt in planicie. Quibus uerbis oſtenditur nequaquam eis à murata ciuitate excluſis, muniri poſſe contra peccata: nec peruenire illos ad torrẽtem campeſtrem & planum ſiue deſerti, qui torrens dicitur [Pſal. 35.b] uoluptatis: iuxta illud quod legimus: De torrente uoluptatis tuæ potabis eos.

CAP. VII

HAec oſtendit mihi dominus deus: Et ecce uictor locuſtæ in principio germinantiũ, etc.*] Non ſolum ea quæ multa poſt ſecula futura ſunt propheticus ſermo prædicit, ſed & uicina, & quæ ſtatim uaticinium conſequantur. Solemus enĩ homines multo plus de nobis quàm [4 Reg. 20] de poſteris cogitare, dicente Ezechia: Fiat pax in diebus meis. Et ut qui uiderint reb. expleta quæ ante nunciata ſunt, conuertãtur ad cultum dei, in cuius prophetis diuinationis eſt ueritas. Oſtendit igitur dominus, Sennacherib regem Aſſyriorum cũm infinita exercitus multitudine, inſtar locuſtæ uniuerſa tondentis, eſſe uenturum in principio imbris ſerotini, quando extrema dei omnipotentis miſericordia indigebat Iſrael: huius autem locuſtæ fictor & creator eſt dominus. C Quæ locuſta uenit in principio imbris ſerotini, quando cuncta uirẽt & parturit omnis ager, & diuerſarum arborũ flores in ſui generis poma rumpuntur. Et ut uno ſermone indicem quod uolo, cunctarum abundantiam rerum, flores arborum, atq; herbæ ſegetum pollicentur. Has autem locuſtas, quæ primo uere uolitabant, bruchus innumerabilis ſequebatur, qui ueniebat poſt imbrem ſerotinum: & appellabatur tonſor uel tonſura regis: eo quod uniuerſa uaſtauerit, & nihil penitus reliquerit herbæ uirentis in terra.

SEPT. Si perſequentur in petris equi: ſi reticebunt ad fœminas? quoniã conuertiſtis in furorem iudicium, & fructum iuſtitiæ in amaritudinem. Qui lætamini ſuper nullo uerbo bono, qui dicitis: nonne in fortitudine noſtra habuimus cornua? Quia ecce ego ſuſcitabo ſuper uos domus Iſrael, ait dominus deus exercituum, gentem: & conterent uos nõ ut introeatis in Emath, & uſque ad torrentem Occidentis.

Cap. VII

SIc oſtendit mihi dominus: & ecce fœtus locuſtarũ ueniebat matutinus: & ecce

Hunc tonſorem ſiue tonſuram, Eſaias [Eſaiæ 7.d] acutam nouaculam uocat: quæ pilos omnes & capillos Iſraelitici D corporis raſerit. Cũq; ait, dubitarem quæ eſſet iſta nouacula, ſtatim intulit, regem Aſſyriorum. Nouacula igitur & tonſor regis, exercitus Chaldæorum eſt, qui in modum bruchi uniuerſa populatus eſt: & nõ ſolum fruges, ſed ligna, fœnum, ſtipulamq; conſumpſit. Factum eſt autem cum conſummaſſet bruchus, qui uenerat poſt locuſtã comedere herbã terræ: & propheta intelligeret quod uidebat: ad preces uertitur, & ait: Domine deus, propicius eſto obſecro. Nolo in ſubuerſione populi mei mea uerba compleri: nolo me ad hoc electum de paſtorum numero, ut ruinam decem tribuum nunciẽ. Quis enim poterit ſuſcitare Iacob, niſi tu ſolus? quo allidente, nullus eſt qui ſuſcitet. Paruulus eſt Iacob, & crebra hoſtium incurſione deletus. Cumq; ille precaretur, & interioris hominis lachrymas funderet, miſertus eſt dominus ſuper hoc, & reſpondit: Non perdam omne genus Iſrael, reliquiæ ſaluæ erunt. Aut certe ſic accipiendum: Duo pariter futura conſpexit. Primum locuſtam, deinde bruchum. Pro utroq; dominum deprecatus eſt: & in uno tantum exauditur, ut bruchus uſque ad internecionem cuncta non uaſtet. Locuſta autem uolitans quædam deuoret, quædam integra derelinquat. Videntur mihi Septuaginta interpretes uerbum Hebraicum גז quod interpretatur tonſor ſiue tonſura, intellexiſſe גג literam ז arbitrantes: & bruchi innumerabilem multitudinem Gog genti ſæuiſsimæ comparaſſe, quæ terrã Iudææ uaſtatura deſcribitur. Quid autem uoluerit Aquila dicere: Ecce ſerotinus poſt Gazæ regem: cum Gaza uerbo Hebraico עזה appellet: nõ ſatis intelligo, niſi forte ipſum ſermonẽ גז poſuit: & paulatim in Gazam errore corruptus eſt. Dicamus & ſpiritualiter: Qui poſt opera iuſtitiæ (de quibus in ꝓpheta dicit: Seminate uobis in iuſtitia, & [Oſee 10.d] innouate uobis noualia: & ne ſeminetis ſuper ſpinas) gratia [Hier. 4.a]

Universidad de ... Biblioteca



HEB. & ecce poſt ſerotinum tonſor (ſiue tonſura) regis. Et factū eſt cum conſummaſſet comedere herbam terræ, & dixi: Domine deus propicius eſto obſecro: quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt dominus ſuper hoc: nō erit, dixit dominus. Hæc oſtendit mihi dominus deus: & ecce uocabit iudiciū ad ignem dominus deus: & deuorabit abyſſum multam: & comedet ſimul partem. Et dixi: Domine deus, quieſce obſecro: quis ſuſcitabit Iacob: quia paruulus eſt? Miſertus eſt dominus ſuper hoc: ſed & iſtud non erit: dixit dominus deꝰ. Hæc ōſtēdit mihi: Et ecce

SEPT. & ecce bruchus unus Gog rex. Et erit ſi compleuerit ut deuoret fœnū terræ, & dixi: Domine deus propicius eſto: quis ſuſcitabit Iacob, quoniam modicus eſt. Pœniteat te domine ſuper hoc, & hoc nō erit, dicit dñs. Sic oſtendit mihi dominus deus: & ecce uocauit iudiciū in igne dominus deus, & deuorauit abyſſum multā: et comedit partē, & dixi: Domine deus deſine: quis ſuſcitabit Iacob: quoniam paruulus eſt. Pœniteat te domine ſuper hoc: & hoc non fiet, dicit dñs deus. Sic oſtēdit mihi dominus. Et ecce

A peccata commiſerint, inducitur ſuper eos fœtus, uel generatio locuſtarum ueniens matutina: quando tranſeuntibus noctis tenebris, incipiunt ſua peccata cognoſcere: & quia non egerunt pœnitentiam, adducitur bruchus, qui appellatur Gog rex: גג autem in linguam noſtram uertitur δῶμα, id eſt tectum, ſuperba quædam & arrogans fortitudo. Cumq; terræ noſtræ fœnū ſtipulamq; conſumpſerit, quicunq; ſancti in populo fuerint, ueniam precabuntur, & dicent: Domine deus propicius eſto. Quis enim alius ſuſcitare poterit Iacob? quis medicorū ſanare Luc. 8.f αἱμοῤῥοοῦσαν, niſi ſolus ad cuius tactum fimbriæ, ſtatim ſanitas redit. Eſaie 10.c Paruulus eſt enim Iacob, ſiue modici numeri: quia nulla in eis uel pauca uirtutū reman ſere ueſtigia. Pœniteat te domine ſuper hoc, quod te facturum tuo populo comminatus es. Pœnitētiam autem dei in ſcripturis ſic debemus accipere quo- B modo ſomnū et iram: non quod deum pœniteat, aut mutet ſententiā, qui loquit̃ per Malach. 3.b prophetā: Ego deus, & non mutor. Et cui nos dicimus: Pſal. 101.d Tu aūt idem ipſe es, & anni tui non deficient: ſed ꝙ nobis ad meliora conuerſis, & ipſum pœniteat ſententiæ ſuæ, ut nec iuſto reddat præmia quę promiſit, ſi declinauerit ad iniquitatem: nec peccatori pœnas quas comminatus eſt, ſi conuerſus fuerit ad ſalutem. Dicitur ad eum Prou. 6.a qui acturus eſt pœnitentiā: Nec dederis ſomnum oculis tuis, neq; dormitationem palpebris tuis: ut libereris quaſi damula de caſsibus, & ſicut auis ex laqueis. Qui ſi domini primum mandata contempſerit, & poſtea in anguſtijs conſtitutus euigilare cœperit, ſuſcitat domi- Pſal. 43.d num dormientē ſibi, & dicit: Exurge, quare obdormis Rom. 2.a domine? Econtrario, qui theſaurizauerit ſibi irā in die iræ, deum iratum ſentiet. Quod ſi egerit pœnitentiam, ira uertetur in miſericordiā: & cū perturbationibus noſtris atque uirtutibus, in utranque partem pœnarum atq; clementiæ dominus cōmutabitur. a ¶ *Hæc oſtendit mihi dominus deus, etc.* ] Primum dominus oſtendit prophetæ fictionem locuſtarū in principio germinantium ſerotini imbris, & poſt imbrem ſerotinū, tonſorem regem ſiue regis: & ut uerbum exprimamus è uerbo, tonſuram regis Sennacherib: qua cuncta decem tribuum totonderit atq; uaſtauerit. Nunc idem dominus oſtendit Nabuchodonoſor, imò uocat & uenire præcipit cōtra Iudam & Hieruſalem. Vocat autē ut templū igne ſuccendat, & faciat in igne iudicium: de eo qui quondam fuit populus ſuus. Cumq; ueniſſet ignis ad iudicium, ut impleret domini iuſsionem, deuorauit abyſſum multam: & comedit ſimul partem, cunctas urbes Iudææ & partem domini quæ uocabatur templum eius. Cumq; hoc propheta uidiſſet, dixit ad dominum: nō ut ſuprà,

C Propicius eſto obſecro: ſed quieſce uel deſine: ut quem cœpiſſe iam uiderat, ceſſare precibus impetraret: præſertim cum nullus ſit alius qui iacentem, & paruulum, & humiliatum Iacob ualeat ſuſcitare: niſi dominus qui poteſt captos in Chaldæoſq; translatos reducere in terram Iudam. Quia uero ſemel iuxta Oſee prophetam & Pſalmiſtam dicentem: Pſal. 77.b Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, cōuerſi ſunt in die belli: decem tribus ad hæreticorum perſonam retulimus, quæ appellabantur Iſrael: & duas quibus Iudas præerat ad eccleſiam & eccleſiæ peccatores: qui confitentur quidem rectam fidem: ſed propter uitiorum ſordes purgantibus ſe indigent flammis: idcirco nunc dominus ad ignem iudicium uocare ſe monſtrat: ut uniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probet: & impleat illud quod ſcriptum eſt: Eſaie 50.d Ambulate in lumine ignis ueſtri & in flamma quā ſuccendiſtis. Vnde & ad Babylonem dicitur: D Habes carbones ignis, & ſedebis ſuper eos, hi erūt tibi in adiutorium. Et in pſalmo lingua doloſa & plena mendacijs, igne carbonum dicitur eſſe purganda: Pſal. 119.a Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. De his altaris carbonibus deſolator carbo duorū teſtamentorum forcipe prenditur: Eſaie 6.b & Eſaiæ labia purgat immunda, ut poſsit uerbum domini prophetare. Vocatus aūt ignis ad iudicium, deuorat primū abyſſum, id eſt, omnia genera peccatorū: ligna, fœnum, ſtipulam: & poſtea comedit ſimul partem, hoc eſt, ad ſanctos illius peruenit, qui in peculium domini, & in eius parte reputātur: tempus enim eſt ut incipiat iudicium à domo domini. Ezec. 9.c Et in Ezechiel præcipitur his qui pœnas illaturi ſunt: A ſanctis meis incipite. 1 Cor. 3.c Et in Apoſtolo legimus: Si cuius opus arſerit, detrimentū patietur: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem. Cumq; omnes fuerimus in peccato, & iacuerimus ad ſententiæ ueritatem, miſerebitur dominus noſtri: & quia paruuli ſumus, reſurrectionis nos tēpore ſuſcitabit: ſiue ſuſcitabit per uirtutes qui in uitijs iacebamus: hoc dño promittente, atq; dicente: Sed & iſtud non erit. Pulchre autem dixit, ſed &, quia iam ſuprà dixerat: hoc non erit. Non enim in finem iraſcetur, Pſal. 102.b neq; in æternū cōminabitur. Non ſecundū peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuet nobis. Quantū diſtat ortus ab occidēte, longe fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timētibus. b ¶ *Hæc oſtendit mihi, etc.* ] Priuſquā de adamante diſſeramus, quem Symmachus & Septuaginta pro eo quod in Hebraico אנך ſcriptū eſt, tranſtulerunt. dicendū eſt breuiter, quod hoc uerbū Aquila γάνωσιν, Theodo-



HEBRAEI. & ecce dominus ſtabat ſuper murum litum, & in manu eius trulla cementarij. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Amos? Et dixi: Trullam cementarij. Et dixit dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Iſrael. Non adijciā ultra ſuperinducere eū: & demolientur excelſa idoli: & ſanctificationes Iſrael deſolabuntur: & conſurgā ſuper domū Hieroboam in gladio. Et miſit Amâſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam regem Iſrael, dicens: Rebellauit

SEPTVAG. Et ecce uir ſtabat ſuper murum adamantinum: & in manu eius adamas. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Amos? Et dixi: Adamantem. Et dixit dominus ad me: Ecce ego iniijciam adamantem in medio populi mei Iſrael. Nequaquā ultra addam ut pertranſeā eum: & diſsipabuntur aræ riſus: et ſacrificia Iſrael deſolabuntur: & conſurgam ſuper domum Hieroboam in gladio. Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam regem Iſrael, dicens: Congre-

A tio τηκόμενον interpretati ſunt: quorum alterum ſtagnaturam, alterum tabeſcentem ſignificat: ut illa ſar- Ezech. 4.a tago quam legimus in Ezechiel, in qua populi obſidione uallati frixura ſignificatur: etiam in decem tri- 4 Reg. 14 bubus, & in regno Hieroboam, qui nepos erat Iehu, ſub quo prophetia hæc cernitur, per ſtagnaturæ uocabulum demonſtretur. Dominus itaque cernitur ſtans ſupra murum ſtagnatum ſiue litum: & in manu eius ſtagnatio ſiue trulla cementarij, qua ſolent ſuperinduci parietes: & non ſolum pulchritudinem accipere, ſed & fortitudinem contra iniuriā imbrium & creberrimas tempe- Ezech. 13.b ſtates. Legimus in Ezechiel, dominū comminantem quod tempeſtate & grandine conſurgente, nequaquam linat nec ueſtiat parietem Iſrael, ſed dimittat eum pluuijs diſsipari. Vnde et nūc dicit ille, de quo ſcriptum eſt: Structor macerię uocabitur ipſe angularis lapis, ędificator domus, quod deponat trullam in medio populi ſui Iſrael: & ceſ- B ſare faciat atque torpere, ut nequaquam ultra ſuperinducat eum, & ſuo ueſtiat ac tueatur auxilio. Cumq; dominus protectionem ſuam, & ut ita dicam, parietis ueſtimentum trulla ceſſante ſubtraxerit, tunc demolientur excelſa idolorum, quæ Hebraice appellantur במות & ſanctificationes decem tribuum deſolabuntur: ut deſtruatur Dan & Bethel, in quibus adorabuntur uituli aurei. Diximus ut potuimus quid ab Hebræis nobis iuxta hiſtoriæ ſit traditum ueritatem, tranſeamus ad anagogen: de Xenocrate, qui ſcribit ſuper lapidum gemmarumq; naturis, pauca uerba ponentes. Adamas ſui nominis lapis eſt, quem Latine indomitum poſſumus appellare: eo quod nulli cedat materiæ, nec ferro quidem. Nam ſi ponatur ſuper incudem, & graui ictu feriatur mallei, antea incus & malleus uulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Cumq; ignis omnia domet, uniuerſa metalla conſumat, reddit adamantem duriorem: ut ne paruulum quidem in eo angulum uis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij: cumq; uicinum conſumatur aurum longo uſu ac nimia uetuſtate, ſolus adamas non atteritur, & nulla lima imminui poteſt, ſed econtrario limam terit: & quicquid attigerit, lineis ſulcat. Hic lapis duriſsimus & indomabilis, ſolo hircorum cruore diſſoluitur: & miſſus in calidum ſanguinem, perdit fortitudinem ſuam. Eſt autem paruus & indecorus, ferrugineū habens colorem, & ſplendorem habens cryſtalli. Quatuorq; adamantis genera deſcribuntur. Primus eſt Indicus: ſecundus Arabicus: tertius Macedonicus: quartus Cyprius: pro qualitate regionum plus uel minus duritiam poſsidentes. Dicitur quoq; in electri ſimilitudinem uenena deprehendere, & maleficis reſiſtere arti- Phil. 2.a bus. Talis eſt dominus & ſaluator: Qui cum in forma dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens: in

C ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humilians ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. De quo Eſaias ſcribit: Eſaie 23.a Non eſt ſpecies illi, neq; decor: uidimus eum, & nō erat pulchritudo, deſpectum & nouiſsimum hominum, uirum dolorū & ſcientem ferre infirmitatē. Hic ſtat ſupra murū adamantinum, id eſt ſuper ſanctos & apoſtolos ſuos: quib. donauit ut & ipſi adamātes uocarent̃, & à nullo ſuperati dicerent: Rom. 8.g Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Et iterū: Certus ſum, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Matt. 16.c Petrus quoq; qui erat fortiſsimus adamas, portæ inferorū non præualuerūt aduerſus eum. Hic uir & dñs qui ſtat ſuper murum adamantinū, habet in manu ſua ada D mantē: qui niſi dei teneatur manu, & illius ualletur auxilio, omnē perdit fortitudinē, dicente dño in Euangelio: Ioan. 10.f Nemo poteſt rapere de manu patris mei. Et intantū robuſtus eſt, ut dicatur ad eum: Eſaie 43.a Si tranſieris per ignem, flamma non comburet te: quantoq; magis tentationibus cædit̃, tanto fortior fit: & pro nomine ſaluatoris inter flagella lætatur. Cumq; à nullo ſuperari queat, ſolo mortiferæ libidinis calore diſſoluit̃. Hæc enim ſanguinis hircorū & ipſius hirci dicit̃ eſſe natura, ut ſit ad libidinē calidiſsimus: & quod ignis edomare nequeat, ſolus illius diſſoluat cruor. Ponit ergo dñs huiuſcemodi adamantē in medio populi ſui Iſrael: & ultra nō tranſit eum, nec dimittit ut diſsipent̃ aræ quæ riſu & ſubſannatione ſunt dignæ: & omnia hæreticorum myſteria, domumq; Hieroboā, qui primus dei populum ſeparauit, percutiat gladio atq; ſubuertat. a ¶ *Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboam, etc.* ] Salomonis prouerbiū eſt, Prou. 9.b imò mandatum: Noli arguere malos, ne oderint te. Et econtrario de bonis præcepit: Argue ſapientē, & diliget te. Ibid. 28.d In alio quoq; loco: Qui arguit, inquit, hominis uias, gratiam habebit magis quàm is qui loquitur quæ delectent. Itaq; & Amos emendationis affectu loquebat̃ ad populum, & ex ſermonibus dei terribilia minabatur: ut agentes pœnitentiā, reuerterentur ad deum, & idola deſererent. Tunc ſacerdos Bethel in qua erat uitulus aureus, quem conſtituerat Hieroboam filius Nabath, & alij qui illi in imperio ſucceſſerāt, mittit ad Hieroboam nepotē Iehu, qui ei nunciet dicens: Rebellauit contra te Amos: ſiue cōgregationes fecit: atq; cōuentus in medio regni tui Iſrael: & tanta loquit̃, ut terra regni tui uerba eius ſuſtinere non poſsit. Audet autē mittere ad regē Iſrael quaſi pontifex: metuens ne ſi populus conuertatur ad cultum dei, ille ſacerdotij perdat gloriā. Cumq; duo audierit, demolient̃ excelſa idoli ſiue aræ riſus, ſancti- ficationes

A ſicationes uel ceremoniæ Iſrael deſolabuntur: & conſurgam ſuper domum Hieroboam in gladio: eo quod idola penitus deſtruantur, quibus præerat Amaſias ſacerdos: & contra Hieroboam deus conſurgat in gladio, niſi egerit pœnitentiam: ille de ſua non mandat iniuria, ut de regis tātum contumelia dolere uideatur. Hæc enim, inquit, dicit Amos. Erras calumniator. In omnibus enim ſermonibus ſuis non quaſi ex ſe propheta loquitur, ſed ſemper præponit in titulo: Hæc dicit dominus. Igitur quæ loquutus eſt dominus, Amos prophetā dixiſſe commemorat, ut magis regem prouocet ad uindictam. quæ ſunt quæ dicit Amos? In gladio morietur Hieroboam. Et in hoc mentiris. Non enim dixit, morietur: ſi enim hoc dixiſſet, non uidebatur ſuſcipere pœnitentiā: ſed conſurget dominus ſuper domum Hieroboam in gladio, comminans pœnam, non inferens. Nec di-
B xit: In gladio morietur Hieroboam, ſed conſurgam in gladio ſuper domum Hieroboam. Hieroboam quippe gladio nō eſt mortuus, ſed domus eius: id eſt, filius Zacharias deo percutiente deletus eſt. Et Iſrael, inquit, captiuus migrabit de terra ſua: adde & cætera, ſi non egerit pœnitentiam. Porrò Hieroboā uaniſſima Amaſiæ mandata contemnens, nihil ad ea quæ ille mandauerat uoluit reſpondere: unde ipſe ſibi aſſumit autoritatem ſacerdotalis faſtigij, & loquitur ad Amos: Qui uides, gradere, fuge in terram Iuda. Prophetæ (ut crebro diximus) prius appellabantur uidentes: quia quæ uentura dicebant, oculis cordis intuebantur. Quærat prudens lector, quare uidentem uocet & nomine prophetali, quē de terra Iſrael exire compellit? Cui reſpondendum eſt: aut cum irriſione eum dicere κατ' ἀντίφρασιν, quòd omnia mentiatur: aut quia uidebat multos eſſe in populo qui eum libenter audirēt: propter quod & regi retulit, congregationes facit cōtra te Amos: aperte iniuriā non audet facere, ne audientes lædere uideatur. Vade, inquit, in terram Iuda, in qua natus es: ubi libenter audiuntur inſani: & comede ibi panem tuum, uel ibi uiue: aut certe exerce artem tuam, per quam tibi reperias cibos: & ibi uaticinare, quia habes multos quos conſueuiſti ſeducere: in Bethel autem in qua ego ſum ſacerdos, ultra non adijcies prophetare: quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni. Et hoc quaſi falſus ſacerdos loquitur, adulans regali faſtigio, ut non dicat: ſanctificatio dei noſtri eſt & domus idoli, ſed ſanctificatio regis & domus regni: hanc habentib. cunctis qui falſos deos colunt conſuetudinē, ut ſuperbiā ſuam regibus imputēt: & quod ipſi faciunt, rex feciſſe uideatur. Omnia quę de Amaſia, & Hieroboam, & Iſrael, & Amos interpretati ſumus, τροπολογικῶς ad hæreticos referenda ſunt: quorum ſacerdos Amaſias ſolet interdum mittere ad Hieroboā regem hæreticum, atque hęreticorum patronum: & ſanctos uiros ac præcones fidei accuſare apud eū: & iubere doctoribus, ne prædicēt in Iſrael, ne contra regis faciant uoluntatē: quia Bethel, hoc eſt, domus dei, & falſa eccleſia ſanctificatio regis ſit, & domus regni. Solent enim dicere: Imperator nobis cōmunicat: & ſi quis eis reſtiterit, ſtatim ca- D
lumniantur: ergo tu contra imperatorem facis: Auguſti mandata contemnis? & tamen conſideremus, quod multi reges Chriſtiani qui perſequuti ſunt eccleſiam dei, & Arianam impietatem in toto orbe fundare conati ſunt, uincant in ſcelere Hieroboam regem Iſrael. Ille enim falſi ſacerdotis mādata deſpexit, nec ad ſuggeſtionem eius quicquam uoluit reſpondere: iſti autem cum multis Amaſiis ſacerdotibus ſuis, fame & penuria, carceribus & exilijs Amos prophetā & ſacerdotes dñi necauerūt. a ¶ *Et reſpondit, etc.*] Hoc quod beatos apoſtolos feciſſe ſcriptura cōmemorat, quando Act. 4 denūciauerūt eis ſcribæ & phariſæi, ne docerēt in nomine Ieſu: & illi reſponderūt dicentes: Obedire deo magis oportet quàm hominibus: etiā Amos prophetā feciſſe cognoſcimus: qui iubēte idolorū pōtifice, ne prophetaret in Bethel, nō ſolū prophetat & oſtēdit ſe magis deū timere mittentē, quàm illū prohibentē: ſed audacter & libere ipſi denūciat ſupplicia quæ uetare conatus eſt, & dei impedire ſermonē. Nō ſolū, inquit, nō ſum propheta, ſiue nō erā: quorū alterū humilitatis, alterū ueritatis eſt: nec filius prophetæ, nec de prophetali ſtirpe deſcēdēs: ſed cū eſſē armētarius, &ruborū mora deſtringerē, tulit me dñs ſequentē greges. pro armētario quod Hebraice dicit בוקר Aquila & Sym. & Theodotio, & quinta editio βουκόλον tranſtulerūt: qui armenta

HEBRAEI. Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael: Non poterit terra ſuſtinere uniuerſos ſermões eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam, Iſrael autem captiuus migrabit de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos: Qui uides, gradere: fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis: & in Bethel non adijcies ultra ut prophetes: quia ſanctificatio regis & domus regni eſt. Et reſpondit Amos, & dixit ad Amaſiam: Non ſum propheta ego, & non ſum filius prophetæ, ſed opilio ego ſum uellicans ſycomoros: & tulit me dominus cū ſequerer gregem, & dixit ad me: Vade propheta ad populum meum Iſrael, & nūc audi uerbū dñi, tu dicis: Non prophetabis ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper domum idoli. Propterea hæc dixit dñs: Vxor

SEPTVAGINT. Congregationes facit cōtra te Amos in medio domus Iſrael. Non poterit terra ſuſtinere omnes ſermões eius. Hęc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboā: Iſrael aūt captiuus ducetur de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos: Qui uides egredere, recede in terram Iuda, & ibi uiue, & ibi prophetabis: in Bethel aūt non adijcies ultra prophetare: quia ſanctificatio regis eſt & domus regni. Et reſpondit Amos, & dixit ad Amaſiam: Non erā propheta ego, neque filius prophetæ, ſed paſtor uellicās ſycamina: & tulit me dominus ex ouibus, & dixit dominus ad me: Vade & prophetiza ſuper populum meum Iſrael, et nunc audi ſermonem dñi, tu dicis: Noli prophetare ſuper Iſrael: & ne cōgreges audiētes cōtra domū Iacob. Propterea hæc dicit dñs: Vxor



A armenta paſcit, non oues. Soli Septuaginta αἰπόλον dixerunt: qui proprie paſtor caprarum appellatur, ἀπὸ τοῦ αἰπόλιον, quod interpretatur quidem grex qui in altioribus conuerſatur: ut oſtendat greges caprarum ſemper ſuper rupes & aſperas cautes & altiora conſcendere. Sed quoniam infert: Et tulit me dominus ἐκ τῶν προβάτων, id eſt, de pecoribus: uidetur oues magis ſignificare quàm capras: licet in principio Leuitici legerimus, & oues & capras pecorum nomine demonſtrari. ita enim dominus loquitur: Si obtuleris ἀπὸ τῶν προβάτων, id eſt de pecoribus domino agnū uel hædum, & ouem ſiue capram. Porrò hoc quod ait, Vellicans ſycamina, id eſt, συκάμινα κνίζων, quod Aquila interpretatus eſt ἐρευνῶν συκομόρους, id eſt, ſcrutans ſycomoros: & Theodotio χαράσσων συκαμίνους, id eſt, uellicans ſycamina, & Symmachus ἔχων συκομόρους, id eſt, habens ſycomoros: quidam ita ediſſerunt, ut ſycamina uelint appellari genus arborum, quæ Palæſtinæ naſcuntur in campeſtribus, & agreſtes afferūt ficus: quæ ſi non uellicentur, amariſſimas cariculas faciūt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem (quia ſolitudo in qua morabatur A-
B mos, nullam huiuſcemodi gignit arborem) magis uidetur rubos dicere, qui afferunt mora, ac paſtorum famem & penuriam conſolantur. Vtcunque uoluerit lector accipere, hoc dicendum eſt, quod humilem paſtorem & ruſticum aſſumpſerit dominus, & miſerit ad populum ſuum Iſrael, & præceperit ei, ut egrediens de terra ſua, Samariā pergeret, & ibi quæ uentura ſunt prophetaret. Quia igitur domino, inquit, iubēte ut loquar, tu Amaſia dicis mihi: Noli prophetare ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper domū idoli, audi quæ contra te dominus cōminetur. Pro domo idoli in Hebraico ſcriptū eſt בית-ישחק id eſt domus riſus. Iſaac enim riſus interpretatur: quod Septuaginta tranſtulerunt, domum Iacob: nomen pro altero nomine, & non rem intelligentes. Rurſum ubi nos poſuimus: Et non ſtillabis: Symmachus interpretatus eſt, non increpabis. Stillare autem prophetas, idioma ſcripturarum eſt: quod non totam dei ſimul inferant iram, ſed paruas ſtillas cōminatione denuncient. Quia ergo dixiſti mihi, non prophetabis: uxor tua in ciuitate fornicabit: quod melius interpretatus eſt Symmachus, πορνευθήσεται: non quod ipſa fornicetur, ſed quod paſſiuo genere ab alijs cōſtuprata ſuſtineat fornicationē. Grandis autem dolor, incredibiliſque ignominia, quando maritus in media ciuitate, præſentibus cunctis, uxoris iniuriam prohibere non poteſt. Filij quoque, inquit, tui & filiæ tuæ in gladio cadent. Non eſt tantus dolor in uxore occiſa, quantus in filijs trucidatis. Maritus enim libentius audit uxorē interfici quàm pollui. Nec hoc ſufficit ad iniuriam, niſi & terra ipſius funiculo ab hoſtibus diuidatur: & nouos cultores recipiat. Ipſe quoque Amaſias qui nunc gloriatur in ſacerdotij poteſtate, nequaquam morietur in terra ſua, ſed ductus in captiuitatē, morietur in terra quæ polluta eſt idolis: & non ante morietur, niſi populum quem deceperat, ſeruientem uideat atque captiuum. Secundum tropologiam, Amaſias ſacerdos interpretatur C robuſtus & rigidus: eo quod rebellis & ferox, eccleſiaſticum uirum, & uere prophetam uetet dei uerba proferre & doctrinam: & errantē populum corrigere prohibeat. Huius uxor falſa eccleſia, patebit fornicationi omnium: & filij eius ac filiæ quas male in errore generauit, domini mucrone ferientur: humus quoque illius & uniuerſa poſſeſſio erit pars dęmonū: & ipſe morietur in terra polluta, quæ non habeat habitatorē deū, ſed multis prauæ religionis contaminetur erroribus: & omnis populus qui falſum ſibi nomen aſſumit Iſrael, captiuus migrabit de terra ſua: ut nō ſeruiat deo, ſed hæreticorum ac dæmonum iugo colla ſubmittat.

HEB. Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent: & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris: & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.

SEPT. Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui et filiæ tuæ in gladio cadent: & terra tua funiculo diuidetur: & tu in terra immūda morieris: Iſrael autē captiuus ducet de terra ſua.

Cap. VIII

Haec ōſtēdit mihi dñs deus: Et ecce uncinus pomorū, & dixit: Quid tu uides

Cap. VIII

Sic oſtendit mihi dominus deus: Et ecce uas aucupis. Et dixit: Quid tu uides

Caput VIII

H*aec oſtendit mihi dominus deus: Et ecce uncinus pomorū, etc.*] Quod Hieremias ſub uirga cernit uigiliarum, ſiue Hier. 1. c nucis: eo quod uigilauerit ſuper peccata populi ſui: ne quaſi clauſis & conniuentibus oculis eorū delicta non uiderit: hoc nunc Amos aduerſus Iudam & Iſrael pariter intuetur ſub ſpecie uncini, qui Hebraice dicit כלוב & à LXX. in uas aucupis uertitur: cum auceps proprie מוקש nuncupetur: ſicut ſuprà in hoc eodem propheta legimus: Si cadet auis ſuper terrā ſine aucupe. Et eſt ſen- D
ſus: Sicut uncino rami arborum detrahuntur ad poma carpenda: ita ego proximū captiuitatis tempus attraxi. Et ut ſciamus hoc eſſe quod dicimus, ipſe interpretatur deus, quid ſignificet uiſio, quā prophetæ oſtēderat. Venit finis ſuper populū meū Iſrael. Quodque ſequit: Non adijciā ultra ut pertranſeā eum: hoc ſignificat, quod iniquitates populi ſui ultra nō tranſeat, nec negligat, neque impunita ſcelera tranſire permittat. Et ne ſolū de decem tribubus dicere uideretur, intulit: Stridebunt cardines templi, ſiue laquearia in illa die, dicit dñs. Hoc aūt ὑπερβολικῶς accipiendū eſt, quod tam graue malorū pondus incumbat, ut ipſi quoque portarū cardines & excelſa laquearia ululēt, & incredibilē ſentiāt uaſtitatē: quādo multi morient et captis habitatorib. uel occiſis, in omni loco proijciat ſilentiū. Sin aūt uoluerimus legere pro uncino pomorū, uas aucupis: hoc dicendū eſt, quod quōo auceps uiſco uel retib. aues uolātes per aerē, & ſublimius diſcurrētes ad terrā detrahit: ſic deus per Sēnacherib ſiue Nabuchodonoſor, quos nūc aucupes intelligimus, populū ſuū prius liberū, & legis obſeruatione ſublimē cōprehēderit, uinxerit, trāſtulerit, enecarit. Nō enim iniuſte tendunt retia auibus. Et hoc nō ſolū ad Babyloniæ captiuitatis tēpus referendū eſt, ſed & in aduentū dñi ſaluatoris, quando dixerunt: Aufer de terra talem: cruci- Ioan. 19. c fige eum, crucifige eum: & perdiderunt alas columbæ. Et uenit finis ſuper eos: & extrema captiuitas, ultraque non pepercit eis dominus. Et ululauerūt cardines templi, uel laquearia templi, ſuper occiſum populum corruentia. Et in omni loco proiectum eſt ſilentium, habentibus Iudæis Moyſen & prophetas, & non habentibus uerbum dei, legentibus literam, & perdentibus ſpiritum: quando facta eſt menſa eorum in laqueum, & in retributionem, & ruinam: & excæcati ſunt oculi eorum, ut non uiderent: & obturatæ ſunt aures eorum

Universidad de Deusto Biblioteca

A Mar. 7.c corum ut non audirent: & incuruatum eſt dorſum eorum ne cœlum ſuſpicerent: ſed cum euangelica illa muliere quæ habebat ſpiritum infirmitatis ſemper incumberẽt: & effuſa eſt ſuper eos ira dei, & furor irę eius comprehendit illos, ita ut fieret habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorũ non eſſet habitator, quando completum eſt Ecce dies ueniunt, dicit dominus: & emittam famem ſuper terram: non famẽ panis neque ſitim aquę, ſed famem audiendi uerbum domini: de quo in poſterioribus ſi peruenerimus ad calcem, plenius diſſerendum eſt. Nos ergo cernentes, quia deus naturalib. ramis non pepercit, timeamus eadem perpeti: & aucupis laqueos declinemus: dicamusq; ad
Pſal. 27.a dominum: Ne taceas neq; compeſcaris deus: & ne ſileas à me, & aſsimilabor deſcendentibus in lacum. In toto orbe terrarũ proiectum eſt ſilentium Iudæorum: ubicunq; fuerint, muſsitant po
B tius quàm loquũtur: & cum blaſphemia eorum cõtra dominum ſaluatorẽ ad cœlum uſque perueniat, omnis interpretatio ſcripturarum muta eſt & ſilens, & aures nõ penetrat audientium.
a ¶ *Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenum, etc.*] Ne fruſtra uideatur uncinus pomorum, & uas aucupis eſſe monſtratum: & per hæc uicina imminere captiuitas, cauſæ offenſæ dei breuiter deſcribuntur. O tu Iuda, & ô Iſrael, audite quæ ſcelera feceritis: de nocte ſurgentes, pro oratione & hymnis in deum, ſtudium habetis opprimendi ſiue conterendi pauperes: ut fame & egeſtate confecti auferantur de terra. Qui expectatis calendas ut negociemini, & uſuras augeatis de uſuris: & ſabbata, ut aperiatis horrea, detisq; frumenta amplius recepturi: & dei ſolennitates turpis lucri gratia in ueſtra compẽdia uertitis: qui minorem in uendendis mercibus menſuram facitis, & maiora pondera in accipiendis: ſtatheramq; iniquam, ut poſsideatis pecunia pauperes, & tam uiles habeatis homines, ut impleatis illud quod ſuprà de uo
Suprà 2.b bis dixeram: Pro eo quod uendidiſtis argento iuſtum, & pauperem pro calciamẽtis: & in tantam lucri rabiem proſiliſtis: ut non frumenta, quorum eſu hominum corpora ſuſtentantur: ſed quiſquilias & purgamenta frumenti uendatis pauperibus, puluerem & paleas triC tico commiſcentes. Quod quidem & peruerſos doctores ac principes, qui abſque dei timore dominantur
Hier. 23 cleris: de quibus Hieremias loquitur: Cleri eorum non proderunt eis: nonnunquam facere cernimus: qui putant quæſtum eſſe pietatem: & ſedentes in templo nummularij proponũt columbas: non in cauicis, ſed in cathedris quaſi magiſtri, ſpiritus ſancti dona uendẽtes, qui faciũt menſuram minorem atq; maiorem: ut pauperibus uel parum uel nihil: diuitibus autẽ & his de quib. ſectantur lucra in modum concionatorum loquantur ſermone longiſsimo: & propter pecuniam conterant capita pauperum atque conculcent: & nõ frumentũ domini, quod confirmat cor hominis, ſed quiſquilias & uiliſsimũ puluerem auidis faucibus ingerant: etiam hæc quæ nullius ſunt precij uẽditantes, cum dominus apoſtolis præcepit: Gratis accepi- Matt. 10.d ſtis, gratis date. b
D ¶ *Iurauit dominus in ſuperbiã Iacob, etc.*] Iurantem deum ſæpius ſcriptura deſcribit. Pri-
Gen. 22.d mum in Geneſi: Vocauit angelus domini Abraham ſecundo de cœlo, dicens: Per memetipſum iuraui, dicit dominus: quia feciſti uerbum hoc, & non pepercisti filio tuo chariſsimo: benedicens benedicam tibi, & multiplicãs multiplicabo te quaſi ſtellas cœli, & ſicut arenã quæ eſt in littore ma-
Suprà 4.d ris. Et in centeſimonono pſalmo: Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Quod quicunq; eſt ille qui ad Hebræos ſcripſit epiſtolam, diſſerens ait: Quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorẽ, iurauit per ſemetipſum. Et in hoc eodem propheta ſuprà legimus: Iurauit dominus in ſancto ſuo: ſiue per ſanctos ſuos: quia ecce dies ueniunt ſuper uos, & tollent uos in armis ſiue in contis, & reliqua. Qui ergo prius in ſancto ſuo, ſiue per ſanctos ſuos iurauerat, nunc iurat contra ſuperbiã Iacob: ut ſi nõ credunt cõminanti, credant iuranti in humanã ſimilitudinem: qui iuramentũ tunc aſſumunt, quando ſimplicib. eorũ uerbis nõ credit. Nec mirũ eſt ſi deus iu-
Rom. 2.a rare dicatur: cum dormientibus dormiat, & uigilantibus uigilet: hiſq; qui ſibi theſaurizauerunt iram in die iræ, dicatur iraſci. Iurat autem quod non obliuiſcatur uſq; in finem operũ eorũ. Superbis enim deus reſiſtit, humilibus

HEB. uides Amos? Et dixi: Vncinum pomorum. Et dixit dominus ad me: Venit finis ſuper populum meum Iſrael: non adijciam ultra ut pertranſeam eum: & ſtridebunt cardines templi in die illa, dicit dominus deus. Multi moriẽtur: in omni loco proijcietur ſilentium. Auditẽ hoc qui conteritis pauperem: & deficere facitis egenum terrę dicẽtes: Quando tranſibit menſis, & uenundabimus merces: & ſabbatum, & aperiemus frumentũ: ut imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum: & ſupponamus ſtatheras doloſas: ut poſsideamus in argẽto egenos, & pauperes pro calciamentis: & quiſquilias frumenti uendamus. Iurauit dominus in ſuperbiam Iacob, ſi oblitus fuero uſq; in finem omnia opera eorũ. Nunquid ſuper iſto nõ commouebitur terra, & lugebit om̃is habitator eius: & aſcendet quaſi fluuius uniuerſus, & eijcietur & defluet quaſi riuus Aegypti. Et erit

SEP. uides Amos? Et dixi: Vas aucupis. Et dixit dominus ad me: Veniet finis ſuper populum meum Iſrael: non addam ultra ut pertranſeam eum: & ululabunt laquearia templi in die illa, dicit dominus deus. Multi cadentes erunt, in omni loco inijciam ſilentium. Audite hæc qui conteritis mane pauperem, & opprimitis egenos de terra, & dicitis: Quando pertranſibit menſis, & negociabimur: & ſabbata, & aperiemus horreum: ut faciamus minorem menſuram, & maius pondus: & faciamus ſtatheram iniquam, ut poſsideamus in pecunia pauperes, & egenum pro calciamentis: & de omni uenditione negociemur. Iurauit dominus contra ſuperbiam Iacob, ſi obliuiſcetur in finẽ omnia opera ueſtra. Et ſup his nõ conturbabit terra, & lugebit omnis habitator eius: & aſcendet quaſi flumẽ conſummatio ipſius: & deſcendet quaſi fluuius Aegypti. Et erit



A humilibus autem dat gratiam: ſed omnia memoriter
Luc. 4.b teneat quæcunq; peccauerint: & uſq; ad finem & iudicij tempus adducat. Vnde pœnitentes rogant: Ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: præſertim cum aduerſus ſuperbos ipſa terra moueatur ſiue turbetur & lugeat non colonus & aduena, ſed habitator eius: & aſcendat ſicut fluuius conſummatio, & deſcendat ſicut flumen Aegypti: ut qui egerit pœnitentiã, aſcendat cum fluuio ſcandente: qui autem perſeuerauerit in delictis, deſcendat ſicut fluuius Aegypti, & ingreſſus mare abſorbeatur: ac per hoc oſtendit ſuperbiam Iacob contra quam iurat dominus æternis ſupplicijs deuorandam. a ¶ *Et erit in die illa, dicit dominus, etc.*] Dies illa, diem captiuitatis ſignificat, quã do uterque populus ducetur in Aſſyrios atq; Chaldæos, quibus præ triſtitiæ magnitudine occidet ſol meridie: & clara om-
B nibus luce, tenebræ cuncta complebunt, quãdo feſtiuitates eorum & omnia cantica in luctũ planctũq; conuerſa ſunt. Et ſuper omne dorſum ſiue lumbos accincti ſunt cilicio: & iuxta conſuetudinem ueterum lugẽtium, ſuper capita habuere calui-
Iob 1.c tium: quod & Iob in mortibus filiorum feciſſe legimus. Et tanta erit magnitudo luctus atq; triſtitiæ, ut unici filij morientis matriq; chariſsimi uincat dolorem: & omnia planctu & amaritudine compleantur. Poſſumus hunc locũ & in domini intelligere paſsione, quando ſol hora ſe-
Luc. 23.f xta retraxit radios ſuos: & pendentem in cruce dominum ſuũ ſpectare non auſus eſt, quando tenebris cuncta complentibus, feſtiuitates eorũ & cantica, Veſpaſiano Titoq; ſuperantibus, in planctum luctumq; mutata ſunt: quando lachrymarum & pœnitudinis & ciliciorũ repleta ſunt omnia, & capita habuere caluitium, quæ prius Nazaræorũ decorata cæſarie, comã domino nutriebant. Tunc primogenitus filius dei populus Iſrael: qui in unigenitum & uere filiũ dei miſerat manum, æterno luctui traditus eſt: & nouiſsima eius ſiue qui cum
Eſa. 9.a eo erant, amaritudine ſunt repleta. Nunc ergo illis habentibus tenebras, qui repulerunt ſolem iuſtitiæ: nos qui ſedebamus in tenebris & in umbra mortis, uidimus lucem magnã: & illorum uniuerſa feſtiuitas ad eccleſiæ tranſlata eſt myſteria, ut illis fletibus, nos laudes domino concinamus. Illi pro zona accinguntur funi-
C bus & cilicijs: nobis cum apoſtolis dicitur: Sint lumbi
Luc. 12.c ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manib. ueſtris. Nos accincti ſumus Chriſti ueritate, implentes illud
Eph. 6.c quod ſcriptum eſt: State accincti lumbos ueſtros in ueritate. Illi aũt pro ueritate circundati ſunt diaboli mendacio. Noſtrum caput de quo ſaluator
Matth. 10.d loquitur: Veſtri autem & capilli capitis numerati ſunt: habet comam perpetuam, & in capite noſtro, qui Chriſtus eſt, fortitudinem poſsidemus, ut interficiamus leonem. Illi autẽ dormierunt in meretricis ſynagogæ genibus: & diabolo tondẽte deraſi, uirtutem capitis perdiderunt, amittentes cum robore oculos: de quibus in Eccleſiaſte ſcriptũ
Eccl. 2.c eſt: Sapientis oculi in capite eius: qui autẽ ſtultus eſt, in tenebris ambulat. Illorum ſocij uerſantur in luctu: noſtri comites induuntur lætitiæ ueſtimẽto. b ¶ *Ecce dies ueniunt, etc. & cõ. aquæ, etc.*] Aquæ in Hebraico
D non habentur: & propiciatio quam nos in delictum uertimus: et ab Hebræis uocatur אשמה idolum ſignificat: quod principiũ peccatorum eſt. Vetus narrat hiſtoria, tã Latina quàm Græca, & omnium gentium barbararum, nihil fame durius, quæ ſæpe cõpellit obſeſſos humanis ueſci carnib. & in ſuam ſæuire naturam: ita ut nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatæ uxoris membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum eſt animarum? quæ in die reſurrectionis domini oppreſsit populum Iudæorum, & iuncta fami ardentiſsima ſitis, non habentiũ panem qui de cœlo deſcendit: & eas aquas quæ de Ieſu uentre manarunt: Ablata eſt ab eis lex, & prophetæ æterno cõticuere ſilentio: mouentur à mari ad mare, & ab Oceano Britannico, uſq; ad Oceanum Atlanticum, id eſt, ab occidente ad meridiem, & ab Aquilone uſq; ad Orientem: toto orbe peregrini, uerbum dei non ualent inuenire. In quo loco interrogabimus Iudæos, quam illam diem ſignificari putent, in qua ſuſtineant famem audiendi uerbũ dei: præſertim cum legant ſcripturas, & humilitatem ſequantur literæ? Quibus ingerimus famẽ eſſe prædictam intelligentiæ ſpiritualis, in qua Chriſtus cernitur: paſsio domini & reſurrectio reperitur: circumeunt orbẽ, & quærunt uerbum dñi, & non inueniunt: quia uerbum dñi negauerunt quod factum eſt in manibus omniũ prophetarum

HEB. Et ẽrit in die illa, dicit dominus: occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis: & conuertam feſtiuitates ueſtras in luctum, & omnia cantica ueſtra in plãctum. & inducam ſuper omne dorſum ueſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum unigeniti, & nouiſsima eius quaſi diem amarum. Eccẽ dies ueniũt, dicit dominus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis neque ſitim aquæ, ſed audiendi uerbum domini. Et commouebuntur à mari uſque ad mare: & ab Aquilone uſque ad Orientem: circumibunt quærentes uerbum domini, & non inuenient. In die illa deficient uirgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti: qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit deus tuus Dan: & uiuit uia Berſabeæ: & cadent & non reſurgent ultra. Vidi

SEP. Et erit in die illa, dicit dominus deus: occidet ſol meridie, & contenebreſcet ſuper terrã in die lux: & conuertam ſolennitates ueſtras in luctũ: & omnia cantica ueſtra in plãctum: & inducam ſuper omnem lumbum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum dilecti: & qui cum eo ſunt, quaſi diem doloris. Ecce dies ueniũt, dicit dominus deus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi uerbũ domini. Et commouebuntur aquæ de mari uſq; ad mare: & ab Aquilone uſq; ad Orientẽ: circumibunt quærentes uerbum dñi, & non inuenient. In die illa deficient uirgines pulchræ, & iuuenes in ſiti: qui iurant per propiciationem Samariæ, qui dicunt: Viuit deus tuus Dan, & uiuit deus tuus Berſabeæ: & cadent & non reſurgent amplius. Vidi

Universidad de Deusto Biblioteca

A phetarum: quod in principio apud patrem erat: quod
caro factū eſt, & habitauit in nobis. In illo tempore de-
fecerunt uirgines pulchræ, & adoleſcentes ſiue electi at-
que doctores: hoc enim ſignificat בחורים defecerunt in
ſiti, uirgines pulchræ, quas ſynagogas interpretantur:
& electos magiſtros
populi. Qui cum de-
fecerint, maledictio-
nes Deuteronomij in
populo Iudaico di-
cent eſſe completas.
Hi electi atq; docto-
res iurauerunt in ido
lo Samariæ, in uitulis
ſcilicet aureis, & dixe
runt: Viuit deus tuus
Dan: in terminis ter-

CAP. IX

Vidi dominū ſtantem ſuper altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur ſuperliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouiſsimum eorum in gladio interficiā. Non

ræ Iudaicæ, ubi nunc Paenas eſt: & eo tempore uitulus
aureus colebatur: & uiuit uia Berſabeæ: quia longo il-
luc & raro itinere commeabant, propter reges Iudæ iu-
ſtos pariter & iniuſtos. Et quia hoc fecerūt, idcirco cor-
ruent: & non reſurgent amplius, id eſt, non recipient
eum ſtatū quem prius habuerant. Mittit autem dñs fa-
mem in terrā ſuper eos qui terrena ſapiunt: & famē non
panis, ſitimq; non aquæ, ſed audiendi uerbū dñi, quan
do propter peccata populi doctrina defecit in eccleſijs:
& à mari uſq; ad mare, id eſt, à ſalſis & amariſsimis flu-
ctibus uſq; ad mare perueniunt: non occurrentes flu-
minibus, non dulciſsimis & uarijs fontibus: ſed rurſus
ad amara currentes: & ab Aquilone uſq; ad Orientem,
cupientes Aquilonem deſerere, qui eſt uentus duriſsi-
mus: & ab ignorātibus dexter uocatur: & peruenire ad
Orientem, quem reperire non poterunt: quia nō recto
pergunt itinere, ſed deuijs circumeunt callibus: uiamq;
B regiā non tenentes, curuis ducuntur anfractibus. In il-
lo tempore deficient animæ uirginales, quas incorru-
ptas Apoſtolus nominat: & cupit æternam pudicitiam
1. Cor. 11. a poſsidere, ſcribens ad Corinthios: Deſpondi enim uos
uni uiro uirginem caſtā exhibere Chriſto. Timeo autē
ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrūpan-
tur ſenſus ueſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in
Chriſto. Et ſi eſſent omnes uirgines pulchræ uel bonæ,
nunquàm dixiſſet, deficient uirgines bonæ: ſed ad di-
ſtinctionem malarū uirginum bonas poſuit, quæ ſunt
Matth. 25. a ſanctę corpore & ſpiritu. Malę uirgines quinq; ſunt ſtul
tæ, quæ lampadibus ſuis oleū non parauerunt. Bonę &
ſpecioſæ uirgines illæ ſunt quæ lumen habuerunt uirtu
tum: & ſponſæ thalamū ingreſſæ ſunt. Deficient aūt uir-
gines, quia uerbum dñi non inuenient. Ex quo intelli-
gimus, quando doctrina non fuerit in eccleſijs, perire
pudicitiā, caſtitatem mori: omnes abire uirtutes, quia
non comederunt uerbum dñi: quod qui comederit ſa-
Pro. 13. d ginatus eius cibo, audiet per Salomonem: Iuſtus come
dens, ſaturat animā ſuam: animæ autem impiorū eſuri-
ent. Et Dauid qui ad ſenectutem peruenerat Abraham,
Pſal. 36. d libere decantabat: Iuuenis fui, & ſenui: & non uidi iuſtū
derelictum: nec ſemen eius quærens panē. Quanti mar
tyres in perſecutionibus perierunt fame, & indiguerūt
frumento alimentiſq; iſtis corporū. Ergo de eo dicit pa
ne qui de cœlo deſcendit: quē qui comederit, nec eſuri-
re poterit nec ſitire. Deficientibus autem uirginibus, &
adoleſcentes deficient, qui prius uicerant mundū: & id
circo deficient, quia iurant in idolo Samariæ: quam in
hæreticorū perſona ſemper accipimus: dicente hoc co-
Supr. 6. a dem propheta: Væ qui deſpiciunt Sion & confidunt in
monte Samariæ. Deſpiciunt enim hæretici eccleſiā dei,
& confidunt in falſitate dogmatū ſuorum, erigentes ſe
3. Re. 12. d contra ſcientiam dei: & ſciſſo populo eius dicentes: Nō
eſt pars nobis in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai. Si

quis ergo iurat in delicto Samariæ, & dicit: Viuit deus C
tuus Dan, & uiuit uia Berſabeæ: iſte cadet & reſurgere
ultra non poterit. Dan tribus in ultimis Iudæorū termi
nis poſſeſsionem inuenire non potuit: ſicut in libro Iu Iudic. 18
dicum ſcriptū eſt, interpretaturq; iudiciū. Berſabeæ au- דן

CAP. IX

Vidi dominū ſtantem ſuper altare, & dixit: Percute ſuper propiciatorium, & commouebuntur ueſtibula, & diſijce in capita omnium: & reliquos eorum gladio interficiam. Non

tem pro uarietate ac- באר־שבע
centuū uertitur in lin
guam noſtrā, puteus
iuramēti: aut puteus
ſatietatis ac ſeptimi. I-
taq; & hæretici in ex-
tremis ſcripturarum
ſanctarum finibus ſi-
tient, dei iudiciū con
temnentes, & deſide-
rantes uiā Berſabeæ
quæ fuit in tribu Iu-
da, multaq; eccleſiæ imitari ſacramenta cupientes, ſatu-
ratos & repletos eſſe ſe dicunt. Quibus apoſtolus ex- 1. Cor. 4. b
probrat Paulus: Iam ſaturati eſtis, iā diuites facti eſtis:
& iurant in nomine domini: qui ſemel cadentes, quia
deos idolorum deum arbitrantur ſuum, amplius non
reſurgent. Qui autem uoluerint agere pœnitentiam, &
non dixerint: uiuit deus tuus Dan, & uiuit uia Berſa-
beæ, audient per Hieremiam: Nunquid qui cadet, non Hier. 8. b
reſurget: aut qui auerſus eſt non reuertetur?

CAPVT IX

Vidi dominum ſtantem ſuper altare, etc.] Qui cum Eze- Ezec. 1. a
chiel & Ioannes baptiſta apertos uiderit cœlos: & Matt. 3. d
uelamen quod poſitum erat ante faciem Moyſi, Exo. 34. b
ab oculis eius fuerit ablatū: ut compleatur in eo quod
ſcriptum eſt: Mandatum dei lucidū illuminans oculos: Pſal. 18. b
Iſte uidebit ſtantem dñm ſuper altare, præcipientē pro-
phetæ: ſiue ut multi putant, angelo: qui reddendis pec-
catorum ſupplicijs mancipatus eſt: ut percutiat cardi- D
nes templi, ſiue propiciatorium, & commoueant ſuper
liminaria eius ſiue ueſtibula. Cumq;, ait, templū pro-
pter malitiam hominū diſsipatum fuerit & deſtructū,
& ira mea à ſanctuario meo cœperit: unuſquiſq; co-
gnoſcat ſe non poſſe euadere, auaricia omnia poſsidē-
te: & nouiſsima ſua eſſe mortem, nullaq; præſidia ad e-
uadendam ſententiā dei poſſe ſuccurrere. Quodq; iu-
xta Septuaginta legimus: ut diſijceret in capita omniū,
Pulchre eorum capita diuiduntur, qui ab eo qui eſt ca-
put omnium, ſua ſponte diuiſi ſunt atq; dixerunt: Non Ioan. 19. c
habemus regem niſi Cæſarē: qui uoce impia clamaue-
runt: Crucifige, crucifige talem. Et: Sanguis eius ſuper
nos & ſuper filios noſtros. Quæ omnia & ad hæreticos
referre poſſumus, quorū altare percutitur: & omnes i-
nitiationes & ſacramenta ſacrilega commouentur: qui
auaritiam habuerunt in capitib. ſuis, clamante per eos
perdice, & congregante quos non peperit, & faciente
diuitias abſq; iudicio. Vnde & nouiſsima eius ſiue re-
liquias dominus interficiet, ut cœptum capitulū com-
pleatur, & nouiſsimum eius erit inſipiens. Cum autem
dñs percuſſerit cardines, & induxerit ſuper eos gladiū,
nullus erit qui poſsit euadere, & impendentem domi-
ni gladiū declinare. Simulq; & hoc erit notandū, quod
ſtante ſuper altare dño, primum percutitur propiciato
rium, ſiue cardines templi: deinde commouentur ueſti
bula: tertio capita omniū diuiduntur: quarto qui reli-
qui ſunt, interficiūtur gladio. Niſi enim ſuperbiam hæ-
reticorum ſuo dñs calcauerit pede, & peruerſam ſcele-
ratamq; doctrinam ſpirituali mucrone percuſſerit: &
magiſtros eorum qui accipiuntur in capitibus, inter ſe
diuiſerit, atq; in bonam partem occiderit, non poſſunt
diſcipuli uiuificari: ſecundū illud quod ſcriptū eſt: Ego
occidā & uiuificabo: ego percutiā, & ſanabo. Occidun- Deut. 32. f
tur & percutiuntur magiſtri, ut uiuificentur diſcipuli:
capita



A capita diuiduntur, ut cætera membra ſanentur. a ¶ Si
*deſcenderint uſq; ad infernum, inde manus mea educet, etc.*] Qui
ſupra dixerat: non erit fuga eis: fugiet & non ſaluabitur
qui fugerit: nunc ipſam fugam in partes ſecat: & hyper-
bolice etiā ſi hoc & hoc fecerint, euadere eos non poſſe
teſtatur. Si deſcende-
rint, ait, uſq; ad infer-
nū, inde manus mea
educet eos: nō quod
ullus ante reſurrectio
nis diem ab inferis re
trahatur, ſed quod &
in inferno poſiti, in
illius poteſtate ſint.
Quod ſuper Dathan
& Abirō impletū eſſe
cognoſcimus, quos
uiuentes terræ hiatus
abſorbuit. Et ſi aſcen-
derint, inquit, uſq; ad
cœlum, inde detrahā
eos: quia & Enoch &
Helias rapti cum cor
poribus in cœlū, dei
reguntur arbitrio. Et
cerne proprietates:
ad infernum deſcen-
ditur, ad cœlum con-
ſcenditur: de inferno
educimur, de cœlis
detrahimur. In altero
extrema deſperatio
eſt, in altero ſuperbiæ
magnitudo. Si abſcō-
B diti fuerint in uertice
Carmeli uel iuxta
Phœnices terminos
in ſeptentrionali pla-
ga, uel ad meridiem
propter eremi uaſtita
tē, ubi habitauit quō-
1. Reg. 25. a dam Nabal Carme-
Ionæ 1. a lus, inde, inquit, ſcru

HEBRAEI. Non erit fuga eis, fugient & non ſaluabitur ex his qui fugerint: Si deſcenderint uſque ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint uſque in cœlum, inde detraham eos: & ſi abſconditi fuerint in uertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos: & ſi cælauerint ſe ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo ſerpenti & mordebit eos: & ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio & occidet eos: & ponam oculos meos ſuper eos in malum & non in bonum. Et dominus deus exercituum qui tangit terram & tabeſcet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & aſcendet ſicut riuus omnis: & defluet ſicut fluuius Aegypti. Qui

tans auferā eos: & ſi in profundo maris atq; ut de pro-
pheta loquar in Tharſis, dei oculos uitare conētur: ibi
mandabo ſerpenti, quem in hoc Leuiathan ſiue cete ſi-
gnificat: ut ſeruet metaphorā, & per ſerpentem atq; cete
ad hoſtes ueniat. Et mordebit eos, id eſt, ſuis faucibus
deuorabit. Et ne forſitan per ſuperiora quæ dixit aliud
quid, quàm captiuitatē ab hoſtibus ſentiremus: iuxta
morem ſuū aperit ſcriptura quod prius ſub ænigmati-
bus dixerat. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimi-
cis ſuis, ibi mādabo gladio & occidet eos: ne ſcilicet ex-
trema malorū ſuorum æſtiment ſeruitutem, ſed etiam
captos hoſtilis mucro confodiat: & qui ſupereſſe potue
rint & mortem euadere, dei aſpectū non effugiant: ſed
ponat ſuper eos oculos ſuos in malū & nō in bonum:
ut ſemper eos uiſitet, & ad pœnitentiam per tormenta
compellat. Et hęc facturū eſſe ſe dicit omnipotens deus,
ad cuius tactum & nutū terræ fundamenta quatiuntur
ſiue tabeſcunt, & omnis eius habitator planctu & lucti-
bus occupatur. Quæ loquitur ut oſtendat magnitudi-
nem diuinæ potentiæ: ne forſitan uelit quidem facere
quod minatur, ſed uires non impleant uoluntatē. Sin
autem terra tabeſcit ſiue concutitur, & creatorem ſuum
inſenſibilis quoq; natura perſentit: quanto magis ho-
mo fragile animal, cuius animæ theſaurus in uaſis ficti-
libus atq; corporeis clauditur: & quomodo Aegypti flu-
uius decurrit in mare atq; ſorbetur: ita & terra Iſrael de-



qua ſupra dixerat: Qui tangit terram & tabeſcit ibit in C
captiuitatem &, ab hoſtibus deuorabitur: μετωνυμι-
κῶς, ab eo quod habet id quod habetur, diuino ſigni-
ficante ſermone. Et hæc quidem ſequentes hiſtoriæ or-
dinem utcunq; potuimus interpretati ſumus: ſi tamen
in quibuſdam nos in
telligentia nō defecit.
Cæterū omnem loci
iſtius τροπολογίαν Da- Pſal. 138
uid explicat, dicens:
Domine probaſti me
& cognouiſti me. Sta
timq; infert: Quò ibo
à ſpiritu tuo, & à facie
tua quò fugiam? Si
aſcendero in cœlum,
tu illic es: ſi deſcende-
ro ad infernū, ibi es.
Si ſumpſero pennas
meas diluculo, & ha-
bitauero in extremis
maris, & enī illuc ma-
nus tua deducet me:
& tenebit me dextera
tua. In Deuterono- Deut. 30. c
mio quoq; ſimile qd
legimus: Mandatum
hoc quod ego præci-
pio tibi hodie, non ſu
pra te eſt: neq; procul
poſitum, nec in cœlo
ſitum: ut poſsis dice-
re: Quis noſtrū ad cœ
lum ualet conſcende-
re, ut deferat illud ad D
nos & audiamus atq;
opere compleamus?
Neq; trans mare po-
ſitū, ut cauſeris & di-
cas: Quis ē nobis trās
fretare poterit mare,
et illud ad nos uſq; de
ferre: ut poſsimus au

SEPT. Non fugiet ex eis, qui fugerit: & non ſaluabitur ex illis, qui fuerit reſaluatus. Si defoſsi fuerint in inferno, inde manus mea euellet eos: & ſi aſcenderint in cœlum, inde detrahām illos: ſi abſconditi fuerint in uertice carmeli, inde ſcrutans auferā eos: & ſi demerſerint ſe ab oculis meis in profundū maris, ibi mādabo draconi et mordebit eos: & ſi abierint in captiuitatē ante faciē inimicorū ſuorū, ibi pręcipiā gladio, & interficiet eos: & obfirmabo oculos meos ſup illos in mala: & non in bona. Et dñs deus omnipotēs qui tangit terram & commouet eam: & lugebūt omnes habitatores eius: & aſcendet ſicut fluuius conſummatio eorū: & deſcendet ſicut flumen Aegypti. Qui

dire, & facere quod præceptum eſt? ſed iuxta eſt ſermo
ualde in ore tuo, & in corde tuo ut facias illud. Quan-
do enim anima uinculis laxata corporeis uolandi quò
uelit, ſiue quò ire compellitur, propter tenuitatem ſub-
ſtantiæ habuerit libertatem: aut ad inferna ducetur: de
quibus ſcriptū eſt: Conuertantur peccatores in infer- Pſal. 9. c
num: omnes gentes quæ obliuiſcuntur deū. Et: In infer
no quis confitebitur tibi? Et: Deſcendit in infernū glo- Ibid. 9. d
ria tua. Aut certe ad cœleſtia ſubleuabitur, ubi ſunt ſpi- Ibid. 48. c
ritualia nequitiæ in cœleſtibus: & ſi ſibi ueræ circunci-
ſionis ſcientiā uoluerit uendicare, hoc enim interpretā-
tur Carmelus: & humilitate contempta habitare in mō כרמל
tibus: & ibi ſcrutantem manū dei euadere non ualebit.
Quod ſi deſperans ſalutē, oculos dñi uitare tentauerit,
& in ultimos ſalſorū fluctuum terminos peruenire: etiā
ibi mandabit dñs ſerpenti tortuoſo & antiquo, qui eſt Apo. 20. a
inimicus & ultor, & mordebit eā. Capta quoq; uitijs at-
que peccatis gladio dñi punietur: & ponet oculos ſuos
ſuper eā in malum & non in bonū: ut per cruciatus atq;
ſupplicia ad dñm reuertatur. Cumq; deus omnipotēs
tetigerit terrā eorum atq; concuſſerit: & tabeſcere fecerit
cuncta terrena: intelligentes ſcelera ſua uertentur in lu-
ctum, & ipſe dñs dupliciter aſcendet atq; deſcēdet. Aſcē-
det ſuper ſanctos quaſi fluuius conſummationis eius,
id eſt, terræ: ut opera eorū terrena conſumat. Deſcēdet
ſupèr peccatores quaſi flumen Aegypti, ut in tormen-

Universidad de ... Biblioteca

A torum amaritudinē impetu dñi detrudantur. a ¶Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam,etc.] Dñs deus omnipotens qui reſpicit, & tangit terrā & commouet eam, ipſe eſt qui quotidie ædificat in cœlo aſcenſionem ſuā: & di-
Ioan.5.c cit in euāgelio: Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor: & non ſolum
Gen.2.d de coſta Adam in typum eccleſiæ ſemel ędificauit Euam, ſed quotidie credentes & membra corporis ſui ædificat: & de terris ad cœlum leuat, ut in illis ipſe conſcendat. Aſcendit dñs in cœlū cum Enoch: aſcendit cum Helia: aſcendit cum Moyſe, cuius ſepulturæ locus, quia in cœlum aſcēderat, in terra non potuit inueniri. Aſcendit cum
1.Cor.12.a Paulo, qui uas electionis in apoſtolum de perſecutore mutatus eſt: & de humilib. raptus in ſublimia, ita ut aſcenderet in cœlum tertiū: & per ſpiritum ſanctū & filium perueniret ad patrē: & audiret uerba ineffabilia, myſteria trinitatis, quæ hominibus audire non licitum eſt. Iſte ergo
B qui quotidie aſcendit in ſanctis, faſciculū ſuum funda-
Luc.12.d uit ſuper terram de quo in euangelio loquitur: Ne timeas grex paruule, quia complacuit patri meo habitare in te. Iſte faſciculus una domini religione conſtrictus eſt. Vnde & ipſa religio à religando, & in faſcem domini uinciendo nomen accepit. Porrò iuxta Septuaginta τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν id eſt, repromiſſionem ſuam fundat ſuper terram: ut omnes illius repromiſſiones quas ſancti prophetæ ſuo ore cecinerunt, non inanē ſonum habeant: & craſſa ſolius tropologiæ nomina, ſed fundentur in terra. Et cum hiſtoriæ habuerint fundamenta, tunc ſpiritualis intelligētiæ culmen accipiant: ut uere Chriſtus de uirgine natus ſit, uere Lazarum mortuum ſuſcitarit: uere ad tactum eius αἱμοῤῥοοῦσα ſanata ſit, uere in aduentu dñi cæci uiderint, claudi cucurrerint, contractæ manus extenſę ſint, lepra mundata ſit: licet ſecundum tropologiā quotidie de anima uirginali naſcatur ſermo diuinus: quotidie peccato mortui, & uitiorum funibus alligati, de ſepulchro ſcelerum ſuorū iubeantur exire: quotidie ſanguinis opera conſtringantur: cæci infidelitate Chriſti lumen aſpiciant: claudicātes prius fide, currāt in uia dñi: & aridæ manus auaritia, extendātur ad eleemoſynam: & lepra Mariæ quæ contaminat quicquid attigerit, recipiat priſtinā puritatem. Iſte autem dñs amariſsimas quoq; aquas maris uocat: & effundit eas ſuper eos, qui faciem ſuam uerterunt ad dñm. Ideo autem uocat amaras aquas, ut dulces faciat: & educat uentos de theſauris ſuis: & graues ſalſugine aquas, ſua in altum iuſsione ſuſpendat: eliquansq; eas, & æthereo calore decoquens, diſpenſet in pluuias & emittat ſuper faciem terræ: ut arentia quæq; rigentur imbribus: & ubi abunda
Rom.5.d uit peccatum, ſuperabundet gratia. b ¶Nunquid non ut filij Aethiopum uos eſtis mihi filij Iſrael, ait dominus, etc.] Pro Cyrene Aquila & quinta æditio ipſum uerbum Hebraicū

HEB. Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam: & faſciculum ſuum ſuper terrā fundauit: qui uocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, dominus nomen eius. Nunquid non ut filij Aethiopum uos eſtis mihi filij Iſrael, ait dominus? Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Aegypti: & Palæſtinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini dei ſuper regnum peccans: & conteram illud à facie terræ: ueruntamen conterens non conteram domū Iacob, dicit dominus: Ecce

SEPT. Qui ędificat in cœlo aſcenſionem ſuam, & promiſſionem ſuam ſuper terram fundat: qui uocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terrę: dominus omnipotens nomē eius. Nonne ut filij Aethiopum, uos eſtis mihi filij Iſrael, dicit dominus? Nonne Iſrael eduxi de terra Aegypti, & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fouea? Ecce oculi domini dei ſuper regnum peccatorum: & auferam illud à facie terræ. Veruntamen non in finem auferam domū Iacob, dicit dominus: Quia

poſuerunt קיר Lxx. foueam, id eſt, βόθρον: Theodotio, parietē: Symmachus, Cyrenem: quē & nos in hoc loco ſecuti ſumus. Totū loci huius quem propoſui, & omniū quæ hoc capitulo continentur intelligentiā, breui ſermone concludā, uſq; ad eum locum in quo ſcriptum eſt: Qui dicūt: nō appropinquabit, & non ueniet ſuper nos malum, ut poſſimus noſſe quod dicitur: Ego dñs deus omnipotens, quem cælare nihil poteſt: qui tango terram, & mouebitur: qui ædifico in cœlo aſcenſionem meā: qui uoco aquas maris, & effundo eas ſuper faciem terræ: cuius eſt nomen dominus. qui creator ſum omniū, cunctas gentes de eodem finxi luto, & æquali ſorte generaui. Denique Aethiopes, Palæſtinos, Syros atq; Iudæos, diſtantes locis atq; corporibus, mortalitatis lege ſociaui: & pro arbitrio meo ſeruos meos huc illucq; commuto: & in uniuerſas C
prouincias transfero. Ne erigamini in ſuperbiā, quod uos de Aegypto eduxerim, & quaſi peculiarem populum meū Pharaoni ſeruire non paſſus ſim: hoc idem feci & Palæſtinis, quos Septuaginta alienigenas tranſtulerunt, qui Hebraice appellantur בכפתרים ut transferrem eos de Cappadocia, & in Palæſtinæ regionibus collocarem: Syros quoq;, id eſt ארם tranſtuli de Cyrene: ex quo qui æquali conditione ſunt facti, æquali iudicij D
mei ſententia puniētur: & omnia abſq; diſcretione perſonarū, impia regna ſubuertam: uos autē ô filij Iſrael, Exod.4.f Oſee 11.a
de quibus dixi: Primogenitus filius meus Iſrael: Et ex Pſal.88.c
Aegypto uocaui filiū meum: percutiam in uirga, & uiſitabo peccata ueſtra: ſed non in perpetuū conteram, & miſericordiam meam non auferam à uobis: & quaſi in cribro agitatos atq; concuſſos, mundabo & eligam: ut qui lapſus fuerit, & per pœnitentiā roboratus, de cribro meo non excidat: qui autē inſtar pulueris ecciderit in terram, percutiatur gladio, ut moriantur peccatores populi mei: non quia ante peccauerint, ſed quia uſque ad mortē perſeuerauerint in peccatis. Omnis autē qui eſt Iſrael, & prius deum mente conſpiciens, eductusq; de Aegypto, ſi deſiderans uitia Aegypti & ſeculi uoluptates, non ſolū in Aegyptum, ſed in Aethiopiam
reuertatur: in qua qui fuerit iuxta Hieremiam, pellem Hier.13.d
ſuam mutare nō poteſt, Chriſti ſaluatur aduentu, & impletur in eo quod ſcriptū eſt: Aethiopia præueniet ma- Pſal.67.d
nus eius deo. Cumq; eum adorauerit, dicetur de illo:
In conſpectu eius procident Aethiopes. Qui cum pro- Ibid.71.a
ciderint, & trans flumina Aethiopiæ inde detulerint uictimas domino, dicere poterunt: Nigra ſum & ſpecio- Cant.1.b
ſa, quoniā decolorauit me ſol. Corpora enim umbris ocioq; marcentia, tentationes & æſtus ſeculi ferre non poſſunt: quæ autem ad luctā & ad certamina præparantur, ſole ſiccata: ſuperant mundi iniurias & benedictionem ſancti ſpiritus conſequuntur, dicentis ad iuſtum:
Per diem ſol non uret te, neq; luna per noctem. Aethio- Pſal.120.b
pes



A pes ergo uertuntur in filios dei, ſi egerint pœnitētiam, & filij dei tranſeunt in Aethiopes, ſi in profundū uenerint peccatorū. Ipſe enim creator omniū deus Cappadoces uertit in Palæſtinos: & eos qui uerſabantur in frigore fidei, & Aquiloni uento duriſsimo ſubiacebant, fecit bibentes cadere: & depoſita ſuperbia, domini ſentire iudicium. Syros quoq;, id eſt, excelſos atque ſublimes, qui dicuntur ארם tranſtulit de Cyrene infirmo pariete: ſiue quæ imminebat amariſsimo mari & uicina Syrtibus erat: & iuxta Septuaginta in fouea tenebatur, mutauit in bonā partem, ut excelſos fa-
Mat.4.b ceret. Oculi enim domini ſuper omia ſunt regna peccantia, quæ oſtendit diabolus domino: & de quibus
Rom.6.c Apoſtolus dicit: Non regnet peccatum in mortali ueſtro corpore, ad obediendū deſiderijs eius. Veruntamen cum in uirga uiſitet peccatores: & conterat eos atq; percutiat qui permanſe-
B rint in peccato: eas animas quæ appellantur domus Iacob, & ſupplantant peccatū & in certamine ſuperant: & plantam cruenti fratris inuadunt: in æ-
Eſa.40.c ternum perire non patitur. a ¶Ecce enim ego mandabo, etc.] Deus qui menſus eſt aquas manu, & cœlū palmo, & omnem terrā concludit pugillo: ipſe pro magnitudine ſua, utraq; manu tenens margines terræ, quaſi cribrum huc illucq; concutiet: ut paleis ac ſordibus peccatorum in terrā cadentibus: purum frumentū remaneat, quod condatur in horrea: ſiue ut Lxx. tranſtulerunt: uentilabrū tenebit in manu: & purgabit areā ſuā, & triticum condet in horreis: paleas aūt comburet igni
Hier.23.f inextinguibili, de quibus loquit̄ per Hieremiam: Quid
Matt.13.f paleis ad frumentū, dicit dominus? De hoc eodem ſub figura alterius parabolæ: ſagena illa demonſtrat, quæ mittitur in mare huius ſeculi, & extrahit piſces omniū generum: proiectisq; malis piſcibus, boni tantummodo reſeruantur: ita & dñs miſerabilem domū Iſrael toto orbe diſperſit: & concuſsit in cribro & uentilauit pala: lapillisq; & calculis ſuper terrā non cadentibus, morientur in gladio qui propter ſordes & puluerē peccatores populi nominantur. Et hoc patientur: quia non credunt uaticinia prophetarū: nec putant eſſe uentura quæ per eos dominus cōminatur. Cumq; ſibi proſpera repromittant: mala poſt ea ſuſtinebūt: ė regione ſanctis timentibus, & nō peccantibus, & idcirco nequaq̄ morientibus gladio, quia dixerunt: Appropinquabūt
Hier.18.b nobis mala, & uenient ſuper nos ſupplicia, quæ peccata noſtra meruerunt, de quo plenius in Hieremia loquitur deus: Aſſumam & loquar ſuper gētem & regnū ut auferam eam & diſperdā: ſi conuerſa fuerit gens illa à malis ſuis, & ego agam pœnitentiā de his quæ cogitaueram facere ei. Non ergo deus mutatur qui ſemper eſt immutabilis, ſed nos cū noſtra conuerſione mutamus.
Hier. 10. c

HEB. Eccē enim ego mādabo, & concutiam in omnibus gentibus domū Iſrael: ſicut concutitur in cribro, & non cadet lapillus ſuper terrā. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: nō appropinquabit: & nō ueniet ſuper nos malū. In diē illa ſuſcitabo tabernaculū Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorū eius, & ea quę corruerāt inſtaurabo, & reædificabo illud ſicut in diebus antiquis, ut poſſideant reliquias Idumææ, & oēs nationes: eo quod inuocatū ſit nomē meum ſuper eos, dicit dominus faciens hæc: Ecce

SEP. Quia ecce ego præcipio & uentilabo in cunctis gentibus domum Iſrael: ſicut uentilatur in uentilabro: & non cadet contritio ſuper terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: nō appropinquabit, neq; uenient ſuper nos mala. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod ceciderat, & ædificabo ea quæ corruerāt, & quæ ſuffuſa ſunt ſuſcitabo: & inſtaurabo ea ſicut dies antiquos: ut quærāt me reliqui hominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit dominus faciens hæc omnia: Ecce

Sæuit, iraſcitur, comminatur, & dicit ſe illaturū eſſe ſupplicia: ſi agamus pœnitentiā, ipſum quoq; ſuæ pœnite- C
bit ſententiæ. Rurſum iuxta eundem Hieremiā promit- Hier.17
tit proſpera: ſi negligentia diſſoluamur, & illum pœnitebit ſponſionis ſuæ, promiſſaq; mutabit. Cuius rei exēplū Niniuitas & Hieruſalem habere poſſumus: quorum alij de imminētibus ſupplicijs liberati ſunt: alij quæ patribus promiſſa fuerant perdiderunt. b ¶In die illa ſuſcitabo tabernaculū Dauid quod cecidit, etc.] Vbi apoſtolorū præcedit autoritas, maxime Petri & Iacobi:
Gal.2.b quos columnas eccleſiæ uas electionis uocat: ibi omnis uariæ explanationis tollenda ſuſpicio eſt, & qđ à tantis uiris exponitur, hoc ſequendum.
Act.15.c In Actibus apoſtolorum quæſtione inter apoſtolos ſuſcitata, cur homines ex gentibus Paulus & Barnabas abſq; circuncīſione & obſeruantia ſabbati ſuſcepiſſent: Petrus reſpondit, ut debuit: cuius ſenten- D
tiam probans Iacobus hæc locutus eſt: Viri fratres audite me: Simon enarrauit quemadmodū primum deus uiſitauit ſumere ex gentibus populū nomini ſuo, & huic concordant uerba prophetarū, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & ædificabo tabernaculū Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo: & erigam illud: ut requirant cæteri hominum dominū, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meū, dicit dominus faciens hęc: notum à ſeculo eſt domino opus ſuū. Hoc igitur tabernaculū Dauid quod ceciderat: ceciderat aūt in his qui dicunt: non appropinquabit, & non ueniet ſuper nos malum: quos dominus cribro ſuo concuſſerat & probauerat: & quorū aream maieſtatis ſuæ purgauerat uentilabro, & quicunq; peccatores fuerant interfecit gladio: nunc iuxta conſuetudinem ſcripturarū, poſt tormenta, poſt pœnas: proſpera & læta promittens, ſuſcitaturum eſſe ſe dicit: & in reſurrectione domini omnia reſtituturū, ut qđ in ſynagogis ceciderat, ſurgat in eccleſijs, & poſſideant credentes reliquias Idumææ, & omnes nationes: ut quicquid reliquum fuerit de regno ſanguinario atq; terreno, in cœleſtia regna mutetur: & omnes gentes quæ oblitæ ſunt dñm, conuertantur & reuertantur ad eum. Sin aūt iuxta Lxx. legere uoluerimus, ut quærant me reliqui hominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatū eſt nomen meum: reliquos hominū eos debemus accipere, qui de Iudaico populo crediderunt: & quaſi lapillus non ceciderunt de cribro: nec cū puluere paleisq; & ſordibus ſunt proiecti. Reliquiæ eñi in principio fidei ſaluæ fient, & in fine mundi: ut cum ſubintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiat. Nomen autem domini quod inuocatur ſuper reliquos
& ſuper omnes gentes, illud eſt de quo ſaluator dicit: Ioan.17.a
Pater reuelaui nomen tuum hominibus. Et ne longo

Universidad de ... Biblioteca

A ſermone regulā differā ſponſionum, & in hoc propheta, & in cæteris quæcunq; de ædificatione Hieruſalē & templi, & rerū omniū beatitudine prædicantur: Iudæi in ultimo tempore uana ſibi expectatione promittunt: & carnaliter implenda cōmemorant: Nos aūt qui non occidentē literam: ſed ſpiritū ſequimur uiuificantē: iam in eccleſia conuincimus expleta, & quotidie impleri in ſingulis qui ruentes per peccatū, reædificantur per pœnitentiā. a ¶ *Ecce dies ueniunt, etc.* ] Suſcitato tabernaculo Dauid quod ceciderat: & reædificatis his quæ fuerant lapſa atq; ſubuerſa, deſcribitur rerū omniū abūdātia: quomodo hi qui prius euntes ibant & flebant portātes ſemina ſua: uenientes uenient cū exultatione portātes manipulos ſuos: ut conſequaƭ manipulorū tritura uindemiā, ſiue arator meſſorē: &
Pſal. 125. a

uua uarieƭ, ac ducat colorē in tēpore ſeminis: ſiue ut uerius eſt, calcator uuæ cōprehēdat ſemētē, & ſic ſibi inuicē cūcta ſuccedāt: ut nulla dies ſit abſq; frumēto, uino & gaudio. In illo tēpore plenis torcularib. uua calcabiƭ, &
B de Chriſti ac martyrū ſanguine rubētia muſta fundenƭ, & huiuſcemodi calcator uuæ erit ſeminariū ſermonis dei, ut ſanguis eorū magis clamet in mūdo, ꝙ clamauit ſanguis Abel iuſti. Quicūq; aūt merito uirtutū ſuarū ad mōtana cōſcēderit: melle ſudabit, imò ſtillabit dulcedinē ſermonis dei, de quo ſcriptū eſt: Guſtate & uidere ꝙ ſuauis eſt dñs: Et ꝙ dulcia eloquia tua gutturi meo: ſup mel & fauū ori meo. Et qui infra montes, imò ſecundi à mōtib. fuerint: quos ſpōſus trāſilit in Cātico canticorū, & appellat colles: conſiti erunt & imitabunƭ paradiſum dei: ut omnia in illis poma pendeāt doctrinarū. Tunc ſi quis infidelitate captiuus eſt: & necdū credidit in nomine dñi, & eſt de reliquijs populi quōdā eius Iſrael, reuerteƭ ad fidē Chriſti: ut quē in ꝓpheetis audierat, in euāge-
Pſal. 33. b
Ibid. 118. n
Cant. 2. b

HEB. Eccē dies ueniūt, dicit dñs: & cōprehendet arator meſſorē, & calcator uuæ mittentē ſemen, Et ſtillabunt montes dulcedinē: & omnes colles culti erūt. Et conuertā captiuitatē populi mei Iſrael, & ædificabunt ciuitates deſertas, & habitabunt, & plantabunt uineas, & bibent uinū earum: & facient hortos, & comedent fructus eorū. Et plantabo eos ſuper humū ſuā, & non euellā eos ultra de terra ſua quam dedi eis: dicit dominus deus tuus.

SEP. Ecce dies ueniūt, dicit dñs: & apprehendet trita uindemiā, & uariabitur uua in ſemente. Et ſtillabūt montes dulcedinē: & omnes colles conſiti erūt. Et conuertā captiuitatē populi mei Iſrael, & ædificabunt ciuitates diſſipatas, & habitabūt: & plantabūt uineas, & bibent uinū earū: & facient hortos, & comedent fructū eorū, Et plantabūtur ſuper terrā ſuam, & non auellentur amplius de terra ſua quā dedi eis: dicit dñs deus omnipotens.

C lio teneat. Hi aūt montes qui ſtillabūt dulcedinē: & colles qui conſiti fuerint, poſtq; conuerterit dñs captiuitatē populi ſui Iſrael, ædificabunt ciuitates antea deſertas & habitabunt in eis, ut una quæq; ciuitas extructa dicat: Ego ciuitas firma quæ oppugnaƭ, & de qua dñs in euangelio loquiƭ: Nō poteſt ciuitas abſcondi ſuper montē poſita. Et in pſalmis dicitƭ: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. Et plantabūt quoq; uineas cū Noe, & bibēt uinū earū: & inebriabunƭ, & audient à domino ſaluatore: Bibite amici mei & inebriamini. Bibent aūt uinum quod ſe in regno patris cū apoſtolis ſuis nouū bibiturū eſſe pollicitus eſt. Hæc eſt uinea Sorech: cuius uinū quotidie in myſterijs bibimus. Nec harū rerū felicitate contenti: propter delicias facient hortos & irrigabunt eos: ut nulla deſint in eis genera uirtutū, & comedēt fructus eorū: Qui enī plantauerit & rigauerit, ipſe & comedet. Cūq; hæc omnia montes & colles fecerint, ſtillantes dulcedinē: & ædificantes ciuitates, & habitantes in eis: plantantes uineas, & bibentes uinū earū: facientes hortos, & come-
Mat. 5. b
Pſal. 45. a
Mat. 14. c

D dentes fructus eorum: tunc ipſos plantatores plantabit dñs ſuper terrā ſuam, de qua dicitur: Credo uidere bona dñi in terra uiuentium. Et in euangelio: Beati mites, qm̄ ipſi poſſidebunt terram. Poſtquàm aūt plantauerit eos, & firma in altū radice ſolidarit: non euellet ultra de terra, quam dederat eis. Ex quo intelligimus eccleſiam uſq; ad finem mundi, cōcuti quidem perſecutionibus: ſed nequaquàm poſſe ſubuerti: tentari, non ſuperari. Et hoc fiet quia dominus deus omnipotēs: ſiue dominus deus eius: id eſt eccleſiæ, ſe facturum eſſe pollicitus eſt: cuius promiſſio, lex naturæ eſt.
Pſal. 26. d

¶ Commentariorum diui Hieronymi in Amos prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ABDIAM prophetam ad Pammachium prooemium.

CVm eſſem paruulus, ut paruulus loquebar, ut paruulus ſapiebam, ut paruulus cogitabam: poſtquàm factus ſum uir, quæ paruuli erāt depoſui. Si apoſtolus proficit, & quotidie præteritorum obliuiſcens, in priora ſe extendit: ac ſecundū præceptum domini ſaluatoris, ſtiuam tenens, poſt tergū non reſpicit: quanto magis ego, qui necdū ad ætatem perfecti uiri, & in menſurā Chriſti ueni, mereri debeo ueniam, quod in adoleſcentia mea prouocatus ardore, & ſtudio ſcripturarū, allegorice interpretatus ſum Abdiā prophetam: cuius hiſtoriam neſciebā. Ardebat animus cognitione myſtica, & quia legerem omnia poſſibilia credētibus: ignorabam diuerſa eſſe chariſmata: literas ſeculi nouerā, et ob id putabam me librū legere poſſe ſignatum. Stultus ego: uigintiquatuor ſeniores habentes in manibus phialas & citharas: & quatuor animalia plena oculis conſurgunt de throno ſuo: imperitiam confitentur: gloriam agno canunt. & uirgæ de radice Ieſſe: & putabā poſſe me quod credebā. Cuius in manu nō fiebat ſermo dei: nec dicere poterā: A mandatis tuis intellexi: neq; illius de euangelio beatitudinis recordabar: Beati mūdo corde, qm̄ ipſi deū uidebunt. Necdum de altari carbo ſublatus, labia mea purgauerat. Necdum error
1. Cor. 13. c
Luc. 9. g
Apoc. 5. c
Pſal. 118. ...
Matth. 5. a



A error ueteris ignorantiæ igne ſpiritus ſancti fueraƭ circunciſus, & audacter loquebar ad dominū: Ecce ego, mitte me. Sperabā in ſcriniolis latere quod ſcripſerā, & ingenioli mei primā temeritatem ignibus uoueram, cū ſubito de Italia affertur exēplar à quodam iuuene tot annis, quot & ego quōdam ſcripſerā, laudante opuſculū meum. Fateor miratus ſum, quod quantūuis aliquis male ſcripſerit, inuenit ſimilem lectorē ſui. Ille prædicabat, ego erubeſcebam: ille quaſi myſticos intellectus ferebat ad cœlum, ego demiſſo capite confiteri meū pudorem prohibebar. Quid igitur, condemnamus in quibus pueri luſimus? minime: Scimus enim in tabernaculū dei, & aurū & pilos caprarum ſimiliter oblatos. Legimus in euangelio uiduæ pauperis duo minuta, magis quàm diuitū ſubſtātias approbatas. Et tūc dedimus quod habuimus: & nūc, ſi tamen aliquid profecimus, domino ſuū reddimus. Gratia enim eius ſum quod ſum. Nec diffiteor per hoſce triginta annos in eius opere me ac labore ſudaſſe: Clemēs eſt pater: cito reuertentē filiū ſuſcipit, nec expectat donec quis aperiat oſtiū: ipſe egreditur obuiam: anulū & ſtolam parat: licet germanus inuideat, & ſcortatorem ac nepotem uocet: de ſalute illius ſymphonia angelicę lætitię cunctarumq; uirtutū in cœleſtibus perſonat. Hoc eſt illud tempus mi Pammachi, hac luce dulcior: quo egreſſi ſcholam rhetorū, diuerſo ſtudio ferebamur: quando ego & Heliodorus chariſſimus pariter habitare ſolitudinē Syriæ Chalcidis nitebamur. Quod putabā latere, uulgatū eſt. Per uetera ueſtigia rurſum ingrediar, emendās ſi fieri poteſt curuos apices literarū. Infans eram, necdū ſcribere noueram: titubabat manus: tremebant articuli. Nūc ut nihil aliud profecerim, ſaltē Socraticū illud habeo: Scio quod neſcio. Dicit & Tullius tuus adoleſcentulo ſibi inchoata quædam & rudia excidiſſe. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quàm de rhetoricis: quos ego uel perfectiſſimos puto: ad comparationem ſenilis peritiæ dicere potuit: quanto magis ego libere profitebor: & illud fuiſſe puerilis ingenij: & hoc maturæ ſenectutis. In libris quoq; contra Marcionem Septimius Tertullianus hoc idem paſſus eſt: & Origenes in cantico canticorum: & Quintilianus in xij. libris inſtitutionis oratoriæ. Ex quibus perſpicue oſtenditur unamquanq; ætatem in ſuo eſſe perfectam: & ex annorum debere numero iudicari. Sed iam tempus eſt proponere exordium Abdiæ: & orationum tuarum auxilio, cui uolumē hoc ſcribitur, confragoſum mare & ſeculi recuruos gurgites transfretare.
C
Mar. 12. d

B COMMENTARIVM HIERONYMI in Abdiam prophetam.

VIſio Abdiæ: Hæc dicit dominus deus ad Edō.

VIſio Abdiæ, etc. ] Hunc aiunt eſſe Hebræi: qui ſub rege Samariæ Achab: & impiiſſima Iezabel pauit centū prophetas in ſpecubus: qui non curuauerunt genu Baal: & de ſeptē milibus erant quos Helias arguiƭ ignoraſſe: ſepulchrūq; eius uſq; hodie cum Mauſoleo Helizæi prophetæ & Baptiſtæ Ioannis in Sebaſte uenerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ Antipatri filius, in honorē Auguſti Cæſaris Græco ſermone uocauit Auguſtā. Hic igitur, quia centū prophetas aluerat: accepit gratiam prophetalē: & de duce exercitus, fit dux eccleſiæ. Tunc in Samaria paruū gregē pauerat: nunc in toto orbe, Chriſti paſcit eccleſias, & φερωνύμως, ſicut in Actis Apoſtolorū Stephanus martyrio coronatus, ita & hic ſeruus appellatus eſt domini. Porrò quod cōtra Idumæā cernens, non onus: id eſt λῆμμα, & pōdus Idumææ uidet, ſecundū regulā & diſtinctionem quā in Nahum ſcripſimus: illud in cauſa eſt, quod uel Edō, id eſt Eſau: non de extraneis gentibus cōputatur: filius Iſaac & frater Iacob: unde & terra illius nō datur in poſſeſſionem Iſrael: nec dimittiƭ bellare contra eam, & aduerſus fratrē armari prohibeƭ. Vel certe uiſio eſt, nō Idumææ: quod poterat ſi ita ſcriptū eſſet facere quæſtionem: ſed Abdiæ, id eſt ſerui domini: quam uidet gentibus, ad quas legatum miſit dominus. Et quibus dicitur: Surgite & cōſurgamus aduerſus eam in prælium. Deſtructio enim Idumææ: uiſio nationum eſt. Sin autem quæritur quare ponatur in titulo, uiſio Abdiæ, & nihil poſtea quod uiſum eſt demonſtreƭ, ſecūdum illud Eſaiæ: Vidi
3. Reg. 18. a
Act. 7. g

D dominum ſabaoth ſedētem ſuper thronū excelſum & eleuatū, Et Ezechiel: Aperti ſunt cœli: et uidi uiſiōes dei, ſtatimq; ſubiūgitur: Et uidi, & ecce ſpiritus turbinis ueniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ſplēdor in circumitu eius, Sed poſt uiſionē Abdiæ protinus inferaƭ: Hæc dicit dñs ad Edom. Et iterum: Ecce paruulum dedi te in gētibus: de Deuterono. ſumemus exēplū, in quo non res, ſed uerba cernuntur: Attēde, inquit, tibi & conſerua animā tuā uehementer, ne forte obliuiſcaris ſermonum, quos uiderūt oculi tui. Et Iohānes in epiſtola: Quod uidimus, inquit oculis noſtris: qđ perſpeximus, & manus noſtræ palpauerūt de uerbo uitæ: Et Moyſes uocem domini, quæ ad eum loquebatur uidiſſe ſe dicit. Si ergo poſt uiſionē inferuntur quæ dicta ſunt, & uidenƭ mentis oculis quæ auribus percipi ſolēt: recte uidēs, quia prophetæ antea uocabanƭ uidētes, titulo prænotat uiſionem. b ¶ *Hæc dicit, etc.* ] Paruus propheta, uerſuum ſupputatione nō ſenſuum. Alioquin ut in tribus uoluminibus Salomonis, Canticum canticorū quanto breuius eſt, tanto difficilius, Et epiſtola ad Philemonem quem ſenſum haberet expreſſimus: Euāgelicus quoq; ſermo breuiatus, laciniosis legis operibus anguſtior eſt: Ita hic quoque propheta quaſi ſeruus domini iuxta Abraham, Iſaac & Iacob & Moyſen famulum dei, & apoſtolū ſeruū Chriſti, ea uidet, ea audit, quæ prophetali digna ſunt ſeruitute. Multi putant iuxta interpretationē nominis, quod ſeruus iſte ſit domini, cui dicitur in Eſaia: Magnum tibi eſt uocari te puerum meum: qui ſe exinaniuit formam ſerui accipiens. Sed ſi hoc ita intellexerimus, alius nobis quærendus erit legatus, qui eſt miſſus ad gentes. Et dum Tropologiam ſequimur, perdimus manifeſtiſ-
Eſa. 6. a
Ezec. 1. a
Deut. 4. b
1. Ioan. 1. a

 ſimam

A ſimam prophetiam. Quærimus ergo quis ſit iſte Edō,
uel Idumæa ad quam nunc per Abdiam dominus lo-
quitur. In libro Geneſeos Eſau filium Iſaac appellatum
Gen.25.d fuiſſe Edom: quia propter rufum lenticulæ cibum pri-
mogenita uendiderit: maniſeſtiſſime legimus: Edom
enim interpretatᷓ πυῤ-
אדום ῥός, id eſt, rufus. In eo
שעיר dem uolumine ſcribi
tur hunc eundem uo
catum eſſe Seir, id eſt
piloſum quia hiſpi-
dus erat, & non habe
bat leuitatem Iacob.
Vnus ergo atq; idem
tribus nominib. ap-
pellatur, Eſau, Edō,
Seir: poſſeditq; eā re-
gionem quæ nūc Ge
balena dicitur & in fi
nibus eſt ἐλευθεροπό
λεως, ubi ante habitauerant Horræi qui interpretātur
liberi, unde & ipſa urbs poſtea ſortita uocabulum eſt:
Quod ergo Hebraice אדום & Græce dicitur, ἰδουμαία,
nunc uiculus Paleſtinæ eſt: á conditore ſic impoſito no
mine: cuius Latina quoq; & Græca meminit hiſtoria.
Iſte eſt cui dicitur per Amos: Super tribus ſceleribus E-
dom, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quod
perſecutus ſit gladio fratrē ſuū, & uiolauerit miſericor-
diam eius, & tenuerit ultra furorem ſuū, & indignatio-
nem ſuam ſeruauerit uſq; in finē. In Eſaia quoq; iuxta
Hebraicū legimus: Onus Duma ad me clamat ex Seir:
cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Et Hiere-
mias in eandem prophetiam pari uoce conſenut: di-
cens: Nunquid non eſt ultra ſapientia in Theman? & re
B liqua uſque ad finem eiuſdem prophetiæ, ubi dicitur:
Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulie-
ris parturientis. Exceptoq; ordine commutato, & aliis
quæ uidentur diſcrepare: magna pars Abdiæ in Hiere
miæ uolumine continetur. Iſti ſunt montes Seir aduer
ſum quos Ezechielis facies roboratur, & dicitur: Dabo
montem Seir deſolatum, & deſertum. Et poſt paulu-
lum: Diſſipatus eris mons Seir & Idumæa omnis. Lon
gum eſt ſi uoluero cunctas ſcripturas euentilare, & pro
ferre in medium ſuper montes Seir: maximeq; Mala-
chiæ: ubi ſtatim in principio ſcriptum eſt: Nonne fra-
ter erat Eſau Iacob, dicit dominus? Et dilexi Iacob, E-
ſau autem odio habui. Et poſui montes eius in ſolitu-
Malach.1.b dinem, & hæreditates eius in dracones deſerti. Quod
ſi dixerit Idumæa: deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædi
ficabimus quæ deſerta ſunt. Hæc dicit dominus exer-
cituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam: & uocabun-
tur termini impietatis, & populus cui iratus eſt domi-
nus uſque in æternum. Quia ergo didicimus terram
Idumæorum aduerſariam eſſe terræ repromiſſionis: &
Eſau inimicum legimus Iacob: & populum eſſe, cui ira
tus eſt dominus in ſempiternum: noſſe debemus ſecū-
dum leges Tropologiæ: aut contra Iudæos factum eſ-
ſe ſermonem: qui ſunt æmuli Chriſtianis: & perſequun
tur fratrem ſuum Iacob, populum ſupplātatorem: qui
illis primogenita præripuit. Aut certe aduerſus omnes
hæreſes & contraria dogmata ueritati, quæ uidentur
quidem nobis eſſe uicina: ſed magis aduerſaria ſunt:
& de paterna hæreditate ſimplicem, & habitatorem do
mus Iacob nituntur expellere. Porrò quia Idumæa &
terrena interpretatur, & propter colorem rubrum cru
enta quoq; intelligi poteſt: Idcirco ſaluator reportans
ad patrem de mundo uictoriam: quando angeli con-
clamabant: Aperite portas principes ueſtras & introi-
bit rex gloriæ: Et in Eſaia ſtupentes interrogabāt: Quis

HEBR. Auditum audiui
mus à domino, & legatum
ad gentes miſit: ſurgite &
conſurgamus aduerſum
eum in prælium. Eccē par-
uulum dedi te in gentibus,
contemptibilis tu es ualde:
Superbia cordis tui extulit
te: habitantem in ſciſſuris
petræ

SEPT. Auditum audiui à
domino, & munitionem
in gentibus miſit: ſurgite et
conſurgamus aduerſus eū
in prælium. Ecce minimū
dedi te in gentibus: inho-
noratus es tu ualde, Su-
perbia cordis tui eleuauit
te, habitantem in forami-
nibus pe-

eſt iſte qui aſcendit de Edom fuluida ueſte de Boſor: ſic C
formoſus in ſtola candida? Et ad ipſum cominus lo-
quebantur: Quare rubrum eſt indumentum tuum, &
ueſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Ipſe lo-
quitur in triumpho exponens palmas crucis ſuæ: Tor
cular calcaui ſolus: &
de gentibus non eſt
uir mecum. Sunt qui
Idumæam ad carnē
referant, & aduerſus
illius pugnam ani-
mam æſtimant pro-
uocari: ut mortifican
tes membra noſtra
ſuper terram, forni-
cationem, immundi-
ciam, paſſionem, æ-
ternam in Chriſto ui
ctoriam conſequa-
mur. Iudæi fruſtra ſo
mniant contra urbem Romam, regnumq; Romanum
hanc fieri prophetiam: Et illud quod in Eſaia ſcriptum
eſt: Onus Duma, paululum literæ apice commutato
pro ד legi poſſe ר, & ſonare Romam: ו quippe litera דומה
& pro, u: & pro, o, eorum lingua accipitur. a ¶ *Au-
ditum audiuimus à domino, & legatum ad gentes miſit: ſurgite &
conſurgamus aduerſum eū in prælium.* ] Iam ſupra diximus,
eundem eſſe Edom quam & Idumæam: quia in Hebrai
co ipſe qui condidit, in Græco urbs quæ ſit ab eo con-
dita nominatur: Audiuit ergo uel Abdias, uel omnes
prophetæ pariter audierunt. Omnes enim ſcribunt cō
tra Edom: quod ad gentes legatus miſſus ſit mediator
dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: de quo & pater Aggei 2.b
loquitur per Aggeum: Mouebo omnes gentes: & ue- Eſa.9.b
niet deſyderatus cunctis gentibus. Iſte in Eſaia, magni D
conſilij angelus: & pater futuri ſeculi ſcribitur. Quod
autem pro legato, id eſt ציר Septuaginta περιοχὴν: id
eſt munitionē interpretati ſunt: poſſumus dicere, quod
ipſe legatus noſter ſit, & ipſe munitio: dicens ea quæ
prophetalis ſermo contexuit: Surgite & conſurgamus
aduerſus eum, uel eam in prælium. Legatus qui ad gē-
tes eſt miſſus, hæc loquitur: Surge qui dormis & eleua-
re à mortuis, & illuminabit te Chriſtus: Ac ne forſitan
grauis nobis, & inſolita pugna ui deatur: me inquit, ha
beris primum in acie. Ego ero ἀρχιστρατηγὸς prælio- Ioſ.5.d
rum, qui & Ieſu filio Naue gladium tenens apparui: Et Exod.17.c
Amalech in crucis uexillo Moyſe pugnante ſuperaui. Hier.49.c
Hieremias in uiſione contra Idumæam non multum
ab his diſcrepat: Auditu inquit, audiui à domino, & le
gatus ad gentes miſſus ſum: congregamini & uenite cō
tra eam, & cōſurgamus in prælium. Sequitur: b ¶ *Ec
ce paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es ualde: Superbia
cordis tui extulit te: habitantem in ſciſſuris.* ] Hieremias cuius
ſupra fecimus mentionem, propé in eadem uerba con
ſentit, dicens: Ecce paruulum dedi te in gentibus: con
temptibilem inter homines: arrogantia tua decepit te,
& ſuperbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, &
apprehendere niteris altitudinem collis: cum exultaue
ris quaſi aquila nidum tuum, inde te detrahā, dicit do
minus. In interpretatione prophetica debemus morē
noſtrū ſequi, ut primū hiſtoriæ fundamenta iaciamus:
deinde ſi poſſumus, excelſas turres & tectorū culmina
ſubrigamus: O inquit, Edom qui cum minimus ſis in
ter omnes in circumitu nationes, & ad comparationē
gentium cæterarum paruus in numero, ultra uires eri
geris ſuperbia. Cumq; habites in ſpeluncis, imò in ca-
uernis petrarum: humilis atq; pauperculus: & excelſa
ædificiorū tecta non poſſidens, quaſi aquila in ſublime
extolleris: & tantum cogitatione intumeſcis, ut inter
ſydera



A ſydera habitare te credas: etiam ſi ultra naturam poſſes
cœli alta penetrare, inde te detraherem, & ad terram de
ducerem, dicit dominus deus. Illud autē quod in Hie-
remia additum eſt, & apprehendere niteris altitudinē
collis: aperuit ænigma: collem ſignificans montē Sion:
ac per hoc uel ipſam
urbem Hieruſalē: uel
templum quod in ea
conditum eſt, uult in
telligi. Aquilam autē
cunctis auibus altius
uolitare, etiam hi qui
de natura auium di-
ſputāt memoriæ pro
diderunt: tantiq; con
tuitus eſſe dicitur: ut
cum ſuper maria im
mobili pēna feratur,
nec humanis pateat
obtutibus, de tanta
ſublimitate piſcicu-
los natare uideat: &
cum iuxta littus fue-
rint, tormenti inſtar
deſcēdere, raptamq;
prædam pennis ad li
tus pertrahere. Si di-
dicimus hiſtoriam ſe
quamur intelligentiā
ſpiritualem. Licet tibi
ô hæretice magnus
eſſe uidearis, & contemnas eccleſiæ paucitatem: tamen
paruus es in gentibus, & cōtemptibilis: & non ſolum
contemptibilis, ſed & cum ἐπιτάσεως ualde contempti-
B bilis. Superbia cordis tui extulit te. Quis enim hæreti-
corū non in ſuperbiam extollitur, eccleſiæ ſimplicitatē
paruipendens: & fidem, imperitiam reputans? Habitā
tem in ſciſſuris petræ, & exaltantē ſolium ſuum. Petra
quanq; frequenter uel in perſona dñi, uel in ſoliditate
Pſal.39.a ponatur, unde & propheta dicit: Statuit ſupra petrā pe
Matt.16.c des meos, & ad Petrū dicitur: Tu es Petrus & ſuper hāc
petram ædificabo eccleſiā meam: tamen & in contrariā
partem frequenter accipitur, Auferam, inquit, cor lapi
Ezec.36.f deum, & dabo uobis cor carneum. Et: Potens eſt deus
Matt.3.b de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: maximeq;
hic, ubi non dixit habitantem ſuper petrā: in qua pru-
dens ædificator domū ſuam extruit, ſed in ſciſſuris pe-
træ: ut hæreſeon à petra Chriſto, & ab eccleſia ſignificet
ſciſſiones. Porrò quod ſequitur: Exaltantem ſolium tu
um, & qui dicit in corde ſuo: Quis detrahet me in ter-
ram? tumorem hæreticæ mentis oſtendit: confidētium
ſibi in myſterijs & in ſecretis ſuis, & quantū in ipſis eſt,
hyperbolice autem hoc accipere debemus, repromittē
tium ſibi regna cœlorum. Vnde ad huiuſcemodi homi
nes ſcribit Apoſtolus: Iam ſine nobis regnatis: atq; uti
1.Cor.4.b nam regnaretis, ut & nos uobiſcum regnaremus. Tale
Pſal.72.b quid & Dauid loquitur: Poſuerunt in cœlo os ſuum: &
lingua eorum tranſiuit in terram. Si exaltati ergo fue-
rint, ut aquila, nam & ipſi aquilarū ſibi ſimilitudinem
pollicent, quæ ſolent ad cadauer dominicū congrega-
ri: & inter media ſydera poſuerunt nidum ſuū: inde de
Matt.13.c trahā eos, dicit dominus. Sicut enim dormiente patre-
familias inter bonam ſementē inimicus homo zizania
ſuperſeminat: Ita ſolet aquila illa grandis magnarū ala
rum, longo membrorum ductu, plena plumis & uarie
Ezec.17.a tate, quæ habet ductum intrandi in Libanum, & tollit
de cacumine cedri: & plantat ſuper aquas multas, ut in
uineam plantaria pullulēt, inter ſydera eccleſiæ, de qui
Matt.13.f bus & in alio loco dicitur: Iuſti autem ſicut ſtellæ fulge

HEBR. petræ: exaltantem
ſolium tuū: qui dicis in cor
de tuo: Quis detrahet me
in terrā? Si exaltatus fueris
ut aquila, & ſi inter ſydera
poſueris nidum tuum: in-
de te detraham, dicit domi
nus. Si furēs introiſſent ad
te: ſi latrones per noctem,
quomodo cōticuiſſes? Nō
ne furati eſſent ſufficientia
ſibi? Si uindemiatores in-
troiſſent ad te: nunquid
non ſaltem racemum reli-
quiſſent tibi? Quomodo
ſcrutati ſunt Eſau, inueſti-
gauerunt abſcondita eius?
Vſq;

SEP. nibus petrarum: ex-
altantem habitaculum tu-
um atque dicentem in cor
de tuo: Quis me deducet
in terram? Si exaltatus fue-
ris ut aquila, et ſi inter me-
dia ſydera ponas nidū tuū:
inde te detraham, dicit do-
minus. Si fures introiſſent
ad te, uel latrones per no-
ctem: ubi proiectus eſſes?
Nōne furati eſſent ſufficiē-
tia ſibi? Etſi uindemiatores
introiſsēt ad te: nonne reli-
qſsēt racemū? Quomodo
perſcrutatus eſt Eſau, & de
phenſa ſunt abſcōdita eius?
Vſq;

būt: ponere nidum ſuum. Dixi ſupra, hoc ipſum & ad- C
uerſum carnem poſſe intelligi, quod imminutæ ſint ui
res eius in aduentu Chriſti: & contemptibilis ſit, ani-
mæq; ſubiecta imperio, & fruſtra erigatur, cū habitet in
cauernis petræ, uel ſenſibus, uel cogitationibus: & ue-
lit dominari animæ
exaltans ſoliū ſuum:
nec opera ſua credēs
poſſe ſuperari. Cui di
cit: quod quāuis ſe e-
rigat & aquilæ imite-
tur excelſa multosq;
ſanctorū deceperit: ta
mē à dño ſuperata ſit
atq; deiecta. Quod in
hæreticis & in carne
intelleximus: contra
Iudæos quoq; intelli
gi poteſt. a ¶ *Si fu
res introiſſent ad te: ſi la-
trones per noctem: quomo
do, etc.* ] Hieremias ſi- Hier.49.b
militer, licet ordine
commutato: Si uin-
demiatores ueniſſent
ſuper te, nō reliquiſ-
ſent racemum: ſi fu-
res in nocte, rapuiſ-
ſent utiq; quod ſuffi-
ceret ſibi. Ego uero
diſcooperui Eſau, re-
uelaui abſcondita eius, & cælare nō poſſunt? Quod di
cit, hoc eſt: Si fures uel latrones qui de nocte domos
ſuffodere conſueuerūt & rapere quæ in domibus ſunt, D
introiſſent ad te, & abſconditi tenebris circumiſſent do
mus tuæ angulos: utiq; hoc tuliſſent quod ſibi putabāt
poſſe ſufficere: & aliquid in ædibus tuis, uel per ſatieta-
tem, uel per ignorantiam reliquiſſent: Si uindemiato-
res introiſſent uineam tuam, & eam uel hoſtiliter uaſta
te, uel à te conducti demetere cuperent: quamuis dili-
gens eorum fuiſſet uindemia: tamen racemos uitibus
folijsq; cælatos inter palmites reliquiſſent. Sed omnia
hoſtes, qui ad te domino iubente uenerunt, ſignificat
autem Babylonios, & exercitum Nabuchodonoſor, in
ueſtigauerunt: omnia ſecreta tua & cauernas ac forami
na ſpeluncarum in quibus habitas luſtrauerunt. Et re
uera, ut dicamus aliquid & de natura loci, omnis au-
ſtralis regio Idumæorum de Eleutheropoli uſque Pe-
tram, & Hailā: hæc eſt enim poſſeſſio Eſau, in ſpecubus
habitatiūculas habet. Et propter nimios calores ſolis:
quia meridiana prouincia eſt, ſubterraneis tugurijs u-
titur. Diſcooperui, inquit, Eſau, id eſt, quod terra pre-
mebatᷓ in mediū protuli, & aperta ſunt omnia quæ clau
debas: ſubſtantiamq; tuam me pariter cū hoſtibus per
quirente, nulla potuerūt ſecreta cælare. Aliter: Fures &
latrones qui ingrediuntur nocte: quia filij ſunt noctis
& tenebrarum: hæreticos puto, contraria ueritati dog-
mata prædicantes, qui furantur ſufficientia ſibi, & quo
tidie de eccleſiæ gregibus rapere feſtinant: Iſti ingrediē Pſal.79.b
tes uineam domini noſtri quam de Aegypto huius ſe-
culi tranſtulit, & de cuius genimine uinum ſe eſſe bibi
turum in regno patris pollicetur: ita cupiunt uniuerſa
populari, ut uix racemum relinquāt in ea: Sed econtra
rio dominus agit: omnia enim ſecreta eorum & occul-
ta myſteria, & patriarcharum Eſau: hos quippe intelli-
go qui primi hæreſes adinuenerūt, per ſanctos ſuos &
eccleſiaſticos uiros atq; doctores profert in medium,
& prima illius uictoria eſt patere quę tegebantᷓ occulta.
Vnde & cū admiratiōe dicitᷓ: Quomodo perſcrutatus
eſt

A eſt Eſau, deprehenſa ſunt occulta eius. Vide Marcionē & Valentinum, & omnes hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, cauteriatam habentes conſcientiam, applaudāt ſibi: & ſimplices animas quaſi quibuſdam diuinis myſterijs initiantes, compoſito ſermone decipiant. Sed cū triginta æonas & quadradas, & octoadas, & duodecadas, & duplicem deum, & portentoſum Abraxas in medio ſermo protulerit: tunc prudentia Eſau ſtultitia demonſtrabitur, & inueſtigabuntur ſecreta eius.

a ¶ *Vſque ad terminos emiſerunt te, etc.*] Quidam id quod ſupra expoſuimus, quomodo perſcrutatus eſt Eſau, & comprehenſa ſunt abſcondita eius, ad terminos uſq; diſtinguunt, ut ſit ſenſus: abſcōdita tua atq; ſecreta uſque ad terminos reuelata ſunt: Nobis autē melius uidetur, ut cum poſterioribus copuletur. Veniente ergo Nabuchodonoſor: de quo in Hieremia cōtra Idumæam Hier.49.d

B dicit: Ecce quaſi leo aſcendit de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubito currere eū faciam ad illam. Ac deinde: Ecce quaſi aquila aſcendet & uolabit, & expandet alas ſuas ſuper Boſram, & erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturiētis. Omnes qui ante erāt fœderati Edom: & in præſidio urbis ſuperbiſſimæ fuerant, reliquerunt eum, & iuncti hoſtibus contra inſidias tetenderunt: præualueruntq; aduerſus eum: & tunc indicatum eſt, quia nulla in Edom eſſet ſapientia: dum ſperat in his qui aduerſarij demonſtrati ſunt: Aliter: Cum abſcondita Eſau, & quaſi ſacramenta magnifica: quibus prius populi fuerant irretiti, plata fuerint in mediū, ita ut uir eccleſiaſticus poſſit dicere: Non enim ignoramus eius aſtutias: derelinquent terminos Edō, & dimittent eum, & uſq; ad terminos eccleſiæ trāſmigrantes, proferent doctrinas peſſimas: Tūc illudent & reſiſtēt quondā magiſtro ſuo: dicētes falſa eſſe quæ didicerāt, præualebunt contra eum: & eruditi fide eccleſiæ, falſum dogma conuincent. Illi qui quondā comedebant apud hæreticos, nō panē Euchariſtię ſed panē luctus, & panē ſubcineritiū qui nō reuerſatur: præponent quæſtiones de ſcripturis: tendent inſidias Idumæo atq; terreno, & in omnibus carneo præceptori: Hęreſes enim ad Galatas inter carnis opera numeratas legimus: & tunc oſtendet non eſſe prudētia in Edom. Gal.5.b

b ¶ *Numquid non in, etc.*] Cum hoſtis fines tuos poſſederit, & oēs uiri fœderis tui illuſerint tibi, & præualuerint contra te: tunc peribit ſapientia de Idumæa et calliditas eius ſtultitia demonſtrabit. Prudentiā quoq; ipſe dominus auferet de mōte Eſau, id eſt, de mōtibus Seir, uel quia urbs Idumæa in mōte ſita eſt: uel qa omnis illa regio quæ ad Auſtrū uergēs confinis eſt eremo, præruptis mōtibus edita ſit. Vnde & dicit: pauebunt pugnatores tui de Themā, qđ nos interpretati ſumus

HEBR. Vſque ad terminos emiſerunt te omnes uiri fœderis tui, illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te uiri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent inſidias ſubter te: non eſt prudentia in eo. Nūquid nō in die illa, dicit dominus: perdam ſapientes ex Idumæa & prudentiā de monte Eſau? Et timebunt fortes tui à meridie: ut intereat uir de monte Eſau. Prōpter interfectionem & iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum. In die cum ſtares aduerſus eum, quando capiebant alieni

SEPTVAGINT. Vſque ad terminos dimiſerunt te: omnes uiri teſtamenti tui reſtiterunt tibi: præualuerunt aduerſum te uiri pacifici tui: poſuerunt inſidias ſubter te: non eſt ſapientia in eo. In die illa, dicit dominus: perdam ſapientes ex Idumæa & intelligentiam de monte Eſau. Et pauebunt pugnatores tui de Theman, ut auferatur homo de monte Eſau. Propter interfectionem & impietatem aduerſum fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & auferetis in æternum. Ex die qua reſtiti ſti contra: in die ut caperēt alieni-

C meridie. Quomodo aūt ſupra dixerā. Eſau tribus nominibus appellatum: ita & plaga regni eius quæ ad auſtrū uergit, tribus uocabulis appellatur, דרום תימן נגב quæ omnia iuxta Ezechiel auſtrū, Aphricū meridiēq; ſignificāt: Poſtquā uero timuerint fortes regni eius qui Ezech.20.g habitabāt in meridie: tunc interibit uir de mōte Eſau: qui & pugnare pro ciuitate, & prudēter dare cōſiliū ſolitus erat. Aliter: poſtq; hi qui prius decepti erāt conuerſi fuerint ad eccleſiā: tūc ipſo dño dimicāte peribunt ſapientes Idumææ: qui carnalia & terrena ſapiebant, & auferet prudentia de mōte Eſau quæ eleuabat cōtra ſcientiā dei: Et qui prius pro Eſau & Idumæa dialectica arte pugnabāt, & erāt in præſidijs Themā: quod interpretat cōſummatio: deſinent pugnare pro magiſtris prioribus: Siue qui ante lumē ſibi ſcientiæ promittebāt, & putabāt ſe eſſe in meridie, timebunt & formidabūt eccleſiaſtico uiro obtinēte ſophiſ- D mata corū: intantū ut nullus reſideat qui poſſit, uel regis cōſilio, uel pugnatoribus uiris, pro hæreticorū ſuperbia & falſo dogmate dimicare.

c ¶ *Propter interfectionem, etc.*] Idcirco interibit uir de mōte Eſau, & peribit ſapiētia de Idumæa, & prudētia de mōte Eſau: quia interfeciſti germanum, & inique egiſti contra fratrem tuum Iacob: quando Chaldæis Babylonijſq; uaſtantibus Hieruſalē, & obſidentibus ciuitatē, & ingredientibus portas eius: mittentibusq; ſortem, in diuiſiōe prædarum tu eorum ſocius eras, & in hoſtiū numero uerſabaris. Aliter: Cuncta quæ ſupra ſcripta ſunt patieris: ô Edom cruente, terrene, crudelis: quia falſa mortiferaque doctrina, & aduerſum dominū impietatē loquente occidiſti fratrem tuum Iacob. Legimus in Salomōe: Sunt qui loquunt & interficiunt gladio. Et in alio loco: Venenum aſpidum ſub labijs eorū, & lingua eorū gladius acutus. Operiet ergo te cōfuſio: & dices: Confuſio uultus mei operuit me: ac peribis, non ad breue tēpus, ſed in æternū. Aeterno enim quantū in te fuit fratrē uulnere percuſſiſti: ſed & hæc erit cauſa cruciatus: Nā quādo alieni deuaſtabāt exercitū Iacob: & ingrediebantur per portas eius in pacificā quondam Hieruſalē: mittebātq; ſortes, ut eius ſibi ſpolia diuiderent: & tu unus eras ex hoſtibus. Legimus, uidimus, quotidieq; comprobamus: quādo perſecutio contra eccleſiam orit: multo peiores perſecutores Iudæos & hæreticos in Chriſtianos fieri: q̃ ethnicos. Poſſumus extraneos ingrediētes portas Hieruſalē, λογισμοὺς, id eſt cogitatiōes peſſimas dicere: portaſq; Hieruſalē, id eſt, animæ quieſcētis & uidētis deū, quinq; ſenſus interpretari per quos introeāt hoſtes, & ſpolia diuidāt Hieruſalē. Si uiderimus mulierē ad cōcupiſcēdū, mors ingreſſa eſt p feneſtras noſtras: ſi ſuſceperimus per aures mendaciū ac iudiciū ſanguinis, per aliā portā hoſtis ingreſſus eſt. Odoratus quoq; guſtus

Prouer.5.b & 25.c Pſal.13 & 139 ibidem 56.d Matt.5.d



A guſtus & tactus: ſi uel uarijs odoribus, uel dulcibus cibis, uel amplexibus delicatis captus fuerit, per alias portas ingreſſi ſunt aduerſarij, & ſpolia diuidunt miſeræ Hieruſalem. Eo igitur tempore quo perſecutionis impetu & mortiferis uoluptatibus de eccleſia quiſpiā corruerit: uidemus exultare hæreticos: gaudere Iudæum, & unum eſſe de perſecutoribus: & in ethnicorum eos numero cōputari.

a ¶ *Et non deſpicias in die fratris tui: in die peregrinationis eius. Et non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum, etc.*] Idē ſenſus qui ſupra: Cum interierit uir de monte Eſau, propter interfectionem & impietatem fratris eius Iacob, & operuerit eū æterna confuſio: nequaquam faciat quæ fecit ante contra germanum: Non enim deſpiciet & paruipendet uidens fratrem ſuum ire captiuum: nec lætabitur ſuper filios Iuda. Duæ enim tribus excepta Leuitica, quæ regnabant in Hieruſalem: & appellabātur Iuda, à Chal- B dæis captæ ſunt. Et nequaquam magna loqueris, & quaſi unū de uictoribus eſſe te credens, in fratris ridebis anguſtia: Neque in die uaſtitatis & ruinæ populi mei, tu per portam Hieruſalem gloriabundus incedes. Et ideo iſta non facies, quia & tu ſimilia patieris. Aliter quādo captiuum uideris diuerſis perſecutionibus fratrem tuum, & abduci uinctum de eccleſię fide: nec ciuitatem ſuam, ſed peregrina quæq; ſectari: nequaquam lætaberis, quia & tu ſimilia patieris. Lætabaris enim quando capiebatur Iacob, & ſuper filios Iuda, quos diſcipulos Chriſti intelligimus: exultabas in die perditionis eorum. Significatur autem quod anima in meditullio uitiorum atque uirtutum poſita ſit, & poſſit in utranq; partem per horarum momenta conuerti. Nequaquam, inquit, magnificabis os tuum in die anguſtiæ. Quod ſecūdum duplicem ſenſum accipere debemus: corporalis, in perſecutionibus & in peccatis: ſpiritualis anguſtiæ, cum anima hoſtibus uitijſq; capta fuerit, & ducitur in Babylonem. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: quando enim aut negatio nos oppreſſerit, aut uoluptas, & rigorem priſtinum infelix conſcientia non ſeruauerit, tunc facile ad contraria dogmata labimur, blandientia errori noſtro: & non curantia uulnus, ſed palpantia. Solatium miſeriæ eſt, quamuis per-

HEB. alieni exercitū eius, et extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Hieruſalem mittebant ſortem: tu quoque eras quaſi unus ex eis. Et nōn deſpicias in die fratris tui: in die peregrinationis eius. Et non lætaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die anguſtiæ, neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum. Neq; deſpicies & tu in malis eius in die uaſtitatis illius, & non emitteris aduerſum exercitum eius in die uaſtitatis illius. Neque ſtabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint: & nō concludes reliquos eius in die tribulationis. Quōniam iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi. Retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibiſti ſuper mōtem ſanctum meū, bibent omnes gentes iugiter: & bibēt, & abſorbebunt, & erūt quaſi nō ſint. In

SEP. alienigenæ fortitudinem eius, & alieni ingreſſi ſunt portas eius: & ſuper Hieruſalem miſerunt ſortem, & uos eratis quaſi unus ex eis. Et non deſpicies diem fratris tui in die alienorum: & non lętaberis ſuper filios Iuda in die perditionis eorum: & non magna loqueris in die anguſtiæ: neque ingredieris portas populorum in die laborum eorum. Et non deſpicies etiam tu congregationem eorū in die perditionis eorum: neq; apponeris fortitudini eorū in die perditionis eorū: neq; ſtabis in egreſſibus eorū, ut interficias eos qui ſalui fuerint ex eis: neq; cōcludes fugitiuos eorum in die tribulationis, Quia iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti fiet tibi. Retributio tua reddetur in caput tuū. Quia quomodo bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gentes uinum: bibent & abſorbebunt, & erūt quaſi nō ſint. In

C ditum, habere quod ſperet.

b ¶ *Neque deſpicies & tu in malis eius in die uaſtitatis illius, & non emitteris aduerſum exercitum, etc.*] Cum ipſe captus fueris & Babylonio uaſtante deletus: inter cætera quæ feciſti, ne hæc facias quæ ſequuntur: Non deſpicies atq; contemnes fratrem tuum Iacob in die uaſtitatis illius: neque apponeris ad exercitū Babyloniorum: ſiue nō emitteris aduerſum exercitum Iuda: quādo ſuperatus ab aduerſarijs terga uerterit. Cumq; cœperint fugere per notas ſibi uias & diuerticula, & calles ad ſolitudinem perferentes: non ſtabis in biuio: nec uenientes expectabis in compitis, ut interficias eos qui fuerint liberati: alioſq; comprehenſos recludas: & uel ipſe capias, uel captiuitati hoſtiū ſerues. Hæc iuxta hiſtoriam diximus: debemus enim breuiter manifeſtiora carpentes, ad ea quæ obſcura ſunt pergere. Quis hæreticorum non deſpicit eccleſiaſticos? quis non exultat in D malis eorum? Si quādo propter peccata populi perſecutioni traditi fuerint, & multi uel infirma fide, uel ſupra petroſa ſeminati, in negationem corruerint, uideas illos exultare, gaudere: noſtram ruinam ſuā putare uictoriam: intantum, ut iungantur gētibus: & perſecutio ſęuior, uel ex Iudæis, uel ex his fiat qui fratres noſtros eſſe ſe ſimulant, & eodem cenſentur nomine. Cumq; aliquis, uel fuga, uel pœnitentia elapſus fuerit: ſtant in diuerticulis, & proponunt ſophiſmata, & teſtimonia quaſi de ſcripturis proferunt: ut laſſis atq; cōfectis, conſuta offerant ceruicalia, & ponant ea ſub omni cubito manus. Atq; ita fit, ut qui forſitan perſecutionem aut uirtute ſuperarint, aut timore effugerint: decepti prauis dogmatibus, ruſum in carcere teneantur errorum, & multo fiat peior tribulatio quām fuit ex gentibus: Facilius enim ab ethnicis captum liberes: quām hæreticorum præſtigijs irretitum.

c ¶ *Quoniam iuxta eſt dies domini ſuper, etc.*] Hæc autem ô Idumæa ideo facere ceſſabis: quia ueniet ſuper te ultio dñi. Si enim iuxta Hieremiam, quibus nō erat iudiciū ut biberent calicē, bibētes biberūt: tu quaſi innocēs relinqueris: non eris innocēs, ſed bibēs bibes. Porrò quod ait: Iuxta eſt dies dñi ſuper oēs gentes Legamus eundē Hieremiā, & uidebimus calicē dñi cūctis gētibus propinatū. Vnde dicit in eodē: Calix aureus Babylō in manu dñi inebriās omnes

Hier.25.d Ibi.51.d

Universidad de ... Biblioteca

A omnes gentes:uniuerſas quippe nationes uſq; ad Propontidem Scythicumq; mare,& Ionium uel Aegæum, Aſſyrij Babylonijq; tenuerunt.Legamus Herodotū, & Græcas barbaraſq; hiſtorias, & uidebimus , quomodo ſub Babylonijs & Aſſyrijs impletum ſit hoc quod dicitur:Iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes. Quod aūt ſequit̃:Sicut feciſti , fiet tibi,retributionē tuā conuertet in caput tuum : hic eſt ſenſus , quem in pſalmo legimus: Memento dn̄e

Pſal.156.b filiorum Edō in die Hieruſalem dicentiū: exinanite , exinanite uſq; ad fundamentū in ea. Vnde & contra Babylonem imprecatur propheta:Filia Babylonis miſera:beatus qui retribuet tibi retributionē tuam:quam retribuiſti nobis:Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petrā.Sicut enim ſuper montē ſanctū meū Siō bibiſti cū Babylonijs atq; lætatus es:ſic oēs gentes quas tecū habebat Babylonius in præſidio,cōuerſæ cōtra te bibent,& lætabunt̃.Et non ſolū bibent:ſed ita te abſorbebunt, ut ſint Idumæi quaſi non ſint:uel certe ipſæ gentes cū te abſorbuerint, abſorbebunt̃ à Medis, & hoc circulo uindicta procedet: ut tu Iſraelē,te Babylonius, Babylonium Medus ac Perſa cōſumat.Sequamur interpretationis ordinē. Iuxta eſt ô hæretice dies dn̄i ſuper oēs gentes:prope eſt tēpus iudicij in quo oēs iudicandæ ſunt nationes : Sicut feciſti cōtra eccleſiaſticos,conuertet in caput tuū dolor tuus:

B & in uerticē tuū iniquitas tua deſcendet.Quomodo enim in nece eorū lætatus es conuiuijſq; celebraſti, & in monte ſancto meo,hoc eſt eccleſia,bibiſti non meū cali

Abac.2.c cem,ſed diaboli,de quo & in Abacuk dicit̃:Væ qui potat proximū ſuum ſubuerſione turbida:ita uniuerſæ gentes uel fortitudines cōtrariæ ſupplicijs delegatæ, uel aduerſariæ quæq; uirtutes,bibēt & abſorbebūt ſanguinē tuum,& ad extremū in cunctos uenientē cruciatū,ipſe quoq; erunt quaſi non ſint.Qui enim perit ei qui eſt,et qui dicit ad Moyſen,Qui eſt miſit me ad uos , ſecundū

Heſt.14.d regulam ſcripturarū non eſſe dicit̃.Vnde & in Heſter legimus:Ne tradas dn̄e regnum tuum his qui non ſunt. Poſſumus hunc locū & aliter interpretari : Quia lætati eſtis in ruina ſeruorum meorū, eadem perſecutio contra uos quoq; ueniet,& patiemini quæcunq; feciſtis.Et ſicut læti eſtis aduerſum populum meū cum gētibus reliquis:ita omnes gentes lætabunt̃ contra uos, & deuorabunt & bibent, & perſecutione ſimili conterent.

a ¶ *In monte autem Sion erit ſalutio,etc.*] Idumæa ſubuerſa, & ab inimicis gentibus cum quibus prius cōtra Iacob fœdus inierat deuorata,in monte Sion erunt reliquiæ, eritq; ſaluatio, & erit ſanctus , hoc eſt,uel ipſe dominus reuertetur ad templum,quod propter peccata dimiſerat,uel erit abſolute ſanctum , id eſt ſanctum ſanctorū. Et poſſidebit domus Iacob, ſub Zorobabel & Eſdra & Neemia,eos qui ſe hæreditate poſſederant . Et erit domus Iacob,id eſt Iuda,ignis:& domus Ioſeph,id eſt decem tribuum,flamma . De Ioſeph quippe natus eſt Ephraim,ex qua tribu Samariæ imperium fuit: domus autem Eſau,id eſt Idumæorum qui tam ſæui & crudeles extiterant contra fratrem ſuum,uertetur in ſtipulā, Et quomodo ignis & flamma cito ſtipulam deuorat:ſic

Ezech.17.d duo regna in unius ſibi uirgæ iuxta Ezechiel copulam

C fœderata,uaſtabunt Idumæam & deuorabunt eam, & non erit reſiduus ex populo qui poſſit euerſionem aduerſariorū uicinis gentibus nunciare.Hoc enim quod Lxx.tranſtulerunt πυροφόρον,quem nos in frumentarium uertimus,iuxta antiqui ſermonis eloquium:eos enim quos nunc agētes in rebus, uel ueredarios appellant, ueteres frumētarios nominabāt.Sed melius eſt ut ipſum ſequamur Hebraicū,id eſt, שָׂרִיד quod interpretatur,uel reliquus,iuxta Aquilam:uel effugiens , iuxta Symmachum:uel ſecundum Theodotionē et quintam æditionem, reſiduus.Hæc autem omnia fient,quia dominus locutus eſt, & illius iuſſiſſe feciſſe eſt.

HEBR. In mōtē autem Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus : & poſsidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſederunt. Et erit domus Iacob ignis , & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula,& ſuccendētur in eis, & deuorabunt eos,& non erunt reliquiæ domus Eſau:quia dominus locutus eſt

SEP. In monte autem Sion erit ſaluatio, & erit ſanctum:et poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant. Et erit domus Iacob ignis?& domus Ioſeph flāma:domus autem Eſau ſtipula:& ſuccendent̃ in eos, & deuorabunt illos, & nō erit frumentarius domui Eſau: qa dominus locutus eſt

Aliter : Deſtructis carnis operibus & terreno imperio deſolato, erit in eccleſia ſaluatio eorū qui à matre non exierint.Et in ipſa morabitur ſanctus : de quo in Eſaia

Eſa.6.b dicitur:Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus Sabaoth:quia ſi quis ſanctificat,& qui ſanctificant̃ ex uno omnes.Et poſſidebit domus ſupplātatoris Iacob, eos q ſe hæreditate poſſederāt,de perſecutoribus faciēs Chriſtianos,& ipſos Idumæos in eccleſiæ fidem recipiēs:domus autem Eſau uertetur in ſtipulā.Et quomodo ignis

Pſal.17.f uiciniam culmus nō ualet ſuſtinere,ita diſputatione Iacob,quæ ignita eſt ſermone dn̄i:Eloquia enim domini igne examinata:& flammam Ioſeph qui interpretatur augmentum,& qui à fratribus uēditus , populū pauit

D in Aegypto,domus Eſau ſuſtinere non poterit : ſed ad primam congreſſionē Sophiſmata eorū uertent̃ in nihilum.Et deuorabunt̃ in ſalutem ſuā:iuxta illud quod

Gen.27.f in benedictione Iſaac dicit̃ ad Eſau.Si dn̄m tuum illum feci,& oēs fratres tuos ſubieci ei ſeruos:ſeruiēt tuo ſeruies:Et nō erunt reliquiæ domus Eſau, qn̄ omnia Chriſto genu flectent cœleſtium & terreſtriū & infernorum, & ſubijcientur ei uniuerſa : ut ſit deus omnia in omnibus.Quia uero Eſau ſuper fundamentum Chriſti uitio ſuo extruxerat fœnum,ligna & ſtipulā:Idcirco domus Iacob & Ioſeph in ignē uertetur & flammā, imitans do-

Deut.4.d minum ſuum:qui dicit:Ego ſum deus ignis cōſumens, ut deuoratis paleis peccatorū,frumentum purū in horrea congreget.Cuncta quæ diximus & quæ dicturi ſumus,Iudæi ſibi futuro tēpore pollicentur,quando pro Chriſto recipient Antichriſtū:impleta prophetia domi

Io.ca.5.g ni ſaluatoris:Ego ueni in nomine patris mei,& non ſuſcepiſtis me,ſi alius uenerit in nomine ſuo illū recipietis.Et quicquid contra Idumæam interpretati ſumus:illi aduerſus Romanū regnum ſomniant:Quod nos dicimus aut iuxta hiſtoriam ſub Zorobabel eſſe iam factū: aut certe iuxta prophetiā & myſticos intellectus quotidie in eccleſia fieri, & in regno animæ aduerſus carnē, in unoquoq; cōpleri.Frumentariū autem ſecundū tropologiā deſinere eſſe dicimus in hæreticis:quando nullus fuerit qui apud eos granū tritici quod in terra mortuum eſt:& panē de cœlis habere ſe iactet. Sunt qui nō πυροφόρον, id eſt, frumentariū : ſed πυρφόρον,hoc eſt, qui geſtare poſſit igniculū,à Lxx.tranſlatū putent. Acquieſcēs igitur diuerſis interpretationibus, dicemus iuxta Tropologiā:non ſolum frumentariū ceſſaturum apud hæreticos:ſed & eū qui lucem Chriſti habere ſe ſi

2.Cor.11.f mulat.Etenim ipſe Sathanas transfigurat̃ in angelum

lucis.



A lucis. a ¶ *Et hæreditabunt qui hi ad,etc.*] Reuerſo in reg

2.Cor.11.c num ſuū Iuda qui habitauit in meridie,& poſſedit cunctam regionem,iuxta diuiſionē Ieſu filij Naue quæ uergit ad ſcorpionem,id eſt, omnem Acrabathenam . Nā hi qui prius terminis artabantur anguſtis poſſidebunt montem Eſau, id eſt, montes Seir , & montana quæ Edom ante poſſederat. Qui autē habitabant in Sephela,id eſt,in campeſtribus Liddam & Emmaus , Dioſpolim ſcilicet Nicopolimq; ſignificans,poſſidebunt Paleſtinos:quinq; urbes Palæſtinorū , Gazam, Aſcalonē, Azotum,Accaron, Geth, uel omnem illam plagā, quæ iuxta Actus Apoſtolorum Saronas appellat̃. Alij uero putant eam Sephelam,id eſt, campeſtrē regionem quæ circa Eleutheropolim eſt, repromitti , quod ad Rhinocoluram & ad mare uſq; tēdēda ſit, id eſt, de tribu Iuda non ſolum Eleutheropolim tenerent:ſed uſq; ad maritima perueniāt, & Philiſtim ſuo imperio ſubiugent,quos prius non habuerunt ſubiugatos.Dilatabitur quoq; terminus filiorum Iuda uſq;

B ad Ephraim,ubi nunc Neapolis eſt:& uſq; ad regionē Samariæ,ubi Sebaſta condita eſt . Beniamin autem cuius ſtatim ab Hieruſalem contra ſeptentrionem termini dilatantur,cunctam poſſidebit Arabiam quæ prius uocabatur Galaad & nunc Geraſa nuncupatur . Iuxta Lxx.autem & mōtem Ephraim & campos Samariæ & Beniamin & Galaad,hi qui fuerint in meridie poſſidebūt:hoc utrum factum ſit deus uiderit, poteſt enim ex parte per annos quingentos uſq; ad aduentum Chriſti eſſe completum, quod ſicut certiſſime ſcio quotidie completur in nobis , & in regno eccleſiæ confirmatur. Hi enim qui habitant in meridie, id eſt , in Nageb & in

Matt.11.d uero ſunt lumine,& qui tenent campeſtria & humilia, id eſt,diſcipuli eius quibus dicit:Diſcite à me quia mitis ſum,& humilis corde:poſſidebunt montem Eſau & Philiſtim:quos poſſumus propter ſuperbiam dogmatum & eloquentiam ſecularem in ethnicorum perſona accipere:Vt in monte ſint magiſtri,in Philiſtim & alienigenis diſcipuli,qui magiſtrorū autoritate ducuntur: Et non ſolum montem Eſau,& alienigenas:ſed regionē quoq; Ephraim & Samariæ poſſidebūt.Ephraim & Samariā crebro in Oſee legimus,& in hæreſibus quę ſub nomine Chriſtiano eccleſiam diuidūt interpretati ſumus:Et ibi enim ſperat̃ ubertas,& ibi cuſtodiā fidei repromittunt. Porrò Beniamin filius dexteræ atq; uirtutis,ubi templū dei eſt,poſſidebit Galaad : quæ interpretat̃ tranſmigratio teſtimonij,Iſraelē carneū ſignificans, ab illis enim ad nos teſtimoniū dn̄i cōmigrauit . Iuxta Lxx.aūt & ipſum Beniamin , & Galaad : hi qui fuerint in meridie poſſidebunt. b ¶ *Et tranſmigratio,etc.*] Multum in hoc loco translatio noſtra diſcrepat ab æditiōe uulgata. Vnde debemus in expoſitiōe hiſtoriæ Hebraicam ueritatem ſequi:Qui de Babylone iuxta uolumen Eſdræ & Neemię reuerſi fuerant in Iudęā,recte tranſmigratio uocabunt̃ . Totus ille exercitus filiorū Iſrael ad

HEBR. eſt. Et hæreditābunt hi qui ad auſtrū ſunt montem Eſau:Et qui in cāpeſtribus Philiſtim:& poſſidebūt regionē Ephraim, & regionem Samariæ: & Beniamin poſſidebit Gala ad.Et trāſmigratio exercitus eius filiorum Iſrael:omnia Chananæorum uſque ad Sareptā, Et tranſmigratio Hieruſalem quę in boſphoro eſt poſsidebit ciuitates auſtri. Et aſcendent ſaluatores in montem Sion: iudicare montem Eſau : & erit domino regnum.

SEP. eſt. Et poſsidebunt qui in Nageb montem Eſau:Et qui in Sephela alienigenas,& poſsidebunt mōtem Ephraim, & campum Samariæ & Beniamin & Galaad . Et tranſmigrationis principium iſtud filijs Iſrael:terra Chananęorum uſque Sareptam, & tranſmigratio Hieruſalem uſque Ephraten : poſsidebūt ciuitates Nageb : & aſcendent qui ſalui fuerant de monte Sion , ut puniant montem Eſau : & erit domino regnum.

C meridiē quidē,& occidentē,& ad ſeptentrionē poſſidebūt Idumæos,& Palæſtinos,& montē Ephraim , & Samariā.Beniamin quoq;,quia cōfinis eſt ſolitudini , ſpecialiter obtinebit Galaad.Cōtra orientem uero cunctis quæ in terra Chananæorū ſunt,imperabūt uſq; ad Sareptā Sidoniorū:ubi quondā Heliā pauit uidua . Porrò hi qui de ipſa Hieruſalē metropoli ciuitate trāslati fuerant in Sapharad , quod nos in Boſphorum uertimus: poſſidebūt ciuitates auſtri,quæ ſunt in tribu Iuda : Reuerſi em̄ in urbē ſuam, ea quæ urbi uicina ſunt obtinebūt. Cumq; hęc expleta fuerint , ſicut in Iudicum libro, mittebat dominus ſaluatores qui populū de captiuitate ſaluarēt : ſic aſcendent & uenient in montē Sion , ut iudicent atq; diſcernāt: quaſi ſubiectū,& ſeruientē ſibi montem Eſau, hoc eſt Idumæos:ſubiugatiſq; omnibus,erit dn̄o regnū . Vbi nos poſuimus Boſphorū:in Hebræo habet סְפָרַד quod neſcio cur Lxx.Ephrata trāsferre uoluerint, cum & Aquila & Symmachus & Theodotio cū Hebraica ueritate cōcor

D dēt.Nos aūt ab Hebręo,qui nos in ſcripturis erudiuit, didicimus Boſphorū ſic uocari,& quaſi Iudæus:Iſta inquit,eſt regio ad quam Hadrianus captiuos tranſtulit, Quādo ergo Chriſtus noſter uenerit , tūc reuerſura eſt in Iudæā etiam illa captiuitas.Poſſumus aūt locū quemlibet regni Babylonis intelligere,quanquā & aliud arbitrer.Nā cōſuetudinis prophetarū eſt : qn̄ loquuntur contra Babylonē,Ammonitas,Moabitas,Philiſtim, & cæteras nationes,multis ſermonibus linguæ eorū abuti,& ſeruare idiomata prouinciarū . Quia ergo lingua Aſſyriorū terminus,qui Hebraice uocatur גבול dicit̃ Sapharad:hūc ſenſum eſſe cōijcio:Tranſmigratio Hieruſalē quæ in cunctis terminis regionibuſq; diuiſa eſt: urbes auſtri,id eſt,tribus ſuæ recipiet.Pro eo aūt quod nos interpretati ſumus,& aſcendēt ſaluatores, ac Lxx. tranſtulerūt: ἀνασωζόμενοι,id eſt , hi qui ſalui fuerint, in Hebraico ſcriptū eſt, מוֹשִׁיעִים Qui non ut Aquila & Lxx.& Theodotio paſſiue σεσωσμένοι, uel ἀνασωζόμενοι:ſe iuxta Symmachū σώζοντες, id eſt actiue ſaluatores intelligēdi ſunt. Siquidē σεσωσμένοι,id eſt, ſaluati: פְּלִיטִים Hebræo ſermone dicunt̃. Quia iuxta hiſtoriā,ut potuimus interpretati ſumus , & inter cōfragoſos ſcopulos noſtrā nauiculā reximus:ſpiritualis intelligentiæ uela pādamus, ut flante dn̄o & ſua reſerāte myſteria læti perueniamus ad portū,Eo tēpore quo Beniamin poſſederat Galaad:tranſmigratio exercitus filiorū Iſrael,uel certe principiū tranſmigrationis carnei quōdam Iſrael, ſtuduerit ut ad Chananæorū terram perueniat,& propheticus ſermo qui fame periclitabat̃ in Iudæa,exiccato uellere Iſrael ad gentiū rura trāſeat : Ibiq; paſcat̃ & paſcat, dū & recipit̃ à credētibus , & paſcit ipſe credētes.Sarepta,uel ex duobus cōpoſitum eſt, & inter צָרְפַת

pretat̃ anguſtia panis:uel unū uerbū eſt, & transfert̃ in כְּנַעַן

incendiū:Chanaā uero in σάλον,id eſt motū , uertitur: aut certe negociator,& humilis appellat̃.Igitur trāſmi

A gratio filiorum Iſrael quando occidentem dimiſerint literam, & ad ſpiritum uenerint uiuificantem: mouebit cuncta quæ legis ſunt. Negociabitur de multis margaritis unam precioſiſſimam margaritā, & depoſita Iudæorum ſuperbia, humilitatem ſectabitur Chriſtianam, & illuc uſq; perueniet, ubi antea fuit tribulatio panis, & mulier uidua à ſuo conditore deſerta pupillum filium uix alebat, ut uniuerſa illius peccata & uitia cōcrementur. Captiuitas autem ſiue tranſmigratio Hieruſalē: ubi quondā erat uiſio pacis, & quæ nūc in toto orbe diſperſa eſt: poſſidebit ciuitates auſtri, id eſt, eccleſias ueri & perfecti luminis, dicetq; cum ſponſa pœnitens: Vbi paſcis, ubi cubas in meridie? Et cum Ioſeph in antiquam germanitatem recepta, inebriabitur ſanguine paſtoris & principis. Quod ſi iuxta LXX. Ephrata legimus, nulli dubium eſt quin Chriſti intelligatur fides. Ephrata enim interpretatur καρποφορία, id eſt, ubertas & ἀνθινὸς μ⸗ eſt, appellaturq; Bethleē in qua natus eſt cœleſtis panis. His autem ita geſtis, aſcendēt ſaluatores, uel qui ſaluati fuerint de reliquijs populi Iudaici in montē Siō ut iudicent & ulciſcantur montem Eſau. Quomodo lumen dominus lucem appellat apoſtolos ſuos, & dicit: Vos eſtis lux mūdi: & ipſa petra, Petro donauit ut petra ſit: paſtor quoq; bonus illis paſtorū largitus eſt nomina, & quodcunq; dicitur ſeruis tribuit ut dicantur: ſic ipſe ſaluator apoſtolos ſuos mundi eſſe uoluit ſaluatores: qui aſcendere ſpeculam montis eccleſiæ, & deponentes ſuperbiam Iudaicam, uniuerſorumq; mōtium qui aduerſum ſcientiam dei erigebantur, regnum domino parauerunt. Hæc ad duas lucubratiunculas ueterum autoritatem ſecutus, & maxime expoſitionem Hebraicam propero ſermone dictaui, aperuiq; os meum: ſed neſcio an illud Chriſtus impleuerit. Vnde ſapiens lector ſenſuum magis debet conſequentiam quærere quàm eloquij uenuſtatem. Neq; enim ea leuitate & cōpoſitione uerborum dictamus, ut ſcribimus. Aliud eſt, mi Pammachi ſæpe ſtilum uertere, & quæ memoria digna ſunt ſcribere. Aliud notariorum articulis præparatis, pudore reticendi dictare quodcunq; in buccam uenerit. In hoc propheta & adoleſcentuli luſimus & ſenes præſumpſimus. Qui ueriora dixerit, in illius ſententiam tranſgredere. C

Commentariorum in Abdiam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN IONAM prophetam procemium.

TRiennium circiter fluxit poſtquam quinq; prophetas interpretatus ſum, Micheam, Nahum, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, & alio opere detentus, non potui implere quod cœperam: Scripſi enim librum de illuſtribus uiris, & aduerſum Iouinianum duo uolumina: Apologeticum quoq;, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium: & ad Nepotianum, uel de Nepotiano duos libros, & alia quæ enumerare longum eſt. Igitur tanto poſt tempore, quaſi quodam poſtliminio à Iona interpretandi ſumens principium: D
B obſecro ut qui typus eſt ſaluatoris, & tribus diebus ac noctibus in uentre ceti moratus, præfigurauit domini reſurrectionem: nobis quoque feruorem priſtinum tribuat, ut ſancti ad nos ſpiritus mereamur aduentum. Si enim Ionas interpretatur, columba: columba autem refertur ad ſpiritum ſanctum, nos quoque columbam & aduentum ad nos interpretemur columbæ. Scio ueteres eccleſiaſticos tam Græcos quàm Latinos ſuper hoc libro multa dixiſſe, & tantis quæſtionibus, non tam aperuiſſe quàm obſcuraſſe ſententias: ut ipſa interpretatio eorum, opus habeat interpretatione, & multo incertior lector recedat, quàm fuerat antequàm legeret. Nec hoc dico, quo magnis ingenijs detraham, & alios mea laude ſugillem: ſed quod commentatoris officium ſit: ut quæ obſcura ſunt, breuiter aperteque dilucidet, & non tam diſertitudinem oſtentet ſuam, quàm ſenſum eius quem exponit ediſſerat. Quærimus igitur, Ionas propheta, excepto uolumine ſuo & euangelijs, hoc eſt domini de eo teſtimonio: ubi alibi in ſcripturis ſanctis lectus ſit? Et ni fallor in Regum
4.Reg.13. uolumine de eo ita ſcriptum eſt: Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Hieroboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria, quadraginta annis & uno. Fecitque malum coram domino, & non receſsit ab uniuerſis peccatis Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael. Ipſe conuertit fines Iſraelis in Samaria ab introitu Hemath, uſque ad mare ſolitudinis: iuxta uerbum domini dei Iſrael, quod locutus eſt in manu ſerui ſui Ionæ, filij Amathi prophetæ, qui fuit de Geth, quæ eſt in Opher. Tradunt autem Hebræi hunc eſſe filium uiduæ Sareptanæ, quem Helias Propheta mortuum ſuſcitauit, matre poſtea dicente ad eum: Nunc cognoui quia uir dei es tu, & uerbum
4.Reg.4. dei in ore tuo eſt ueritas: & ob hanc cauſam etiam ipſum puerum ſic uocatum. Amathi enim in noſtra lingua ueritatem ſonat, & ex eo quod uerum Helias locutus eſt, ille qui ſuſcitatus eſt, filius eſſe dicitur ueritatis. Porrò Geth in ſecundo Sephorim miliario, quæ hodie appellatur Diocæſaria euntibus Tyberiadem: haud grandis eſt uiculus, ubi & ſepulchrum eius oſtenditur. Quanquam alij iuxta Dioſpolim, id eſt Liddam, eum & natum & conditum uelint: non intelligentes hoc quod additur Opher, ad diſtinctionem aliarum Geth urbium pertinere, quæ iuxta Eleutheropolim, ſiue Dioſpolim hodie quoque monſtrantur. Liber quoque Tobiæ licet non habeatur in canone: tamen quia uſurpatur ab eccleſiaſticis uiris, tale quid memorat, dicente Tobia ad filium ſuum:



A ſuum: Fili ecce ſenui, & in eo ſum, ut reuertar de uita mea: Tolle filios tuos & uade in Mediam fili: ſcio enim quæ locutus eſt Ionas propheta de Niniue quoniam ſubuertetur. Et reuera quantum ad hiſtorias tam Hebræas quàm Græcas pertinet, & maxime Herodotum: legimus Niniuen regnante apud Hebræos Ioſia & Aſtiage rege Medorum fuiſſe ſubuerſam. Ex quo intelligimus primo tēpore ad Ionæ prædicationem acta pœnitentia, Niniuitas ueniam conſecutos: poſtea uero in priſtinis uitijs perſeuerantes, dei in ſe prouocaſſe ſententiam. Tradūtq; Hebræi, Oſee, & Amos, & Eſaiā ac Ionam ijſdem prophetaſſe temporibus. Hoc quantum ad hiſtoriæ pertinet fundamenta. Cæterum non ignoramus Chromati papa uenerabilis, ſudoris eſſe uel maximi totum prophetā referre ad intelligentiam ſaluatoris: quod fugerit, quod dormierit, quod præcipitatus in mare ſit: quod ſuſceptus à ceto, quod eiectus in littus pœnitentiam prædicarit: quod contriſtatus ob ſalutem urbis innumeræ, cucurbitæ ſit delectatus umbraculo, quod reprehenſus à deo cur maiorem curam habuerit herbæ uirentis, & extemplo aridæ, quàm tantæ hominum multitudinis: & cętera quæ in ipſo uolumine explanare nitemur: & tamen ut totū prophetæ ſenſum breui præfatione comprehendam, nullus melior typi ſui interpres erit, q̃ ipſe qui inſpirauit prophetas, & futuræ ueritatis in ſeruis ſuis lineas ante ſignauit. Loquitur ergo ad Iudæos ſui ſermonis incredulos, & Chriſtum dei filiū neſcientes: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condēnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Iona hic. Condemnatur generatio Iudæorum credente mundo: & Niniue agente pœnitentiam, Iſrael incredulus perit. Illi habent libros, nos librorum dominum: illi tenent prophetas, nos intelligentiam prophetarū: illos occidit litera, nos uiuificat ſpiritus. Apud illos Barrabas latro dimittitur, nobis Chriſtus dei filius ſoluitur. C

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI Commentarij in Ionam prophetam.

# IONAS

ET factum eſt uerbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & uade in Niniuē ciuitatem magnam & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Ionas ut fugeret in Tharſis à facie domini.

ET factum eſt uerbum domini, etc.] LXX. excepto eo quod dixerunt, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με, id eſt, aſcendit
B clamor malitię eius ad me: cætera ſimiliter tranſtulerūt. In cōdemnationē Iſraelis Ionas ad gētes mittitur: quod Niniue agente pœnitentiā, illi in malicia perſeuerēt. Porrò quod ait, aſcendit malitia eius corā me: ſiue clamor malitiæ eius ad me, Hoc ipſum eſt quod in Geneſi
Gen.18.c dicitur: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus eſt. Et ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iuxta tropologiam uero dominus noſter, Ionas: hoc eſt columba, ſiue dolens: utrunq; enim interpretatur: uel quia ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit & manſit in eo: uel quia noſtris doluit ipſe uulneribus, & fleuit ſuper Hieruſalem: Et liuore eius
Eſa.53.b ſanati ſumus: Vere filius ueritatis, deus quippe ueritas eſt: mittitur ad Niniuen pulchram, id eſt mundū, quo nihil pulchrius oculis carneis aſpicimus. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomē accepit, conſummatisq; operibus ſingulis, de eo dicit: Vidit deus quia bonum eſt. Ad Niniuen, inquam, ciuitatem magnam: ut quia Iſrael audire contempſit, totus gentiū mundus exaudiat. Et hoc propterea quod aſcēderit malitia eius corā deo. Cū enim deus quaſi quandā pulcherrimam domū ſeruituro ſibi homini extruxerit: deprauatus eſt homo propria uolūtate, & à pueritia diligēter appoſitū eſt ad malū cor eius, poſuitq; in cœlo os ſuū, & extructa turre ſuperbiæ meret ad ſe deſcendentē filiū dei, ut per pœnitentiā ruinæ cōſcendat ad cœlum, qui per tumorem ſuperbiæ nō potuit. b ¶ Et ſurrexit Ionas, etc.] Scit propheta ſancto ſibi ſpiritu ſuggerente, quod pœnitentia gentium, ruina ſit Iudæorum: Idcirco amator patriæ ſuæ, nō tam ſaluti inuidet Niniue, quàm nō uult perire populum ſuum. Alioquin legerat Moyſen rogantem dixiſſe pro eo: Si dimittis eis peccatū, dimitte: ſin autem non dimittis, & me dele de libro tuo quē Exod.32.g
ſcripſiſti: & ad preces illius ſaluatum Iſrael, & Moyſen de libro non fuiſſe deletū, quin potius dominum occaſionē accepiſſe per ſeruū, ut cæteris conſeruis illius parceret. Dū enim dicit: dimitte me, oſtēdit ſe poſſe retineri. Tale quid & Apoſtolus loquitur: Optabā anathema eſſe, p fratribus meis, Rom.9.a
qui ſunt Iſraelitæ ſecundū carnē. Non quod ipſe perire deſideret, cui uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrū: ſed magis meret uitā, dū ſaluare uult cæteros. Præterea uidēs Ionas cōprophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſrael, ut ad pœnitentiā populū prouocarent, Balaam quoq; diuinū de ſalute Iſraelitici populi prophetaſſe, dolet ſe ſolū electū, qui mitteret ad Aſſyrios inimicos Iſ- Num.22
rael, & ad ciuitatē hoſtiū maximā, ubi idololatria, ubi ignoratio dei: & q his maius eſt, timebat ne per occaſionē prædicatiōis ſuæ, illis cōuerſis ad pœnitentiā, Iſrael penitus relinqueret. Nouerat enim eodē ſpiritu quo illi gentiū præconiū credebat, quod quādo natiōes credidiſsēt, tūc periret domus Iſrael: & quod aliquādo futurū erat, hoc ne in ſuo fieret tēpore, uerebat. Vnde imitatus Cain Ionas, & recedēs à facie dn̄i, fugere uoluit in Tharſis, quā Ioſephus interpretat Tarſum Ciliciæ ciuitatē, prima tantū litera cōmutata: quantū uero in Paralipomenō libris intelligi dat, quidā locus Indiæ ſic uocat. Porrò Hebræi תרשיש mare dici generaliter autumāt, ſecundū illud: In ſpiritu uehemēti cōfringes naues Tharſis, id eſt, maris. Et in Eſaia: Vlulate naues Tharſis. Eſa.23.a
Super quo ante annos plurimos in epiſtola quadā ad Marcellā dixiſſe me memini. Nō igit propheta ad certū

Universidad de Deusto Biblioteca

A fugere cupiebat locū, ſed mare ingrediēs, quocūq; per
gere feſtinabat: & magis hoc cōuenit fugitiuo & timi-
do, nō locū fugæ ocioſe eligere, ſed primā occaſionē ar
ripere nauigandi. Hoc quoq; poſſumus dicere, qui no
tū tantum putabat in Iudæa deū, & in Iſrael magnū no
men eius: poſtquā il
lū ſenſit in fluctibus,
confitet̃, & dicit: He-
bræus ego ſum, & do
minū cœli ego timeo
qui fecit mare & ari-
dam: ſi aūt ipſe fecit
mare & aridā, cur ari
dā relinquēs arbitra
ris te conditorē ma-
ris in mari poſſe uita
re? Simulq; inſtruit
per ſalutē conuerſio-
nemq; nautarū: etiā
tantam multitudinē
Niniue ſimili poſſe
confeſſione ſaluari.
De dño aūt & ſaluato
re noſtro poſſumus
dicere, quod dimiſe-
rit domū, & patriā ſuā: & aſſumpta carne, quodammo
do de cœleſtibus fugerit, ueneritq; in Tharſis, hoc eſt,
Pſal.103.c in mare iſtius ſeculi, ſecundū quod alibi dicit̃: Hoc ma
re magnū & ſpacioſum, ibi reptilia, quorū non eſt nu-
merus. Animalia puſilla cū magnis, illic naues pertran
ſibunt. Draco iſte quē formaſti ad illudendū ei. Idcirco
Luc.22 enim & in paſſione dicebat: Pater ſi poſſibile eſt, trāſeat
calix iſte à me, ne populo cōclamante, crucifige, crucifi
ge talem, & nos non habemus regem niſi Cæſarē: pleni
B tudo gentiū ſubintraret, & frangerent rami oliuæ, pro
quibus oleaſtri uirgulta ſuccreſceret. Tātæq; pietatis &
amoris fuit in populū pro electiōe patrū, & repromiſ-
Ibid.23.c ſione ad Abrahā, ut in cruce poſitus diceret: Pater igno
ſce eis, quod enim faciūt, neſciunt. Vel certe quoniam
תרשיש Tharſis interpretat̃ cōtēplatio gaudij: ueniēs ad Iop-
pen propheta, quæ & ipſa ſpecioſam ſonat, ire feſtinat
ad gaudiū, & quietis beatitudine perfrui, totū ſe trade
re theoriæ: melius eſſe arbitrās, pulchritudine, & uarie
tate ſcientiæ perfrui, q̄ per occaſionem ſalutis gentium
cęterarū perire populū, de quo Chriſtus in carne gene
randus ſit. a ¶ *Et deſcendit, etc.*] Ioppen portum eſſe
Iudææ: & in Regnorū, & Paralipomenō libris legimus:
2.Par.2.d Ad quē Hirā quoq; rex Tyri ligna de Libano ratibus
transferebat: quæ Hieruſalē terreno itinere peruheren
tur. Hic locus eſt, in quo uſq; hodie ſaxa monſtrantur
in littore: in quibus Andromeda religata, Perſei quon
dā ſit liberata præſidio. Scit eruditus lector hiſtoriam:
ſed & iuxta regiōis naturā de mōtanis & arduis ad Iop
pen, & cāpeſtria ueniens propheta, recte dicitur deſcen
diſſe & inueniſſe nauē funem ſoluentē è littore, & ingre
dientē mare: deditq; naulū eius, ſiue mercedē nauis, id
eſt, ſubuectiōis eius, iuxta Hebraicū, ſiue τὸ ναῦλον αὐ-
τοῦ, id eſt, naulū ſuum: ut Lxx. tranſtulerūt: Et deſcēdit
in eam, ut proprie cōtinetur in Hebraico, ירד enim de
ſcendit dicitur, ut fugitiuus ſollicite latebras quæreret.
Vel aſcendit, ut ſcriptū eſt in æditione uulgata: ut quo-
cūq; nauis pertingeret, perueniret: euaſiſſe ſe putans ſi
Iudæā relinqueret. Sed & dñs noſter in extremo Iudææ
littore: quod quia in Iudæa erat, appellabat̃ pulcherri-
mū: non uult tollere panē filiorum, & dare cū canibus:
Sed quia uenerat ad oues perditas domus Iſrael: dat
uectoribus preciū, ut qui primū ſuum ſaluare uult po-
pulū, ſaluet accolas maris: & inter turbines ac tempeſta
tes, id eſt, paſſionē ſuam, crucisq; cōuitia ſubmerſus in

HEB. Et deſcendit in Iop
pen & inuenit nauem eun
tē in Tharſis: & dedit nau-
lum eius: & deſcēdit in eā,
ut iret cū eis in Tharſis à fa
cie domini. Dominus autē
miſit uentum magnum in
mare: & facta eſt tēpeſtas
magna in mari: & nauis pe
riclitabatur conteri. Et ti-
muerunt nautæ, & clama-
rūt uiri ad deum ſuum, &
miſerunt uaſa quæ erant
in naui

SEPT. Et aſcendit in Iop-
pen & inuenit nauem eun
tē in Tharſis: deditq; nau-
lum ſuum: aſcēdit in eam,
ut nauigaret cū eis in Thar
ſis à facie dñi. Et dñs ſuſcita
uit ſpiritū magnū in mare,
& facta eſt tēpeſtas magna
in mari, & nauis periclita-
batur cōteri. Et timuerunt
qui nauigabāt: & clamaue-
runt unuſquiſq; ad deū ſu-
um, & iactū fecerunt uaſo-
rum

inferno: ſaluet eos quos quaſi in naui dormiēs neglige C
bat. Prudens rogandus eſt lector, ne eundē uelit ordi-
nē tropologiæ, quē & hiſtoriæ quærere: Nam & Apoſto Gal.4.d
lus, Agar & Sarā ad duo teſtamenta refert: & tamē non
omnia quæ in hiſtoria illa narrant̃, tropologice inter-
pretari poſſumus. Et
ad Epheſios de Adā Eph.5.d
& Eua diſputans, ait:
Propter hoc relin-
quet homo patrē &
matrē ſuam, & adhæ
rebit uxori ſuæ, & e-
runt duo in carne u-
na. Sacramentū hoc
magnū eſt: Ego autē
dico in Chriſto & in
eccleſia. Nunquid to
tum principiū Gene
ſeos, & fabricā mūdi,
& hominū conditio-
nē, ad Chriſtū & ad
eccleſiā referre poſſu
mus, quia hoc teſti-
monio ſic abuſus eſt
Apoſtolus? Hoc enī
hoc quod ſcriptū eſt: Ideo relinquet homo patrē ſuum,
referamus ad Chriſtū: ut dicamus eum patrē in cœlis
reliquiſſe deū, ut gentiū populus iungeretur eccleſiæ:
hoc quod ſequitur, matrē ſuam: quomodo poſſumus
interpretari, niſi forte dicamus reliquiſſe eum cœleſtē
Hieruſalē, quæ eſt mater ſanctorū, & cætera multo his
difficiliora. Illud etiā quod ab eodē Apoſtolo ſcribit̃:
Bibebant aūt de ſpirituali conſequente eos petra: petra 1.Cor.10
aūt erat Chriſtus, nequaq; nos artat, ut omnē Exodi li
brū referamus ad Chriſtū. Quid enim poſſumus dice D
re, quod hæc petra à Moyſe percuſſa ſit, non ſemel, ſed
bis, quod aquæ fluxerint, & torrētes repleti ſint? Num
uniuerſam loci huius hiſtoriā per hanc occaſionem co
gemus ſub leges Allegoriæ? & nō potius unuſquiſq; lo
cus ſecundū hiſtoriæ diuerſitatē, diuerſam recipiet in-
telligentiā ſpiritualē? Igitur ſicut hæc teſtimonia ſuas in
terpretationes habēt, & nec præcedentia, nec cōſequen
tia eandē deſiderāt allegoriā: Sic & Ionas propheta, nō
abſq; periculo interpretātis, totus referri ad dñm pote-
rit. Nec ex eo quod in euāgelio dicitur: Generatio peſ- Matt.12
ſima & adultera, ſignū quærit, & ſignū nō dabitur ei, ni
ſi ſignum Ionæ prophetæ, Sicut enim fuit Ionas in uen
tre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius
hominis in corde terræ tribus diebus & tribus nocti-
bus: reliqua etiā quæ in propheta digeſta ſunt, eodē or
dine referunt̃ ad Chriſtū. Certe ubicūq; abſq; diſcrimi
ne hoc fieri poteſt: nos quoq; facere nitemur. b ¶ *Do
minus autem miſit, etc.*] Poteſt fuga prophetæ & ad homi-
nis referri in cōmuni perſonam, qui dei præcepta con
tēnens, receſſit à facie eius, & ſe mundo tradidit, ubi po
ſtea malorū tēpeſtate, & totius mūdi contra ſe ſæuiente
naufragio cōpulſus eſt ſentire deum, & reuerti ad eum
quē fugerat. Vnde intelligimus etiā ea quæ ſibi homi-
nes æſtimāt ſalutaria, deo nolēte uerti in pnicie: & non
ſolū non prodeſſe auxiliū, his quibus præbet̃, ſed & ip
ſos qui præbēt pariter cōteri. Sicut legimus uictam ab
Aſſyrijs Aegyptū, quia opitulabat̃ Iſraeli cōtra dñi uo-
luntatē. Periclitatur nauis quæ periclitantē ſuſceperat,
uento maria concitantur, in tranquillitate tempeſtas
oritur, nihil deo aduerſante ſecurum eſt. c ¶ *Et timue
runt nautæ, etc.*] Arbitrantur nauem ſolito onere prægra
uari, & non intelligunt totum pondus eſſe fugitiui pro
phetæ. Timent nautæ, clamat unuſquiſq; ad deum ſuū,
ignorantes ueritatem, non ignorant prouidentiam, &
ſub



A ſub errore religiōis ſciūt aliquid eſſe uenerandū: proij
ciunt onera in mare, ut magnitudinē fluctuū claſſis le-
uior tranſiliret. At contra Iſrael nec bonis nec malis in-
telligit deum, & plangente Chriſto populum, ſiccos o-
culos habet. a ¶ *Et Ionas deſcendit, etc.*] Quantum ad
hiſtoriā pertinet, pro
phetæ mēs ſecura de-
ſcribitur, non tempe
ſtate, nō periculis cō
turbatur: eundem &
in trāquillo & immi-
nente naufragio ani
mum gerens. Deniq;
alij clamant ad deos
ſuos, uaſa proijciunt:
nititur unuſquiſq; q̄
poteſt. Iſte tā quietus
eſt & ſecurus, animi-
que tranquilli, ut ad
nauis interiora deſcē
dens, ſomno placido
perfruat̃. Sed & hoc
dici poteſt: Conſcius
erat fugæ & peccati
quo domini præce-
pta neglexerat: & tem
peſtatē ignorantibus
cæteris contra ſe ſæui
re cernebat: ideo de-
ſcēdit ad interiora na
uis, & triſtis abſcōdi-
tur, ne quaſi dei uin-
dices fluctus aduer-
ſum ſe uideret intu-
meſcere. Quod autē
B dormit, non ſecurita
Matt.26.d tis eſt, ſed mœroris:
Nam & apoſtolos le
gimus in dñi paſſiōe
præ triſtitiæ magnitu
dine ſomno fuiſſe de
preſſos. Sin aūt inter
pretamur in typo: ſomnus prophetæ & grauiſſimus ſo
por, hominē ſignificat erroris ſopore torpentē, cui nō
ſuffecerat fugiſſe à facie dei, niſi quadā uecordia mēs il
lius obruta, ignoraret iracundiā dei, & quaſi ſecurus
dormiret, & profundiſſimū ſomnū roncho nare ſonā-
ret. b ¶ *Et acceſſit, etc.*] Naturale eſt unūquēq; in ſuo
periculo de alio plus ſperare: Vnde gubernator, ſiue
proreta qui uectores timidos debuerat cōſolari: cernēs
diſcriminis magnitudinē, excitat dormientē, & arguit
improuidę ſecuritatis: cōmonetq;, ut ipſe quoq; pro ui
rili portione deprecet̃ deum ſuum: ut cuius erat cōmu
ne periculum, cōmunis eſſet oratio. Porrò iuxta tropo
logiam plures ſunt, qui cum Iona nauigantes & habē-
tes proprios deos ad contēplationē gaudij ire feſtināt.
Sed poſtquam Ionas fuerit ſorte deprehenſus, & mor-
te illius mūdi ſedata tēpeſtas, mariq; tranquillitas red-
dita: tunc unus adorabit̃ deus, & immolabuntur uicti
mæ ſpirituales, quas utiq; iuxta literam in medijs flucti
bus nō habebant. c ¶ *Et dixit, etc.*] Nouerāt naturā
maris, & tanto tēpore nauigantes, ſciebant tēpeſtatum
uentorumq; rationes: & utiq; ſi ſolitos, & quos aliquā-
do experti fuerant fluctus uidiſſent cōſurgere: nunquā
ſorte autorē naufragij quærerent, & per rem incertam,
certū cuperent euitare diſcrimen. Nec ſtatim debemus
ſub hoc exemplo ſortibus credere: uel illud de actibus
apoſtolorum huic teſtimonio copulare, ubi ſorte in a-
poſtolatum Matthias eligitur, cum priuilegia ſingulo

HEB. in naui in mare, ut
alleuiaretur ab eis. Et Ionas
deſcendit ad interiora na-
uis, & dormiebat ſopore
graui. Et acceſſit ad eū gu-
bernator & dixit ei, quid tu
ſopore deprimeris? Surge,
inuoca deum tuum, ſi for-
te recogitet deus de nobis:
& non pereamus. Et dixit
uir ad collegam ſuū: uenite
& mittamus ſortes & ſcia-
mus, quare hoc malum ſit
nobis, & miſerūt ſortes, &
cecidit ſors ſuper Ionā. Et
dixerūt ad eum: indica no-
bis, cuius cauſa malū iſtud
ſit nobis, quod opus tuū,
quæ terra tua: & quò ua-
dis, uel ex quo populo es
tu? Et dixit ad eos: Hebræ-
us ego ſum, & dominum
deum cœli ego timeo, qui
fecit mare & aridam. Et ti-
muerunt uiri timore ma-
gno, & dixerunt ad eum:
quid

SEP. rum nauis in mare,
ut alleuiaretur nauis. Ionas
aūt deſcēdit in uentrem na
uis, & dormiebat & ſterte-
bat. Et acceſſit ad eū prore
ta, & dixit ei, quid tu ſtertis?
Surge inuoca deū tuum: ſi
quō ſaluos faciat nos deus,
& nō pereamus. Et dixit u-
nuſquiſq; ad proximū ſuū:
uenite mittamus ſortes, &
cognoſcamus cuius gratia
malitia hæc eſt ſuper nos:
& miſerūt ſortes, & cecidit
ſors ſuper Ionā. Et dixerūt
ad eum, annūcia nobis cu-
ius gratia hæc malitia eſt in
nobis, quod eſt opus tuū:
& unde uenis, & quò ua-
dis: & ex qua regione, & ex
quo populo es tu? Et dixit
ad eos: ſeruus domini ego
ſum, & deum cœli ego co-
lo: qui fecit mare & aridā.
Et timuerunt uiri timore
magno, & dixerunt ad eū,
quid

rum non poſſint legem facere communem. Sicut enim C
in condemnationē Balaam aſina loquitur: & Pharao,
& Nabuchodonoſor in iudiciū ſui, ſomnijs futura cog
noſcunt: & tamen deum nō intelligunt reuelantē: Cai-
phas quoq; prophetat ignorans, quod expediret unū
perire pro cūctis: Ita
& hic fugitiuus ſorte
depræhendit̃, non ui
ribus ſortiū, & maxi
me ſortibus ethnico-
rū, ſed uoluntate eius
qui ſortes regebat in
certas. Quod aūt dici
tur: Et cognoſcamus
propter quē malitia
hæc eſt ſuper nos: hic
malitiā pro afflictio-
ne & calamitate acci-
pere debemus, ſecun
dū illud: Sufficit diei
malitia ſua. Et in A-
mos propheta: Si eſt
malitia in ciuitate
quam dominus non
fecerit. Et in Eſaia. E-
go dominus qui fa-
cio pacem & creo ma
la. In alio uero loco:
malitia contraria uir
tuti intelligitur, iuxta
quod in hoc eodem
propheta ſuprà legi-
mus: Aſcēdit clamor
malitiæ eius ad me.
d ¶ *Et dixerunt, etc.*] D
Quem ſors indicaue
rat, cogunt uocē pro
pria cōfiteri, cur tāta
tempeſtas ſit, uel qua
re contra eos dei ira
deſæuiat: Indica, in-
quiunt, nobis cuius
cauſa malum iſtud ſit ſuper nos, quid operis agas, de
qua terra, de quo populo proficiſcaris, quo abire feſti
nes. Et notāda breuitas quam admirari in Vergilio ſo-
lebamus: Iuuenis, quæ cauſa ſubegit Ignotas tētare ui-
as, quò tenditis, inquit, Qui genus, unde domo, pacē
ne huc fertis, an arma? Interrogat̃ perſona, regio, iter,
ciuitas: ut ex his cognoſcat̃ & cauſa diſcriminis. e ¶ *Et
dixit ad eos Hebræus, etc.*] Non dixit Iudæus ego ſum: qđ
ſciſſura decem tribuum à duabus, populo nomen im-
poſuit: ſed Hebræus ſum, hoc eſt, περάτης, tranſitor: ſi- עברי
cut & Abrahā, qui dicere poterat: Aduena ſum ego &
peregrinus, ſicut omnes patres mei: de quo in alio pſal
mo ſcribitur: Tranſierūt de gēte in gentem, & de regno
ad populū alterū. Moyſes: Tranſeā, inquit, & uidebo ui
ſionē hanc magnā. Et dñm deum cœli ego timeo. Nō
deos quos inuocatis, & qui ſaluare nō poſſunt, ſed deū
cœli, qui mare fecit & aridā. Mare in quo fugio: aridam
de qua fugio. Et elegāter ad diſtinctionē maris: non ter
ra, ſed arida nūcupatur. Et in breui uniuerſitatis factor
oſtendit̃, qui cœli dominus eſt, & terræ, & maris. Quæri
tur aūt, quomodo uere dicere cōprobetur: Dominum
deum cœli ego timeo, cū eius præcepta non faciat. Niſi
forte reſpondeamus, quod & peccatores timeant deū,
ſeruorumq; ſit non diligere ſed timere: quanquam in
hoc loco timor pro cultu poſſit intelligi, iuxta ſenſum
eorum qui audiebant, & adhuc ignorabant deum. f
¶ *Et timuerunt, etc.*] Hiſtoriæ ordo præpoſterus eſt: Quia
enim

Univerſidad de … Biblioteca

A enim poterat dici, nulla cauſa timoris fuit, ex eo quod eis confeſſus eſt, dicens: Hebræus ego ſum, & dñm deũ cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam: Statim ſubnectitur quod idcirco timuerunt, quia eis indicauerat ſe domini fugere conſpectum, & eius non feciſſe præcepta. Denique cauſant, & dicunt: quid hoc feciſti? id eſt, ſi times deum, cur fugis? Si tantæ potentiæ prædicas quẽ colis, quomodo te putas eũ poſſe euadere? Timent autẽ timore magno, quod intelligunt ſanctũ & ſanctæ gentis uirum: de Ioppe quippe ſoluentes ſunt, Hebrææ gentis nouerant priuilegium: & tamen fugitiuum cælare non poſſunt. Magnus eſt qui fugit, ſed maior ille qui quærit, nõ audẽt tradere, cælare nõ poſſunt. Reprehendunt culpam, timorẽ confitentur: rogãt ut ipſe remedio ſit, qui autor peccati fuerat. Vel certe quod dicũt: quid hoc feciſti? non increpãt, ſed interrogant, uolẽtes cauſam

B fugæ noſſe: ſerui à domino, filij à patre, hominis à deo. Quod eſt, inquiũt, tantũ myſteriũ, ut terra deſeratur, expetant maria, relinquatur patria, loca appetatur alienae. a ¶ *Et dixerunt, etc.* ] Propter te dicis uẽtos, fluctus, mare, gurgites concitatos: expoſuiſti cauſam morbi, indica ſanitatis. Ex eo quod cõtra nos ſurgit mare, intelligimus irã eſſe ſuſceptionis tuæ. Si culpa eſt quod ſuſcepimus, quid facere poſſumus ne dominus iraſcatur: quid faciemus tibi? hoc eſt, interficiemus te? ſed cultor es domini. ſeruabimus? ſed deum fugis. noſtrũ eſt præbere manus, quid fieri iubeas: tuum eſt imperare, quo facto quieſcat mare, quod nunc creatoris irã ſuo tumore teſtaẽ. Statimq; hiſtoricus cauſam iũgit iſtiuſmodi quæſtionis: mare, dicens, ibat & intumeſcebat: ibat ut iuſſum fuerat, ibat in uindictam domini ſui, ibat perſequens fugitiuũ prophetam. Intumeſcebat aũt per ſingula momenta temporum, & quaſi nautis morantibus in fluctus maiores ſuſcitabatur: ut oſtenderet ultionẽ creatoris ſe differre non poſſe. b ¶ *Et dixit ad, etc.* ] Contra me tempeſtas detonat, me quærit, naufragium uobis minatur, ut me prendat. me prehendit, ut mea morte uiuatis: Scio inquit, quia propter me tempeſtas hæc grandis eſt. Nõ ignoro in meã pœnã elementa turbari, mundi confuſionem eſſe: mihi iraſci, in uos ſæuire naufragium: fluctus ipſi imperant uobis, ut me mittatis in mare. Si ego ſenſero tẽpeſtatẽ, uos recuperabitis tranquillitatẽ. Et animaduertẽda pariter fugitiui noſtri magnanimitas, non tergiuerſatur, non diſſimulat, non negat: ſed qui confeſſus fuerat de fuga, pœnam libenter aſſumit, ſe cupiens perire, ne propter ſe & cæteri pereant: & ad peccatum fugæ, alienæ quoq; delictũ addatur necis. Hoc quantũ ad hiſtoriam: cæterum nõ ig-

HEB. quid hoc feciſti? Cognouerũt em̃ uiri qđ à facie domini fugeret, quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum: quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? quia mare ibat & intumeſcebat. Et dixit ad eos: tollite me & mittite me in mare, & ceſſabit mare à uobis: ſcio enim quia propter me tẽpeſtas hæc grandis eſt ſuper uos. Et remigabant uiri ut reuerterentur ad aridam, & non ualebant, quia mare ibat & intumeſcebat ſuper eos. Et clamauerunt ad dominũ & dixerunt: quæſumus domine ne pereamus in anima uiri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentẽ: quia tu domine ſicut uoluiſti feciſti. Et

SEP. quid hoc feciſti? Cognouerũt enim uiri quod à facie dñi fugeret, eo φ indicaſſet eis. Et dixerunt ad eũ: quid tibi faciemus & quieſcet mare à nobis? quia mare ibat & ſuſcitabat magis fluctus. Et dixit Ionas ad eos: tollite me et mittite me in mare, & quieſcet mare à uobis: ego enim noui qđ propter me fluctus magni contra uos ſunt. Et conabãtur uiri, ut reuerterẽtur ad terrã, & nõ poterant, quia mare ibat et inſurgebat magis cõtra eos. Et clamauerũt ad dñm & dixerunt: nequaquã domine: ne pereamus propter animam uiri huius, & nõ des ſuper nos ſanguinem iuſtũ: tu enim dñe ſicut uoluiſti feciſti. Et

C noramus flantes uentos, quibus in euangelio, ut quieſcerẽt, dominus imperauit, & periclitantem nauiculã, in qua dormiebat Ionas: & intumeſcens mare quod increpatur, tace & obmuteſce, referri ad dominum ſaluatorem, & periclitantem eccleſiam, uel apoſtolos ſuſcitãtem, qui eũ deferentes in paſſione quodammodo in fluctus præcipitabant. Iſte Ionas dicit: Scio quia propter me tẽpeſtas grãdis eſt ſuper uos, quia me uident uẽti uobiſcũ ire in Tharſis, hoc eſt, ad cõtemplationem lætitiæ nauigare, ut uos mecũ perducã ad gaudiũ: Vt ubi ego ſum & pater, ibi & uos ſitis. Id- Ioan.14.a circo ſæuiũt, idcirco mundus qui in maligno poſitus eſt, fremit: ideo elemẽta turbantur: me cupit deuorare mors, ut uos pariter occidat, & nõ intelligit, quia uelut in hamo eſcam capit, ut mea morte moriatur. Tollite me & mittite in mare: Non eſt enim noſtrũ mortẽ D arripere, ſed illatã ab alijs libenter accipere. Vnde & in perſecutionibus non licet propria perire manu, abſq; eo ubi caſtitas periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere. Sic, inquit, placate uẽtos: ſic in maria libamina fundite: tẽpeſtas quæ propter me ſæuit contra uos, me moriẽte ſedabitur. c ¶ *Et remigabant, etc.* ] Protulerat propheta cõtra ſe ſententiã: ſed illi cultorẽ audientes dei, manus inijcere non audebãt, propterea nitebãtur reuerti ad aridam, & effugere diſcrimen ne ſanguinem funderẽt, magis uolentes perire φ perdere. O rerũ quanta mutatio, populus qui ſeruierat deo dicit: crucifige, crucifige talem. Iſtis imperatur ut occidant, mare furit, tempeſtas iubet: & propriũ periculum negligentes, de aliena ſalute ſolliciti ſunt. Quã ob rem & Lxx. παρεβιάζοντο, inquiunt, id eſt, uim cupiebãt facere, & naturã rerũ uincere, ne uiolarent prophetam dei. Quod aũt dicit: remigabant uiri, ut reuerterent̃ ad aridam: putabant abſq; ſacramento eius qui paſſurus erat, poſſe nauẽ de periculo liberari: cũ Ionæ ſubmerſio, nauis fuerat releuatio. d ¶ *Et clamauerunt, etc.* ] Grandis uectorũ fides, periclitantur ipſi, & pro alterius anima deprecant̃: ſciunt em̃ peiorẽ mortẽ peccati eſſe φ uitæ: Et ne des, inquiũt, ſuper nos ſanguinem innocentem. Conteſtantur dominum, ut quodcunq; facturi ſunt non ſibi reputetur: & quodãmodo dicunt: Nolumus interficere prophetam tuum, ſed iram tuam & ipſe confeſſus eſt, & tempeſtas loquitur: quia tu domine ſicut uoluiſti, feciſti: uoluntas tua expletur per noſtras manus. Nonne nobis uidetur nautarum uox, Pilati eſſe confeſſio, qui Matt.27 lauat manus ſuas, & dicit: Mundus ſum ego à ſanguine uiri huius. Nolunt Chriſtum perire gentes, innocentem ſanguinem proteſtantur. Et Iudæi dicunt:

Sanguis



A Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et ideo ſi leuauerint manus, non exaudiẽtur, quia plenæ ſunt ſanguine. Quia tu domine ſicut uoluiſti, feciſti: Quod nos ſuſcepimus, quod turbo conſurgit, quod uenti ſæuiunt, quod mare ſuſcitatur in fluctus, quod proditur ſorte fugitiuus, quod indicat quid fieri debeat, tuæ eſt domine uoluntatis: tu enim ſicut uoluiſti, feciſti. Pſal.39.b Vnde & ſaluator dicit in pſalmo: Domine ut facerem uoluntatem tuam uolui. a ¶ *Et tulerũt Ionam, etc.* ] Non dixit arripuerunt, non ait inuaſerunt: ſed tulerũt, quaſi cũ obſequio & honore portantes: miſerunt in mare, non repugnantem, ſed præbentem manus ipſorum uoluntati. Et ſtetit mare, quia inuenerat quẽ quærebat. Velut ſi quis perſequatur fugitiuũ, & concito pergat gradu: poſtquã fuerit conſecutus, deſiſtit currere, & ſtat ac tenet quem apprehẽderit: Ita & mare quod abſente Iona iraſcebatur, in uiſcerib. ſuis deſideratum tenens, gaudet & confouet, & ex gaudio tranquillitas redit. Si conſideremus ante paſſionẽ Chriſti, errores mundi, & diuerſorũ dogmatum flatus contrarios: & nauiculã totumq; humanũ genus, id eſt, creaturam dñi periclitantem: & poſt paſſionẽ eius tranquillitatem fidei, & orbis pacem, & ſecura omnia, & cõuerſionem ad deum: uidebimus quomodo poſt præ-

B cipitationem Ionæ ſteterit mare à feruore ſuo. b ¶ *Et timuerunt, etc.* ] Ante domini paſſionẽ timentes clamauerunt ad deos ſuos: poſt paſſionem eius dñm timent, id eſt, uenerantur & colunt: & nõ timent ſimpliciter, ut in principio legimus, ſed timore magno, iuxta illud qđ dicitur: Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente tua. Et immolauerunt hoſtias, quas certe iuxta literã in medijs fluctibus non habebant: ſed quia ſacrificium

Pſal.50.d deo ſpiritus contribulatus eſt. Et in alio loco dicitur:

Ibid.49.d Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſsimo uota tua. Et rurſum: Reddemus tibi uitulos labiorum noſtrorum. Idcirco in mari immolant hoſtias: & alias ſpõte promittunt: uota facientes, ſe nunquam ab eo quem colere cœperant receſſuros: timuerunt em̃ timore magno: Quia ex tranquillitate maris & tempeſtatis fuga, uera prophetæ uerba cernebant. Ionas in mari fugitiuus, naufragus, mortuus, ſaluat nauiculam fluctuantem: ſaluat ethnicos in diuerſas prius ſententias mundi errore iactatos. Et Oſee, Amos, Eſaias, Ioel, qui eodem tempore prophetabant, populum in Iudæa nequeunt emendare. Ex quo oſtenditur ſedari non poſſe naufragium, niſi morte fugitiui.

CAPVT II

ET *præparauit dominus, etc.* ] Morti & inferno præcepit dominus, ut prophetam ſuſcipiat. Quæ auidis faucibus prædam putans, quantum in deuoratione lætata eſt: tantum luxit in uomitu. Tuncq; com-

Oſee 13.d pletum eſt illud quod legimus in Oſee: Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne. In Hebraico autẽ piſcem grandem legimus: pro quo Lxx. interpretes, & dominus in euãgelio cetum uocãt: rem ipſam breuius explicantes. In Hebraico enim dicitur דג גדול, quod interpretatur, piſcis grandis: haud dubiũ quin cetum ſignificet. Et animaduertendum, quod ubi putabatur

Pſal.103.d interitus, ibi cuſtodia ſit. Porrò quod ait: præparauit,

HEBR. Et tulerunt Ionã, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo.

SEP. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à cõmotione ſua.

Et timuerunt uiri timore magno dominum, & immolauerunt hoſtias dño & uouerunt uota. Cap. II

ET præparauit dominus piſcem grãdem: ut deglutiret Ionã. Et erat Ionas in uẽtre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dñm deũ ſuũ de utero piſcis & dixit: Clamaui

ET præcepit dominus ceto magno & deuorauit Ionam. Et erat Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus.

C uel ab initio cum conderet, de quo in pſalmo ſcribitur: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Vel certe iuxta nauem fecit uenire: ut præcipitem Ionam in ſuos reciperet ſinus, & pro morte præberet habitaculum: ut qui in naui iratum ſenſerat deum, propitium in morte ſentiret. d ¶ *Et erat Ionas, etc.* ] Huius loci myſterium in euãgelio dominus expo- Matth.12.c nit: & ſuperfluum eſt, uel idipſum, uel aliud dicere. Hoc ſolũ quærimus, quomõ tres dies & tres noctes fecerit in corde terræ. Quidam παρασκευήν, quando ſole fugiente ab hora ſexta uſq; ad horã nonam nox ſucceſsit diei, in duas dies & noctes diuidunt: & apponẽtes ſabbatũ, tres dies & tres noctes æſtimant ſupputãdas, nos uero συνεκδοχικῶς totũ intelligamus à parte: ut ex eo quod ἐν παρασκευῇ mortuus eſt, unã diem ſupputemus & noctẽ, & ſabbati alterã: tertiam uero noctẽ quæ diei dominicæ mancipat̃, referamus ad exordium diei alterius: nam & in Geneſi nox non præcedẽtis diei eſt, ſed ſequentis, id eſt, principiũ futuri, non finis præteriti. Hoc ut intelligi poſsit, dicã ſimplicius. Finge aliquem hora nona egreſſum eſſe de manſione, & alterius diei hora tertia ad manſionem alterã perueniſſe: ſi dixero bidui eum feciſſe iter: non ſtatim reprehendar mendacij, quia ille qui ambulauit, non oẽs horas utriuſq; diei, ſed quandã partem in itinere conſumpſerit. Certe D mihi hæc uidet̃ interpretatio. Si quis aũt iſtam nõ receperit, & meliori ſenſu poteſt loci huius exponere ſacramentũ: illius magis ſequenda eſt ſententia. e ¶ *Et orauit etc.* ] Si Ionas refert̃ ad dñm, & ex eo quod tribus diebus ac noctibus in utero ceti fuit paſsionẽ indicat ſaluatoris: debet et oratio illius typus eſſe orationis dominicæ. Nec ignoro quoſdã fore quibus incredibile uideat̃, tribus dieb. ac noctibus, in utero ceti, in quo naufragia digerebantur, hominẽ potuiſſe ſeruari: Qui utiq; aut fideles erunt, aut infideles: ſi fideles, multo credere maiora cogent̃: Quomodo tres pueri miſsi in caminũ æ- Dan.3.e ſtuantis incendij intantũ illæſi fuerint, ut ne ueſtimenta quidẽ eorum odor ignis attigerit. Quomodo receſſerit Exo.14.f.d mare, & ad inſtar murorũ hinc inde rigidum ſteterit: ut præberet uiã populo tranſeunti. Quomodo humana ratione, aucta fame leonũ rabies prædã ſuam timens aſpexerit, nec tetigerit: & multa huiuſcemodi. Sin aũt infideles erũt, legãt quindecim libros Naſonis metamorphoſeos, & oẽm Græcã, Latinamq; hiſtoriam: ibiq; cernent uel Daphnen in laurũ, uel Phaetontis ſorores in populos arbores fuiſſe conuerſas: quomõ Iupiter eorum ſublimiſsimus deus, ſit mutatus in cygnũ, in auro fluxerit, in tauro rapuerit, & cætera, in quibus ipſa turpitudo fabularũ diuinitatis denegat ſanctitatẽ: Illis credũt, & dicũt deo cũcta poſsibilia. Et cũ turpib. credant, potentiaq; dei uniuerſa defendãt: eandẽ uirtutẽ nõ tribuunt & honeſtis. Quod aũt ſcriptũ eſt: Et orauit Ionas ad dñm deum ſuũ de utero piſcis, & dixit: intelligamus eum poſtquam in utero ceti ſoſpitem eſſe ſe ſenſerit, non deſperaſſe de domini miſericordia: & totum ad obſecrationem eſſe conuerſum. Deus enim qui dixe- Pſal.90 rat de iuſto: Cum ipſo ſum in tribulatione. Et: Cum inuocauerit me, dicam: adſum, affuit ei: & dicere Ibid.4.a poteſt qui exauditus eſt: In tribulatione dilataſti mihi.

Universidad de … Biblioteca

Clāmaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me: de uentre inferni clamaui, & exaudiſti uocem meā.

HEBR. Et proiecīſti me in profundū in corde maris, & flumen circundedit me. Omnēs gurgites tui & fluctus tui ſuper me trāſierunt. Et ēgo dixi: abiectus ſum à cōſpectu oculorum tuorū. Vēruntamē rurſum uidebo templum ſanctum tuum. Circundederūt me aquæ uſq; ad animam meam: abyſſus uallauit me.
Pelagus

SEPT. Proiecīſti me in profundum cordis maris & flumina me circumdederunt. Omnes eleuationes tuæ & fluctus tui ſuper me tranſierūt. Ego dixi abiectus ſum ex oculis tuis. Putās ne addam ut uideam templum ſanctum tuum? Circūfuſa eſt mihi aqua uſque ad animā meam: abyſſus uallauit me nouiſſima.
Intrauit

A a ¶Clamaui,etc.] Lxx. ſimiliter: hoc tantummodo com=
mutato: de uentre inferi clamoris mei audiſti uocē me/
am. Non dixit clamo, ſed clamaui: nec de futuro preca
tur, ſed de præterito gratias agit: indicans nobis, quod
ex eo tempore quo præcipitatus in mare uidiſſet cetū:
& tantā corporis mo
lem, & immanes ri/
ctus aperto ſe ore ſor
bere: dñi recordatus
ſit & clamauerit: uel
aquis cedentibus &
clamore inueniēte lo
cum, uel toto cordis
affectu, ſecundū illud
quod Apoſtolus di/
Rom. 8.c cit: Clamantes in cor
dib. ueſtris, abba pa/
ter, & clamauerit ei
qui ſolus nouit cor/
da hominū, & loqui/
Exod. 14.d tur ad Moyſen: Quid
clamas ad me? cū ui/
que nihil ante hāc uo
cem clamaſſe Moyſen
ſcriptura commemo
ret: Hoc eſt illud qđ
Pſal. 119 & in primo graduū pſalmo legimus: Ad dñm cum tri/
bularer clamaui, & exaudiuit me. Ventrem aūt inferi,
aluum ceti intelligamus, quæ tantæ fuit magnitudinis,
ut inſtar obtineret inferni. Sed melius ad perſonā Chri
ſti referri poteſt, quæ ſub nomine Dauid cantat in pſal/
Ibid. 15.c mo: Non derelinques animā meam in inferno, nec da/
bis ſanctū tuum uidere corruptionē. Qui fuit in infer/
no uiuēs inter mortuos liber. b ¶Et proiecisti,etc.] Quā
B tum ad perſonam Ionæ non eſt difficilis interpretatio,
quod ceti clauſus aluo in profundiſsimo & in medio
maris fuerit, fluminibuſq; uallatus ſit. Quantū ad dñm
ſaluatorem lxviij pſalmi ſumamus exemplū, in quo lo
quitur: Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtā=
Pſal. 88.f tia: Veni in profundū maris, & tempeſtas demerſit me,
de quo & in alio pſalmo dicitur: Tu aūt abiecisti & de/
ſpexiſti: diſtuliſti Chriſtū tuum, ſubuertiſti teſtamētum
ſerui tui, contaminaſti in terra ſanctuariū eius, deſtru/
xiſti omnes macerias eius, & reliqua. Ad comparatio/
nem em̄ cœleſtis beatitudinis: & eius loci, de quo ſcri/
Pſal. 57.a ptum eſt: In pace ſancta locus eius: omnis terrena habi
tatio plena eſt fluctibus, plena tēpeſtatibus. Porrò per
cor maris ſignificatur infernus, pro quo in euangelio
Mat. 12.c legimus: In corde terræ. Quomodo aūt cor animalis in
medio eſt, ita & infernus in medio terræ eſſe perhibet.
Vel certe iuxta ἀναγωγὴν, in corde maris, id eſt, in me
dijs tentationibus eſſe ſe memorat: Et tamen cum inter
amaras aquas fuerit, & tentatus ſit iuxta omnia abſq;
peccato: non ſenſit amaras aquas, ſed flumine circūda-
Pſal. 45.d tus eſt, de quo & in alio loco legimus: Fluminis impe/
tus lætificat ciuitatem dei, alijs bibētibus ſalſos fluctus,
ego in medijs tentationib. dulciſsima flueta ſorbebam.
Nec impium tibi eſſe uideatur, ſi nunc dñs dicat: Proie/
Ibid. 68.f ciſti me in profundū, qui loquitur in pſalmo: Quoniā
quem tu percuſsiſti, ipſi perſecuti ſunt. Secūdum illud
Zach. 13.c quod ex perſona patris in Zacharia ponitur: Percutiā
paſtorem, & oues diſpergent. c ¶Omnes gurgites,etc.]
Quod ſuper Ionā tumentes maris fluctus tranſierunt,
& detonuerit ſæua tempeſtas, nulli dubium eſt. Quæri/
mus aūt quomodo omnes eleuationes, & gurgites &
fluctus dei ſuper ſaluatorē tranſierint. Tentatio eſt uita
hominū ſuper terram: ſiue ut in Hebraico habetur, mi/
litia: quia hic militamus, ut alibi coronemur: Nulluſq;
eſt hominum qui cunctas ſuſtinere queat tentationes,
abſq; eo qui tentatus eſt in omnibus iuxta noſtrā ſimi= C
litudinem ſine peccato: unde & ad Corinthios dicitur:
1.Cor.10 Tentatio uos nō apprehendat, niſi humana. Fidelis au
tem deus qui nō dimittet uos tentari ſupra id quod po
teſtis: ſed faciet cum tentatione & exitū, ut poſsitis ſuſti/
nere. Et quoniā om/
nes perſecutiones &
uniuerſa quæ accidūt
abſq; dei non ingru/
unt uolūtate: Idcirco
dei gurgites dicūtur
& fluctus, qui nō op/
preſſerunt Ieſum: ſed
tranſierunt per eū, mi
nantes tantū naufra/
gium non inferentes.
Vniuerſæ ergo perſe/
cutiones, & turbines
quibus genus uexa/
batur humanū, & cū-
ctæ nauiculæ frange/
bantur, ſuper meum
detonuere caput. E/
go ſuſtinui tempeſta/
tes & fregi turbines ſe
uientes: ut cæteri ſecu
rius nauigarent. d ¶Et ego dixi abiectus,etc.] Antequam
clamarem de tribulatione mea & exaudires me, qui for
mam ſerui acceperā: fragilitatem quoq; illius imitatus
dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorū tuorum. Quā/
do eram tecū, & tuo lumine perfruebar, & in te lumine
ego eram lumen, non dicebā, abiectus ſum. Poſtquam
ueni in profundū maris: & hominis carne circundatus
ſum, humanos imitor affectus & dico, abiectus ſum à
conſpectu oculorū tuorum: Hoc quaſi homo locutus D
ſum: cæterū quaſi deus, & is qui cū eſſem in forma tua,
non ſum rapinam arbitratus æqualem me eſſe tui: uo/
lens ad te uehere humanū genus: ut ubi ego ſum & tu,
ibi ſint & omnes qui in me & te crediderunt, dico. e
¶Veruntamen rurſum uidebo,etc.] Hoc quod in Græco dici
tur, ἆρα: & habet uulgata editio putas, interpretari po/
teſt, igitur: ut ſit quaſi propoſitionis & aſſumptionis,
confirmationiſq; ac ſyllogiſmi extrema concluſio: non
ex ambigentis incerto: ſed ex fiducia cōprobantis, pro
quo nos interpretati ſumus: ueruntamen rurſum uide
bo templum ſanctū tuum: ſecundum illud quod ex per
ſona eius in alio pſalmo dicitur: Dñe dilexi decorē do/ Pſal. 2
mus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Et euangeli/ Ioan. 1
cam lectionem in qua ſcriptū eſt: Pater glorifica me a/
pud te ea gloria quam habui prius quàm mundus fie/
ret. Et reſpondit de cœlo pater: Et glorificaui & glorifi/ Ibid. 1
cabo. Vel certe quia legitur: Pater in me & ego in patre, Ibid. 1
Sicut templum patris filius eſt, ita templum filij pater.
Ipſe enim dicit: Ego de patre exiui, & ueni: Et uerbū e/ Ibid. 1
rat apud deum, & deus erat uerbum. Aut unus idemq;
ſaluator quaſi homo poſtulat: quaſi deus pollicetur: &
de ſua quam ſemper habuit poſſeſsione ſecurus eſt. Ex
Ionæ uero perſona uel optantis, uel confidentis affe/
ctu: liquido intelligi poteſt, quod deſiderauerit in pro/
fundo maris poſitus uidere templū domini: & ſpiritu
prophetali alibi ſit, & alibi contempletur. f ¶Circunde-
derunt me aquæ uſq; ad,etc.] Aquæ iſtæ quæ uicinæ ſunt a/
byſsis, quæ in terris uoluuntur, & defluunt, quæ mul/
tum ſecum limi trahunt: non corpus, ſed animam ni/
tuntur occidere: amicæ quippe ſunt corporum, & eius
uoluptatibus confouentur. Vnde ſecundū illud quod
ſupra diximus loquitur dominus in pſalmo: Saluum Pſal.
me fac domine, quoniā intrauerunt aquæ uſq; ad ani/
mam meam. Et in alio loco: Torrentem pertranſijt ani/
ma



HEBR. Pēlagus operuit caput meum, ad extrema montium deſcendi: terræ uectes concluſerunt me in æternum. Et ſublēuabis de corruptione uitam meam: domine deus meus. Cūm anguſtiaret in me anima mea: dñe recordatus ſum.

SEP. Intrauit caput meū ad ſciſſuras montium: deſcendi in terram, cuius uectes ſunt retinacula ſempiterna. Et aſcendet de corruptione uita mea ad te domine deus meus. Cum deficeret ex me anima mea, domini recordatus ſum.

Vt uēniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum.

HEB. Qūi cuſtodiunt uanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquent.
Ego

SEP. Qui cuſtodiunt uana & mendacia, miſericordiam ſuam reliquerunt.
Ego

A ma noſtra. Et: Ne urgeat ſuper me puteus os ſuum, neq;
Ibid. 123.a concludat infernus, non mihi deneget exitū: qui ſpon/
te deſcendi, ſponte conſcendam: qui uolūtarius capti/
uus ueni, debeo liberare captiuos: ut impleatur illud:
Ibid. 67.d Aſcendens in altū captiuā duxit captiuitatē. eos em̄ qui
ante captiui fuerant
in morte, iſte cepit
ad uitam. Abyſſos au
tem pernicioſas quaſ
dam & peſsimas for/
titudines accipere de
bemus: uel tormen/
tis ſupplicijſq; dedi/
tas poteſtates, ad
Luc. 8.c quas & in euangelio
dæmones rogant ne
ire cogantur: Vnde &
tenebræ erant ſuper
abyſſum. Interdū a/
byſſus accipitur & ꝓ
ſacramentis ac pro/
fundiſsimis ſenſibus,
& iudicijs dei: Iudi/
cia dñi abyſſus mul/
Pſal. 35.b ta: Et abyſſus abyſ/
& 41.b ſum inuocat in uoce cataractarum tuarum. a ¶Pelagus
operuit,etc.] Quod Ionæ caput pelagus operuerit, & ad
montiū extrema deſcenderit, & uenerit uſq; ad profun
da terrarū, quibus quaſi uectibus & colūnis dei uolūta
te globus terræ ſuſtentat, nulli dubiū eſt, de qua & alibi
Pſal. 74.a dicit: Ego cōfirmaui colūnas eius. De dño aūt ſaluatore
iuxta utranq; editionem uidet mihi ſic poſſe intelligi,
quod principale & caput eius, id eſt, anima quā cū cor=
pore pro ſalute noſtra dignanter aſſumpſit: deſcenderit
B in ſciſſuras montiū, qui fluctib. operiebant, qui ſe à cœ
li ſubtraxerāt libertate, quos abyſſus ambiebat, qui ſe à
dei ſciderāt maieſtate, & poſtea etiā ad inferna penetra/
ret: ad quæ loca quaſi in extremo limo peccatorū ani/
Pſal. 62.c mæ trahebant, dicēte pſalmographo: Intrabūt in infe/
riora terræ, partes uulpiū erunt: Iſti ſunt uectes terræ, &
quaſi quædā ſeræ extremi carceris ac ſuppliciorū nolē/
tes ab inferis animas exire captiuas: Vnde ſignificāter
[illegible] Lxx. κάτοχοι αἰώνιοι: trāſtulerunt, hoc eſt,
ſemper tenere cupiētes, quos ſemel inuaſerant. Sed dñs
Eſa. 45.a noſter, de quo ſub perſona Cyri in Eſaia legimus: Fo/
res æneas cōterā, & uectes ferreas cōfringā, ad mōtium
extrema deſcēdit, & æternis cōcluſus eſt uectibus, ut o/
mnes qui clauſi fuerant liberaret. b ¶Et ſubleuabis,etc.]
Proprie dixit, ſubleuabis, uel aſcēdet de corruptione ui
ta mea: quia ad corruptionē, & ad inferna deſcenderat,
hoc eſt, qđ apoſtoli interpretant in xv. pſalmo ex per/
ſona dñi prophetatū: Qm̄ nō derelinques animā meā
in inferno: nec dabis ſanctū tuū uidere corruptionem.
Quod Dauid ſcilicet & mortuus ſit & ſepultus: ſaluato=
ris aūt caro nō uiderit corruptionē. Alij uero interpre/
tant quod ad cōparationē cœleſtis beatitudinis & uer/
bi dei, humanū corpus corruptio ſit, qđ ſeminat in cor
ruptione: & in CII pſalmo ex perſona iuſti ſignificet,
Qui ſanat oēs infirmitates tuas, qui redemit de interi/
Rom. 7.d tu uitā tuā. Vnde & Apoſtolus dicit: Miſer ego homo,
quis me liberabit de corpore mortis huius? Et appellat
corpus mortis, uel corpus humilitatis. Hoc illi ad occa
ſionē ſuæ ducūt hæreſeos: ut ſub perſona Chriſti mētiāt
antichriſtū, eccleſias teneāt ut uentrē pinguiſsimū nu/
triāt, & carnaliter uiuētes, cōtra carnē diſputāt. Nos aūt
ſcimus de incorrupta uirgine corpus aſſumptū, nō cor
1.Cor. 15 ruptionē Chriſti fuiſſe, ſed tēplū. Qđ ſi in Apoſtoli ad
Corinthios ſentētiā trahimur, in qua corpus dicit ſpiri
tuale, ne cōtētioſi uideamur, dicemus idipſum quidem
corpus, & eādē carnē reſurgere, quæ ſepulta eſt, quæ in C
humo cōdita: ſed mutare eā gloriā, nō mutare naturā.
Oportet em̄ corruptiuū hoc induere incorruptionē, &
mortale hoc induere immortalitatē. Qn̄ dicit, hoc, quo
dāmō duob. digitulis cōprehēſū corpus oſtēdit: hoc in
quo naſcimur, hoc in
quo morimur, hoc ꝙ
timēt recipere qui pu
niēdi ſūt: hoc ꝙ uirgi/
nitas expectat ad præ
miū, adulteriū formi=
dat ad pœnā. Sup Io/
na aūt ita intelligi po
teſt, qđ qui in uētre ce
ti iuxta naturā corpo
rū corrūpi debuerat,
& in cibos beſtiæ ꝓfi/
cere, ac per uenas ar/
tuſq; diffundi, ſoſpes
& integer māſerit. Por
rò qđ ait: Dñe deus
meus, blādiētis affe/
ctus eſt, qđ cōmunē
deū omniū, beneficij
magnitudine, ſuū &
quaſi ꝓpriū ſenſerit deū. c ¶Cū ang.etc.] Cū, inqt, nullū
aliud ſperarē auxiliū, recordatio dñi mihi ſaluti fuit. Iu
xta illud: Recordatus ſum dñi, & lætatus ſum. Et in alio Pſal. 76.a
loco: Recordatus ſum dierū antiquorū, & annos æter/ Ibid. 142.b
nos in mēte habui. Ego cū deſperarē ſalutē, & carnis fra
gilitas in medio uētre ceti nihil me de uita ſperare per/
mitteret: quicquid impoſsibile uidebat, dñi recordatio
ne ſuperatū eſt. Videbā me clauſum in utero ceti, & tota
ſpes mea dñs erat. Ex quib. diſcimus iuxta Lxx. eo tem
pore quo deficit anima noſtra, & à corporis cōpage di D
uellit: nō nos debere aliò cogitationē uertere, niſi ad eū
qui in corpore & extra corpus noſter eſt dñs. Super ſal
uatoris uero pſona nō eſt difficilis interpretatio, qui di
xit: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortē. Et Pater ſi poſ/ Mat. 26.d
ſibile eſt, trāſeat à me calix iſte. Et: In manus tuas cōmē Pſal. 30.b
do ſpiritū meū, & cætera his ſimilia. d ¶Vt ue.etc.] Idcir
co in tribulatiōe dñi recordatus ſum, ut oratio mea de
extremo mari, & ſciſſuris montiū cōſcēdat ad cœlos, &
ueniat ad tēplū ſāctū tuū, in quo tu æterna frueris beati
tudine. Et cōſiderādū ꝙ nouo gñe, oratio fiat ꝓ oratio
ne, & precet ut oratio illius conſcēdat ad tēplū dei. Petit
aūt quaſi pōtifex, ut in corpore ſuo populus liberet. e
¶Qui cuſt.etc.] Deus natura miſericors eſt, & paratus ut
ſaluet clemētia, quos nō pōt ſaluare iuſtitia: nos aūt ui/
tio noſtro paratā miſericordiā, & ultro ſe offerētē perdi
mus & relinqmus. Et nō dixit, q faciūt uanitates: Vani/ Ecclēs 1.a
tas quippe uanitatū, & oīa uanitas: ne dānare uideret
uniuerſos, & cūcto gñi humano miſericordiā denega/
re, ſed q cuſtodiūt uanitates ſiue mēdaciū, q trāſierūt in
affectū cordis, q nō ſolū faciūt, ſed ita cuſtodiūt uanita/
tes, quaſi diligāt, & theſaurū inueniſſe ſe putēt. Simulq;
cerne magnanimitatē ꝓphetæ, in ꝓfundo maris, in uē/
tre tātæ beſtiæ æterna nocte coopertus, nō cogitat de peri
culo ſuo, ſed de natura rerū, gñali ſentētia philoſophat.
Miſericordiā, inqt, ſuā derelinquēt. Licet offēſa ſit miſe=
ricordia, quā nos poſſumus ipſū intelligere deū: Miſeri Pſal. 144.b
cors em̄ & miſerator dñs, patiēs & multæ miſeratiōis: tñ
eos q cuſtodiūt uanitates, nō relinqt, nō deteſtat, ſed ex
pectat ut redeant: illi uero ſtantē miſericordiā & ultro
ſe offerentē ſponte propria derelinquunt. Poteſt hoc &
ex perſona dñi de Iudæorum perfidia prophetari, qui
dum ſe æſtimant præcepta hominum & Phariſæorum
mandata ſeruare, quæ uanitas atq; mendacium ſunt,
deum qui ſemper eorum miſertus fuerat reliquerunt.
¶Ego

Universidad de Deusto Biblioteca

A a ¶*Ego autem in uoce, etc.*] Qui cuſtodiunt uanitates, ſuā miſericordiam reliquerunt: Ego autem qui pro multorum ſalute deuoratus ſum, in uoce laudis & confeſsionis immolabo tibi, meipſum offerens: quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. (1.Cor.5.c) Et quaſi pontifex & ouis ſeipſum pro nobis obtulit. Et confitebor, inquit, tibi ut ante cōfeſſus ſum, dicens: Confitebor tibi pater domine cœli & terræ, (Matth.11.d) & reddam uota quæ feci pro ſalute omnium domino: ut omne quod dediſti mihi non pereat in ęternum. (Ioan.6.d & 15.b) Cernimus quid in ſua paſsione ſaluator pro noſtra ſalute promiſerit: non faciamus mendacem Ieſum: mundi ſimus & ab uniuerſis peccatorum ſordibus ſeparati: ut nos deo patri offerat uictimas quas uouerat. b ¶*Et dixit dominus piſci, etc.*] Hæc quæ ſuprà legimus ſub perſona Ionę dominus deprecatus eſt in uentre ceti: de quo & Iob myſticè loquitur: (Iob 3.b) Maledicat ei qui B maledixit diei: ille qui magnū cetum capturus eſt. Præcipitur ergo huic magno ceto, & abyſsis & inferno, ut terris reſtituat ſaluatorē: & qui mortuus fuerat, ut liberaret eos q mortis uinculis tenebantur, ſecū plurimos educat ad uitā. Quod autem ſcribitur, euomuit, ἐμφατικώτερον debemus accipere: quod ex imis uitalibus mortis, uictrix uita proceſſerit.

HEBR. Egò autem in uoce laudis immolabo tibi: quæcunq; uoui reddam pro ſalute domino. Et dixit dòminus piſci: & euomuit Ionam in aridam.

Cap. III

ET factúm eſt uerbú domini ad Ionam ſecundo, dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatē magnam & prædica in ea iuxta prædicationem priorem quam ego loquor ad te. Et ſurrèxit Ionas & abijt in Niniuen iuxta uerbum domini: & Niniue erat ciuitas magna dei itinere trium dierum: & cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei unius. Et clàmauit & dixit: adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur. Et crèdiderunt uiri Niniuitæ in deum, & prædicauerūt ieiunium: & ueſtiti ſunt ſaccis à maiore uſq; ad minorē. Et

SEP. Ego autem cum uoce laudis & cōfeſsionis immolabo tibi: quæcunq; uoui reddam tibi ſalutare domino. Et præcepit ceto & eiecit Ionam ſuper ſiccum.

Cap. III

ET factus eſt ſermo domini ad Ionā ſecundo dicēs: Surge & uade in Niniuen ciuitatem magnā: & prædica in ea iuxta prædicationē priorem quā ego locutus ſum ad te. Et ſurrexit Ionas: & abijt in Niniuen: ſicut ei locutus fuerat dñs. Erat autem Niniue ciuitas magna deo: quaſi itinere uiæ dierum trium: & cœpit Ionas ingredi ciuitatem quaſi itinere diei unius. Et prædicauit & dixit: adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur. Et

C ris naufragij memor, uiam triū dierum unius diei feſtinatione compleuit: quanquam ſint qui ita ſimpliciter intelligant: quod in tertia tantū parte urbis prædicauerit: & ad reliquos confeſtim prædicationis ſermo peruenerit. Dominus autē noſter proprie poſt inferos conſurgere dicitur, & uerbū domini prædicare, quando mittit apoſtolos ut baptizent eos qui erant in Niniue: in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: hoc eſt itinere trium dierū. Et hoc ipſum ſacramentum ſalutis humanæ unius diei uia, id eſt, unius dei confeſsione perficitur: nō tam apoſtolis quàm in apoſtolis prædicante Iona: Ipſe enim dicit: (Matth.) Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationē ſeculi. Nulliq; dubiū quare Niniue magna ſit ciuitas dei: cum mundus et uniuerſa per ipſum facta ſint: & ſine ipſo factum eſt nihil. Notandum quoq; quod nō dixerit tribus diebus & noctibus: uel uno die & nocte: ſed D abſolute dieb. & die: ut oſtenderet in myſterio trinitatis, & unius dei confeſsione nihil eſſe tenebroſū. c ¶*Et clamauit & dixit, etc.*] Trinus numerus qui ponitur à Septuaginta non conuenit pœnitentiæ: & ſatis miror cur ita tranſlatū ſit: cum in Hebræo nec literarū, nec ſyllabarum, nec accentuum, nec uerbi ſit ulla communitas. Tres enim dicitur שְׁלשׁ & quadraginta אַרְבָּעִים Alioquin & de Iudæa tanto itinere miſſus propheta in Aſſyrios, dignā ſuæ prædicationis pœnitentiā flagitabat: ut antiqua & putrida uulnera, diu appoſito curarētur emplaſtro. Porrò quadragenarius numerus conuenit peccatoribus, & ieiunio, & orationi, & ſacco, & lachrymis, & perſeuerantiæ deprecandi: ob quod & Moyſes quadraginta diebus ieiunauit in monte Sina: (Exod.) & Helias fugiens Iezabel, & dei deſuper ira pendente, quadraginta dies ieiunaſſe deſcribitur. (3.Re.) Ipſe quoq; dñs uerus Iona miſſus ad prædicationē mundi, ieiunauit quadraginta dies: & hæreditatē nobis ieiunij derelinquens, ad eſum corporis ſui ſub hoc numero noſtras animas præparat. Quod aūt clamauit, euangelicū illud expletur: Stās clamabat in templo, dicens: Qui ſitit, ueniat ad me & bibat. (Ioan.7) Om̄is eñ ſermo ſaluatoris quia de magnis prædicabat, clamor appellatˀ. f ¶*Et credide. etc.*] Credidit Niniue: & Iſrael incredulus pſeuerat. Credidit prępputiū, & circūciſio pmanet infidelis. Et primū credūt uiri de Niniue q ad ætatē Chriſti puenerāt, prædicātq; ieiuniū & ueſtiūt ſaccis à maiore uſq; ad minorē: Dignus & uictus & habitus pœnitētię: ut q offēderāt deū luxu et ambitiōe, eorū dānatiōe placēt, p quæ prius offenderāt. Saccus & ieiunium,

CAP. III

ET *factum eſt uerbum domini, etc.*] Non dicitur prophetæ: quare non feciſti quod tibi fuerat imperatum, ſed ſufficit ei naufragij & deuorationis ſola correptio: ut qui imperantem non ſenſerat, dñm intelligeret liberantem. Alioquin ſuperfluū eſt delinquenti ſeruo poſt plagas uelle imputare quod fecit, cū huiuſcemodi correptio non tam emendatio ſit, quàm exprobatio. Dñs autem noſter poſt reſurrectionē ſecundo mittitur ad Niniuen: ut qui prius quodāmodo fugerat, dicens: Pater ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte: Et noluerat dare panem filiorū canibus: Nunc quia illi dixerāt: crucifige, crucifige talem: nos non habemus regē niſi Cæſarem: ſponte pergit ad Niniuen: ut hoc prædicet poſt reſurrectionē, quod ut prædicaret & ante paſsionē ei fuerat imperatū. Totum autem quod iubetur, quod obedit, quod non uult: quod iterū uelle cogitur: quod patris ſecundo exequitur uoluntatē, refer ad hominem & ad formā ſerui, cui talia uerba conueniunt. d ¶*Et ſurrexit Ionas, etc.*] Statim Ionas quod fuerat ſibi imperatum opere perfecit. Niniue autē erat ad quam pergebat propheta: ciuitas magna, & tanti ambitus: ut uix triū dierum poſsit itinere circumiri. At ille præcepti & ſuperio



A ieiunium, arma ſunt pœnitentiæ, auxilia peccatorum: ante, ieiuniū: & ſic ſaccus: ante, quod occultū eſt, & poſtea, quod palam: hoc ſemper deo, illud interdum exhibetur & hominibus. Et ſi è duobus neceſſarijs unum eſt ſubtrahendū: magis ieiunium abſq; ſacco, quàm ſaccum eligam abſq; ieiunio. Maior ætas incipit, & uſq; ad minorem peruenit: nullus enim abſq; peccato: & ſi unius quidem diei fuerit uita eius, & innumerabiles anni uitæ illius. (Iob 25.b) Si enim ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu dei: quanto magis uermis & putredo: & hi qui peccato offendētis Adam tenētur obnoxij? Sed & ordo pulcherrimus: Præcipit deus prophetæ: propheta prædicat ciuitati: prius uiri credūt: & illis ieiunium prædicantibus, omnis ætas ſacco induitur: uiri non prædicāt ſaccum, ſed tantum ieiunium: At uero his quib. pœnitentia pręcipitur, conſequenter ad ieiunium ſaccum B copulant: ut inanis uenter, & habitus luctuoſus ambitioſius dominū deprecentur. a ¶*Et peruenit uerbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit ueſtimentum ſuum à ſe, & indutus, etc.*] Scio pleroſq; regē Niniue qui extremus audiat prædicationem: & deſçendat de ſolio ſuo: & priſtinum abijciat ornatum: ueſtitusq; ſacco, ſedeat in cinere: nec ſua conuerſione contentus: cæteris quoq; conducibus ſuis prædicet pœnitentiā, dicens: Homines & iumenta & boues & pecora crucientur fame, operiantur ſaccis: & damnatis priſtinis uitijs, totos ſe conferant ad pœnitentiam: ſuper diabolo interpretari, qui in fine mundi, quia nulla rationabilis, & quæ à deo facta ſit creatura pereat, deſcendens de ſua ſuperbia, acturus ſit pœnitentiam: & in locum priſtinū reſtituendus. Ad cuius ſenſus comprobationem, (Dan.4.c) etiam illud de Daniele exemplū proferunt: ubi Nabuchodonoſor acta per ſeptem annos pœnitentia, in regnū priſtinum reſtituit. Sed hoc quia ſcriptura ſancta non dicit: & euertit penitus timorem dei, dum facile homines labuntur ad uitia: putantes etiam diabolū, qui autor malorum eſt, & omnium peccatorū fons, acta pœnitentia, poſſe ſaluari: (Mat.25.d) de noſtris mentibus abijciamus: Et ſciamus peccatores in euangelio mitti in ignem æternū, qui præparatus ſit diabolo & angelis eius, (Eſa.66.g) & de his dici: Vermis eorum non morietur, & ignis eorū non extinguetur. Scimus quidem clementem eſſe deū: nec qui peccatores ſumus, crudelitate illius delectamur. Sed legimus: (Pſal.114.a) Miſericors & iuſtus dominus, & deus noſter miſeretur. Iuſtitia dei uallatur miſericordia: & tali ad iudiciū ambitione procedit: ſic parcit, ut iudicet: ſic iudicat, ut miſereatur: (Pſal.48.b) Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi: Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt ſe: Alioquin ſi omnes rationabiles creaturæ æquales ſunt: & uel ex uirtutibus, uel ex ui

HEBR. Et pèruenit uerbum ad regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit ueſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit & dixit in Niniue, ex ore regis & principum eius dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non guſtent quicquam nec paſcantur: & aquam non bibant: & operiantur ſaccis homines & iumenta: & clament ad dominum in fortitudine, & conuertatur uir à uia ſua mala: & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus: & reuertatˀ à furore iræ ſuæ, & nō peribimus? Et ui

SEP. Et appropinquauit ſermo ad regē Niniue: & ſurrexit de throno ſuo: & abſtulit ſtolam ſuam à ſe: & coopertus eſt ſacco, & ſedit in cinere: & prædicatum eſt Niniue à rege & ab omnibus maioribus eius dicentibus: Homines & iumēta & boues & oues non guſtent quicquā nec paſcātur: & aquā nō bibāt: & coperti ſunt ſaccis homines & iumenta: & clamauerūt ad dominū uehemēter: & reuerſus eſt unuſquiſq; de uia ſua mala, & ab iniquitate quæ erat in manibus eorū dicentium: quis ſcit ſi cōuertatur deus & exoretur, & auertatur ab ira furoris ſui & nō pereamus? Et ui

C tijs ſponte propria aut ſurſum erigunturˀ aut in ima merguntur: & longo poſt circumitu atq; infinitis ſeculis, omnium rerū reſtitutio fiet: & una dignitas militantium, quæ diſtantia erit inter uirginem & proſtibulum? Quę differentia erit inter matrem dñi: & quod dictu quoq; ſcelus eſt, uictimas libidinū publicarum? Idem'ne erit Gabriel & diabolus? Idē apoſtoli & dæmones? Idē prophetæ & pſeudoprophetæ? Idem martyres & perſecutores? Finge quod libet: annos & tempora duplica, & infinitas ætates congere cruciatibus: ſi finis omniū ſimilis eſt, præteritum omne pro nihilo eſt: quia non quærimus quid aliquando fuerimus: ſed quid ſemper futuri ſimus. Nec ignoro quæ aduerſum hæc ſoleāt dicere: & ſpem ſibi ac ſalutē cum diabolo præparare. Verum nō eſt iſtius temporis contra dogma peruerſum & σύμφραγμα diabolicum regnū docentium, & angelis publice denegantiū priuilegium, D latius ſcribere. Sufficit nobis indicaſſe qd de hoc teſtimonio ſenſerimus: & quaſi in commentarijs breuiter intimare, quis ſit rex Niniue: ad quem extremū dei ſermo perueniat. Quid ualeat apud homines ſeculi eloquentia & ſapientia ſecularis, teſtes ſunt Demoſthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophraſtus, Ariſtoteles, & cæteri oratores ac philoſophi: qui uelut reges habentur hominū: & præcepta eorū nō ut pręcepta mortaliū, ſed quaſi oracula accipiūtur deorum. Vnde & Plato dicit: Felices fore res publicas, ſi aut philoſophi regnent: aut reges philoſophentur. Quod autē difficile iſtiuſmodi homines credant in deū, ut quotidiana exempla prætercam, & ſileā de ueteribus hiſtorijs ethnicorū, ſufficit nobis apoſtoli teſtimonium: qui ad Corinthios ſcribens, ait: Videte fratres uocationem ueſtrā: quia non ſunt multi ſapientes ſecundū carnem: (1.Cor.1.d) non multi nobiles: ſed ſtulta mundi elegit deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & ea quæ erant contemptibilia elegit deus, & cætera. Vnde rurſum dicit: Perdam ſapientiā ſapientium: & intelligentiā prudentium reprobabo. Et: Videte ne quis uos ſpoliet per philoſophiā & inanem ſeductionē. Ex quo perſpicuum eſt prædicationē Chriſti reges mundi audire nouiſsimos: & depoſito fulgore eloquentiæ & ornamentis ac decore uerborū, totos ſe ſimplicitati & ruſticitati tradere: & in plebeium cultū redactos ſedere in ſordibus: & deſtruere quod ante prædicarant. Proponamus nobis beatum Cyprianū: qui prius idololatriæ aſſertor fuit: & in tantam gloriā uenit eloquentiæ, ut oratoriā quoq; doceret Carthagini: audiſſe tandem ſermonem Ionę: & ad pœnitentiam conuerſum, in tantā ueniſſe uirtutem, ut Chriſtum publice prædicaret: & pro illo ceruicem gladio

Universidad de Deusto Biblioteca

A gladio fecerit. Profecto intelligimus regem Niniue deſcendiſſe de ſolio ſuo: & purpuram ſacco, unguenta luto, mundicias ſordibus commutaſſe: non ſordibus ſenſuum, ſed uerborum. Vnde & de Babylone in Hieremia dicitur: [Hier. 51.a] Calix aureus Babylon inebrians omnem terram. Quem non inebriauit eloquentia ſecularis? Cuius non animos compoſitione uerborum & diuerſitudinis ſuę fulgore perſtrinxit? Difficile homines potentes & nobiles & diuites: & multo his difficilius eloquentes credunt deo: obcæcatur enim mens eorum diuitijs & opibus atq; luxuria: & circundati uitijs, non poſſunt uidere uirtutes: ſimplicitatéq; ſcripturæ ſanctæ non ex maieſtate ſenſuum, ſed uerborum iudicāt uilitate. Cum autem ipſi qui prius mala docuerāt, uerſi ad pœnitētiam docere cœperint bona: tunc uidebimus Niniuiticos populos una prædicatione cōuerti: & fieri illud qd' B in Eſaia legimus: Sanata eſt gens ſimul. [Pſal. 35.b] Homines quoq; & iumenta operta ſaccis & clamantia ad dominum: eodē ſenſu intellige: quod & rationabiles & irrationabiles, & prudentes ac ſimplices ad prædicationem Ionæ agant pœnitentiam: iuxta illud quod & alibi dicitur. Homines & iumenta ſaluabis dn̄e? Poſſumus autem iumēta operta ſaccis & aliter interpretari: de his maxime teſtimonijs in quibus legimus: Sol & luna induentur ſacco. [Ezec. 32.b] Et in alio loco: Induam cœlū ſacco: pro [Eſa. 50.b] lugubri ſcilicet habitu: & mœrore atq; mœſtitia quæ μεταφορικῶς ſaccus nominatur. Illud quoq; quod dicitur: Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat deus: ideo ambiguū ponitur & incertū: ut dum homines dubij ſunt de ſalute fortius agant pœnitentiam: & magis ad miſericordiam prouocent deū. a ¶ *Et uidit deus opera corū quia conuerſi ſunt de uia ſua mala: & mi, etc.* ] Secundū utranq; intelligentiā, ſiue tunc urbis Aſſyriæ, ſiue quotidie mundi deus populis comminatur ut agant pœnitentiā: qui ſi conuerſi fuerint, ipſe quoq; uertet ſententiā ſuam: & populi conuerſione mutat: Quod Hieremias & Ezechiel manifeſtius explicant: nec bona uidelicet implere dn̄m quæ promiſerit, ſi boni uertātur ad uitia: nec mala quæ peſsimis comminatur, ſi illi reuerſi fuerint ad ſalutē. Ita igitur & nunc uidit deus opera: quia cōuerſi ſunt à uia ſua peſsima: non uerba audiuit quæ ſolebat Iſrael ſæpe promittere: Omnia quæcunq; dixerit dn̄s, faciemus: ſed opera conſpexit, quia mauult pœnitentiā peccatoris, quàm mortē: libenter mutauit ſententiā: quia uidit opera commutata: Quin potius deus perſeuerauerit in propoſito ſuo miſereri uolēs ab initio: neminem enim punire deſiderans, quod facturus eſt cōminatur. Malitiam autem (ut ſupra diximus) pro ſupplicijs & tormētis accipe: non quod deus mali facere quicq̄ cogitaret. C

HEB. Et uidit deus opera eorum quia conuerſi ſunt de uia ſua mala: & miſertus eſt deus ſuper malicia quā locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit.

SEP. Et uidit deus opera eorū, quoniā reuerſi ſunt de uijs ſuis malis: & egit pœnitentiam deus ſuper malitia, quam locutus fuerat ut faceret eis & non fecit.

Cap. IIII

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna & iratus eſt: & orauit ad dominum & dixit: Obſecró domine: nunquid nō hoc eſt uerbum meū, cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui ut fugerē in Tharſis: Scio enim quia tu deus clemens & miſericors: patiēs & multæ miſerationis, ignoſcens ſuper malicia: & nunc domine tolle quæſo animam meam à me: quia melior eſt mihi mors quàm uita. Et

Cap. IIII

ET contriſtatus eſt Ionas triſtitia grandi, & confuſus eſt: orauitq; ad dominum & ait: ô domine, nonne iſti ſunt ſermones mei, cū adhuc eſſem in terra mea? propterea præoccupaui fugere in Tharſis: Scio enim quod tu miſericors & miſerator, patiēs & multæ miſerationis, & agens pœnitentiam ſuper malitijs, & nunc dominator domine tolle animā meā à me: quia melius eſt mihi mori quàm uiuere. Et

CAP. IIII

ET *afflictus eſt Ionas afflictione, etc.* ] Videns ſubintrare gentiū plenitudinē: & illud impleri quod in Deuteronomio dicitur: Ipſi me iritauerunt in his qui non ſunt dij: & ego eos iritabo ſuper gente quæ non eſt: ſuper natione ſtulta eos ad iracundiā concitabo: [Deut. 32.c] deſperat de ſalute Iſraelis: & magno dolore concutitur: qui erumpit in uocem: & cauſas mœroris exponit: & quodā modo loquitur: Ego ſolus electus ſum de tāto numero prophetarum, qui per aliorū ſalutem ruinam meo populo nunciarem. Non igitur contriſtatur ut quidam putāt, quod gentium multitudo ſaluetur, ſed quod pereat Iſrael. Vnde & dominus noſter fleuit ſuper Hieruſalem, [Luc. 19.f] & noluit tollere panem filiorum & dare canibus. [Mat. 7.c] Et apoſtoli primum prædicant Iſraeli. Et Paulus cupit eſſe anathema pro fratribus ſuis, qui ſunt Iſraelitæ: [Rom. 9.a] D & quorū adoptio, & gloria, & teſtamentum, & repromiſsiones, & legiſlatio: ex quibus patres ex quibus Chriſtus eſt ſecundum carnem. Pulchre autem dolens (quod interpretatur Ionas) affligitur dolore, & triſtis eſt anima eius uſq; ad mortem, quia ne periret populus Iudæorū, quantum in ſe fuit multa perpeſſus eſt. Hiſtoriæ quoq; magis dolentis conuenit nomen, ſignificans laborioſum prophetā, & peregrinationis atq; naufragij miſerijs prægrauatum. c ¶ *Obſecro domine: nunquid non, etc.* ] Hoc quod nos interpretati ſumus, obſecro, & Septuaginta tranſtulerunt ὦ δὴ, in Hebraico legitur אָנָּה quæ mihi uidetur interiectio deprecantis ſignificare blandientis affectum. Quia igitur oratio eius, dum ſe dicit iuſte fugere uoluiſſe, quodammodo iniuſtitiæ arguit dominum: querelas ſuas obſecrationis exordio temperat. Nunquid, ait, non hoc eſt uerbum meum cum adhuc eſſem in terra mea? ſciui te hoc eſſe facturum: non ignorabam miſericordem: propterea ſeuerum & truculentum nunciare nolebam: ideo fugere uolui in Tharſis, uacare contemplationi rerum, & in mari iſtius ſeculi quiete potius & ocio perfrui: Dimiſi domum meā, reliqui hæreditatem meam: egreſſus ſum de ſinu tuo, & ueni. Si miſericordem dicerem atq; clementem & ignoſcentem malitiæ, nullus ageret pœnitentiam: ſi crudelem, & tantum iudicium nunciarem, ſciebā hoc tuæ non eſſe naturæ. In hoc ergo ambiguo poſitus, malui fugere potius, quàm aut pœnitētes lenitate decipere, aut te prædicare quod non eras. Tolle igitur domine animam meā: In manus enim tuas commendo ſpiritum meum: melior quippe mihi eſt mors quàm uita. Viuens unā Iſrael gentem ſaluare nō potui:



A potui: morior & mundus ſaluabitur. Hiſtoria manifeſta eſt: & ſuper perſona prophetæ ſic poteſt intelligi, ut crebro iam diximus: quod propterea contriſtet̃ & mori uelit, ne conuerſa multitudine gentium, in æternum pereat Iſrael. a ¶ *Et dixit dominus: Putas ne bene iraſc. etc.* ] Verbum Hebraicum חָרָה לָךְ & iratus es tu: & contriſtatus es tu, trāsferri poteſt: quod utrunque & prophetæ & domini perſonæ cōuenit, quod uel iratus ſit, ne uideretur apud Niniuitas fuiſſe mentitus: uel contriſtatus intelligēs Iſrael eſſe periturum. Et rationabiliter non ei dicit, male iratus es, uel contriſtatus es: ne uideretur reprehendere contriſtatum. Nec rurſum bene iratus es aut cōtriſtatus: ut uel cauſas iræ reſpondeat uel mœroris: aut ſi ille tacuerit, uerum dei iudicium ex eius ſilentio comprobetur. b ¶ *Et egreſſus eſt, etc.* ] [Gen. 4.c] Primus Cain fratricida, & homicida cruentum mundum germani ſanguine dedicans, ædificauit ciuitatem, & uocauit eam ex nomine filij ſui Enoch. [Oſee 11.c] Vnde & Oſee propheta dicit: Deus B ego & non homo, in medio tui ſanctus: & nō ingrediar [Pſal. 67.c] in ciuitatem. Domini enim (Pſalmiſta dicente) ſunt exitus mortis. Quamobrem & una fugitiuorū ciuitas ap-[ראמות]pellatur Ramoth, quod interpretatur uiſio mortis. Et recte quicunq; fugitiuus eſt, & propter peccata non meretur habitare Hieruſalem, habitat in urbe mortis, & eſt [ירדן] trans fluenta Iordanis, qui deſcenſus exprimitur. Egreditur ergo columba, uel dolens de iſtiuſmodi ciuitate, & habitat contra Orientem, unde ſol oritur: & eſt ibi in tabernaculo ſuo, ubi labentia quæq; tempora contemplatus, expectat quid ſupradictæ eueniat ciuitati. Antequam Niniue ſaluaretur, & areſceret cucurbita, antequam Chriſti euangelium coruſcaret, & compleretur [Zach. 6.c] Zachariæ prophetia: Ecce uir oriens nomen eius: Ionas ſub umbraculo erat: Necdum quippe ueritas uenerat, [Ioan. 4.c] de qua idem Euangeliſta & Apoſtolus loquitur: Deus ueritas eſt. Et eleganter additur: Et fecit ſibimet umbraculum ibi iuxta Niniuen. Sibimet fecit: nullus enim de Niniuitis tunc temporis habitare poterat cum propheta, & ſedebat ſub umbra, uel iudicis habitu, uel de ſua maieſtate contractus, & accinctus lumbos in fortitudine: ut non tota ad pedes & ad nos qui deorſum ſumus, ueſtimenta defluerent, ſed in ſe artiori baltheo contraherentur. Porrò quod dicit: Vt uideret quid accideret ciuitati, ſolita conſuetudine utitur ſcripturarum, ut humanos deo iungat affectus. c ¶ *Et præparauit dominus deus hederam, & aſcendit ſuper caput, etc.* ] In hoc loco quidā Canthelius de antiquiſsimo genere Corneliorum, ſiue (ut ipſe iactat) de ſtirpe Aſinij Pollionis, dudum Romæ dicitur me accuſaſſe ſacrilegij, quod pro cucurbita hederam tranſtulerim: timuit uidelicet ne ſi pro cucurbitis hederæ naſcerentur, unde occulte & tenebroſe biberet, non haberet. Et reuera in ipſis cucurbitis uaſculorum, quas uulgo Saucomarias uocant, ſolent apoſtolorū imagines adumbrare: è quibus & ille non ſuū ſibi nomen aſſumpſit. Quod ſi tam facile uocabula cōmutantur: ut pro Cornelijs ſeditioſis tribunis, Aemilij conſules appellent̃: miror cur mihi non liceat hederā transferre pro cucurbita. Sed ueniamus ad ſeria. Pro cucurbita ſiue hedera in Hebræo legimus קִיקָיוֹן quæ etiam lingua Syra & Punica Elkeroa dicit̃. Eſt autē genus uirgulti, uel arbuſculæ, lata habens folia in modū pampini & umbram denſiſſimā, ſuo trunco ſe ſuſtinens, quæ in Palæſtina creberrime naſcitur, & maxime in arenoſis locis: mirūq; in modum ſi ſementē in terram ieceris, cito conſota conſurgit in arborē, & intra paucos dies quā herbam uideras, arbuſculā ſuſpicis. Vnde & nos eodem tempore quo interpretabamur prophetas, uoluimus idipſum Hebręę linguę nomē exprimere: qa ſermó Latinus hanc ſpeciē arboris non habebat: ſed timuimus grāmaticos, ne inuenirent licentiam cōmentandi: & uel beſtias Indiæ, uel montes Bœotiæ, aut iſtiuſmodi quædam portēta confingerēt: ſecutiq; ſumus ueteres tranſlatores, qui & ipſi hederā interpretati ſunt, quæ Græce appellatur κισσός. D Aliud enim quid dicerent, non habebant. Diſcutiamus ergo hiſtoriā, & ante myſticos intellectus ſolam literā uentilemus. Cucurbita & hedera huius naturæ ſunt ut per terram reptent: & abſq; furcis uel adminiculis quibus innituntur, altiora non appetant. Quomodo igitur ignorante propheta, cucurbita in una nocte conſurgens umbraculū præbuit, quæ naturam nō habet ſine pergulis & calamis uel haſtilibus in ſublime conſurgere. Ciceion autem cum in ortu ſubito miraculū præbuerit, & potentiā oſtendit dei in protectione uirentis umbraculi, & naturā ſuam ſecuta eſt. Ad perſonam uero domini ſaluatoris, ne penitus propter φιλοκολοκυνθου, cucurbitam relinquamus: ſic referri poteſt, ut illud cōmemoremus Eſaiæ: Relinquetur [Eſaiæ 1.b] filia Sion ſicut tabernaculum in uinea, & uelut caſula in cucumerario: quaſi ciuitas quæ expugnatur. Et dicamus quia in alio ſcripturæ loco cucurbitā non inuenimus, quod ubi cucumis naſcitur, ibi naſci ſoleat & cucurbita. Et Iſrael huic generi comparatū, quod quondā protexerit Ionam ſub umbra ſua, conuerſionē gentiū præſtolantē, & non paruā lætitiā tribuerit ei faciens umbraculum, & tabernaculum potius q̄ domū: habens tectorum imaginē, domorum non habens fundamenta. Porrò ciceion noſtra arbuſcula modica, cito conſurgens, & cito areſcens, ordine & uita cōparabit̃ Iſraeli, radices paruas mittenti in terrā, & conāti quidē in excelſa ſuſtolli, ſed altitudinē cedrorū & abietū dei nō ęquanti. Quod mihi uidentur & locuſtæ ſignificare, quibus ueſcebatur Ioannes: [Matt. 3.a] qui dicit ſub typo Iſraelis: Illum oportet creſcere, me aūt minui: animal paruū, infirmas habens alas, de terra quidē conſurgens, ſed altius non ualens auolare, ut plus ſit q̄ reptile, & tamen auibus non æquetur. d ¶ *Et parauit dominus uermem, etc.* ] Antequā oriretur ſol iuſtitiæ, uirens erat umbraculum, & nō are-

HEB. Et dixit dominus: putas ne bene iraſceris tu?

SEP. Et dixit dn̄s ad Ionā: uehemēter cōtriſtat⁹ es tu?

Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, et ſedit contra orientem ciuitatis, & fecit ſibimet umbraculū ibi, & ſedebat ſubter illud in umbra, donec uideret quid accideret ciuitati.

HEB. Et præparáuit dominus deus hederā, & aſcendit ſuper caput Ionæ, ut eſſet umbra ſuper caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim, & lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna. Et paráuit dominus uermem aſcēſione diluculi in craſtinum, & percuſsit hederam, & exaruit. Et quum ortus fuiſſet ſol, præcepit

SEP. Et præcepit dominus deus cucurbitæ, & aſcendit ſuper caput Ionæ, ut eſſet umbraculum ſuper caput eius, & protegeret eum à ſuis malis: lætatuſq; eſt Ionas ſuper cucurbita gaudio magno. Et præcepit deus uermi mane in craſtinum, & percuſsit cucurbitam, & areſacta eſt: ſtatimque ut ortus eſt ſol, præcepit

Universidad de Deusto Biblioteca

A bat Iſrael: poſtquam ille ſurrexit, & tenebræ Niniuiticæ eius luce diſcuſſæ ſunt: paratus uermis in craſtinū aſcenſione diluculi: de quo uiceſimus primus pſalmus inſcribitur: Pro aſſumptione matutina, & qui abſq; ullo ſemine de terra orit̄, & dicit: Ego ſum uermis & non homo: percuſsit umbraculū quod deſertū auxilio dei omnē uirorē perdidit. Præcepitq; dñs uento calido & urēti, de quo prophetat̄ in
Oſee 13.d Oſee: Adducet urentē uentū dominus de deſerto aſcendentē, & ſiccabit uenas eius, & deſolabit uenas eius. Et æſtuare cœpit Ionas, & iterū uelle mori in baptiſmate cum Iſraele: ut in lauacro recipiat humorē quem in negatiōe perdiderat. Vnde & Petrus arentibus loquit̄ Iudæis:
Act. 2.f Pœnitentiam agite, & baptizet̄ unuſquiſq; ueſtrū in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionē peccatorū ueſtrorū, & accipietis donū ſpiritus ſancti. Sūt qui uermem & urentē uentū, Romanos intelligant duces, qui poſt reſur-
B rectionē Chriſti Iſrael penitus deleuerunt.

HEB. præcepit dñs uento calido & urenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petijt animæ ſuę ut moreret̄, & dixit: Melius eſt mihi mori q̄ uiuere. Et dixit dñs ad Iônam: Putas ne bene iraſceris tu ſuper hederā? Et dixit: Bene iraſcor ego uſq; ad mortē. Et dixit dŏminus: Tu doles ſuper hedera, in qua nō laboraſti, neq; feciſti ut creſceret: quæ ſub una nocte nata eſt, & ſub una nocte perijt, & ego non parcā Niniue ciuitati magnę, in qua ſunt plus quàm centum uiginti milia hominum: qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa.

SEP. præcepit dñs ſpiritui ardoris urenti, & percuſsit ſol ſuper caput Ionæ, & anguſtiatus eſt: & tæduit eum animæ ſuæ, & dixit: Melius eſt mihi mori quàm uiuere. Et dixit dominus deus ad Ionam: Valde contriſtaris tu ſuper cucurbita? Et ait: Valde contriſtor ego uſq; ad mortē. Et dixit dominus: Tu pepercisti ſuper cucurbita pro qua nō laboraſti, neq; nutriſti eā, quæ nata eſt in nocte, & in nocte perijt: ego autem nō parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua habitant plus quàm duodecim milia uirorum, qui ignorant dexteram & ſiniſtram ſuam, & pecora multa.

a ¶ Et dixit dominus ad Ionam, etc.] Suprà Niniuitis agentibus pœnitentiā, & gentium urbe ſaluata, interrogatus idipſum propheta: Putas ne bene iraſceris tu? Nihil reſpondit: ſed interrogationem dei ſilentio comprobauit. Sciens enim clementem eſſe deū & miſericordē, & patientē & multę miſerationis, & ignoſcentē malicijs, ſuper ſalutē gentiū nō dolebat: hic aūt poſtquā in ſiccata cucurbita aruit Iſrael: & cum diſtinctione interrogatus: bene iraſceris tu ſuper hedera? confidēter reſpondit & dicit: Bene iraſcor ego, uel contriſtor uſq; ad mortē: non enim ſic uolui ſaluare alios, ut perirent alij: nō ſic alienos lucrifacere, ut meos perderē. Et reuera uſq; ad præſentē diem Chriſtus plangit Iſrael: & Hieruſalem plangit uſq; ad mortē, nō ſuam, ſed Iudæorū: ut moriantur negantes, & reſurgant dei filium confitentes. b ¶ Et dixit dominus: Tu doles, etc.] Nimiæ difficultatis eſt exponere quomodo iuxta tropologiam dicatur ad filiū: Tu doles ſuper hedera in qua nō laboraſti, neq; feciſti ut creſceret: cum omnia per ipſum facta ſint, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vnde quidam locum iſtum interpretās, ut imminentē ſolueret quæſtionem, incurrit blaſphemiā. Aſſumēs enim illud de Euan
Mar. 10.b gelio: Quid me dicis bonū? nemo bonus eſt niſi unus deus: patrem interpretatus eſt bonum: filium uero ad comparationē eius qui perfecte & uere bonus ſit, in minori gradu poſitum: & non conſiderauit hæc dicens, q̄ in Marcionis potius incurrerit hæreſim, qui alterū deū tantum bonum, alterum infert iudicem & conditorē: q̄ Arij, qui cum maiorē patrē & minorē filium prædicet, tamen filium negat conditorē. Ergo cum uenia audienda ſunt, quæ dicturi ſumus, & conatus noſtri fauore potius & orationibus audiendi & adiuuandi, quàm ſpernendi aure maliuola: quia carpere & detrahere uel imperiti poſſunt: doctorum autem eſt, & qui laborantium C nouere ſudorem, uel laſsis manū porrigere, uel errantibus iter oſtendere. Dominus noſter atq; ſaluator non ita laborauit in Iſrael, quomodo laborauit in gentium populo. Deniq; Iſrael loquitur confidenter: Ecce tot an Luc. 15.d nis ſeruio tibi, & nunquā mādatum tuum præteriui, & nūquam dediſti mihi hædum, ut cū amicis meis epularer: ſed poſtquam filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, uenit, occidiſti illi uitulum ſaginatū. Nec tamē confutatur à patre, ſed clementer ei dicitur: Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: epulari & gaudere oportebat, quia hic frater tuus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Pro gentiū populo immolatus eſt uitulus ſaginatus, & precioſus ſanguis effuſus, de quo Pau/ Heb. 10.d lus apoſtolus ad Hebræos pleniſsime diſputat. Et Dauid in pſalmo: Frater, inqt, Pſal. 48.b non redimit, redimet D homo. Decreuit Chriſtus, ut ille creſceret: Iſte mortuus eſt, ut ille uiueret: hic deſcendit ad inferos, ut ille cœlos aſcenderet. In Iſrael uero nullus tantus labor fuit. Vnde & inuidet iuniori fratri, quod poſt ſubſtantiam cum meretricibus lenonibusq; prodactam, recipiat annulum & ſtolam, & polleat priſtina dignitate. Quod autem ait: Quæ ſub una nocte nata eſt: ſignificat tempus ante aduentum Chriſti, qui mundi lumen fuit, de quo dicitur: Nox præceſsit, dies autē appropinqua/ Rom. 13.d uit. Et una nocte perijt: quando occubuit eis ſol iuſtitię, & dei perdidere ſermonē. Ciuitas uero Niniue magna atq; pulcherrima, præfigurat eccleſiam: in qua maior eſt numerus quàm decem tribuum Iſrael: quod & fragmenta in ſolitudine ſignificant duodecim cophinorū. Ignorant autem quid ſit inter dextram & ſiniſtram, uel propter innocentiam & ſimplicitatem, ut lactentē monſtret ætatem, & relinquat intellectui, quantus ſit numerus ætatis alterius, cum tantus ſit paruulorum: Vel certe quia magna erat urbs: & in domo magna non ſolum uaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: erat in ea plurima multitudo, quæ ignorabat ante actā pœnitentiam, quid eſſet inter bonum & malum, inter dextram & ſiniſtram. Sed & iumenta multa. Multus eſt enim Niniue numerus iumentorū & irrationabilium hominum, qui comparantur iumentis inſipientibus, & aſsimilantur eis.

Commentarij D. Hieronymi in Ionam prophetam ad Chromatium epiſcopum finis.



A

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN MICHEAM PROPHEtam ad Paulam & Euſtochium prologus.

C

MICHEAS, in quem nunc commentarios dictare cupio, in ordine duodecim prophetarum ſecundum Septuaginta interpretes tertius eſt, ſecundum Hebraicam ueritatem ſextus, & ſequitur Ionam prophetam, qui ſuccedit Abdiæ, atque ita fit ut tertius ſit Amos, & Ioel ſecundus poſt Oſee, qui apud omnes primus eſt. Ergo quaſi in corde uoluminis poſitus, debet profunda continere myſteria, & ſermo dei qui ſemper deſcendit ad prophetas, deſcendit ad Micheam quoque, qui interpretatur humilitas, ad Micheam de Moraſthi, qui uſque hodie iuxta Eleutheropolim urbem Pa- מִיכָה
læſtinæ haud grandis eſt uiculus: Moraſthi autem in lingua noſtra hæredem ſonat. Pulchre igi- מוֹרַשְׁתִּי
tur humilitas, quæ inter uirtutes uel præcipua eſt, ſpe hæreditatis dominicæ naſcitur. Humilitas autem non illa quæ uenit de conſcientia peccatorum, ſed quæ inter uirtutes ponitur: iuxta quam dicitur: Humiliamini ſub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Et: Qui ſe humi- 1 Pet. 5.b Luc. 18.c
liat, exaltabitur. Et ante contritionem eleuatur cor uiri, & ante gloriam humiliatur. Vnde & domi Matt. 11.d
nus: Diſcite (inquit) à me quia mitis ſum & humilis corde. Quomodo ergo apud nos uotiua & quaſi ob uirtutis auſpicium ponuntur uocabula: uerbi gratia: Victoris, caſti, pij, probi: & apud Græcos σώφρων uocatur, & εὐσεβὴς: & appellatiua nomina uertuntur in propria: Sic apud Hebræos & Micheas & Abdias & Zacharias cæteraq; his ſimilia: ex uirtutum uocabulo liberis à parentibus imponuntur.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Micheam prophetam, Liber primus.

B VErbum domini, etc. quod uidit ſuper Samariam, etc.] Siue iuxta Septuaginta περὶ ὧν εἶδεν περὶ σαμαρείας, id eſt, de quibus uidit ſuper Samariam & Hieruſalem: factum eſt ad Micheam, poſt Oſee, Amos & Eſaiā: qui ſub Ozia uaticinati ſunt. Ex quo intelligimus, Micheā Oziæ tēporibus non prophetaſſe: ſed filij eius Ioatham, poſt quem regnauit Achaz, Ezechia in patris Achaz imperium ſuccedente: ſub quo decem tribus ab Aſſyrijs in captiuitatē ductæ ſunt. Quantum ergo ad hiſtoriam pertinet: ſecundum ordinem captiuitatis: quia

# MICHEAS

VERBVM domini quod factum eſt ad Micheā Mo-
1 ſthiten in diebus Ioathā, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, quod uidit ſuper Samariam & Hieruſalem. Audité populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, & ſit dominus deus uobis in teſtem: dominus de templo ſancto ſuo. Quia

VERBVM domini quod factum eſt ad Micheā Moraſthiten in diebus Ioathā, Achaz, & Ezechiæ regū Iuda, de quibus uidit de Samaria & Hieruſalem. Audite populi omnes, & auſcultet terra, & omnes qui ſunt in ea, & ſit dominus deus uobis in teſtimoniū: dñs ex domo ſancta ſua. Ecce

primū eſt capta Samaria metropolis Iſrael: poſtea Hieruſalem urbs Iudæ: prophetiæ titulus ponitur, primum de Samaria, ſecundo de Hieruſalem. Quantū uero ad myſticos intellectus, quia Samaria ſemper in hæreſibus accipitur, Hieruſalem in eccleſia, dicimus uerbum domini fieri ad humilem, & ad cohæredem Chriſti, de peruerſis dogmatibus & de eccleſia, ſi qua fortè peccata commiſerit: & totius uoluminis ordinem contexere. Quod autem Samaria & decem tribus quæ ſciſſæ ſunt ſub rege Hieroboam à ſtirpe Dauid accipiantur in perſona hæreticorum: & omnis quidem ſcriptura teſtatur: ſed maxime propheta Oſee, & hic ipſe liber qui hæreticos impios, & eccleſiaſticos peccatores uocat. S a

tim enim ſequitur: Quæ eſt impietas Iacob, nónne Samaria? & quod eſt peccatum domus Iuda, nónne Hieruſalem? Hoc duntaxat iuxta Lxx. tranſlatores. Cæterum in Hebraico quomodo legatur, poſt paululū ſubijciemus. Sed & illud quod hæretici ſemper in dogmatum ſuorum ſibi quaſi ſublimitate confi- D dant, & eccleſiæ ſimplicitatem deſpiciant: in alio loco dicit̄: Væ Amos 6.a quæ deſpiciunt Sion, & confidunt in monte Samariæ: de Sion enim egredietur lex, et uerbum domini de Hieruſalem. Porrò Samaria fabricata eſt ſibi de proprio ſenſu uitulos aureos: habentes quidem in ſuperficie pulchritudinem, ſed uitalem ſpiritū nō habentes: & fabricata eſt in domo Bethel: בֵּית-אֵל Nec enim recipere poterat populus Iſrael deos, niſi qui de ſcripturis & in domo dei fabricati ſunt. Quamuis autē conciliabula ſua uocet Bethel, tamen poſt fabricationē idolorum deſijt eſſe Bethel, & uocatur Bethauen, quod dici בֵּית-אָוֶן tur domus idoli: pro quo Lxx. tranſtulerunt domū ὤν. Hoc de titulo: nunc ueniamus ad exordiū prophetiæ, & Lernæa beſtia ſæuiente, ſancti ſpiritus inuocemus aduentum. Vos ò Paula & Euſtochium, ad dominū ſaluatorē fundite preces, ne mihi noceat inuidia, ſed ut mēs libera id tantū cogitet quod nititur explanare: nec ſentiat conuitiorū alapas, quas dominus in paſsione contempſit. a ¶ Audite populi omnes, etc.] Quia iuxta hiſtoriam manifeſtus eſt ſenſus, lectoris prudētiæ intelligentiam derelinquo. Iuxta tropologiā autē conuocat ad audiuini

Universidade de ... Biblioteca

A ditum populos, id est totius orbis eccleſias & ad auſcultandum terram: quia terrena in ea hæreticorũ extructa ſunt dogmata. Quod autem hæreſes inter carnis opera numerentur, quæ ſemper refertur ad terram, & Apoſto-
Gal. 5.d lus ad Galatas non tacet, & dominus in Euangelio prudenti indicat auditori:
Ioan. 3.d Qui de terra eſt, de terra loquit. Et ad diſtinctionem eorũ rurſum de eccleſiaſticis dicit: Qui autẽ de cœlo uenit, ſuper omnes eſt. Et: Quod uidit & audiuit, hoc teſtatur. Si autẽ hoc quod ait: Audite populi: propter illud dominicũ:
Luc. 8.a Qui habet aures audiẽdi, audiat: plus aliquid ſonat, ꝙ quod poſtea infertur: Attendat terra. Aptabimus eccleſiæ, audite populi omnes: hæreticis uero qui terrenam ſuſcepere doctrinã: Attendat terra, & oẽs qui in ea ſunt, ut & iſti ſi audierint, & illi ſi attenderint, non patiantur ea quæ poſtea ſermo domini cõminatur. Et ſit eis dominus in teſtimonium: ſiue
B ut in Hebraico legit, in teſtem: uel ut apertius interpretatus eſt Symmachus, teſtificans: & teſtificans non aliunde, niſi de domo ſua, quæ eſt eccleſia: aut certe in filio, id eſt, in domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uere templum eſt patris: & de cuius ore loquit pater, uiſcera penetrans & medullas eorum qui attendere uoluerint & audire.

HEBR. Quiã ecce dominus egrediet de loco ſuo, & deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ, & conſumentur montes ſubtus eũ, & ualles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quæ decurrunt in præceps: in ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis domus Iſrael. Quod ſcelus Iacob, nõnne Samaria? Et quæ excelſa Iudæ, nõnne Hieruſalem? Et ponam Samariam quaſi aceruũ lapidum in agro cum plãtatur uinea, & detrahã in uallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo, & omnia ſculptilia eius cõcidentur, &

SEP. Ecce enim dñs egrediet de loco ſuo, & deſcendet & aſcẽdet ſuper excelſa terræ: & cõmouebunt mõtes ſubter eũ, & ualles tabeſcẽt ſicut cera à facie ignis: & ſicut aqua profluens in deſcẽſum: propter impietatẽ Iacob omnia hæc, & propter peccatũ domus Iſrael. Quæ eſt impietas domus Iacob, nõnne Samaria? Et quod eſt peccatũ domꝰ Iuda, nõnne Hieruſalẽ? Et ponã Samariã in pomorũ cuſtodiã in agro, & in plantatione uineæ, & detrahã in uoraginẽ lapides eiꝰ: & fundamenta eius reuelabo, & cũcta ſculptilia eiꝰ cõcidẽt, &

C ſedentia, ſurſum poſita ſunt. Vnde & deſcẽdere dicitur ad eos qui doctrinã eius in monte audire non poſſunt. Cumq; deſcenderit, nõ aſcendet in humilibus & in his qui deorſum poſiti ſunt, ſed qui terræ uocantur excelſa, & qui intelligentes ad uenientis domini maieſtatem commouebuntur. Et quamuis mõtes ſint, tamen ad talis aurigæ & aſcenſoris pauebũt præſentiam. Valles autem, id eſt, animæ χοϊκοὶ inſertæ corporibus: nec cum cœleſti homine reſurgentes, præſentiam eius ferre non poterũt: ſed quicquid in eis durũ fuerit, reſoluetur, & ita fluent, quomodo ſi aquæ plana non habeant, feranturq; in præcipites in profundũ. Veniet ergo dominus terribilis ad deſcendum, id eſt ad mouendos mõtes, & uallium humilia reſoluenda: quia impietatem fecit Iacob, & peccatum Iſrael. Impietas enim Iacob conciliabula hæreticorũ ſunt, quæ uocantur Samaria. & peccatum Iuda, id eſt, eius qui domi-
D num confitetur, non eſt aliud niſi Hieruſalem, in qua multa crimina reperiuntur. Quod autem domus Iuda referatur ad Chriſtum, cuius eccleſia eſt, & ſæpe diximus, & illud ponamus ad præſens: Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuo-
Gen. 49.b rum. Poteſt quoq; & ſic intelligi: quod propter impietates Samariæ, & ſcelera Iudæ, egreſſus ſit dominus de loco quondam ſuo, & dixerit ad Iudæos: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: & deſcenderit de cœlis, & aſcenderit ſuper excelſa terræ, id eſt, ſuper eos qui ex gentium humilitate credentes, excelſi eſſe meruerũt. Et commoti ſunt montes, philoſophorum dogmata, & regna ſublimia, & hi qui humiles permanſerunt, conſumpti ſunt, & contriti ſaluatoris aduentu, & creſcente eccleſia, montibusq; in ſublime ſurgentibus idola corruerunt in profundum. Egreſſus eſt ergo dominus de loco ſuo, & de gentibus conſtructa eccleſia eſt, ut mouerentur montes ſub pedibus eius, & profunda uallium ſoluerentur, quia impiè egit Iacob, & peccauit Iſrael, & omnes tribus dominum negauerunt.

a ¶ *Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ, etc.* ] O Samaria & Hieruſalem audite & diligenter attendite dominum uobis de templo ſuo teſtificantem, & prædicentem quæcunq; facturus eſt. Ecce egredietur de loco ſuo. Qui enim mitis eſt & benignus, & cuius natura clementia eſt: ueſtri cauſa cogitur perſonam quam non habet crudelitatis aſſumere. Et deſcendet & calcabit ſuper excelſa terræ. Deſcẽſio dei eſt, & maieſtatis eius ad inferiora decurſus. Calcare terrã, eſt potentes quoſque conterere. Et conſumentur (inquit) ſiue tabeſcent montes, & ualles ſub eo, quos principes intelligamus & populos. Et quomodo uiciniam ignis cera non ſuſtinet, & prono curſu aquæ feruntur in præceps: ita omnis impiorum ſuperbia domino ueniente ſoluetur & defluet. Hoc autem totum fiet propter ſcelera decem tribuum, quas uocat Iacob & Iſrael, & propter præuaricationem Iuda: quia in decem tribubus Samaria metropolis fuit, & in regno Iudæ, Hieruſalem excelſorum idola fabricata eſt: hoc iuxta literam. Tropologicè autem, egredietur dominus de loco, quem uel filium, uel omnes ſanctos intelligere poſſumus. Ipſe enim filius
Ioan. 14.b ait: Ego in patre, & pater in me. Et de ſanctis: Habitabo
Leuit. 26.b & inambulabo in eis: & ero eorũ deus, & ipſi erunt mihi populus. De his ergo egredietur, non ꝙ derelinquat eos: nam & de apoſtolis egrediebatur ſermo domini ad audientes, & tamen non relinquebat eos: & huiuſcemodi loca, id eſt, quæ deum hoſpitem habere mercantur, quaſi cum Chriſto reſurgentia, & cum eo in cœleſtibus

b ¶ *Et ponam Samariam quaſi aceruum lapidum in agro cum plantatur, etc.* ] Secundum ordinem peccatorum, fit ordo pœnarum. Primum peccauit Samaria, & fabricata eſt idola: & pro domino uitulos adorauit: prima ergo & pereat. Deſtruam eam uenientibus Aſſyriis, & ponam quaſi aceruum lapidum cum plantatur uinea, ut redigatur in tumulos: & detrahã in uallem lapides eius. Erat quippe in montibus ſita, ubi nunc Sebaſte eſt: in qua & ſancti Iohannis baptiſtæ oſſa ſunt condita. Et fundamenta eius reuelabo. Tanta quippe ruina erit, & tanta urbis ſubuerſio: ut non ſolum parietes & ædificia corruant, ſed fundamẽta quoq; uſq; ad extremum lapidem reuelentur. Et omnia ſculptilia eius, cunctæq; diuitiæ: quas diuerſi reges in eam comportauerant, cõcidentur & comburent igni,



A igni, & ad nihilum redigentur. Siquidem opes & multiplex ſupellex, quæ ex fornicatione (ut putabantur) idolorum fuerant congregata, ducentur ad aliam meretricem, id eſt ad Niniuen: ut quomodo in terra ſua fornicati ſunt cum idolis quæ fecerunt: ſic uadant ad aliã terram idolorum & fornicatiõis, id eſt ad Aſſyrios. Hucuſq; de Samaria. Et quia eadem plaga peruentura ſit ad Hieruſalem: & ipſa em̃ ſimili errore peccauit, derelinquens deum ſuum, & idola fabricans: propterea propheta facit quaſi προσωποποιίαν dei, & ſub perſona ſua inducit plangentis affectum, & dicit: Super hoc plangam & ululabo: uadã ſpoliatus & nudus: decẽ enim tribus perdidi, & faciam planctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. Quomodo enim dracones terribili ſibilo perſonãt, iuxta hiſtorias eorũ qui de phyſicis conſcripſerũt, eo tempore quo uincuntur ab elephantis: & ſi-
B cut ſtruthiones immemores ſunt ouorum ſuorum, & quaſi non pepererint in arena calcãdos pedibus be-
Iob 39.b ſtiarum fœtus relinquunt: de quo in Iob plenius ſcribitur: ita & ego ſine filiis ſpoliatus & nudus incedam. Et hoc faciam, quia deſperata eſt plaga eius, id eſt Samariæ. Et idem peccatum, imò eadem pœna peccati, quæ euertit Samariã ueniet uſq; ad Iudam, & uſq; ad portã urbis meæ Hieruſalem. Vt enim Samaria ſubuerſa eſt ab Aſſyriis: ita Iuda & Hieruſalem ſubuertentur à Chaldæis. Quia uero Samariã, hæreticorum ſemel intelleximus eccleſiam, quæ ſeparata à deo populi facta eſt conciliabulum, ipſe dominus cõminatur poſiturũ ſe eam in pomorum cuſtodiam, in agrum & in plantationem uineæ. Multo enim melius eſt ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides eius quibus extructa fuerat in præceps detrahi, & præparari eam in pomariũ plantationemq; uinearum, ꝙ in ædificatione peſsima permanere. Cum enim deſtructa fuerit, & reuelata fuerint fundamenta eius, quibus ſua uidebatur cælare myſteria: & firma habere dogmata in quibus ſtabat, & omnia idola quæ ſpeciem uidebãtur habere, & pulchritudinẽ artifici ſermone compoſitã, à miniſtris dei fuerint conciſa, id eſt, à uiris eccleſiaſticis: tũc in loco ædificationis peſsimæ, uaria eccleſię poma naſcent, & nõ ſolũ naſcent, uerũ etiã cuſtodientur, & plantabitur uinea Sorech, de qua fiat uinũ quod ſe dñs in regno patris bibiturũ eſſe promiſit. Non ſolum autem fundamenta eius quæ prius terra premebantur, aperient, & proferentur in mediũ, & idola quæ ſibi finxerat, concidentur, ſed gloria quoque & diuitiæ quas de fornicatione uidebatur habere & errore ſuo,
Luc. 12.f igne meo conſument: de quo dixi in Euangelio: Ignem ueni mittere ſuper terrã, & ꝙ uolo ut ardeat: atq; com-

HEB. & omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam in perditionẽ: quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & uſq; ad mercedem meretricis reuertent. Super hoc plangam & ululabo: uadã ſpoliatus & nudus, faciam planctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtruthionũ: quia deſperata eſt plaga eius: quia uenit uſq; ad Iudam: tetigit portam populi mei uſque ad Hieruſalem. In Gẽth nolite annunciare: lachrymis ne ploretis: in domo pulueris, puluere uos conſpergite: tranſit à uobis habitatio Saphir confuſa ignominia: non eſt egreſſa quæ habitat Sennan. Planctum

SEP. & uniuerſæ mercedes eius comburent igni, & cuncta idola eius ponã in perditionẽ: quia ex mercedibus fornicationis congregauit, & ex mercedibus fornicationis deſtruxit. Propter hoc planget atque lugebit: ibit diſcalciata & nuda: faciet planctum quaſi draconũ, & luctum quaſi filię Sirenarum: quia obtinuit plaga eius: quia uenit uſque ad Iudam, & tetigit uſque ad portam populi mei uſque Hieruſalem. Qui in Geth nolite magnificari: qui in Bachim nolite reædificare ex domo de riſum: terra aſpergite deriſum ueſtrum: quæ habitas bene ciuitates eius: non eſt egreſſa habitatrix Sennan. Plangite

C burentur & redigentur ad nihilum: quia non de ueritate contracta ſunt dogmatũ, ſed de fornicatione animæ, & errore hinc inde collecta ſunt. Hæretici quippe nõ habent diuitias de paterna hæreditate uenientes, ſed quotidie quod colant reperiunt, & idola ſibi artifici manu & curioſa mente confingunt. Propter hoc cum conuerſus fuerit ager eorũ in pomorũ cuſtodiam, & præparatus ad uineas, & lapides quibus ædificata erat ciuitas detracti in profundum, & reuelata fuerint fundamenta eorum, & omnia ſculptilia cõciſa & incenſa, & mercedes quas ſibi uana ſpe pollicebantur, & quicquid uelut deum colere uidebantur, redactum ad nihilũ: quia de fornicatiõe animæ omne ſibi preciũ compararant: Tunc intelligentes errorem priſtinum, in ſemet reuerſi plangent in quib. antea ridebant: & lugebunt in quibus prius fornicantes quodam modo lætabantur. Deponentq; de pedibus ſuis quicquid morti-
D ferum habuerant, & erunt diſcalciati: quia terra in qua ſtaturi ſunt, locus eſt ſanctus: & ueſtimẽta fornicationis ſuæ uniuerſa proiicient: eruntq; nudi, ut poſsint Chriſti indui ueſtimento, & facient planctum quaſi draconũ. Plancturi quippe ſunt aliquando & dracones, quando uiderint dracone maximũ captũ: & in hamo pendere piſcantis, & mare deſolatum. Et lugebunt quaſi filiæ Sirenarum: dulcia enim ſunt hæreticorum carmina, & ſuaui uoce populos decipiẽtia. Nec poteſt eorum cantica præterire, niſi qui obturauerit aurem ſuam, & quaſi ſurdus euaſerit. Propterea autẽ hæc iſtiuſmodi Samaria planget atq; lugebit: quoniã ſagitta domini uulnerata, et plagam ſermonis accipiens, ſuum cognoſcet errorẽ. Non ſolum autẽ ipſa peccauit, ſed iniquitatem & errorẽ ſuum in Iudæ quoq; portas uoluit introducere. Vnde dicitur de ea: Venit uſq; ad Iudam, & tetigit uſq; ad portas populi mei, uſq; ad Hieruſalẽ. Portas, inquit, tetigit, quas aures intelligimus. Cæterũ urbem mediam intrare non potuit: quod ſi intraſſet, feciſſet de Hieruſalem Samariã. Quoties uiderimus de eccleſia aliquos ad hæreticorũ ſermones ſcandalizari, & quęrere quomodo eorum reſpondeant quęſtionibus, nec tamẽ recedere de eccleſia, dicamus: uenit Samaria, ſiue plaga Samariæ uſq; ad populum confitentem, uſq; ad aures populi dei, uſq; ad aures Hieruſalẽ. Hoc enim quod dicitur: Tetigit uſq; ad portas populi mei, ἀπὸ κοινοῦ intelligendum eſt, ut ſubaudiatur, tetigit etiam uſq; ad portas Hieruſalem. Hucuſq; contra Samariã & contra Hieruſalem: uideamus & cætera quæ ſequuntur.

a ¶ *In Geth nolite annunciare: lachrymis, etc.* ] Multũ Hebraicum à Septuaginta interpretatione diſcordat, & tantis tam mea quàm illorum tranſlatio difficultatibus inuo-

Universidad de Deusto Biblioteca



A luta eſt, ut ſi quando indiguimus ſpiritu dei (ſemper autem in exponendis ſcripturis ſanctis illius indigemus aduentu:) nunc uel maxime cum adeſſe cupiamus, & quæ in prophetis locutus eſt, pandere: ut de nobis quoque poſsit intelligi, quod ipſe alibi polliceri dignatur:

HEB. Planctum domus Aſel accipiet ex uobis: quæ ſicut ſibimet: quia infirmata eſt in bono quæ habitat in Maroth: quia deſcendit malum à domino in portam Hieruſalem. Tumultus quadrigæ ſtuporis habitantis Lachis principium peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael? Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Iſrael. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa: uſque Odollam ueniet gloria Iſrael.
Decaluare

SEPT. Plangite domum iuxta eam: accipiet ex uobis plagā doloris: quis cœpit in bonum, quæ habitat in doloribus? quia deſcenderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalem. Sonitus curruum & equitum habitatio Lachis princeps peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuentæ ſunt iniquitates Iſrael. Ideo dabit emiſſarios uſque ad hæreditatem Geth: domos uanas, fruſtra fuerunt regibus Iſrael: donec hæredes adducam tibi, quæ habitas Lachis: hæreditas uſque Odollam ueniet. Gloria filiæ Iſrael
decaluare

Psal. 80.b Aperi os tuum, & implebo illud. Geth, ut
1 Reg. 17.f Regnorū quoq; teſtatur hiſtoria, una eſt de quinque urbibus Palæſtinæ: uicina Iudææ confinio, & de Eleutheropoli euntib. Gazam, nunc uſq; uicus uel maximus, unde fuit & Goliath ille Gethæus, quem Dauid occidit in prælio. Quia igitur propheta, imò per prophetā dominus dixerat: Plāgam & ululabo: uadā ſpoliatus & nudus: faciam planctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum: quia deſperata eſt & inſanabilis plaga Samariæ, & uenit uſque ad Iudā: tetigitq; portam populi mei Hieruſalē: propterea flentis adhuc uoce præcipio: Nolite annuncia-
B re in Geth, ne audiant & lætentur inimici: lachrymis ne ploretis: id eſt, ne dolor quidem in ſingultus erumpat: diſsimulate fletum, ne aduerſarij gratulentur: lachrymas ora non habeant, cum dolorem pectus habeat: nolite exire foras, ſed in domo pulueris & ruente cinere uos conſpergite ruinarum: Tranſit à uobis habitatio שָׁפִיר quod Syro Hebræoq; ſermone dicitur pulchra: Samaria quippe in pulcherrimo Iudææ & uberrimo ſita loco, nunc quoque oſtenditur. Dicitur ergo ad eam: O tu quæ habitas in regione uberrima: quia confuſa es ignominia, ſic tranſi, ſic ad captiuitatem deducere, ut præ malorum magnitudine, ne uicinus quidem Allophylus audiat uocem tuam. Porrò quod ſequitur: Nō
צאנן eſt egreſſa quæ habitat in Sennan, quæ interpretatur exitus, ſiue ut Symmachus uertit: non eſt egreſſa habitatio abundans: de eadem Samaria dicitur, quę in ipſis Aſſyriæ captiuitatis eſt foribus, & ſtatim ut mota fuerit de finibus ſuis, hoſtilem terram ingreditur. Nam habitatio abundans, iuxta illud accipiendum quod & ſupra diximus: habitatio pulchra. Non eſt igitur egreſſa quæ habitat in exitu uel in abundantia propria uoluntate, ſed ui ducta eſt in Aſſyrios. Vnde domus uicina & ex latere quod interpretatur אֵצֶל regnum uidelicet Iuda, planctum accipiet ex uobis, quæ nunc interim Samaria capta ſubſtitit, & deum habuit defenſorem. Accepit autem planctum, & percuſſa formidine eſt, & infirmata bono ſuo, quæ habitat in Maroth, id eſt, in amaritudinibus: ſiue ut Symmachus uertit, habitatio ad amaritudinem prouocans, hoc eſt, ἡ κατοικία ἡ παραπικραίνουσα: quod Hebraice dicitur יוֹשֶׁבֶת מָרוֹת propter captiuitatem uicinarum tribuum, quia deſcendit malum à domino in portā Hieruſalem. Aſſyrius quippe uaſtata Samaria, uenit etiam ad Hieruſalem: eo tem-
4 Reg. 18.d pore quo Rabſaces eſt miſſus inſultans, de quo & Re-
Esaiæ 36.d gnorum quartus liber, & Eſaias plenius ſcribunt: ubi

C dicitur quod rex Aſſyrius de Lachis miſerit Hieruſalem, & poſtea capta Lachis ad oppugnandam tranſierit Lobnam. Veniet igitur ô Lachis urbs idolis dedita, & ad te quadriga & equites Aſſyriorum, quia & in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael, & tu feciſti principium idololatriæ in Iuda: per te enim quaſi per portā impietas decem tribuum migrauit in Hieruſalem. Non ſolum autem ſuper Lachis tumultus ueniet & quadrigæ, ſed & ſuper Geth metropolim Palæſtinæ, de qua ſuprà dixerā: In Geth nolite annūciare: mittet enim Aſſyrius latrunculos ſuos, quos uocat emiſſarios, & poſsidebit domum idololatriæ urbemq; mendacij, quæ in ſupplantatione fuit regibus Iſrael. Quod autem ſequitur: Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa: pulchre alluſit ad nomen: quia enim מָרֵשָׁה hæreditas dicitur, aductum in eam hoſtium pro hæredibus appellauit, & uſ-
D que Odolam urbem Iudæ ueniet Mareſa, id eſt hæreditas, quæ Odola glorioſa eſt in urbibus ſuis Iſrael. Denique & Symmachus ita tranſtulit: ἔτι κληρονόμον ἄξω καί σοι κατοικία μαρισα, ἕως ὀδολλὰμ ἥξει τῆς δόξης ἰσραήλ: hoc eſt, Adhuc hæredem adducam & tibi habitatio Mareſa, uſque Odolam ueniet gloriæ Iſrael: hoc eſt, quæ glorioſa es in urbibus Iſrael. Et ubi dicitur gloriæ, genitiuus caſus ſit numeri ſingularis, huius gloriæ: & non nominatiuus pluralis, hæ gloriæ. Vel certe ita intelligamus: Captiuitas Iſrael quæ uenit Lachis & Geth & Mareſa, uſque Odolam quoque ueniet. Et preſsius legendum gloriæ Iſrael, ut κατ' ἀντίφρασιν ignominia uel uaſtitas ſentiať. Porrò quod ſupra urbem prophetæ מוֹרַשְׁתִּי hæreditatem interpretati ſumus: ſciat lector in eodem uerſiculo quē poſuimus: Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth: in Hebræo pro hæreditate Geth, מוֹרֶשֶׁת גַּת poſitum. Hucuſq; ſecundum Hebraicum ut potuimus, & ut nobis uiſum eſt: certe ut ab Hebræis audiuimus: quaſi inter ſaxa & acutiſsimos ſcopulos nauiculā noſtrā reximus: quæ utrum intrauerit portū, an adhuc in ſalo fluctuet, lectoris erit prudentiæ iudicare. Nunc orationibus ueſtris pergamus ad alios fluctus, & imminēte expoſitionis hinc inde naufragio, ſi poſſumus euadamus. גַּת interpretať torcular: qui ergo in Geth, id eſt in torculari ſunt, putantes ſe uindemiaſſe fructū uitæ, & calcaſſe botrū de uinea Sorech: extolluntť in ſuperbiā, ignorantes ꝙ botrus terræ Iudææ in Allophylorū finibus non reperiatur. Nolite, inquit, extolli qui eſtis in torcularibus: quia de uinea Sodomorū uinea ueſtra eſt, & propago ueſtra de Gomorris, & uua ueſtra amaritudinis, & botrus fellis uobis, & furor draconū uinū ueſtrū: furor aſpidū inſanabilis. Nā ſi etiā feceritis fructū: quoniā uindemia ueſtra nō ſolum de Sodoma & Gomorra, ſed de Aegypto quoq; eſt & cæteris inimicis gētibus: dabit dominus erugini fructū
ueſtrum



A ueſtrum, & labores ueſtros locuſtæ, & occidet in grandine uineas ueſtras, & moros ueſtros in pruina. Non uos decipiat ſimilitudo uini, nec dicatis amarum dulce: guſtate diligenter uinum ueſtrum, & inuenietis pro uino Sorech furorem draconum & uenenum aſpidum. Vnde nolite ſuperbire, ſed magis humiliamini ſub potenti manu domini, & ad illud tranſite torcular de quo aſcendens ex Edom, & rubicundus ex Boſra, loquitur in Eſaia pro-
Esa. 63.a pheta: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt uir mecum. Rurſum quia ſunt de alienigenis & alij: multas enim habet regiones & urbes Allophylorum prouincia: qui per mala opera & ſenſus contrarios deo loquuntur: deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificemus quæ deſtructa ſunt: unde & uocantur termini impietatis, & populus cui iratus eſt dominus: dicitur ad eos:
בָּכִי Qui in Bachim, nolite ædificare de domo deriſum. Bachim in lingua noſtra planctum & fletum ſonat. Denique exceptis Septuaginta omnes κλαυθμόν, id eſt, fletum tranſtulerunt. Qui eſtis igitur in huiuſcemodi operibus atq; ſententijs quæ fletu digna ſunt, nolite ædificationem peſsimam inſtaurare: nec ſenſum ueſtrum extructionem dei arbitremini neq; ædificetis ſuper arenam: ne cum tempeſtas uenerit domuſq; ueſtra conciderit, caſſus labor riſum uidentibus præbeat. Quin potius intelligentes ædificationem ueſtram dignam eſſe deriſu: ruinis eius & puluere conſpergite capita ueſtra: & agite pœnitentiam, quod abſq; conſilio caſuram domum ædificare uoluiſtis. Sequitur: Quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: non eſt egreſſa habitans in Sennan:
B Quod mihi uidetur hanc habere ſententiam: Vos qui ſuperbitis in Geth & in Bachim: fruſtra domum riſu dignam ædificare conamini: aſpergite uos puluere: agite pœnitentiam: quia uinum deteſtabile premere, & ædificationem deo contrariam conſtruere uoluiſtis. Eccleſia autem Chriſti quæ habitat bene, & in toto orbe eccleſias poſsidens, ſpiritus unitate coniuncta eſt: & habet urbes legis, prophetarum, euangelij & apoſtolorum: non eſt egreſſa de finibus ſuis, id eſt de ſcripturis ſanctis: ſed cœptam retinet poſſeſsionem quia habitat in Sennan, quod interpretatus eſt, ut ſupra diximus, Symmachus abundantiam: habet enim patrem & filium & ſpiritum ſanctum: cum quibus omnes ſpirituales gratiæ copiæq; uirtutum ſunt. Vnde dicitur ad eam:
Psal. 121.b Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis. Vos uerò qui habitatis iuxta Sennan, id eſt, iuxta abundantem eccleſiam: O hæretici, ô contraria dogmata: plangite uos: quia ædificaſtis uobis domū in deriſum, & preſsiſtis torcular in ſuperbiam: nec in ſcripturis, ſed in uicinia ſcripturarum domum ueſtram, iam non riſu ſed planctu dignam & lachrymis conſtruxiſtis. Vnde ſubiungitur: plangite domum quæ eſt iuxta eam, id eſt, iuxta Sennan. Sed & hoc quod additur: accipiet ex uobis plagam doloris, ad eoſdē hæreticos dicitur: quibus imperatur ut plangant domum uicinam eccleſiæ, quod inimicus & ultor diabolus cui tradendi ſunt in ſupplicium: ipſe eis inferat plagas, & extorqueat pro ædificatione peſsima, plagarum dolorem. Quæ propterea inferunť, ut ſcientes peccata quæ fecerant, agant pœnitentiam, & dolorum habitatio ſit eis bonorū occaſio: Siue eccleſiæ indicať dolor, quod plangat quondam filios ſuos, & ipſa ſit cauſa ſalutis hæreticorū, ſi ad lugentem matrem reuerti uoluerint. Porrò quod infertur: quia deſcēderūt mala à domino ſuper portas Hie-

HEB. Decaluâre & tondere ſuper filios deliciarum tuarū: dilata caluitiū tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te.
Væ

SEP. decaluare & detondere ſuper filios delicatos tuos: dilata caluitiū tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te.
Facti

C ruſalem: & Marcionitæ ac Manichæi utuntur hoc ſcripto: eo ꝙ legis deus, malorū ſit conditor: Sic dicamus mala à domino deſcendiſſe, quomodo & ſaluator loquitur in euangelio. Videbam ſatanam quaſi fulgur de Luc. 10.c
cœlo cadentē. Quomodo enim ibi cecidit de cœlo lucifer qui mane oriebatur, & contritus eſt ſuper terram, qui mittebatur ad gentes: ſic & hæc mala quæ à domino ceciderūt & uenerunt ad portas Hieruſalem, anteq; caderent non erant mala, ſed quia à domino corruerunt, idcirco facta ſunt mala. Et ut ſciamus malorū inſidias: uenerunt, inquit, ad portas Hieruſalem, quæ quia firmæ ſunt & adamantinæ, & clauduntť ab apoſtolis: quib. Hieruſalē claues cōmiſſæ ſunt: ante eas uerſantur inimici, & quos exire cōſpexerint interficiunt. Si quis igitur eſt de Hieruſalē, quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: non egrediť cum habitet in abundantia, ſed ſemper intrinſecus manet: nec egrediť portas eius, quas qui egreſſus fuerit occidiť: occidiť aūt ab his qui ſe eleuāt in Geth, & habitāt in Bachim, & ædificāt domū in deriſum. Deniq; mala quę deſcēderūt à dño ad portas Hieruſalē, ſtrepitū tantū habēt curruū & equorū tumultū, cōfuſumq; ſonitū pro foribus Hieruſalē: ut oris ſui lācea quoſcūq; uagari uiderint interficiāt. Poſt hęc ſcriptū eſt: Quę habitas Lachis: princeps peccati eſt filiæ Sion. Lachis interpretať πορεία ἐστιν, id eſt, eſt ambulatio. Et hi igiť qui aſcēderūt in currib. ſuis: & habuerūt equites, & ſtrepitū tantū inaneq; ſonitum, quibus locuta eſt quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: Iſti in curribus & iſti in equis: nos aūt in nomine domi-
ni dei noſtri inuocabimus: quia mouerūt pedes ſuos, D
& circumlati ſunt omni uento doctrinæ falſæ, & de eccleſia exire uoluerunt, quæ interpretať ſpecula, id eſt,
Sion: principes peccati fuere filiæ Sion. Et in ipſa, hoc צִיּוֹן
eſt in lachis, inuentæ ſunt impietates Iſrael, quæ à regno priſtino dei populū ſeparauerūt. Princeps ergo peccati eſt filiæ Sion quæ habitat in Lachis, id eſt, ambulatio peſsima, gradu iugiter fluctuante: & impietas Iſrael in his eſt qui ſemper mouēt pedes ſuos, & habitare dicuntur in Lachis. Dabunť quoq; emiſſarij uſq; ad hæreditatem Geth: Geth peſsimā & torcular uenenorū, quod ædificať cōtra domū dei: ubi ſunt uanæ domus quæ ædificatæ ſunt in deriſum. Et iſtæ uanæ domus, in uanū factæ ſunt regibus Iſrael. Quantū ad hiſtoriā pertinet: his regib. quorū peccata in Regnorū & Paralip. libris ſcripta ſunt: quantū aūt ad Anagogen, principib. hæreticorū, ducibuſq; peruerſorū dogmatū: his enī domus uanæ ſunt & fruſtra extructæ, & tamdiu perſeuerantes: donec teneant eas hæredes qui à dño adducēdi ſunt. Poſt
hæc ſequiť: Quæ habitas Lachis, hæreditas uſq; Odollā עֲדֻלָּם
ueniet. Odolla interpretať teſtimoniū hauſtus uel hauritionis eorū, quod in Græco ſignificantius diciť μαρτυρία ἀντλήσεως αὐτῶν. Legimus in Prouerbijs. Si ma- Prou. 9.c
lus fueris ſolus hauries mala. Quæ igiť habitat in La-
chis, id eſt, in itinere peſſimo, ueniet uſq; ad teſtimoniū לָכִישׁ
exhauſtiōis ſuæ, quod exhauriet atq; ebibet iuxta operū ſuorū mēſurā. Vel certe ita diſtinguendū, ut hoc qđ diciť: quæ habitas Lachis, ad ſuperiora referať, & ſit ordo ac ſenſus: Adducā hæredes tibi de eccleſia quæ habitas Lachis: qa de hæreditate dñi & tu eris cū hauſeris & receperis quæ mereris. Obſecro in capituli fine lectorē ne neceſsitatē uoluntatē putet, & expoſitionē ꝓlixā uerboſitatē exiſtimet: magiſq; mireť in locis tā aſperis me aliquid inuenire: ꝗ quicq; eorū quæ dicenda ſunt non prætermittere. a ¶ Decaluare, etc. ] Hoc quod dictum

A eſt à Septuaginta gloria filiæ Iſrael addentibus filia: Hebræi in fine ſuperioris capituli legunt. Nobis autẽ quia ſic uoluiſtis, & ſemel ſuſcepimus: incumbit neceſſitas ita interpretari ſcripturas, quomodo leguntur in eccleſia, & nihilominus hebraicam non omittere ueritatem. Dicitur ergo ad Iſrael, interim ſecundum literam: ut uel decem tribus accipiamus in Samaria: uel in cõmune, omnẽ Iſrael quia captiuus ductus eſt populus, & omnis Iudæa ab Aſſyrijs Babyloniiſq; uaſtata eſt: aſſumant planctũ & plorent filios ſuos. Et quomodo aqla quæ regina eſt auium, certo tẽpore amittit plumas, & remanet implumis: ſic etiã Iſrael deponat oẽm gloriã ſuam qua ante fuerat circumdatus: & plangat filios, hoſtium poteſtati ſubditos, peccatis'que obnoxios. Quòd autem aquila certo tempore ſoleat amittere plumas, & in pſalterio ſcriptum
Pſal. 102.a eſt: Innouabitur ut aquilæ ſenectus tua, Et comicus ὁ ἑαυτὸν τιμωρούμενος: uiſa eſt, inquit, uerè quod dici
B ſolet, aquilæ ſenectus. Si autem uoluerimus hoc ipſum & de præſenti tempore Iudaicæ euerſionis accipere: uidebimus omnem gratiam qua quondam apud deum
Eſa. 33.c floruit ab eis penitus receſsiſſe. Vbi eſt enim propheta?
1.Cor. 1.c ubi doctor legis? ubi angelorũ præſidia? ubi cõtra plures à paucis inſperata uictoria? Decaluata eſt Hieruſalem, quæ omnẽ comam priſtinæ gloriæ perdidit, & filij eius qui clamauerunt contra dominum, crucifige, crucifige eum: in captiuitatẽ ducti ſunt. Legi in cuiuſdam cõmentarijs hoc quod dicitur, decaluare & detondere ſuper filios deliciarũ tuarum: de conditione humana poſſe accipi: ut dei ad Adam, ſiue ad Hieruſalem cœleſtem dirigatur eloquium. O anima humana: O urbs quondam ſanctorum mater, quæ prius eras in paradiſo, & fruebaris delicijs arborum diuerſarũ, & habebas ſpecioſiſsimam comam: nunc quia proiecta es de ſublimibus & deducta in Babylonem, & ueniſti in locum captiuitatis & perdidiſti comam tuam: radere & aſſume habitum pœnitẽtis, & quæ prius quaſi aquila uolabas in excelſis: plange filios plange ſobolem tuam, quæ ex te deducta eſt captiua.

Caput II

VAe qui cogitatis inutile, etc.] Quod in fine capituli iuxta Hebraicũ poſuimus: in cœtu domini: pro quo LXX. tranſtulerunt, in eccleſia domini: iuxta editionem uulgatam ſequentis capituli principium eſt. Et ideo in illo ſi dominus iuſſerit diſſeremus. Væ igitur uobis Iudæorum cœtus: qui & cogitatis malum, & opere conſummatis. Et cubilia ad quieſcendum data, ſtupris polluitis, & quicquid iniquitatis nocte tractatis: quaſi differre non liceat, ſtatim ut dies claruerit feſtinatis implere: non cõſiderantes quod aduerſum dominum fortis eſt manus ueſtra. Et ut doceret ſcriptura quid eſſet quod in nocte cogitarent, & in die facerent, exponit in partibus. Cõcupierunt agros, inquit, & uio

Cap. II

VAe qui cogitatis inutile, & opamini malum in cubilibus ueſtris: in luce matutina faciũt illud: quoniam contra deum eſt manus eorum, & concupierunt agros & uiolenter tulerunt, & domos rapuerunt & calumniabantur uirum, & domum eius: uirum & hæreditatem eius. Idcirco hęc dicit dominus: Ecce ego cogito ſuper familiã iſtam malum, unde nõ auferetis colla ueſtra, & non ambulabitis ſuperbi: quoniã tẽpus peſsimũ eſt. In

Cap. II

FActi ſunt cogitantes labores & operantes mala in cubilibus ſuis, & ſimul in die cõſummabunt ea: quia non leuauerunt ad deum manus ſuas, & deſiderabant agros, & diripiebant pupillos, & domos opprimebant, & rapiebant uirum & domum eius: uirum & hæreditatem eius. Propterea hæc dicit dñs: Ecce ego cogito ſuper tribũ iſtã mala, de quibus non auferetis colla ueſtra, & non ambuletis recti ſubito: qa tẽpus peſsimũ eſt. In

C lenter tulerunt: & domos ſubauditur, concupierunt, & quas concupierant, diripuerunt. & non ſolum calumniabant homines, & domus eorũ, ſed poſteros quoq; qui miſericordiam propter ætatem paruulã merebant, rabido ore uaſtabant. Quia igitur iſta feciſtis & cogitaſtis inutile, & ego dñs cogitabo ſuper familiam iſtã malũ: non q malum ſit quod ego cogito, ſed q patientibus malũ uideatur quod irrogo: quod ita uos premet, ut colla ueſtra non poſsitis leuare: nec ambuletis ſuperbi, ſcilicet quos tẽpus captiuitatis oppreſſerit. Tũ dicetur ſuper uos parabola, & miſeriæ ueſtræ uertentur in canticũ: Depopulatiõe uaſtati ſumus, pars poplì mei: templũ, inquit, meũ, quod ſolũ inter gentes cæteras plus habebam: mutabit in ruinã. Quomodo à me recedet Aſſyrius, cum reuertatur, ut agros meos ſibi ſorte diſtribuat? Propterea ô familia Iſrael: ſuper quam malum ego cogito, non habebis partem in hæreditate iuſtorũ. Sed & de extrema captiuitate hoc ipſum accipi poteſt, quod omnia eis euenerint quia dominũ crucifixerunt, ita tamen ut LXX. D
interpretũ editio diſſerat. Gloria nanq; filiæ Iſrael decaluata eſt, & attonſa ſuper filijs quondam delicatiſsimis: & ſi quid deinceps renatũ pilorũ fuit, alia deinceps raſura & attonſione truncatum eſt. Tunc omnia conſilia eorũ uerſa ſunt in laborẽ, & quæ cogitauerũt mente & anima dormiente, attulerunt eis labores: quæq; operati ſunt, ſtatim ut lux Chriſti & ultio apparuit, con- Exod. 17
turbata ſunt. Cum enim legiſſent uiciſſe Iſrael, quando Moyſes manus leuauit ad dominũ: ſuperatũ eſſe ab Amalech, quando Moyſes laſſa brachia deponebat: non leuauerunt ad dominũ manus ſuas, ſed omnia in pauperes & plebẽ dñi ſcelera perpetrantes, deſiderauerunt agros, & pupillorũ domos diripiebant, ac uirũ pariter & uxorẽ liberoſq; eius & ſubſtantiã depopulabantur. Propterea cogitabat dominus mala ſuper tribũ illam: nequaq; duodecim tribus, ſed tribũ maliciæ & in ſcelere fœderatã: de quibus non potuerunt eleuare ceruicẽ, nec rectẽ incedere. Deniq; uſq; ad præſentẽ diẽ ſubditi ſunt Romano imperio, & premunt captiuitatis iugo, & colla non eleuant. Quod autẽ ſequitur: ἐξαίφνης, id eſt ſubito: in Hebraicis uoluminib. non habetur, & tamen poteſt cũ præſenti loco ita congruere, ut dicamus: Propterea hæc dicit dñs: Ecce ego cogito ſuper tribũ iſtã mala ſubito, de quibus non poſſunt eleuare ceruices ſuas, & ob id eleuare non poterũt quia tẽpus malũ eſt. Sicut enim mala operati ſunt cõtra dñm Ieſum: ſic mala captiuitatis perpetuæ ſuſtinebunt, & in tantã uenient anguſtiam, ut omnia eorũ cantica & pſalmi uertant in luctũ: Nihilq; aliud nouerit populus loqui: niſi hoc: miſeria miſeri facti ſumus. Terra quippe repromiſsionis, quæ prius duabus & ſemis tribubus ſorte diuiſa fuerat trãs Iordanem: Moyſe mittente funiculum, & poſtea ab Ieſu Naue tribubus reliquis diſpertita: hæc gentibus
Romano



A Romano menſore diuiſa eſt, & nemo fuit qui prohiberet, quin potius cum uniuerſas obtineant nationes, nullus eſt ex Iudæis qui antiquũ priſtina libertate poſſideat ſolum. Quod ſi tertiam expoſitionem ſequi uoluerimus, de qua ſupra dixeram: ad animã humanam ſermonem dirigi quę de paradiſo corruens in captiuitatẽ huius mundi uenerit, uidebimus quod omnis cogitatio noſtra labor & dolor ſit: & cubilia noſtra plena ſint malis, & lux ipſa quæ uidetur mixta ſit tenebris: quæq; nocte tractemus, in caligine cõpleamus. Quis enim noſtrũ ad deum ſanctas eleuat manus ſine ira & cogitatione? Quis non deſiderat uillas iſtius ſeculi, oblitus poſſeſsionũ paradiſi? Videas alios agros agris & terminos iungere terminis, & paruo hominis corpuſculo rura urbium non ſufficere. Propterea cogitat dominus ſuper nos mala, de quibus noſtras eleuare nequeamus ceruices: nec ambulare recti, quia tempus peſſimũ eſt,
1.Ioan. 5.d iuxta Ioannis uerba dicentis: Mundus in maligno poſitus eſt. Idipſum ſignificat & illa in euãgelio filia Abraham nobilis anima, quam ſatanas uinxerat & incurua uerat: & niſi ad aduentum domini in ſublime erigi ante
B non potuit, nec ſuum ſuſpicere creatorem. Vnde ſalua-
Luc. 13.d tor ait: Hanc inquit, filiam Abrahæ quam alligauerat ſatanas, non oportuit ſolui de uinculo iſto die ſabbati? Quia ergo gloria noſtra omnis attonſa eſt & dilatauimus raſuram uel nuditatem noſtram: ſic enim in quibuſdam codicibus inuenitur: miſsi ſunt qui nos plangerent cum Hieremia & ſumerent ſuper nos parabo-
2.Cor. 12.g lam & dicerent cum apoſtolo: Lugebo multos qui peccauerunt & non egerunt pœnitentiam. Quis enim non plangat uidens humanas animas quaſi uariam ſupellectilem à dæmonibus & diuerſis uitijs eſſe poſſeſſas? Alius dæmonum mittit fornicationis funiculum, alius auariciæ: ille homicidij, hic periurij lineas tendit: pars populi dei diuiſa eſt in funiculo: & agri quondam ſanctitatis & paradiſi quorum odore delectabatur Iſaac in
Matth. 8.c Iacob filio ſuo, traditi ſunt Aſſyrijs regiq; Babylonio: Et habẽtibus uulpibus foueas: & uolucribus cœli nidos: filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. Expoſui iuxta quod mei ingenioli patiebantur anguſtiæ, & primam ab Aſſyrijs Babyloniiſq; populi captiuitatem, & ſecundam à Romanis, quia dominum crucifixerunt: & tertiam ſpiritualem, qua unuſquiſque noſtrum cum Adam de paradiſo cecidit: & in huius mundi captiuitate uerſatur: de qua cum uenerit dominus, eriget eliſos, & ſoluet compeditos, & captiuos quondam diaboli, reducet in poſſeſsionem ſuam, & complebitur ſer-
Pſal. 67.b mo pſalmiſtæ dicentis: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Iuxta quam expoſitionem poteſt & de eccleſia quarta captiuitas accipi, de qua unuſquiſque egreditur per peccatum, & poſtea ab Eſdra qui interpretatur adiutor, id eſt ſermone dei, reducitur in Hie-
1.Eſdræ 7.a ruſalem. Si quis autẽ in lege domini die ac nocte meditatus maius habuit ſtudium: maius ingeniũ: ocium, gratiamq;, & poteſt de præſenti capitulo probabilius aliquid dicere: non inuideo: non aſpernor: quin poti-

HEB. In die illa ſuper uos ſumetur parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate dicentiũ: Depopulatiõe uaſtati ſumus: Pars populi mei commutata eſt. Quomodo recedet à me, cum reuertatur qui regiones noſtras diuidat. Propter hoc non erit tibi mittens funiculũ ſortis in cœtu dñi. Nẽ loquamini loquentes: non ſtillabit ſuper iſtos: non comprehendet con-

SEP. In die illa ſumetur ſuper uos parabola: & planget planctus in cantico dicentiũ: Miſeria miſeri facti ſumus: pars populi mei dimẽſa eſt in funiculo, & nõ erat qui prohiberet eum, ut auerteretur: Agri noſtri diuiſi ſunt: propter hoc nõ erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In eccleſia domini nolite flere lachrymis, neque plorent ſuper his: non enim abijciet opprobria. pro-

us cupio ab eo diſcere quod ignoro, & libenter me diſcipulum profitebor: dummodo doceat, & non detrahat. Nihil enim tam facile, quàm ocioſum & dormientem, de aliorum labore & uigilijs diſputare. a ¶ *Ne loquamini loquentes: non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet, etc.*] Ne loquamini, inqt, loquentes: pro quo interpretatus eſt Aquila: ne ſtilletis ſtillantes: quodam idiomate Hebraico, eloquium ab eo quod fluat, & ad aures perueniat audientiũ, in ſimilitudinẽ pluuiæ deſcendentis, ſtillationem uocans. Nolite uos decipere ò domus Iacob: & in conſolationem mutuam dicere: deus bonus eſt, non ueniet captiuitas quam timemus. Num larga eius miſericordia, & clementiſsimus ſpiritus, qui latẽ & abundanter ortus eſt omnibus: tantum in nobis abbreuiabitur & ſeuerus erit? aut huiuſcemodi ſunt cogitationes eius, quales in hominibus cernimus, ut antiquam teneat iracundiam, & ad uindictam furore ſubito concitetur? Ad quæ reſpondit dominus: Bonus quidem ſum, & uerba mea ſonant clementiam, ſed ad eos qui recto itinere gradiuntur. Qui autem, non dico olim, ſed heſterno die in contumeliam meam ueneratus eſt idola, & quantum in ipſo fuit tyrannica aduer- D
ſum me arma corripuit: qui infelicem populum expoliauit auxilio dei, & quaſi deſuper tunicam palliumq; tulit: qui ſimplices quoſq; credentium & acquieſcentes autoritati malorũ contra me uertit in bellum: nunquid non ſtillabit ſuper eum dominus, & apprehendet eum confuſio? Hoc autem quod nos uertimus, & econtrario populus meus in aduerſarium conſurrexit: quia uerbum מול & contrarium & diem heſternum ſonat: Symmachus apertius tranſtulit ut diceret: ante unam diem populus meus quaſi inimicus reſtitit: ut ſolueret quæſtionem, quod deus non præterita uitia imputaret populo, ſed recentia, & quæ quaſi die cõmiſſa uiderentur heſterno. Hæc iuxta Hebraicam intelligentiam: cæterum LXX. interpretes in hoc loco penitus ſibi non cohærent. Ad id enim quod præmiſſum eſt, in eccleſia domini nolite flere, quæ cõſequentia eſt ut inferatur: non enim abijciet opprobria quæ dicit, domus Iacob prouocauit ſpiritũ dñi? Sed & illud quod ſequitur: Si hæ adinuentiones eius ſunt: nónne ſermones eius ſunt boni cũ eo, & recti ambulauerũt: ad poſteriora quid pertinent quæ dicunt? Et prius populus meus in aduerſariũ reſtitit, contra pacẽ ſuã: pellẽ eius excoriauerunt ut auferrent contritionẽ belli? Videtur autẽ mihi ut in loco uel difficillimo ſic poſſe ſenſus reddi, uel exprimi, ſi tamẽ prudẽs lector noſtræ rationi acquieuerit. Præcipitur itaq; eccleſiæ, ut nõ habeat triſtitiã & ſolicitudinẽ ſuper rebus ſeculi, & damnis quæ in hoc mundo euenire cõſueuerũt, & dicit habitatorib. eius: ò uos qui eſtis in eccleſia dñi ſemper gaudete, & quicquid uobis de dei iudicijs acciderit, gratulamini, nec hoc dico quod flere nõ debeatis: Beati quippe flẽtes, qm̃ ipſi ridebũt. Sed il- Luc. 6.d
lud admoneo, ne in his quę ſunt ſeculi lugeatis. Si quis mortuus fuerit propinquorũ, ſi ſubſtantiã fiſcus inuaſerit, ſi corpus uel podagra, uel aliud quilibet morbus
oppreſſe-

A oppreſſerit, nolite flere, nolite lachrymas fundere: nec conſideretis præſentia ſed futura, & aggrauamini magis quod diutius in hoc tabernaculo mortis habitetis. Quin potius illud cauete, ne inſultetis cadentibus, & alienam ruinam ueſtram ædificationem putetis: unuſquiſq; ſe ex ſuis uiribus, non ex imbecillitate alterius metiat̃. Alioqui quæ eſt iſta iuſtitia, ramos oleaſtri inſultare ramis oliuæ, qui propter infidelitatem ſuam fracti fuerunt, & dicere: domus Iacob ad iracundiam ſpiritum domini prouocauit, interficiẽs prophetas, idola colens, dei filiũ crucifigens? Qui hoc facit non erit ab opprobrio alienus, & ea mẽſura qua iudicauit iudicabit̃ de eo: & quomodo ipſe de peccantis loquitur corruentis: ita alius ruinæ illius inſultabit.

HEB. cõfuſio, dicit domus Iacob: Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus dñi, aut tales ſunt cogitatiões eius? nónne uerba mea bona ſunt cũ eo qui rectè gradit̃? & ecõtrario populus meus in aduerſariũ cõſurrexit: deſuper tunicã palliũ ſuſtuliſtis, & eos qui trãſibãt ſimpliciter, cõuertiſtis in bellũ. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarũ ſuarũ: à par-

SEPT. probria, quæ dicit: domus Iacob prouocauit ſpiritum domini: ſi hę ſunt adinuentiones eius: nónne ſermones eius boni ſunt cum eo, & recti ambulauerunt? & prius populus meus inimicitijs reſtitit contra pacẽ ſuã: pellẽ eius excoriauerunt, ut auferrent ſpem cõtritionẽ belli. [b] Duces populi mei proijcientur de domibus deliciarũ ſuarũ: propter

Sequitur: Si hæ adinuentiones eius ſunt: nónne uerba eius bona ſunt cum eo, & recti ambulauerunt? Quod offendit, ait, Iudaicus populus, ut plenitudo gentium ſubintraret, diſpenſationis dei eſt, ut poſtea credente Iſrael, omnes ſalui fierent, & uniuerſi dei miſericordia indigerent. *Rom. 11.d* Vnde & Apoſtolus ad huius loci ueniens quæſtionem: profundum ſapientiæ & ſcientiæ & iudiciorum dei, & abyſſum inueſtigabilem eſſe proclamat. B Si ergo adinuentiones & cogitationes dei ſunt: frangi priores ramos oliuæ, & inſeri alios de oleaſtro: non debes inſultare ſed timere ne corruas: nec æſtimes in eo te placere deo ſi ſermones, id eſt, ſcripturas illius legas. Tunc ſcripturæ proſunt legenti: ſi quod legitur opere *2. Cor. 13.a* compleatur. Si loquens de ſcripturis poſsis dicere: An *Pſal. 76.c* experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chri- *Eſa. 40.b* ſtus? Dominus quippe dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa, & ſuper montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion, & leua uocem in fortitudine qui euangelizas Hieruſalem. Atque modo ſermones dei boni ſunt ſi ſecum ſint, hoc eſt, ſi deus non deſerat prædicantem, cuius cor labiaq; conſentiunt. Cæterum qui confitetur labijs, & cor eius longe eſt à deo: & narrat iuſtitias eius, & aſſumit teſtamentum per os ſuum, & peccatorũ ſordibus inquinatur, cum hoc non ſunt boni ſermones dei. Nec ſolum de peccatore, ſed de eo quoq; qui gratiam non habet ſpiritualem, id eſt, prophetiæ ac doctrinæ, & interpretationis maiorumq; chariſmatum: hoc dicendum eſt, quod huiuſmodi homo ſi uoluerit elementorum cauſas fideiq; ſuæ reddere rationẽ: & quare deus qui bonus & creator eſt omnium ad ſolos tantum Iudæos uenerit, & in ultimo iam ſeculo uocauerit nationes: non habeat ſecum bonos dei ſermones, ſed de propria imperitia etiã ea quæ bona ſunt dei uerba contaminet, quæ uerba rectè ambulant, & rectas aures requirunt. Et hæc quidem dominus præcipit populo ſucceſſori, & eccleſiæ de gentibus congregatæ, ne inſultet generationi priſtinæ, & aliena nõ ſit ab opprobrijs inſultando. Refert autem ipſe qui uerus eſt iudex & ſine perturbatione loquit̃, quomodo in paſſione ſua Iſrael ei contrarius fuerit: & hoc fecerit non quòd ſuo nocere potuerit creatori, ſed quòd contra pa- *Luc. 19.f* cem ſuam omnia perpetrarit. Vnde & ad Hieruſalẽ ſermo eſt: Si ſcires ea quæ ad pacẽ ſunt tibi. Pace autẽ per-

dita, pellẽ ſuã excoriauerũt, id eſt, tulerunt à ſe dei quo C protegebant̃ auxiliũ: & quaſi nudas carnes abſq; cute & tegmine reliquerunt, ut quicquid uidebat̃ eſſe pulchrum operiente deſuper miſericordia dei, hoc illa recedente præberet uidentibus turpitudinẽ. Recedente autem pace & auxilio dei quia reſtiterãt domino, de quo dicit̃: *Iudith 16.* Dominus conterens bella, dñs nomen ei: aduerſarijs ſuis reſiſtere non potuerunt, ſed in omni certamine uicti ſunt: nec fuit qui contereret aduerſum eos bella naſcentia, iuxta utranq; perſonã hoſtiũ uel hominum qui eos duxere captiuos: uel aduerſariarũ fortitudinũ qui animas eorum quotidie iugulabãt baſphemando. a ¶ *Mulieres populi mei eieciſtis, etc.*] Interpretatio Septuaginta: ſi tamen LXX. eſt, Ioſephus enim ſcribit, & Hebræi tradũt, quinq; tantũ libros legis Moyſi ab eis translatos, & Ptolemæo regi contraditos: tantũ diſcordat in præſenti loco ab Hebraica ueritate: ut nec capita poſſimus ex æquo ponere, nec eorum ſimul ſentẽtias explicare. Quamobrẽ noſtra primũ trãſlatio diſſerat̃, & poſtea ad eoſdẽ ueniemus. Adhuc cõtra populũ dei ſermo eſt, cui ſupra iam dixerat: Ecõtrario populus meus in aduerſariũ cõſurrexit: deſuper tunicã palliũ ſuſtuliſtis, quod nõ ſolũ hoc egerint, ſed mulie- D res quoq;, id eſt, matronas quondã delicatas fecerint captiuas ire: ſiue ſub metaphora urbes Iudææ, quas & in Eſaia filias Sion uocat, eo ꝙ Sion metropolis fuerit. *Eſa. 26.d* A paruulis quoq; earũ tuliſtis, inqt, laudẽ meã in perpetuũ: nullus remanſit in populo, cũctis uel interfectis uel captis qui meos pſalmos canerẽt: ſed & pauci qui in Babylone ſupererãt canere ſe non poſſe teſtãtur: Quõ, *Pſal. 136.a* inquiũt, cãtabimus canticũ dñi in terra aliena? Surgite itaq; ite in captiuitatẽ, qa in hac terra requiẽ nõ habetis, quæ propter ſcelera ueſtra polluta eſt: & mũdari nõ poterit, niſi longũ ſabbatũ antea celebrarit. Propterea aũt dico uobis, nõ habetis hic requiẽ, quia polluta eſt terra ueſtra, & corruet̃ putredine peſsima: captiuitate uidelicet uel Babylonica uel Romana, eo ꝙ dñi ſanguinẽ hauſerit: iuxta utrãq; enim hiſtoriæ ueritatẽ intelligi poteſt. b ¶ *Duces populi mei, etc.*] Poteſt hoc & generaliter de Iudaici populi principibus, ſacerdotib. ac phariſæis accipi, qui poſt paſsionẽ dñi proiecti ſunt de urbe deliciarũ ſuarũ, in qua prius laſciuierãt propter malas adinuẽtiones ſuas: & ſpecialiter de ſtirpe Dauid, quia ſtatim ut natus eſt dñs, defecit princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius: ueniẽte cui repoſitũ erat, & expectatiõe gentiũ apparẽte. Sed & eccleſiæ quoq; principes ꝗ delicijs affluũt, & inter epulas atq; laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credũt: propheticus ſermo deſcribit, ꝙ eijciẽdi ſint de ſpacioſis domib. lautiſq; cõuiuijs, & multo labore epulis cõquiſitis: & eijciẽdi ꝓpter malas cogitatiões & opera ſua. Et ſi uis ſcire quò eijciendi ſint, euangeliũ lege: In *Matth. 22.b* tenebras ſcilicet exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentiũ. An non confuſio & ignominia eſt, Ieſum crucifixũ, magiſtrũ pauperẽ atq; eſurientẽ farſis prædicare corporibus: ieiuniorũq; doctrinã, rubentes buccas, tumentiaq; ora proferre? Si in apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonẽ eorum imitemur, ſed conuerſationem quoq;



A quoq; & abſtinentiam amplectamur. Sanctum utiq; eſt & apoſtolicum miniſterium, uiduis & pauperibus mi- *Act. 6.a* niſtrare. Non oportet, inquiunt, dimiſſo uerbo dei miniſtrare nos menſis. At nunc non dico pauperes, non dico fratres, & qui rurſum inuitare non poſsint, ex quibus excepta gratia nihil aliud epiſcopalis ſperet manus: ſed militantes & accinctos gladio, & iudices excubantibus ante fores ſuas centurionib. & turmis militũ, Chriſti ſacerdos inuitat ad prandium. Tota clerici urbe diſcurſant, quærunt exhibere iudicib. quæ illi in prætorijs ſuis aut inuenire non poſſunt, aut certè inuenta non coemunt. Nec uerò arbitrandum quod generaliter ad omnes hæc dirigatur inuectio: ſed quod eos qui tales ſunt pulſet ſermo propheticus: & cõminetur eis ſupplicia, & tenebras ſempiternas: ut qui pudore & uerecundia non tenentur, agant pœnitentiam ſaltem cõminatione pœnarũ. a ¶ *Propinquate montibus æternis, etc.*] Aeternos montes uel angelos intelligere poſſumus uel *Pſal. 86.a* prophetas, de quibus & in pſalmo ſcriptum eſt: Funda- *Ibid. 120.a* menta eius in montibus ſanctis. Et in alio loco: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Appropinquat autem æternis montibus qui non in peccatis ſuis à beatorum contubernio ſeparatur: quomodo Moyſes appropinquabat deo, nõ loco, ſed merito. Et ad eos qui appropinquabant æternis monti- *Hiere. 23.g* bus, ipſe dominus loquebatur: Deus appropinquans B ego, & non de longe. Montes autem æterni ad diſtinctionem eorum uocantur qui non ſunt æterni: principum ſcilicet huius ſeculi montium tenebroſorum, qui cum erecti fuerint uelut cedrus Libani, tranſeuntes cum mundo, locus eorum non poterit inueniri. b ¶ *Surge & ambula, etc.*] Iubemur in nullis mundi rebus putare nobis requiem, ſed quaſi à mortuis reſurgentes ad ſublime tendere, & ambulare poſt dominũ deũ *Pſal. 62.c* noſtrum, & dicere: Adhæſit anima mea poſt te. Quod ſi *Ephe. 5.d* neglexerimus & noluerimus audire dicentem: Exurge qui dormis & eleuare, & illuminabit te Chriſtus: dormitabimus quidem, ſed decipiemur: & non inueniemus requiem, quia ubi Chriſtus non illuminat reſurgentem, quæ uidetur eſſe requies, tribulatio eſt. c ¶ *Propter immundiciam conſumpti eſtis corruptione.*] Pro eo quod nos diximus, conſumpti eſtis, poteſt iuxta Græcam intelligentiam in Latino ſonare ſermone, corrupti eſtis: ut ſit ordo, propter immundiciam corrupti eſtis corruptione. Hoc autem ad eos dicitur, qui uoluptati corporis & libidini ſeruientes, non ſolum animam, ſed corpus quoque ſuum corrumpunt, uoluptatum amatores magis quàm amatores dei. Poterat quoq; dicere: propter immundiciam corrupti eſtis: & ſenſus etiam abſq; corruptione fuiſſet expletus. Nunc autem quia ait: corrupti eſtis corruptione: ad diſtinctionem mihi uidetur corruptionis ſalutaris dixiſſe, *2. Cor. 4.d* iuxta quam & Apoſtolus loquitur: Et ſi is qui foris homo noſter eſt corrumpitur, ſed qui intus eſt renouatur de die in diem. Qui ſemper mortificationem Ieſu portat in corpore ſuo, & exteriorem corrumpit hominem, & carnem imperio animæ ſubijcit, iſte corrumpitur quidem, ſed non corruptione: quia corruptio illius ſalutaris eſt. d ¶ *Fugiſtis nemine perſequente.*] Ad eos dicitur, qui propter immundiciam corruptione corrupti ſunt, quod conſcientia peccatorum etiam abſq; ſup-

HEBRAEI. à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem: propter immundiciã ſuam corrumpetur putredine peſsima. Vtinam nõn eſſem uir habẽs ſpiritum

SEP. propter malas adinuentiones ſuas eiecti ſunt. Prõpinquate montibus æternis. [b] Sũrge & ambula: qa nõ eſt tibi hic requies. Prõpter immundiciã conſumpti eſtis corruptione. [d] Fugiſtis nemine perſequente. Spiritus

plicijs reſiſtere hoſtibus & dimicare non audeant. Vn- C de & formidoloſi in ſanctorum prælio ne terreant men- *Deut. 20.b* tes fratrum ſuorum eijciuntur è caſtris, & ex acie repelluntur, & in maledictis Leuitici ad huiuſcemodi homines ſermo dirigitur: Perſequetur uos folij uox uolan- *Leuit. 26.f* tis, & fugietis nullo perſequente. Scio me in cuiuſdam cõmentarijs legiſſe, exponẽtis Ioannis euangeliſtæ principium: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo eſt nihil: hoc quod dicitur, nihil, ad maliciam retuliſſe: rurſumq; ipſam maliciam interpretatum eſſe diabolum: & iſto quaſi gradu, ipſum quod factum eſt ſine Chriſto nihil, diabolum intellexiſſe. Si igitur malicia uel diabolus nihil eſt, & fugerunt qui corruptione corrupti ſunt: nullo, id eſt, nihil perſequente, diabolus eos eſt perſequutus in nihili. Quod ſi cui uidetur nimis coactum, & contra ſcripturæ ſimplicitatem artificio potius eloquij quàm uera interpretatione diſſertum: uel priorem uel quam ipſe reperit expoſitionem ſequatur. c ¶ *Vtinam non eſſem uir habens ſpiritum, etc*] Et in hoc capite multum Septuaginta interpretes ab Hebraico diſcrepant. Vnde primum iuxta id quod nobis ab Hebræis eſt traditum exponamus: & poſtea ſi dominus uoluerit de eorum tranſlatione tractabimus. O popule Iudaice, ad quos repromiſsiones, quorum teſtamenta & lex, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem: cui imminentibus Babylonijs uel Romanis dixi: Surgite & ite in captiuitatem, quoniam non eſt uobis in terra iſta re- D quies, quæ propter immundiciam ſuam corrumpetur populatione nouiſsima: non me putetis uolentem loqui, prædicare gaudentem, quod uenturum uideo: optarem & ipſe anathema eſſe pro fratrib. meis, qui ſunt Iſraelitæ. Vtinam de meo ſenſu loquerer, & ſanctum ſpiritum non haberem: & inter pſeudoprophetas potius computatus, ſolus perirem, & non eſſent uera quæ dico: & tanta multitudo crederet in filium dei, & non traderetur æternæ captiuitati. Verum quia propheta ſum & dei ſpiritu loquor: & à diuinitate miſſus, prædico ueritatem: Propterea ſtillabo tibi ſermonẽ meum in meracum uinũ quod te inebriet, & corruere faciat. Me autem ſtillante & futuræ captiuitatis malum canente, populus iſte meas ſuſcipiet pluuias: hoc eſt, uult, nõ uult, ſuſtinere habet quæ dico. Et ne me uatem tantorum malorum arbitremini eſſe: nunc quidem ueniet prædicta captiuitas, ut agnoſcatis quia in me ſermo dei loquitur, qui ad omnes prophetas fit: quo reticente propheta non loquitur, & dicit: Veniam, & humanum corpus aſſumam: naſcar de uirgine. Siue ita: Quia in carnis humilitate ueni, & non credidiſtis mihi: ueniam in conſummatione mundi in maieſtate mea cum angelis cæteriſq; uirtutibus, & tunc te totum congregabo Iacob: tunc in unum conducam reliquias Iſrael, & cum gentium populo in ouili meo pariter copulabo, tunc te muro firmiſsimo ſepiam: & tanta erit credentium multitudo, & inter caulas poſiti gregis tumultuatio, ut uincatur numerus pecorum largitate. Ac ne forſitan putes quia dixi: Ponam illum quaſi gregem in ouili, & quaſi pecus in medio caularum, de ouibus me loqui: intellige quòd oues iſtæ homines ſint. Sequitur enim: Tumultuabuntur à multitudine hominum. Tumultus, uox plurimorũ eſt, & nimiæ multitudinis clamor pariter emiſſus: ne æſtimemus unius uocem eſſe, ſed omnium

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A omnium cõmunem, laudantiũ bonum paſtorem: qui ardua quæq; cõplanauerit, & ſuo æquauerit pede: dux itineris eorum ipſe ſit paradiſi ianua, & dicat: ego ſum porta, quo iter diuidente & præcedente, & uiæ porta, tranſibit per eum credulum pecus. Paſtor autem iſte & rex eſt & dominus. Vnde ſequit: Et tranſibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum. Quod ſi uoluerimus hæc omnia de primo aduentu eius accipere: & totũ Iacob & reliquias Iſrael ad apoſtolos & eam referre multitudinẽ, quæ in actibus apoſtolorum ſaluata eſt ex Iudęis, non abhorrebit à ueritate expoſitio tractatoris. Hos enim uerè congregauit dominus in ouile ſuum: & poſuit in medio caularum, & fecit iter ante eos & induxit eos in eccleſiã, & fuit rex eorum coram eis: & eſt dominus in capite eorũ in perpetuum. a ¶ *Spiritus ſtatuit mendacium, etc.* ] Non ut plerique æſtimant ſpiritus ſtetit mendax, ſed ſpiritus ſtatuit mendaciũ, legendum eſt, quod græce dicitur πνεῦμα ἔστησε ψεῦδος. hoc eſt, τὸ ψεῦδος. Quomodo enim in uulneribus putridis, ne cancer ſerpat & emortuum corpus uiuas carnes depaſcatur: medici ſtatuunt uulnus & urunt cauterio, uel puluere καυστικῷ: ita ſpiri-

B tus dei finem poſuit mendacio, ne ultra populus dei pſeudoprophetarum uocibus ſubuertatur. Quod autem ſpiritus tam in nouo quàm in ueteri teſtamento ubicunq; ſine additamento ponitur in bonam partem intelligatur: & ſæpe diximus, & nunc ex parte ponemus, ne cui dubium ſit: Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax. Et: Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus. Et alibi: Si autem ſpiritu opera carnis mortificaueritis, uiuetis. Et in ueteri teſtamento dans flatum populo qui eſt in ea, & ſpiritum his, qui calcant eam: haud dubium ex præcedentibus quin terram ſignificet. Qui enim calcant terrena opera, & pedibus ſuis ſubijciunt ea: utiq; non malum, ſed bonum ſpiritum merent accipere. Ecõtrario malus ſpiritus ſemper cum additamento legitur, ut ibi: Cum autẽ ſpiritus immundus exierit ab homine. Et in alio loco: Increpauit ſpiritum immundum. Et ſpiritus malus inuaſit Saul: & cætera his ſimilia. Spiritus ergo dei qui finem mendacio poſuit in pſeudoprophetis, ipſe tibi ſtillabit in uinum & ebrietatem. Vinum quod lætificat cor hominis: & ebrietatem qua inebriatus eſt Noe, & de qua dicitur: Comedite amici mei & inebriamini. Hæc autem omnis lætitia & ebrietas ad comparationem ſapientiæ dei, quæ ut fluuius cœleſtem irrigat Hieruſalem: ſtilla eſt, & gutta permodica. Nec dubitabunt ſapientiæ dei ſtillam in hominibus dicere, qui lapidem abſciſſum de monte ſine manibus legerint: & fatuum dei ſapientius hominibus, & apoſtolos quoq; ipſos ex parte cognouiſſe, & ex parte propheta ſſe. De hac igitur ſapientia, id eſt, de ſtilla Iudaici populi (non enim uenit niſi ad oues perditas domus Iſrael) congregatus eſt Iacob: omnis qui ſupplantat Eſau, & erit primitiua eius ad benedictionẽ: & anteq; naſcatur adhuc in utero poſitus, plantã piloſi fratris inuadit. b ¶ *Cum omnibus, etc.* ] Cum, inquit, crediderit gentiũ populus, & omnis orbis ad meam fuerit

Gal.5.d Ibid.6.a Rom.8.c Matth.12.d Luc.9.e 1.Reg.16.c Cant.5.a Dan.2.g 1.Cor.1.d Ibid.13.c

HEB. ſpiritum, & mendacium potius loquerer. Stillabo tibi in uinum & in ebrietatẽ: & erit ſuper quæ ſtillatur populus iſte. Congregans cõgregabo Iacob, totum in te unum conducam reliquias Iſrael pariter. Ponam illũ quaſi gregẽ in ouili, quaſi pecus in medio caularum: tumultuabũtur à multitudine hominum. Aſcẽdit enim pandens iter ante

SEPTVAG. Spiritûs ſtatuit mendaciũ. Stillauit tibi in uinum & ebrietatem: & erit de ſtilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob. Cũm omnibus ſuſcipiens ſuſcipiam reliquias de Iſrael. Pónam auerſionem eorum ſicut oues in tribulatione. Quáſi gregẽ in medio cubilis eorum exiliẽt ex hominibus. Aſcẽnde per diuiſionem. Ante

C fidem adductus, & intrauerit gentiũ plenitudo, tunc etiam reliquiæ Iſrael ſaluabunt: non illæ reliquiæ, de quibus eſt ſcriptũ in Regnorũ libro: Dereliqui mihi ſeptẽ milia uirorũ, qui non curuauerunt genua Baal. Et de quibus Paulus: Ergo & in iſto tẽpore reliquiæ ſecundũ electionem gratię ſaluæ factæ ſunt, de quibus ſuprà hic propheta teſtatur: Et erit de ſtilla populi huius, cõgregandus cõgregabit Iacob. Sed illæ reliquiæ, quæ poſtq; omnes ſuſcepti fuerint, in fine ſuſcipient à deo. Et de quib. nũc dicit: Cũ omnibus ſuſcipiens ſuſcipiã reliquias Iſrael, ut iuxta id q ſuprà diximus: Cõcludens deus omnes ſub peccato, omnibus miſereatur. c ¶ *Ponam auerſionẽ, etc.* ] Reliquias de Iſrael quas poſtq; omnes ſuſcepero ſuſcepturus ſum: nũc interim quia uerſi ſunt à me, ponã in tribulatione, & coangustabo: & faciam ſedere, ſine ſacerdote, ſine altari, & ſine propheta, ut quẽ per beneficia non ſenſerunt, intelligant per ſupplicia. d ¶ *Quaſi gregem, etc.* ] ſubauditur ponam. Non ſolũ, inquit, auerſio eorũ, qua à me auerſi ſunt, ponet quaſi grex in tribulatione, ſed poſtq; tribulati fuerint, & anguſtiæ tẽpus expleuerint, ponentur in requie, hoc eſt, in cubili ſuo. Et tunc de hominibus cõmigrabunt & tranſcendent humanæ cõditionis

D ſtatũ, & implebunt quod ſequitur: Exilient ex hominibus. Non ſolum autem illi exilient & abibunt, ſed omnes ad quos fit dei ſermo: & qui humana uitia relinquentes, conuerſationẽ diuinitatis imitantur, & audiunt: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes: exilient ex hominibus, & quaſi ferunt ad cœlum. e ¶ *Aſcende, etc.* ] Præſens locus quaſi propriũ habet exordiũ & apoſtrophen eloquij prophetalis, ad eum qui ſaluari cupit: cui imperatur ut aſcendat per diuiſionẽ. Quod quidẽ manifeſtius fiet, ſi de Geneſi ſumpſerimus exemplum: ubi naſcunt gemini de Thamar, cum qua Iudas patriarcha concubuit. Factũ eſt, inquit, cum pareret & haberet geminos in utero: in ipſo partu unus protulit manum, & tulit obſtetrix & ligauit in manu eius coccinũ, dicens: Hic egredietur prior. Cum autẽ contraxiſſet manũ, ſtatim egreſſus eſt frater eius, & illa ait: Quare diuiſa eſt propter te maceria? & uocauit nomen eius Phares, qd interpretat diuiſio. Et poſt hæc egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinũ: & uocauit nomen eius Zara, qui in lingua noſtra dicitur ſemen uel oriens. Oſtendit ergo ſenior populus, in quo erat ortus & ſemen anteq; de gentibus eccleſia naſceretur manum ſuam in operibus, & poſtea contraxit eam, audiens per Eſaiam: Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Cũq; ille contraxiſſet manũ, & à iuſtitiæ ceſſaret operibus, frater eius egreſſus eſt gentium populus. Et propter ipſum diuiſa eſt ſepes: & deſtruxit dominus atq; ſaluator, ut ille poſſet incedere, parietem qui erat in medio: & maceriam duos populos ſeparantẽ: & fecit unum gregẽ, & duos creauit in ſemetipſo in uno nouo homine faciens pacem. Vnde & obſtetrix prophetice loquẽs dicit ad Phares populũ iuniorẽ: ut quid diuiſa eſt propter te maceria? Si intellexiſtis exemplum de Geneſi, aſcende qui ſaluari cupis: nequaq; per ueterẽ populũ qui manum contra-

1.Reg.19.a Rom.11 Pſal.81.b Gen.38.f פֶּרֶץ זֶרַח Eſa.1



A contractam habet, ſed per nouum in quo uia Chriſtus eſt, in quo porta Ieſus, per quem ad patrẽ incedimus: ipſe enim ſoluit medium parietem & maceriam, id eſt, obſcuritatem ueterum prophetarũ, & omnia antiquæ legis aperuit ſacramenta, & diſsipata incedendi difficultate, uiã oculis omniũ reuelauit: ut qui uult pgere nullo irretiat obice nec obſcuritatis caligine terreat. a ¶ *Ante faciem eorũ diuiſerũt, etc.* ] Propterea dixi tibi: Aſcende per diuiſionem qui ſurrexiſti cum Chriſto, & ea quęris quę ſurſum ſunt, quia angeli ſiue pater & filius & ſpiritus ſanctus diuiſerũt quod uidebatur obſtare, & fecerũt uiam uolẽtibus ingredi, & qa aperto itinere inuaſerunt iter, non ſolum ingreſsi ſunt portam, ſed & tranſierũt per eam. Ingreſsi ſunt autem, quia & rex eorum eandem ingreſſus eſt portam, & aperuit eis iter, ut abſque ulla difficultate graderentur. Ipſe enim dominus, & rex & paſtor, & uia eſt & porta, dicitq;: Ego ſum porta, per me qui fuerit ingreſſus, ſaluabitur: ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. De qua porta & alibi prophetatur: Hęc eſt porta dñi, iuſti intrabũt per eã. Quicunq; autem ingreſſus fuerit, non debet in eo ſtatu in quo intrauerat permanere, ſed egrediat ad paſcua, ut in intrando exordium ſit: in exeundo & in paſcua reperiendo, uirtutum perfectio. Qui ingreditur, adhuc in ſeculo eſt, & ex creaturis intelliget creatorem. Qui autem egreditur, tranſcendit uniuerſam creaturam: & omnibus quæ uideri poſſunt pro nihilo computatis inueniet paſcua ſuper cœlos, & ſermone dei ueſcet, & dicet: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit. hoc ideo ut intelligeremus euangelicum teſtimonium: Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. & quod nunc dicitur per prophetã: Et tranſierunt portam, & egreſsi ſunt per eam: qui tamen tranſitus & egreſsio abſq; Chriſto rege noſtro tribui nõ poteſt, qui rex & dominus eſt. Statim quippe connectitur: Dominus autem princeps erit.

B Ioan.10.b Pſal.117.c Pſal.22.a Ioan.10.b

HEBR. ante eos: diuident & tranſibunt portam & egredientur per eam. Et trãſibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.

Cap. III

ET dixi: Audite principes Iacob, & duces domus Iſrael: Nunquid non ueſtrũ eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui uiolenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſsibus eorũ: qui comederũt carnẽ populi mei, & pellẽ eorũ deſuper excoriauerũt: et oſſa eorũ cõfregerũt, & conciderũt ſicut in lebete, & quaſi carnẽ in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominũ, & non exaudiet eos: & abſcõdet faciẽ ſuam ab eis in tempore illo, ſicut neqter egerunt in adinuẽtionib. ſuis. Hæc

SEP. Antẽ faciem eorum diuiſerũt & tranſierũt portã, & egreſsi ſunt per eam, & exiuit rex eorum ante faciem eorum: dominus autem princeps eorum.

Cap. III

ET dicẽt: Audite hæc principes domus Iacob, & reliqui domus Iſrael: Nõn ueſtrũ eſt cognoſcere iudiciũ, qui odio habetis bonũ & quæritis mala? Diripiẽntes pelles eorũ ab eis, & carnes eorum ab oſsibus eorum. Sicut deuorauerunt carnes populi mei: & pelles ab eis excoriauerunt: & oſſa eorum confregerunt: & conciderunt ſicut carnes in lebete, & ſicut carnes in olla: ſic clamabunt ad dominum & non exaudiet eos: & auertet faciem ſuam ab eis in tẽpore illo, eo quòd peſsimè egerunt in adinuẽtionib. ſuis. Hæc

Caput III

ET *dixi: Audite principes Iacob, etc.* ] Manifeſtè aduerſum principes Iſrael ſermo eſt, & ſub metaphora leonum ſiue latronum crudelitas eorum deſcribitur, quod ſpoliauerint pauperes, & interfecerint eos, & carnes eorum oſſaq; contriuerint: & quaſi in medio ollæ, ſic in urbe Hieruſalem miſerabilem plebem afflixerint: & propter hæc inferatur eis poſtea ſuppliciũ in die captiuitatis, uel à Nabuchodonoſor, uel à Veſpaſiano & Tito. Et clament ad dominũ, & non exaudiat eos,

C & abſcondat faciem ſuam ab eis, quia nequiter egerint in ſceleribus ſuis. c ¶ *Et dicet: Audite hæc principes, etc.* ] Cũ ſuperioribus hæret ſententia. Suprà enim dixerat: Dominus autem princeps erit, & dicet: Audite principes domus Iacob, & reliqui domus Iſrael. Pro reliquis domus Iſrael, exceptis LXX. omnes, duces domus Iſrael, tranſtulerunt. Dominus ergo qui uiam fecit populo ſuo, & egreſſus eſt ante faciẽ eorum, & ipſe eſt princeps itineris ſimplicioris populi, quem gregẽ uocat: his qui nolunt ſe præuiũ ſequi, ſed ſuperbiunt: & quaſi iudices populi ueſtigia illius non ſequũtur, cõminat & dicit: Audite principes domus Iacob, & duces domus Iſrael. Quid eſt autem quod eos cogit audire? d ¶ *Non ueſtrum eſt, inquit, ſcire iudicium, etc.* ] Id eſt, non meremini dei ſcire iudiciũ, quod eſt abyſſus multa: & profundũ iuſtitiæ eius mens praua non inuenit. Aut quomodo poteſtis ſcire iudiciũ dei,

D qui odiſtis bonum & quæritis malum: qui deteſtamini ſanctos pauperes, & honoratis diuites peccatores? Simulq; conſideremus uerborum ſignificantiam: bona nõ amare peccati eſt, quanti ſceleris etiam odiſſe? & econtrario mala non fugere uitij eſt, quantæ impietatis eſt etiam diligenter inquirere? Poſt hæc deſcribitur ſæuitia iudicum & in ſubiectos crudelitas. e ¶ *Diripientes pellem eorum, etc.* ] Non ſuffecerat ſpoliaſſe ſubiectum gregem, ſed corpora quoque eorum affixerunt duro imperio, & oſſa eorum contriuerunt: ut quicquid in eis forte fuerat, frangerent atque contererent. Quomodo ergo illi ſpoliauerunt populum meum & nudauerunt omni pulchritudine & decore cutis, & carnes & oſſa miſerunt in ollam feruentem, quam rex accendit Aſſyrius, tradentes gregem meum diabolo, & angelis eius: ſic & ipſi cum uenerit dies ultionis, clamabunt ad dominum, & non exaudientur, quia nec ipſi rogantes audiebant: & extendent manus ſuas ad dominum, & deus auertet faciem ſuam ab eis, quia & illi auerterant à precantibus uultum. Et hæc uniuerſa patientur, quia peſsimè egerunt in ſtudijs & uoluptatibus ſuis: & non reges fuere, ſed tyranni: nec præpoſiti, ſed leones: neq; magiſtri diſcipulorum, ſed lupi ouium: & ſatiauerunt ſe carnibus, & incraſſati ſunt, & ſicut pinguiſsima hoſtia interfectioni & ſupplicijs domini pręparati. Hucuſq; contra principes malos, ſequens uerò ſermo aduerſus pſeudoprophetas eſt & doctores peſsimos, qui populũ dei adulatione ſupplantãt, pollicentes ſcientiã ſcripturarũ,

HEBRAEI. Hæc dicit dñs ſuper ꝓphetas qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorũ quippiam, ſanctificãt ſuper eum prælium: propterea nox uobis pro uiſione erit, & tenebræ uobis pro diuinatione, & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies: & confundentur qui uident uiſiones: & confundentur diuini: & operiẽt uultus ſuos omnes, quia non eſt reſpõſum dei. uerũtamẽ ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicio & uirtute: ut annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuũ. Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael, qui abominamini iudiciũ: & om̃ia recta peruertitis: qui ædificatis

SEPT. Hæc dicit dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum: & mordent dentibus ſuis: & prædicant ſuper eum pacem: & non eſt data in ore eorum: ſanctificauerunt ſuper eum prælium: propterea nox uobis erit pro uiſione: & tenebræ erunt uobis ex diuinatione: & occũbet ſol ſuper prophetas: & contenebreſcet ſuper eos dies: & confundentur qui uidẽt ſomnia: & irridebuntur harioli: & loquentꝰ aduerſum eos omnes iſti, quia non eſt qui exaudiat eos, niſi ego impleuero fortitudinem in ſpiritu domini, & iudicium & potentiam ut annunciem Iacob impietates eius, & Iſrael peccata ſua. Audite hæc duces domus Iacob, & reliqui domus Iſrael: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis: qui ædificatis

A a ¶ *Hæc dicit dominus, etc.*] Legimus fuiſſe pſeudoprophetas in Iſrael, qui propter dona pacem, quæ eis data non erat, prædicabant: & ſi quis munera non dediſſet, quamuis ſanctus eſſet, iram dei nunciarent illi eſſe uenturam. Vnde nunc dicitur ad eos quòd loquantꝰ mendacia, & ſermo eorũ non prophetia, ſed diuinatio ſit falſa: neq; habeant lumen, ſed tenebras & errorem. Cumq; in cõtrarium uerſa fuerint quæ promiſerant, tunc operientur cõfuſione: quia non erat, inquit, reſponſum dei: iam nec dæmones accipiẽt poteſtatẽ, ut eos ſua fraude decipiant: muta erunt oracula, tacebit immundus ſpiritus, & illudere non audebit. Hoc de pſeudoprophetis, rurſum oratio prophetæ loquẽtis inducitur: illis falſa uaticinantibus, & opertis confuſione & ignominia, ego quæ loquor, à ſancto ſpiritu inſtitutus loquor, & loquor iudiciũ domini & uirtutẽ. Cũq; pſeudoꝓphetæ mor-
B deãt dentibus, & prędicẽt pacẽ, ego abſq; ulla formidine annũcio Iacob ſcelus ſuum & Iſrael peccatũ ſuũ: quia pro deo uel idola uenerati ſunt, uel dei filium crucifixerunt. Si autem iuxta LXX. quod dicitꝰ, de hęreticis uoluerimus accipere, qui uerè pſeudoprophetæ ſunt: & dicunt, hæc dicit dominus: & dominus non miſit eos, non errabimus. Illi enim populum quondam dei errore decipiunt: & hoc faciunt, ut comedant eos: uel ſimpliciter in accipiendis muneribus, uel myſticè in occiſione animarum eorum: & promittunt eis pacem & regna cœleſtia, & dicunt: non neceſſe eſt ut uiuas continenter & ſanctè: habeto fidẽ quam docemus, & omnia promiſſa domini conſequeris: quæ loquentes, magis aduerſum eos iram domini concitant, & prælium in illos ſanctificant. Quamobrẽ ò hæretici qui putatis habere uos ꝓphetiam, & imitamini eccleſiam dei, ubi æſtimatis eſſe uiſionem, ibi nox erit: & ubi iactatis uaticiniũ prophetale, ibi ſpiritus loquetur immundus. Occidet enim ſol iuſtitiæ ſuper huiuſcemodi prophetas, & uidebunt tenebras ſuas & cõfundentur. Cũq; diuini magis quàm prophetæ fuerint comprobati, ridebuntur ſuper ſomnijs ſuis: & populi qui ab eis prius decepti fuerant, contra eos loquentur. Tunc etiã ipſi magiſtri pœnitentiam agent, & nemo eos exaudiet, niſi ego quem offenderãt.
Ezech. 18.g Et quia clemens ſum, & nolo mortẽ peccatoris, ſed cupio ut reuertatur & uiuat: cum exaudiero eos, dabo eis uirtutẽ ſpiritus mei: & implebo eos iudicio meo & fortitudine: ut qui prius populum blandimentis decipiebant, poſtea uera annũciando deterreant: & ad rectam C
reuocent uiam: & qui cauſa erroris fuerant, incipiant mederi uulneribus quæ intulerant, & eſſe occaſio ſanitatis. Animaduerte in præſenti loco poſſe aliquẽ docere poſt peccatum, ſi tamẽ uitia priſtina digna pœnitentia eluerit. Vnde & Dauid poſt adulteriũ & homicidiũ loquitꝰ in
Pſal. 51 Pſalmo: Aſperges me hyſopo, & mũdabor: lauabis me, & ſuper niuẽ dealbabor. Nec ſua tantum puritate contentus eſt, ſed infert: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me. Cumq; hoc feceris: Docebo, ait, iniquos uias tuas, & impij ad te cõuertentur. b ¶ *Audite hæc principes, etc.*] Nemo ambigit Hieruſalẽ propter ſcelera quæ in hoc capitulo deſcribuntur fuiſſe ſubuerſam: & quia ſupra uel ad iudices, uꝰ ad pſeudoprophetas præceſſerat cõminatio: Audite principes domus Iacob, & duces domus Iſrael. Et poſt
D paucos uerſiculos: Hæc dicit dñs ſuper prophetas, qui ſeducunt populũ meum, & reliqua: Nunc generaliter & aduerſum iudices, & aduerſũ pſeudoprophetas, & contra ſacerdotes, & contra eos q ſibi dei pollicebantur noticiam, prophetalis ſermo texitur, & arguit eos ꝙ propter ſcelera eorũ Sion quaſi ager aranda ſit: & Hieruſalẽ uelut aceruus lapidũ corruitura, & mons templi futurus in excelſa ſyluarũ. Videmus completa quæ dicta ſunt: oris eloquiũ oculi probant: prophetiæ teſtis aſpectus eſt: hoc
Hier. 26.d ipſum teſtimoniũ & in Hieremiæ uolumine ſcribitꝰ, ubi & Micheæ prophetæ fit mentio, & Hieruſalem uaſtitas prædicatꝰ. Iudices & principes domus Iacob, & domus Iſrael, id eſt, & duarũ & decẽ tribuũ: non ſolũ iudicium non faciebant, ſed abominabantur illud: Et omnia recta peruertebant: ne ſaltẽ parua iuſtitia remaneret in ciuitate. Qui ædificauerunt Sion in ſanguinibus, & Hieruſalẽ in iniquitate, rapinis pauperũ, cæde inſontium, occiſione ſanctorũ. Quod ſi quis de principibus uidebatur iudicare quod erat rectũ: uendebat magis ſententiam, & in muneribus iudicabat. Sacerdotes quoq; nõ docebant populũ, niſi accepto precio: & cum dicatꝰ ad ſanctos, Gratis accepiſtis, gratis date: illi dei reſponſum accepta pecunia proferentes, gratiã domini auara mercede uendebant. Et poſt hæc mala non intelligẽtes peccatum ſuum, quaſi ſceleribus redimerent charitatẽ dei, iudices ac ſacerdotes & prophetas dei eſſe ſe memorabant: & ſecundũ impœnitens cor ſuũ dicebant: Dominus in medio noſtrũ eſt, & nõ uenient ſuper nos mala.

Quia



HEB. catis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabãt, & ſuper dominum requieſcebant: dicẽtes: Nunquid nõ dominus in medio noſtrum? non uenient ſuper nos mala: propter hoc cauſa ueſtri Sion ut ager arabitur: & Hieruſalem quaſi aceruus lapidũ erit, & mõs templi in excelſa ſyluarum.

SEP. catis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitatibus. Duces eius in muneribus iudicabant: & ſacerdotes eius in mercede reſpondebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabãt, & ſuper dominum requieſcebãt, dicẽtes: Nõne dominus in nobis eſt? non uenient ſuper nos mala. Idcirco propter uos Siõ quaſi ager arabitur, & Hieruſalem ut cuſtodia pomarij erit: & mons domini in lucum ſaltus.

Et

Et

A Quia igitur non egerant pœnitentiam: & omnis populus ſequutus eſt principum & ſacerdotum prophetarumq; uitia: Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem ſicut aceruus lapidum erit: & templum quod prius auro argentoq; fulgebat, in ruinas ultimas collabetꝰ. Hæc contra populum Iudæorum, cuius uera captiuitas & extremę ruinæ: & propter ſuperiora quidem ſcelera, ſed maximè propter effuſionẽ dominici ſanguinis irrogata ſunt. Vnde & Sion quaſi ager arata eſt: & Hieruſalẽ in tumulos uerſa ſaxorum: & templum illud quondam nobile atq; ſublime in extremos cineres cõminutũ eſt. Si quis autẽ hæc quæ de Hieruſalem dicuntur, & de Sion ad eccleſiam transferat: ipſa eſt enim domus Iacob & domus Iſrael, ſecundũ illud quood
Eſa. 41.b in Eſaia ſcribitur: Iacob puer meus ſuſcipiam eum, Et illud ad Timotheũ:
1. Tim. 3.d Vt ſcias quomodo te oporteat in domo dei cõuerſari, quæ eſt eccleſia: iſte liquido peruidebit, quod principes domus Iacob & reliqui de domo Iſrael, ſiue ut melius in Hebræo ſcriptum eſt: Iudices domus Iſrael non ſint alij niſi epiſcopi, presbyteri & diaconi: Qui niſi omni cuſtodia ſeruauerint cor ſuum, abominantur iudicium & uniuerſa recta peruertunt: quando enim iuxta perſonam iudicant, & in diſceptatione negotij non ualet cauſæ meritum, ſed reorum potentia, nõnne abominantur iudicium, & omnia recta peruertunt? Poteſt autem & aliter accipi, quòd principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael abominentur deteſtenturq; iudicium, dei iudicis ſententiam declinantes: & omnem regulam ſcripturarum malis interpretationibus deprauantes: iſti ædificãt Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem
Pſal. 5.b in iniquitate. Cum enim ſcriptura iubeat: Ne inducas impium in tabernaculum iuſtorum, & uirum ſanguinum & doloſum abominetur dominus: hi quoſcunq; de aſſeclis ſuis ordinant clericos, & uitam eorũ in ſcan-
Matth. 18.a dalum populis exponẽtes, rei ſunt infidelitatis eorum qui ſcandalizantur. Vnde dicitur expedire homini, ut mola aſinaria ligetur in collo eius, & præcipitetur in
Malach. 2.b profundum, quàm ut ſcandalizet unum de minimis eccleſiæ. Cumq; ſacerdotes Malachias propheta ange-
Deut. 16.d los uocet, & os eorum oraculum domini ſit, ſine munerum acceptione non iudicant, legentes: Munera excæcant oculos etiam ſapientium: & quaſi frenum in ore auertunt increpationem: & cum dicatur ad apoſtolos: Nolite poſsidere aurum & argentum, neq; æs in zonis ueſtris ſit: & excutiatur de ſancti uiri manibus etiam labore parta pecunia, uoces domini uenditant, & de columbis mercantur in templo. Sed & prophetæ Hieruſalem in pecunia diuinabant, neſcientes aliud eſſe prophetiam, aliud diuinationem: nunq; enim diuinatio in
Num. 23.d ſcripturis in bonam partem accipitur. Non erit, ait, augurium in Iacob, neq; diuinatio in Iſrael. Videbantur ſibi quidem eſſe prophetæ: ſed quia pecuniam accipiebant, prophetia ipſorum facta eſt diuinatio. Petrus apo-
Act. 3.a ſtolus: Argentum, inquit, & aurum non habeo: poterat utique Simoni mago uendere, quod petebat: imò C
poterat ſimulare uendentẽ: Spiritus enim ſanctus nec Ibid. 8.d
uenundari, nec emi poteſt: ſed oblatam pecuniam cum offerente damnauit. Nunc uideas prophetas Hieruſalem non habere in ore prophetiam: & in domino requieſcere, & dicere: Nõ ueniẽt ſuper nos mala: quorum cauſa, ſpeculatorũ dei hoſtili aratro diuiditur: & locus quondã pacis, ruinis plenus fit, & templũ domini in uepres ſpinaſq; conuertitur, & eſt habitaculum beſtiarũ. Nec quenquã moueat illud quod in primo Regũ libro legimus: 1. Reg. 9.a
Saul uolentem ire ad Samuelẽ dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, quia precium quod offerret pro uaticinio non haberet, & puerum reſpondiſſe: ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ, & dabo uiro dei, & annunciabit nobis uiam noſtram: non enim ſcriptum eſt, quod Samuel acceperit: aut quod illi obtulerint, quin potius à propheta paſcuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac eum accepiſſe, ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quàm munera prophetæ. Siclus enim uiginti obolos habet, D
& quarta pars ſicli quinq; ſunt oboli. Et noſtri igitur ſacerdotes, ſi uolunt uendere prophetiam, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas dominus flagello Ioan. 2.c
ſubuertit: qui utinam non precia uillarum, ſed quinq; obolos acciperent. Hoc ipſum ſonat & in tertio Regnorum libro, quòd uxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem dei, & defert ei panes & uuas 3 Reg. 14.a
paſſas & uaſculum mellis. Dicitur enim quid ſecum illa portauerit: & tamen propheta non ſcribitur accepiſſe, quippe cum & corripuerit eam, & uenturum luctum prædixerit: licet potuerint hi qui ad hariolos ire cõſueuerant (quia multi diuini & harioli erant in Iſrael) mala cõſuetudine æſtimaſſe idipſum etiam de prophetis: & uoluiſſe ſanctis uiris offerre, quod diuinis offerre cõſueuerãt: & tantummodo ſcripturam narraſſe quid illi uoluerint: nec tamen intuliſſe quod ipſi aut offerre auſi fuerint, aut prophetæ acceperint. Apoſtolus Paulus: 1. Cor. 9.b
Qui altari, inquit, ſeruiunt, & de altari participant, & uiuunt. Permittitur tibi ò ſacerdos, ut uiuas de altari, non ut luxuries. Boui trituranti os non clauditur. Scimus iſta, & tamẽ licentia hac Apoſtolus non abutitur: & habens uictum ueſtimentumq; contentus eſt: nocte & die laborat manibus ſuis, ne cui grauis ſit. Et iurat in epiſtolis, ſe ſanctè, & ſine auaricia in Chriſti euangelio 2. Theſ. 3.b
conuerſatũ: & non ſolum de ſe, ſed de diſcipulis quoq; ſuis hoc ipſum aſſerit: quod nullum miſerit, qui ab eccleſijs aut poſſet aliquid, aut uellet accipere. Si autẽ gratulatur in quibuſdam epiſtolis, & mittentium munera beneuolentiam dei appellat: non tam ſibi congregat ꝙ pauperibus ſanctorum, qui erant in Hieruſalem. Sancti autem pauperes, hi erant in Hieruſalem, qui primũ in Chriſto crediderant de Iudæis: & proiecti à parentibus & cognatis atq; affinibus ſuis, tam poſſeſsiones, quàm uniuerſam ſupellectilem ſacerdotibus templi ac



nn 2 populo

A populo uaſtante perdiderant. Si tales pauperes ſunt, accipiant. Si autem ſub occaſione pauperum paucę ditantur domus, & in uitro ac uaſe fictili aurum comedimus: aut cum theſauris mutemus & ueſtes: aut pauper habitus non quærat diuitias ſenatorum. Quid prodeſt circa collū ad abſtergendos ſudores linteolum non habere? Quid iuuat eſſe μονοχιτωνας & præferre habitu paupertatem, cum marſupium noſtrū uniuerſa pauperum turba ſuſpiret? Propter hoc, cauſa noſtri q tales ſumus: qui Sion ædificamus in ſanguine, & Hieruſalē in iniquitate, qui iudicamus in muneribus, qui mercedib. reſpondemus, qui in pecunia diuinamus, & ſuper hoc fictā nobis ſanctimoniā uendicantes dicimus: nō ueniēt ſuper nos mala: Audiamus ſententiam domini quæ ſequatur: Sion & Hieruſalem, & mons templi ſpeculatorium, & uiſio pacis, & templum Chriſti in cōſummatione & in fine: quādo refrixerit charitas & rara fides fuerit: quaſi
B ager arabitur & redigetur in tumulos: & erit in excelſa ſyluarum, ſiue in cuſtodiam pomorum: ut ubi amplæ quondā domus erant, & abſq; numero acerui frugum: ibi uix parua ſit caſula ſeruans ſpeciem ciborum, refectionem animæ non habentium.

Cap. IIII

ET ērit in nouiſsimo dierum mons domus domini præparatus in uertice montium: & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eū populi, & properabunt gentes multæ, & dicēt: Venite aſcendamus ad montem domini, & ad domū dei Iacob: & docebit nos de uijs ſuis & ibimus in ſemitis eius: quia de Sion egredietur lex, & uerbū domini de Hieruſalem: & iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes uſque in longinquum: &

Cap. IIII

ET erit in nouiſsimis dierum manifeſtus mōs dn̄i præparatus ſuper uerticem montium, & eleuabitur ſuper colles, & feſtinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite aſcendamus ad montē domini, & in domum dei Iacob: & oſtēdet nobis uiam ſuam, & ambulabimus in ſemitis eius, qa de Sion exiet lex, & uerbū domini de Hieruſalem: & iudicabit inter populos multos, & arguet gētes fortes uſque in longinquum: &

Caput IIII

ET *erit in nouiſsimo dierum, etc.*] Quia principes Iudæorum abominati ſunt iudicium, & omnia recta peruerterant, & ædificauerant Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate: & non ſolum hæc fecerant, uerum in muneribus quoq; iudicauerant: & ſacerdotes Hieruſalem in mercede reſponderant, & prophetæ eius in pecunia diuinauerant: & ,ppter eos Sion, quaſi ager aratus erat: & Hieruſalem in tumulos lapidum corruerat, & mons templi dei deſolatus in excelſa ſyluarum: Idcirco nunc derelicta domo eorum atq;
*Mar. 14.c* deſerta, quando filius dei egrediens de templo ait, Sur
*Luc. 13.b* gite eamus hinc, & relinquet uobis domus ueſtra deſerta, Angeli quoq; Ioſepho referente dixerūt: Tranſeamus ex his ſedibus: pro monte Sion mons domini ele
*Ezech. 28* uatus eſt, de quo ad principem Tyri dicitur: Et uulneratus es in monte domini. Iſte autem mons domini in nouiſsimo dierum oſtenſus eſt, quando appropinquabit regnum cœlorum. Siquidem in cōſummatione ſeculorum in reprobationem peccati, per hoſtiam ſuam ſaluator noſter apparuit: & undecima hora ad conducendos operarios uenit. Et completa illius paſsione Io
*1. Ioan. 2.c* annes loquitur: Nouiſsima hora eſt: in ſex milibus cū annis, ſi quingenti anni per horas diei ſingulas diuidantur: nouiſsima hora conſequenter dicetur tempus fidei gentium. Et manifeſtus, inquit, erit mons domini præparatus ſuper uertices montiū. Manifeſtus erit, qui ante fuerat occultus: & præparatus non ſolum in montibus, ſed ſuper uertices montium: Moyſen & prophetas, qui de eo uaticinati ſunt. Licet enim omnia ſancta

conſcripſerint, tamen ad comparationem prophetiæ, C
in qua ſaluatoris aduentum prophetauerunt, humilia ſunt cætera: & nequaq; uſq; ad uerticem montium pertingentia. Et exaltabit, inquit, ſuper colles. Homo quidem apparuit, & formā ſerui accepit: humiliauit ſe uſq; ad mortem, mortem autem crucis: ſed exaltauit eum pater, & dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen: & ad conuerſationem illius uniuerſa uita hominum cōparata, campi dicuntur & ualles. Ad hunc ergo montē qui præparatus eſt ſuper uerticem montiū, & exaltatus ſuper colles, feſtinabunt: ſiue ut in Hebræo habetur: fluent omnes populi, id eſt, in morem fluuiorum turbæ innumerabiles cōgregabuntur. Feſtinabunt autē populi, quando in eū pariter crediderint Parthi & Medi & Elamitæ & habitātes Meſopotamiam, Iudæā, & Cappadociā, Pontum & Aſiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyæ, quæ eſt iuxta Cyrenen & aduenæ Romani, Iudæi & proſelyti, Cretes & Arabes. Nōnne uobis fe D
ſtinaſſe uidentur ad montem, quibus dictū eſt: Sequi *Matth. 4.c*
mini me, & faciam uos piſcatores hominum: & protinus ſequuti ſunt ſaluatorem? Rurſumq; de Iacobo & Ioanne ſcriptura refert: quòd relicta naui & patre & fluctibus ſeculi, feſtinauerint ad montem. Et Matthæus pu
blicanus audiens: Sequere me, ſtatim cucurrerit. Sed & *Matth. 9.b*
illud in euangelio, quando ſequutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & decapoli & Hieroſolymis, & Iudęa & trans Iordanem, & curauit eas: feſtinantes populos probat. Populis autem feſtinantibus gentes quoq; plurimæ ibunt ad montem: totus ſcilicet orbis in eum credens & dicent ita, ad auxilium ſe patibuli mutuo prouocantes: Venite aſcendamus in montē domini. Aſcenſione opus eſt, ut quis ad Chriſtum ualeat peruenire: & ad domum dei Iacob eccleſiam, quæ eſt domus dei, columna & firmamentum ueritatis. Porrò quod Iacob ſaluatorē ſignificet, & ſuprà diximus: Iacob puer meus ſuſcipiam eum. Sed & hoc dicent ad eos quibus loqu
ti fuerant: Venite aſcēdamus in montem domini, & in *Eſa. 2.a*
domum dei Iacob, & addent: Vt oſtendat nobis uiam ſuam, quam uel in angelis intellige eccleſijs præſidentibus, uel in ſcripturis ſanctis, quæ uiā domini præoſtendunt, & eum qui dicit: Ego ſum uia. Et ambulemus in ſemitis eius: in apoſtolis ſcilicet per quos in Chriſtum credidimus. De Sion enim lex egreſſa eſt ſpiritualis, &
ad gentes dei ſermo tranſibit de Hieruſalem, qui iudi *Ioan. 5.d*
cauit inter populos multos: pater enim omne iudiciū
dedit filio. Et corripiet gentes multas uſque in longin *Pſal. 93.b*
quum: dominus enim apprehendit ſapientes in aſtutia eorum: & cognouit cogitationes ſapientium, quoniam uanæ ſunt. Dijudicat autem inter populos qui ſalute digni ſint, & qui indigni, & in eius aduentu omne
bellandi ſtudium confertur ad pacem, In aratra gladij *Eſa. 2.b*
mutabuntur, haſtæ cudentur in falces, gens bellare deſinet



A ſinet cōtra gentē. Nemo pugnare diſcet, pugnandi neceſsitate depoſita. Tantaq; erit requies, ut nō ſolū in urbibus, ſed in uiculis quoq; & agris ſit unuſquiſq; ſecurus: & hoc fiet, quia os domini loquutū eſt. Ac primū quidem iuxta literam anteq̄ naſceretur nobis puer, cuius principatus in humero eius, totus orbis plenus erat ſanguine, populi contra populos, reges cōtra reges, gentes dimicabant aduerſum gentes. Deniq; etiam ipſa Romana reſpublica bellis lacerabatur ciuilibus, Cinna & Octauio & Carbone pugnātibus, Sylla & Mario, Antonio & Catilina, Cæſare & Cneo Pompeio, Auguſto & Bruto, & eodem Auguſto & Antonio, in quorū prælijs uniuerſa ſanguinem regna fuderunt. Poſtq̄ autem ad imperium Chriſti, ſingulare imperium Roma ſortita eſt: apoſtolorū itineri peruius factus eſt orbis, & apertæ ſunt eis portæ urbiū: & ad prædicationem
B unius dei, ſingulare imperium conſtitutū eſt. Poteſt quoq; hoc
*Ioel 3.b* quod dicitur: Concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces, & tropologicè accipi: ut dicamus ad fidem Chriſti, iram & effrenata conuitia eſſe depoſita, ut mittat unuſquiſq; manum ſuper aratrum, & non reſpiciat poſt tergum: & cōtumeliarum iacula haſtaſq; confringens, fructus metere cupiat ſpirituales, ut labo
*Pſal. 125.a* rantibus alijs nos intremus in labores eorum, & dicatur de nobis: Venientes autem uenient in exultatione,
*Matth. 5.a* portantes manipulos ſuos. Nunc nemo pugnat aduerſus alium, quia legimus: Beati pacifici. Nemo diſcit contendere in ſubuerſionem audientium, ſed ponit ſilentium ori ſuo & tacet: quia tempus malum eſt. Et requieſcet unuſquiſq; ſub uite ſua, ut premat uinū, quod exhilarat cor hominis: ſub uite illa, cuius agricola pater eſt: & ſub ficu ſua dulcia ſpiritus ſancti poma decerpēs, charitatem, gaudium, pacē, & reliqua. Hæc autem omnia accident ſecundum utramq; expoſitionē, quia domini uerba ſunt uera: & eius dixiſſe, feciſſe eſt. Omnes populi ibunt, unuſquiſq; in uia ſua: nos uerò ambulabimus in nomine domini dei noſtri in ſeculum & ultra. Cunctis, inquiunt, nationibus euntibus iuxta errorem ſuum, nos ad montem domini feſtinauimus & di
*Eſa. 2.a* ximus: Venite aſcendamus in montē domini, & in domum dei Iacob, & ambulabimus in nomine Chriſti domini noſtri, quia ipſe eſt mons qui deus eſt. In die illa in qua lucebit ſol iuſtitiæ, cōgregabitur illa quæ fuerat ante contrita, & quæ expulſa erat ſuſcipietur: & ad hoc congregabitur contrita, ut ponatur in reliquias & derelicta in gentem fortem. Niſi enim dn̄s ſabaoth reliquiſ

HEB. & concident gladios ſuos in uomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſum gentē gladium, & non diſcent ultra belligerare. & ſedebit uir ſubtus uineam ſuá, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui exterreat, quia os domini exercituū loquutum eſt: quia omnes populi ambulabunt, unuſquiſque in nomine dei ſui. Nos autem ambulabimus in nomine domini dei noſtri in æternum & ultra. In illa die, dicit dominus: congregabo claudicantē, & eam quam eieceram colligā, & quam afflixeram, & ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laborauerat in gentē robuſtam, & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & uſq; in æternum.

SEPT. & concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces, & ultra non tollet gens cōtra gentem gladium, & nequaquam diſcent belligerare: & requieſcet unuſquiſque ſub uite ſua, & unuſquiſq; ſub ficu ſua, & non erit qui exterreat, quia os domini omnipotentis loquutū eſt hoc, quia omnes populi ibunt unuſquiſq; uiā ſuam. Nos autem ibimus in nomine domini dei noſtri in æternum & ultra. In die illa, dicit dominus, congregabo eam quæ cōtrita eſt: & quæ eiecta fuerat ſuſcipiam, & quos repuleram: & ponam contritam in reliquias, & repulſam in gentem fortem, & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & uſq; in ſeculum.

ſet nobis ſemen, quaſi Sodoma eſſemus, & quaſi Go C
morra ſimiles fuiſſemus. Sed iuxta Hebraicū pulchrè: Cōgregabo, inquit, claudicantē & eam quæ male am
bulauerat. & ad quam Helias dixerat: Vſquequo clau *3. Reg. 18.d*
dicatis, cuius pes ſcandalizatus fuerat abſciſſus. Quam *Mar. 9.g*
eieceram, & cui dederam libellū repudij, colligam: & quam afflixeram captiuitatibus uarijs, uel tradideram diabolo & angelis eius. Ac ne ſtatim nobis diligens lector opponat, quomodo cōgregarā aſſeris claudicantē, & collectā eam quæ fuerat eiecta, cū Iudæi in infidelitate permaneāt? Audiat de prima Chriſti dici eccleſia quæ credidit ex Iudæis: de qua fuerunt & apoſtoli, ſuper qua in Actibus apoſtolo
rum Lucas deſcribit: *Act. 2.g*
q̄ in una die crediderint tria milia, etiam alibi quinq; milia: & de quibus Iacobus lo
quitur ad Paulū: Vi *Ibid. 21.d*
des frater Paulē quanta milia ſunt de Iudæis credentiū, & om
nes hi æmulatores le D
gis ſunt. Sed & ſignificantiam conſidera prophetalem: nōn dixit, ponam claudicantem totam ſaluā, ſed ponā claudicātem in reliquias, ut reliquiæ & electio ſaluæ fiant: & eam quæ laborauerat in gentem robuſtam, in nomen uidelicet Chriſtianum: quod non gladius, non ignes, non tormenta ſuperabunt. Vide fidem & paſsionē martyrū, & de robuſta gente non ambiges. Et regnabit dominus ſuper eos, id eſt, ſuper gentes multas, & ſuper reliquias claudicantis in monte Sion, in eccleſia, in ſpecula, in contemplatione uirtutū, à præſenti ſeculo, & uſq; in futurū. Si quis autem uoluerit hoc quod dicitur, cōgregabo eam quæ cōtrita fuit, & eiectā ſuſcipiā, & cætera: de anima humana intelligere, q̄ ante aduentū Chriſti uarijs paſsionibus uitijsq; ſeruierit: & quaſi erronea, & morbida ouis luporū fuerit laniata morſibus, non errabit: dum tamen nouerit eam, quæ contrita fuerat & afflicta ſub dn̄i poſtea regno futurā, & uicturā in Sion, & ad priſtinū montē boni paſtoris humeris reportandā. Sciendū quoq; hoc capitulum quod nunc expoſuimus, & huic ſimile de Eſaia: Iudæos & eorū erroris hæredes ad mille annorū referre imperiū Chriſti atq; ſanctorū. Et illud quod dicit: Omnes populi ambulabunt, unuſquiſq; in nomine dn̄i dei ſui: ita interpretari, unamquamq; gentē cum idolo ſuo torqueri, & mitti in ignē æterni ſupplicij. Sed ex conſequentibus arguunt, non de fine ſeculorū hoc dici, ſed de primo aduentu Chriſti, in quo colliguntur reliquiæ claudicantis, & gentes ante ſaluant. Igit Eſaias huiuſce
modi poſuit teſtimoniū: Sermo q factus eſt ad Eſaiam *Eſa. 2.a*
filiū Amos de Iuda & Hieruſalē, quia erit in nouiſsimis





Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A diebus manifeſtus mons dñi, & domus dei ſuper ſummitatē montiū, & exaltabitur ſuper colles: & uenient ad eum omnes gentes, & ibunt nationes multæ, & dicent: Venite aſcēdamus in montē dñi, & in domū dei Iacob: & annunciabit nobis uiam noſtram, & ambulabimus in ea: de Sion enim exiet lex, & uerbū domini de Hieruſalem, & iudicabit inter gentes multas, & arguet populum plurimū, & concident gladios ſuos in aratra, & zibynas ſuas in falces: & non ſumet gens contra gentem gladium, & non diſcent ultra belligerare. C Significanter hic dicitur, quod ſermo dei egrediens de Hieruſalem, iudicet inter gētes multas, & arguat propriè populum Iudæorum. Nos enim quaſi peccatores iuxta operum noſtrorū menſuram iudicabit: illos uerò ut impios & negatores non iudicabit, ſed arguet condemnatos.

Commentarij primi in Micheam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM SVPER Micheam prophetam ad Paulam & Euſtochium prologus.

SEmper inuidis reſpondemus, quia non ceſſat inuidia, & librorū noſtrorū exordia, æmulorū maledicta cōfutant, qui uulgò iactant me ſterilis ieiuniq; ſermonis, quaſdam ineptias ſcribere: & cum loqui neſciā, tacere non poſſe. Itaq; obſecro uos ò Paula & Euſtochiū, ut ad huiuſcemodi latratus claudatis aures: & infantiā (ut dicunt) meam orationibus adiuuantes, impetretis mihi iuxta Apoſtolū adapertionē oris mei, ut de ſcripturis lo-
Pſal. 97.c quenti adaptari poſſit: Dominus dabit uerbū euangelizantibus uirtute multa. Moneo autē tauros pingues, qui circumdederunt me, ut quieſcant & deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſua: quæ proferent poſt, ſi pergant lædere. Nam quod dicunt: Origenis me uolumina cōpilare, & contaminari non decere ueterum ſcripta: quod illi maledictū uehemēs eſſe exiſtimant, eandē laudem ego maximā duco, cum illū imitari uolo, quem cunctis prudentibus & uobis placere non dubito. Si enim criminis eſt Græcorū benedicta transferre, accuſetur Ennius & Maro, Plautus, Cæcilius & Terentius, Tullius quoq; & cæteri eloquentes uiri, qui non ſolū uerſus, ſed multa capita & longiſsimos libros ac fabulas integras tranſtulerunt. Sed & Hilarius noſter furti reus ſit, quòd in pſalmos quadraginta fermè milia uerſuum ſupradicti Origenis ad ſenſum uerterit. Quorū omnium æmulari expoto negligentiā potius quàm iſtorū obſcurā diligentiam. Verum iam tempus eſt alterum in Micheam librum cudere, & naſcentia hydræ capita ῥοπάλῳ contundere prophetali.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Micheam prophetam, Lib. II

ET tú turris gregis nebuloſa filiæ Sion uſq; ad te ueniet: & ueniet poteſtas prima, regnū filiæ Hieruſalē. Nunc quare mœrore cōtraheris? nunquid rex non eſt tibi, aut cōſiliarius tuus perijt, qa cōprehendit te dolor quaſi parturientē? Dole

ET tu turris gregis caligoſa filia Siō, ad te ueniet, & ingredietᷓ principatus: primū regnū de Babylone filiæ Hieruſalē. Et nūc quare cognouiſti mala, nūqd rex nō erat tibi, aut cōſiliū tuū perijt: qa obtinuerūt te dolores ſicut parturiētē? Dole

B ET tu turris gregis, etc.] Turrē gregis nebuloſam, ſiue ſqualentē: quod Hebraicè dicitᷓ עֹפֶל, nullā aliā debemus intelligere, niſi illam, de qua Eſaias ait:
Eſa. 5.a Et ædificaui turrē in medio eius, id eſt, uineæ. Vinea aūt domini domus eſt Iſrael. Hæc turris quamdiu habet torcular, id eſt, altare, & in circumitu maceriam: auxilia uidelicet angelorum, & non ingreditur diabolus aper in uineā, non eſt ſqualida, non eſt tenebroſa, ſed à domino lucente ſortita uocabulum appellatur ciuitas, quæ in monte ſita latere
Luc. 20.b non poteſt. Turris igitᷓ quondam gregis & populi dei, quia peſsimi coloni interfecerunt patris familiæ filium: nunc ſqualida eſt & deſtituta, & ſub nomine Iſrael clamat in Eſaia de terra. Et hæc turris filiæ Siō: ſiue ut Symmachus uertit in Græcum: Ipſa eſt filia Sion, & uſq; ad hanc ueniet deus, uel poteſtas prima: quæ poteſtas regnum eſt filiæ Hieruſalē. Venit aūt ad hanc turrim prima poteſtas, ſiue principatus primus, ille qui dixerat:
Apoc. 20.a Ego ſum alpha & ω, principiū & finis, primus & nouiſsimus. Et q ex perſona aſſumpti hominis ait in Prouerbijs: Dñs creauit me in principio uiarū ſuarū in ope-
Prou. 8.c ra ſua. ſiue ut in Hebræo ſcribitur: Dominus poſſedit me. קָנָנִי em̄ non creauit me: ſed poſſedit me, habuitq; ſignificat. Et uenit poteſtas prima, & regnum filiæ Hieruſalem, ut poſt primā fieret & ſecunda. ſicut enim ipſe
Ioan. 8.b loquitur cōfidenter: Ego ſum lux mūdi, ita & diſcipulis ſuis donat, ut ipſi quoq; lumen uocentᷓ mundi, dicitq;
D ad eos: Vos eſtis lux mundi. Sed & uineam ueram ſe in
Hier. 2.d euangelio uocans: de credētibus per Hieremiā loquitᷓ: Ego aūt plantaui te uineā frugiferā totā uerā. Et cum ſit panis uiuus de cœlo deſcendens: diſcipulis dedit, ut appellentᷓ panis. Vnde & apoſtolus Paulus loquitur confidenter
1. Cor. 10.d Omnes em̄ unus panis ſumus. In hūc igitur modū ingreditur poteſtas prima & regnū in Hieruſalē: ut & credentes in ea, poteſtatē faciat & regnū. Hoc quod in quibuſdā libris legitᷓ: Et ingredietᷓ primus regnū filiæ Sion, de Babylone ſciamus additū eſſe: quia nec in Hebræo, nec apud alios habetur interpretes. Et uidetur mihi quidem de captiuitate ſenſiſſe Babylonia, q populus inde egrediens uenerit Hieruſalē. Sequitᷓ: Et nunc quare mœrore contraheris: ſiue ut in Lxx. ſcriptū eſt: Et nunc quare cognouiſti mala. ad quam uenturus eſt, inquit, dñs & poteſtas prima & regnū, quare nunc mœrore cōtraheris, aut quare cognouiſti mala? Statim reſpondetᷓ & dicitᷓ: Quia rex non eſt tibi, & cōſiliarius tuus perijt, quia cōprehendit te dolor ſicut parturientē. Aut certè cum hęc omnia habeas, uitio tuo nec regis, nec conſiliarij mereris auxilium. Quod autem ait: Quare cognouiſti mala: illo ſenſu accipiendum eſt, quod omnis qui meretur & patitur mala, dicitur noſſe mala & ignorare bona.
1. Reg. 2.f Iuxta illud quod in primo quoq; Regnorum libro ſcriptum eſt: Filij Heli, filij peſtilentiæ, non cognouerunt
Eccle. 8.a deum. Et alibi: Qui cuſtodit mandatum, neſciet uerbum



A bum malū. Et ad peccatores: Recedite à me, inquit do-
Pſal. 6.c minus, qui operamini iniquitatem, quia neſcio uos. E
2. Cor. 5.d contrario de domino: Qui cum non cognouiſſet peccatum, pro nobis peccatum fecit: ſubauditur deus pater: rex autem & magni conſilij angelus, ſaluator intelligitur, qui perijt pro populo non credente: quem comprehenderunt dolores ſicut parturientem: putans enim Iſrael obtinere ſe imperium, repente uaſtatus eſt. Et quomodo pariens dolorem effugere non poteſt: ſic ille imminentem captiuitatem, & exercitū urbi circundatum uitare & differre non potuit. Legamus ſcripturas, & nunquam inuenimus ſanctas mulie-
Gen. 35.b res, excepta Rachel, cum dolore peperiſſe: quæ quia in uia erat, & in hippodromo, id eſt, equorum curſu, qui in Aegypto uenundantur, filium peperit doloris, quē poſtea uocauit pater
Ibid. 3.c filium dextræ. Eua eiecta de paradiſo & au-
B diens: In doloribus paries, peperiſſe deſcribitur in dolore.
1 Reg. 4.d Vxor Phinees contracta, nec ſe erigens, ſicut illa quam in euan-
Luc. 13.d gelio diabolus alligauit: peperit poſtquā captam arcam dei, populiq; cognouiſſet ruinam. Sara aūt quia ſancta erat, & ei defecerant muliebria, nato Iſaac
Gen. 21.d dicit: Riſum mihi fecit dominus, quicunq; enim audierit, congratulabitur mihi. Dolores igitur qui obtinuerunt turrem gregis, dolores inferi ſunt & dolores mortis: qui circunciderunt quidem, & uallauerunt etiā ſaluatorem: ſed nequaquam eum obtinere potuerunt, ſicut ipſe loquitur in pſalmo decimoſeptimo: Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, & dolores inferi uallauerunt me. Quidam putant turrem ſqualentē ſiue tenebroſam et filiam Hieruſalem: de cœleſti Hieruſalē intelligi, quæ ſit mater
Heb. 12.f ſanctorum, de qua & Apoſtolus ait: Acceſsiſtis ad Sion montem & ciuitatē dei uiuentis, Hieruſalem cœleſtem: quæ tamdiu ſqualet, quamdiu filij ſui non reducuntur ad eā, & rex & conſiliarius non ſit in ea: & dolores ſicut parturientē apprehendant eam, quod fruſtra peperit, uidens tantos filios interfectos. a ¶ *Dole & ſatage filia Sion, etc.*] Cui præcipitur ut doleat ſiue parturiat: & poſtea infertur, uiriliter age: non fruſtra præcipitᷓ, ſed ut dolores patienter ferens, egrediatur de ciuitate, & habitet in campo ſiue in regione, & ueniat uſq; ad Babylonem: & cum pro peccato ſuſtinentes captiuitatem fortiter tulerit, quod illatū eſt, tunc liberet eam dominus, & redi-
Infrà 7.b mat deus ſuus de manu inimicorum ſuorum: ut poſtquam fuerit liberata, inſultantibus dicat: Noli inſultare mihi inimica mea quia cecidi, reſurgam: & ſi enim ambulauero in tenebris, dominus lux mea eſt, iram domi- C
ni ſuſtinebo, quoniam peccaui ei, donec iuſtificet cauſam meam, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem: & uidebo iuſtitiam eius, & aſpiciet inimica mea, & operietur ignominia. Vnde & in pſalmis congrua uoce cantatᷓ: Non in per- Pſal. 102.d
petuū iraſcetur, neq; in æternum cōminabitur dñs. Quod autem: Dole & uiriliter age, ad ſalutem dolentis pertineat, & agentis uiriliter: Ieſus quoque filius Naue teſtis Ioſue 1.d
eſt cui dominus dicit: Confortare, & uiriliter age. Dolet tamē & agit uiriliter filia Siō, quia excalciata & nudata egreſſa eſt de ciuitate, & captiua ducenda eſt in campū Sennaar, & futura in Babylone donec Zorobabel ueniat, & Eſdras, qui interpretatᷓ adiutor: & de manu Chaldęorū liberet eā. Quod cum iuxta literam manifeſtū ſit, intelligere mihi uidetur animā propter peccatū de eccleſia pulſam, & inimico & ultori cō traditā in interitū car- D
nis, ut ſpiritus ſaluus fiat, exire de ciuitate, quā fluminis impetus lætificat: & habitare nō in mōte, ubi prius fuerat: ſed in cāpo, in quo Aſſyriorū uagatᷓ exercitus, & eſſe in confuſione uirorum ſuorū: & poſtquam habuerit compedes, & traxerit molam, farinam Babylonijs fecerit, in ſemet reuerſam dicere: Quāti mer- Luc. 15.d
cenarij patris mei ſaturantur panibus, & ego hic fame pereo, & ad paternam domum poſtea reuertentē ſuſcipi à clementiſsimo patre, & redimi de manu duriſsimi domini. Ponamus exemplum, ut quod imperatur filię Sion & dicitur: Dole & uiriliter age quaſi pariēs: nō ad pœnam, ſed ad utilitatē illius referamus. Loquitur Paulus ad Galatas: Filioli mei quos iterum parturio, donec Galat. 4.c
Chriſtus formetur in uobis. Et tamdiu doluit quādiu parturiuit, donec eos rurſum per pœnitentiam generaret, qui per delictum perierant. Puta medicū febricitanti uel uulnerato dicere: Dole & uiriliter age, ſuſtine ſitim, porta cauterium, ut certior ſanitas conſequatur.
b ¶ *Et nunc congregatæ ſunt, etc.*] O Hieruſalē, ô filia Sion, quæ uenies uſq; in Babylonem, & ibi liberaberis, & redimet te dominus de manu inimicorū tuorū: nunc interim congregatæ ſunt apud te gētes multæ, quæ quaſi de adultera loquūtur & dicunt: Lapidetur & aſpiciat in eam oculus noſter. Siue ut in Lxx. ſcriptum eſt: inſultemus & gaudeamus, & deſpiciāt ſuper Sion oculi noſtri: & non cognouerūt dñi uoluntatē atq; conſilium: quia propterea aduerſum te cōgregatæ ſunt nationes ut cōteras eas, quaſi fœnū uel ſtipulam areæ. Surge igitur filia Sion, & in cornibus ferreis, quæ tibi dare me ſpondeo: atq; in ungulis æreis, quas acceptura es: uentila & con-

HEBR. Dóle & ſatage filia Sion quaſi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione: & uenies uſque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorū. Et nūnc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ quæ dicūt: lapidetur & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes domini, et nō intellexerunt conſilium eius: quia congregauit eos, quaſi fœnum areæ. Surge & tritura filia Siō: quia cornu tuum ponam ferreum: & ungulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies domino rapinas eorum: et fortitudinem eorum domino uniuerſæ terræ.

SEPT. Dole & uiriliter age filia Sion, quaſi pariēs, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in campo, & uenies uſq; ad Babylonem: inde liberabit te, & inde redimet te dominus deus tuus de manu inimicorum tuorū. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ dicentium: inſultemus: & uideant in Sion oculi noſtri: ipſi autem neſcierunt cogitationes domini: & non intellexerunt conſilium eius: quia cōgregauit eos, ut manipulos areæ. Surge & tritura eos filia Sion: quia cornua tua ponam ferrea, & ungulas tuas ponam æreas: & cōminues populos multos, & uouebis domino multitudinem eorū, & robur eorum dño uniuerſæ terræ.

Universidad de Deusto Biblioteca

A tere populos, & interfice eos domino uniuerſæ terræ. Tali enim uictima & tali ſacrificio delectatur. Hæc Iudæi, needũ expleta cernẽtes, in futuro ſibi Chriſti pollicentur aduentu, & dicunt uniuerſas nationes Iudaico populo ſeruituras: ipſumq; imperium Romanorum, quod ſub nomine interpretantur Edom, conterendũ eſſe ungulis ſuis & cornibus uentilandum. Quod q̃ ſtultum ſit, ex omnibus ſcripturis facile comprobatur: ſed hoc alterius temporis eſt. Nos ergo qui non occidentem literam, ſed ſpiritum uiuificantem ſequimur, dicimus aduerſum filiam Sion, quæ interpretatur eccleſia, multas nationes dæmonum congregari: & in præſenti ſeculo, quod in maligno poſitum eſt, inſultare: & in occiſione filiorum eius gaudere, neſcientes cogitationes domini, nec eius conſiliũ agnoſcẽtes. Si enim co- 1 Cor. 2.b gnouiſſent, nunquã dominũ maieſtatis crucifixiſſent. Congregabit itaq; eos quaſi manipulos areæ: ut quicquid ſpinoſum habere uidebant̃ & aſperũ, uacuumq; & leue, ungulis ſuis conterat, & cornibus uentilet: & purum remanens frumentũ, in dñi offerat̃ donaria. Quid aũt in eo ſignificet quod ait: Et cõminues populos multos, & conſecrabis dño multitudinẽ eorũ, & robur eorum dño uniuerſę terrę. Legamus Numeros & Ieſu Naue, & primum Regnorum librum: & uidebimus quomodo de ſubiectis gentibus, cum uniuerſa perierint in B ore gladij, aurum & argentũ, & tam de hominibus, q̃ de iumentis certus prædæ numerus domino conſecra- Ioſue 7.a tus ſit. Deniq; & Achor, qui de anathemate Hiericho aliquid eſt furatus conturbauit populũ: & ex peccato ual- עֵמֶק עָכוֹר li nomen impoſitum eſt Emek Achor: id eſt, uallis tumultus ſiue turbarum. Vt autem ſcias iuxta Septuaginta interpretes, qui dixerunt: Conſecrabis domino multitudinem eorum, & robur eorũ domino uniuerſæ terræ: in bonam partem debere accipi conſecrationẽ: Theodotio pro multitudine munera tranſtulit, id eſt δῶρα: quinta editio, emolumentum, id eſt ἀφέλειαν: Symmachus lucrum eorum, id eſt τὸ κέρδος αὐτῶν.

Cap. v.

NVnc uaſtâberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos: in uirga percutient maxillam iudicis Iſrael. Et tũ Bethlehem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te

CAP. V

NVnc uaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt, &c.] Non quod una tribus percutiat maxillam alterius, ſed quod alij percutiant tribus Iſrael in maxillam. Pollicitus quidẽ tibi ſum, ô filia Sion, quod uenturum ſit tempus quo cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas æreas: & comminuta dæmonum multitudine offeras quicquid illi ante poſſederant domino u- Rom. 11.d niuerſæ terræ. Sed quia hoc tunc futurum eſt, quando ſubintrauerit gentium plenitudo, & omnis Iſrael ſaluatus fuerit: nunc interim pro meritis tuis uaſtare: ſiue ut in Hebræo habetur concidere. Nequaquam enim iux- Philip. 3.a ta Apoſtolum uocaris circũciſio, ſed conciſio: nec te appello filiam meam, ſed latronis filiam: quod Hebraicè dicitur בת גדוד id eſt, diaboli ad prædandum ſemper Matt. 21.b accincti. Feciſti enim domum meam ſpeluncam latronum: repugnaſti aduerſum me: & filij tui obſidionem poſuerunt ſuper me, & ſuper filium & ſpiritum meum. An non contumelia trinitatis eſt, quando in uirga & calamo, te faciente, percuſſere Romani caput iudicis Matt. 26.g Iſrael, dicentes: Propheti za nobis Chriſte, quis eſt Ioan. 18.d qui te percuſsit: ſiue quando unus de miniſtris tuis percuſsit eum in maxillam, dicens: Sic reſpondes pon

tifici? Hoc iuxta Hebraicum: cui interpretationi Aqui- C la, & Symmachus, & Theodotio, & editio quinta conſentiunt. Iuxta Septuaginta autem multo aliter ſenſus eſt: & quaſi à proprio intelligit̃ exordio. Nunc obſtruit̃ ſynagoga obſtructione: & dicẽt qui in ea clauſi fuerint: Anguſtiam poſuit ſuper nos: & Romanis poteſtatibus ſubditæ, percutientur in maxilla tribus Iſrael. Ab- Eſaie 3.a ſtulit enim dominus de Iudæa & de Hieruſalem fortem & ualidum, & ſapientem architectum, & intelligentem auditorem: & uiæ eius uſque hodie clauſæ ſunt & obſeptæ: nec poteſt egredi de captiuitate, ſed duriſsimo premitur imperio.

Cap. v.

NVnc obſtruetur filia obſtructione: anguſtiã poſuit ſuper nos: in uirga percutiẽt ſuper maxillã tribus Iſrael. Et tu Bethlehẽ domꝰ Ephrata nequaq̃ minima es ut ſis in milib. Iuda: ex te

Si autem iuxta ſuperiorem ſenſum uoluerimus de eccleſia dictum accipere: Nunc obſtruetur filia obſtructione: illud de Oſee proſeramus exemplum, in quo Oſee 2.a adultera loquitur: Vadam poſt amatores meos, qui dabant mihi panes meos, & aquam meam, & ueſtimenta mea, & linteamina mea, oleum meum, & omnia quæ mihi proſunt. Et poſtea deus uolens impedire cogitationem peſsimam: non eam facit quod deſiderat adimplere, ſed obſtruit uias eius, ne conſequatur amatores ſuos, & amplius fornicetur. Ait quippe: Propterea ecce ego obſtruam uias eius in ſudibus, & obſepiam uias eius, & ſemitam ſuam non inueniet: & perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meum priorẽ: quia bene mihi erat. Animad- D uerte opus domini profeciſſe. Adultera enim non inueniens uiam ſuam, nec ualens pergere quò uolebat: neceſsitate obſtricta ad maritũ reuertitur priorem: & confitet̃, melius ſibi in domo uiri eſſe prioris, quàm quondam apud amatores ſuos fuerat: tribulationibusq; & plagis Iſrael eruditur. Vnde & ad Dauid ſub typo Chri- Pſal. 88. ſti myſtice dicitur: Si dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis non ambulauerint: ſi iuſtitias meas prophanauerint, & præcepta mea non cuſtodierint: uiſitabo in uirga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo. Tribulationem ergo poſuit deus ſuper filiam Iſrael: & percutient eam angeli, qui plagis præpoſiti ſunt in maxilla. Ac ne fortè neſcires quæ eſſet filia quæ obſtruitur obſtructione, & ponitur in anguſtia, ſtatim infertur, & dicitur, tribus Iſrael. Nos autem ſumus Iſrael, qui mente cernimus deum, ad quo- 1 Cor. 10. rum diſtinctionem Apoſtolus loquitur: Videte Iſrael ſecundum carnem. Nunquam enim uocaret carneum Iſrael, niſi ſciret eſſe etiam ſpiritualem. b ¶ *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: ex te enim mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, etc.*] Matt. 2.a In Euangelio ſecundum Matthæum, cum Magi de oriente ueniſſent, & Herodes à ſcribis quæreret, ubi nam Chriſtus dominus naſceretur, reſpondiſſe narrantur: In Bethlehem terra Iuda: qui prophetæ teſtimoniũ addentes dixerunt: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in ducibus Iuda: ex te enim egredietur dux, qui regat populum meũ Iſrael. Quod teſtimonium nec Hebraico, nec Lxx. interpretibus conuenire, me quoq; tacẽte perſpicuum eſt: & arbitror Matthæum uolentem arguere ſcribarum & ſacerdotum erga diuinæ ſcripturæ lectionem negligentiam, ſic etiam poſuiſſe, ut ab eis dictum eſt. Sunt autem qui aſſerant, in omnibus penè teſtimonijs



A teſtimonijs quæ de ueteri teſtamẽto ſumunt̃, iſtiuſmodi eſſe errorem, ut aut ordo mutetur, aut uerba, & interdũ ſenſus quoq; ipſe diuerſus ſit, uel apoſtolis uel euangeliſtis non ex libro carpẽtibus teſtimonia, ſed memoriæ credentibus, quæ nonnunq; fallitur. Exponamus ergo בית־לחם Hebraicũ: Et tu Bethlehem, id eſt domus panis, quæ uocaris Ephrata, minima quidem es in ciuitatibus Iuda, & tãtis milibus cõparata, uix paruus es uiculus: ſed ex hoc paruo uiculo egredietur Chriſtus, qui eſt dominator in Iſrael. Ac ne putes eũ de genere Dauid tantum eſſe, cui repromiſi di- Pſal. 131.b cens: De fructu uẽtris tui ponam ſuper ſedem meam: carnis aſſumptio diuinam nõ impedit maieſtatem: de me enim natus eſt ante omnia ſecula, & temporum conditor, Ibid. 109.a in tempore non tenetur. Ipſe eſt cui & in alio pſalmo dixi: Ante luciferũ ge- Ioan. 1. nui te. In principio enim erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. Et idcirco egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quod aũt Bethlehem ipſa ſit Ephrata, liber Gen. 35.c Geneſ eos oſtendit, in quo ſcriptura cõmemorat: Mor- B tua eſt Rachel, & ſepulta in uia Ephrata, hæc eſt Bethle- אפרתה hem. Et in utroq; nomine ſignificat ſacramentum: Domus enim panis dicit̃, propter panẽ uiuũ, qui de cœlo deſcendit. Et Ephrata, quod interpretat̃ furorẽ, propter Herodis inſaniã, quia illuſus à Magis iratus eſt ualde, & mittens uniuerſos occidit infantes in Bethlehẽ & in omnibus finibus eius à bimatu & infra, ſecũdum tempus quod exquiſierat à Magis, & propter plurimũ ſangui- Hier. 13.a nem audita eſt uox in excelſo, planctus & ululatus Rachel flentis liberos ſuos. Legimus iuxta Lxx. duntaxat Ioſue 15 interpretes in Ieſu Naue, ubi tribus Iudæ urbes & oppida deſcribuntur, inter cætera etiam hoc ſcriptum, Thæco, & Ephrata, hæc eſt Bethlehẽ, & Phagor, & Aetham, & Culon, & Tami, & Soris, & Caræm, & Gallim, & Bæther, & Manocho ciuitates undecim, & uiculi earum, quod nec in Hebraico, nec apud alium inuenitur interpretem, & ſiue de ueteribus libris eraſum ſit malicia Iudæorum, ne Chriſtus de tribu Iuda ortus uideretur, ſiue à Lxx. additum, nequaquam liquido cognoſcẽtes, certum quid nouimus. Nihilominus & de libro Iudicũ Iudic. 19.a hoc ipſum poſſumus approbare, quod Bethlehem in tribu Iuda ſit, ſcriptum eſt enim: Et fuit uir Leuites habitans in lateribus domus Ephraim, & accepit ſibi mulierem concubinam de Bethlehem Iuda, & irata eſt ei concubina ſua, & abijt in domũ patris ſui in Bethlehem Iuda. Pulchre autem dicitur in Bethlehem Iuda, ad diſtinctionem eius Bethlehem quæ in Galilæa ſita eſt, ſicut in eodem Ieſu uolumine reperi. Poteſt Ephrata in lingua noſtra ſonare καρποφόρον, uberem atq; frugiferam, & idipſum oſtendere in myſterio, quod & domus panis. a ¶ *Propter hoc dabit eos uſq;, etc.*] Quia de Bethlehem, quæ eſt Ephrata, egreſſus eſt Chriſtus dominator in Iſrael, & egreſſus eius non eo tantũ fuerat tẽpore quo uiſus in carne eſt, ſed ab initio æternitatis ſiue ab initio ſeculi: Quia ſemper ipſe locutus eſt per prophetas, & ſer-

HEB. ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus ęternitatis. Propter hôc dabit eos uſq; ad tempus in quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael. Et ſtâbit & paſcet in fortitudine domini, in ſublimitate nominis domini dei ſui, & conuertentur: quia nunc magnificabitur uſque ad terminos terræ. Et érit iſte pax: Aſſyrius

SEP. ex te mihi egredietur ut ſit in principem Iſrael: & egreſſus eius ab initio ex diebus ſeculi. Propterea dabit eos uſq; ad tempus parientis, pariet, & reliquiæ fratrum reuertentur ad filios Iſrael. Et ſtabit, & uidebit, & paſcet gregem ſuum in fortitudine dominus, & in gloria nominis domini dei ſui erunt, quia nunc magnificabuntur uſque ad terminos terræ. Et erit hæc pax: Aſſyrius

mo dei factus eſt in manu eorum: ideo dabit Iudæos, eoſq; regnare permittet uſq; ad tempus parientis, quan- C do complet̃ illud: Lætare ſterilis quæ nõ paris, erumpe Eſaie 54.a & clama quæ nõ parturis, quoniã multi filij deſertæ magis q̃ eius quæ habet uirũ. Cum enim ſterilis pepererit ſeptẽ, & quæ multos habuerat filios, fuerit infirmata, & delicto populi Iudaici, plenitudo gentiũ ſubintrauerit, tũc omnis Iſrael ſaluus fiet, & reliquiæ fratrum eius ad filios cõuertent̃, & adueniens Helias propheta, אליהו qđ interpretat̃ deus dñs, conuertet corda Luc. 1.b patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres ſuos: & nouiſsimus populus iunget̃ antiquo, ut uere filij Abraham appellent̃, cũ in deũ crediderint, quẽ uidit A- Ioan. 8.g braham, & lętatus eſt. Qđ eſt aũt tempus in quo ſterilis pariet? Vereor illud de quo Eſaias loquit̃: Tẽpore acceptabili exaudiui te, & in die ſalu- Eſaie 49.c tis auxiliatus ſum tibi. Qđ & Paulus intelligẽs de Chriſti tẽpore prędicatũ, ait: Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce 2 Cor. 6.a nũc dies ſalutis. Hoc ipſum puto & illud myſtice demõſtrari, quod in Eccleſiaſte ſcriptũ eſt: Tẽpus pariendi, & Eccl. 3.a tẽpus moriẽdi, qđ eo tẽpore quo ex ſterili natus eſt gentiliũ populus, filios amiſerit ſynagoga. Poteſt aũt & ali- D ter intelligi: Dabit dñs tẽplũ & Hieroſolymã, & Iudæos uſq; ad illud tempus quo uirgo pariet: quæ poſtquam pepererit, & natus paruulus acceperit ſpolia Samariæ, & uirtutẽ Damaſci, interfecto populo Iudæorũ, reliquię Iſrael ſaluabunt̃: & fratres Chriſti, id eſt apoſtoli cõuertentur ad prophetarũ & patriarcharum fidem, qui uenturum Chriſtum annunciauerunt: & complebitur pſalmi uaticinium: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: & cę- Pſal. 44.d tera quæ ſequuntur. b ¶ *Et ſtabit, & paſcet, etc.*] Poſtquam ſol iuſtitiæ egreſſus fuerit à ſummitate cœlorum, & peruenerit uſq; ad terminos eorum, & pepererit pariens, & reliquiæ fratrum eius cõuerſæ fuerint ad filios Iſrael: tunc ipſe dominus qui prius ambulabat, & cum his qui in itinere erant poſiti, necdum habebat fixũ gradum: ſtabit & paſcet eos in fortitudine domini, ut poſſint dicere: Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco pa- Pſal. 22.a ſcuæ, ibi me collocauit: ſuper aquas refectionis enutriuit me, animã meã cõuertit. Paſcet aũt eos nõ ſolũ in fortitudine dñi, ſed in ſublimitate nominis dñi dei ſui: qñ dicit ad patrẽ: Pater ſâcte ſerua eos in nomine tuo quos Ioan. 17.b dediſti mihi, ut ſint unũ ſicut & nos: quando erã cũ eis, ego ſeruabã eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nullus ex his perijt. Et cõuertent̃, ſiue ut melius interpretatus eſt Symmachus, habitabũt. ישבו cm uerbũ Hebraicũ utrũq; ſignificat. Habitabũt aũt in eccleſia dñi, quia magnificatus eſt Chriſtus uſq; ad terminũ terræ. Siue iuxta Lxx. qa magnificabunt̃ ipſi cũ paſtore ſuo uſq; ad extremũ terræ: ut in omnẽ terrã exeat ſonus Pſal. 18.a eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. c ¶ *Et erit, etc.*] Quãdo uenerit diabolus, q interpretat̃ διαβάλλων, id eſt, arguens atq; corripiẽs ſuper terrã regioneq; credentiũ, & eorũ quos paſcet dñs in fortitudine, & in ſublimitate nominis dñi dei ſui, & eos calcauerit tribulationib. uarijs, & domos animarũ noſtrarum, id eſt corpora quaſi ſuperbus

A ſuperbus aſcenderit atq; depreſſerit, & tamen nihil nos à Chriſti charitate ſeparauerit: Tunc Chriſti pax, ſiue ipſe Chriſtus erit in nobis, & dicetur de ſancto: Nihil proderit inimicus in eo. Ponamus exemplum: ut quod dicimus poſſit manifeſtius fieri. Venit Aſſyrius ſuper terram quondam Pauli: 2 Cor. 11.c & aſcendit ſuper regionem eius, quando fuit in laboribus ſupra modum: in plagis abundantius: in carceribus nimis: in mortibus frequenter: quãdo à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepit: ter uirgis cæſus eſt: ſemel lapidatus eſt: nocte & die in profundo maris fuit: in periculis latronum, periculis ex falſis fratribus, periculis ex genere, periculis ex gentibus: ſed in his omnibus uincebat propter illum qui dilexerat eum. Et ideo implebatur pace, quia impletus fuerat contumelijs. Iudæi in aduentu Chriſti, quem ſibi ſimulant, hæc omnia iuxta literam futura eſſe contendunt.

B a ¶ *Et ſuſcitabimus, etc.*] Vbi nos poſuimus primates homines, & in Hebraico ſcriptum eſt נסיכי אדם Symmachus interpretatus eſt χριστοὺς hominũ: Theodotio & quinta editio principes hominum: Aquila, graues uel conſtitutos homines: id eſt, κατεσταμένους. Rurſum in eo ubi ego & Aquila tranſtulimus, in lanceis eius, ut ſubaudiatur terræ Nemroth: Symmachus uertit ἐντὸς φυλῶν αὐτῆς, id eſt, inter portas eius: Theodotio, ἐν παραξιφίσιν αὐτῶν: quod nos poſſumus dicere, in ſicis eorum: in Hebræo aũt poſitum eſt בפתחיה Tunc igitur erit pax, cum reliquiæ fratrũ Chriſti cõuerſæ fuerint ad filios Iſrael, & uenerit Aſſyrius in terrã noſtrã, & adiuti à dño, eũ qui noſtras domus calcare cupiebat, uelociter contriuerimus ſub pedib. noſtris. Ipſe enim dñs ait: Suſcitabimus ſuper eũ ſeptẽ paſtores, & octo primates hominum, uel morſus hominũ. Suſcitabimus aũt ego & filius meus & ſpiritus ſanctus, iuxta illud quod in Geneſi ſcriptũ eſt: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Et in Abdiæ principio: Surgite & aſcendamus aduerſus eã in prælio. Septẽ paſtores, omnes patriarchas & prophetas & ſanctos uiros arbitror eſſe, qui hebdomadi, id eſt ueteri ſeruierint inſtrumẽto. Octo aũt morſus hominũ, ſiue octo primates homines, et ut Symmachus interpretatus eſt χριστοὺς: uniuerſos noui teſtamenti, qui ab apoſtolis uſq; ad hanc ætatem momorderint Aſſyriũ & ſuis
Eccl. 11.a dentib. lacerauerint. Vnde & in Eccleſiaſte præcipit, ut
Ezech. 40 demus partes ſeptẽ, demus & octo. Et in tẽplo Ezechiel, quod interpretatur eccleſia & cœleſtis Hieruſalẽ, ſeptẽ & octo gradibus aſcendit. Et in pſalterio quindecim gradus ſunt quibus per hebdomadẽ & ogdoadẽ ad canendas deo laudes ſcãdimus. In octaua die celebratur circuncitio ſpiritualis, & in templo Iudæorũ deſtruitur ſabbatũ, & quidã pſalmi pro octaua inſcribuntur. C Iſti igitur ſeptem paſtores & octo morſus hominũ, paſcent Aſſur in gladio. Heb. 4.b Viuẽs enim & efficax ſermo dei, & acutus ſuper omnem gladium bicipitẽ: miſſus eſt ab eo qui uenit gladiũ mittere ſup terrã, Matt. 10.b ut diuidantur duo in tres. Et terrã Nẽrod, q נמרוד interpretatur tẽtatio deſcendens, paſcẽt in fouea eius: gigãtis enim & uenatoris & ſuperbientis cõtra dñm terra non eſt in montibus, ſed in foueis. Iſte cecidit quaſi fulgur de cœlo, & ſemper uerſatur inter beſtias, & quia uenator eſt, infructuoſa ligna luſtrat & ſyluas. Quantũ ego poſſum in mea recolere memoria, nunq̃ uenatorẽ in bonã partẽ legi. Iſmahel & Eſau uenatores fuerunt, & præceſſerunt in typo populi Iudaici: quorũ alter filius Aegyptiæ eſt ambulãs iuxta carnem & iuxta carnẽ uiuens: alter primitiua propter lenticulã perdidit, & benedictionibus fratris inuidẽs, fugat eũ in Meſpotamiã. D Redacta ergo terra Nẽrod in foueis ſuis: qui Prou. 26.d Pſal. 7.d enim fodit foueã, incidet in eã: et q lacũ aperuit et effodit eũ, incidet in foueã quã fecit: & reuertetur dolor eius in caput eius: & ſuper uerticẽ eius iniquitas eius deſcẽdet. Et cõfoſſo Aſſyrio à ſeptẽ paſtoribus, & octo morſibus: liberauit nos Chriſtus de manu Aſſur, q uenerat ſuper terrã noſtrã, & calcare cupiebat terminos Iſrael. Quod aũt Symmachus ait: Et paſcẽt terrã Aſſur in gladio, & regionẽ Nemrod intra portas eius, hoc ſentiendum eſt, q in domo ſua alligetur fortis & uulneretur aduerſarius, & iuxta Aquilã & quintã editionẽ, ſicis & lanceis ſeptẽ paſtorũ & octo chriſtorũ hominũ confodiatur. b ¶ *Et erunt reliquiæ, etc.*] Liberatis nobis de Aſſur, quando uenerit ſuper terrã noſtrã, & aſcẽderit ſuper terminos noſtros, & liberatis à dño qui ſuſcitauit ſuper eum ſeptem paſtores & octo morſus hominũ: reliquiæ Iacob, quos apoſtolos intelligimus, & primã de Iudæis eccleſiã: erunt in medio populorũ multorũ, quaſi ros à dño cadẽs. Ardebãt enĩ ignitis diaboli iaculis corda populorũ. Et omẽs gẽtes adulterãtes à deo habebãt corda, quaſi clibanus igne ſuccẽſus. Vñ ros à dño, cadẽs factus eſt ſanitas infirmorũ. Et qđ in Anania, Azaria & Miſael legimus, q ſpiritus roris ſibilãtis fornacẽ ignis extinxerit: Dan. 3.d hoc de omnib. gñaliter ſentiamus, q in medio uniuerſarũ gentiũ doctrina apoſtolorũ quaſi ros à dño ſit aſperſa. Quod aũt ſequitur: Et ſicut agni ſuper gramẽ, ut nõ congregetur quiſq̃, neq; ſit in filijs hominũ: de his accipiamus, q de gentibus

HEB. rius cum uenerit in terram noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris. Et ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores et octo primates homines, & paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Aſſur cũ uenerit in terram noſtram, & cum calcauerit in finibus noſtris. Et erũnt reliquię Iacob in medio populorum multorũ, quaſi ros à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam, quę non expectat uirum, & nõ præſtolatur filios hominũ. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorum multorũ, quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum tranſierit & conculcauerit & ceperit, & non eſt qui eruat

SEP. rius quando ſuperuenerit in terrã ueſtram, & aſcẽderit ſuper regionem ueſtram. Et conſurgent ſuper eum ſeptem paſtores, & octo morſus hominũ, & paſcent Aſſur in gladio, & terram Nemroth in fouea eius: & liberabit te Aſſur, cum uenerit ſuper terram ueſtram, et cum aſcenderit ſuper terminos ueſtros. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorũ multorũ, quaſi ros à dño cadens, & quaſi agni ſuper gramen, ut non cõgregetur quiſquã, neq; ſit in filijs hominum. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorũ multorum quaſi leo in iumentis in ſaltu, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorũ, quo ſi pertranſeat & diuidẽs rapiat, & nõ ſit qui eruat



A gentibus credere noluerũt: quod ſint ſuper eos apoſtoli & reliquiæ Iacob, ſicut agni carpentes gramen, & herbam dentibus demetentes. Et hoc facient: ut qui angeli eſſe noluerunt, ſpiritualẽ accipientes rorẽ, nequaq̃ inter homines congregentur: neq; in parte rationabili deputentur: ſed dicatur de eis: In labore hominum nõ ſunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur. Pſal. 72.a Et erũt reliquię Iacob in medio gentiũ, quaſi leo in iumentis in ſaltu: & quaſi catulus leõis in gregibus ouium. Dominus enĩ Ieſus, de quo in Geneſi prophetatur: Gen. 49.b Catulus leonis Iuda: de germine fili mi aſcẽdiſti, accubãs dormiſti ut leo: & quaſi catulus leonis, quis ſuſcitauit eum? dedit & apoſtolis ſuis quibus dixerat: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: Matt. 28.d ut quomodo leoni nemo poteſt reſiſtere in iumẽtis, & catulo leonis in ouibus: ita illi de manu Aſſyrij, & de manu diaboli liberati, raperent iumenta B & pecora: homines quippe & iumẽta ſaluos faciet dominus. Et raperent, non ut interficerent, ſed ut diuiderẽt: hoc eſt ab infidelibus ſepararent: & nõ eſſent qui eis reſiſterent. Leone autẽ & catulo leonis ita in iumentis & in ouibus peruagante, manus dei exaltatur ſuper eos qui uel deũ uel reliquias Iſrael ante tribulauerãt. Et omnes inimici eius diſperdentur: nõ q pereãt inimici & eſſe deſiſtant, ſed quia in eo q inimici ſunt pereant. Theſſ. 2.b Sicut Theſſalonicenſibus ſcribit: Quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Hæc interfectio nõ abolitionẽ ſignificat, ſed ceſſationẽ peſſimæ uitæ, qua male ante uiuebant. Deniq; infert: Et deſtruet illuſtratione aduẽtus ſui. Nunquã aũt deſtrueret, ſi interfectio abolitionẽ ſonaret, cum iam eſſe ceſſaſſet: ita & hic inimicorũ cõſumptio, iuxta Prouerbia Salomonis accipitur, in quibus ſcriptum eſt: Interitus impijs hoſpitabitur: non erit perpetuus, nõ eos rediget ad nihilum: ſed hoſpitabitur apud eos quàm diu quæ in illis eſt impietas conſumatur. Deus enim creauit hominem, ne interiret, & mortem nõ fecit. Poſt hæc ſequitur: Et erit in die illa, quando eleuata fuerit manus tua ſuper hoſtes tuos, ô Iſrael, & omnes inimici tui perierint, interficiam equos tuos de medio tui: id eſt, de principali cordis tui laſciuientes impetus, & equorũ more ruptis uinculis prorue ntes: & currus tuos quibus tibi in uitijs tuis placebas, & peccata peccatis conſocians, quaſi triumphans in quadrigis ferebaris. Et diſperdã ciuitates terræ tuæ: Non enim ædificaſti urbem quã lætificat impetus fluminis dei, & quæ in montibus ſita eſt, & cœleſtem Hieruſalem: ſed quam ædificarat Cain. Vnde dicuntur ciuitates terræ, operibus terrenis extructæ. Et auferam, inquit, omnes munitiones tuas: diuitias ſcilicet & pompam ſeculi: & rhetorum eloquentiam, dialecticorumq; tendiculas: in quibus tibi uelut in munitionibus confidebas. Et auferam maleficia tua de manibus tuis: quibus uel ipſe decipiebaris ab alijs, uel deceptus alios decipiebas: & loquentes ſiue pronunciantes non erunt tibi. C Nunc loquentibus & pronunciantibus plenus eſt orbis: loquuntur quæ neſciunt, docent quę nõ didicerunt: magiſtri ſunt, cum diſcipuli ante nõ fuerint. Cum ergo docuerit deus hominem ſcientiã, ceſſabunt falſæ præſumptiones, & peruerſa doctrina tolletur. Et diſperdam ſculptilia tua, & uitulos tuos de medio tui. Sculptilia noſtra ſunt, quæ à loquentibus facta ſunt: uel quæ ipſi fingimus nobis. Vnde præcipitur in lege, ne nobis ſculptile faciamus, & ne uitulos in terra noſtra ponamus. Exo. 20.a Leuit. 26.a Deut. 5.a Et nequaquam ultra adorabis opera manuum tuarum. Infelix humana conditio & inſipientiæ plena atque erroris: ſcit de ſuo ſenſu dogmata eſſe compoſita: non ignorat à ſe eſſe idolum ſimulatum, & pro deo adorat opera manuũ ſuarum: & curuatur homo, D ut deceptus decipiat. Additur in promiſſione quæ dirigitur ad reliquias, id eſt ad ὑπόλειμμα Iacob: Et ſuccidam lucos de medio tui: & diſperdã ciuitates tuas: ut omnia ligna ſyluarũ, & lucos quos in templo dei plantari prohibitũ eſt, & ciuitates male extructas, quas antea uocauerat ciuitates terræ, deſtruat atq; cõſumat. Poſtq̃ aũt hoc fecerit reliquijs Iacob, tunc conuertetur ad gẽtes quas depaſti ſunt apoſtoli quaſi agni gramẽ. Et quia rorem ſermonis recipere noluerũt: faciam, inquit, in ira & in furore ultionẽ in gẽtibus pro eo quod audire noluerunt. Vnde & propheta ait: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Hoc iuxta LXX. interpretes, quia intelligẽtia ſpiritualis eſt, & debuimus ſenſum cum ſuperiorib. capitulis iungere, diſputatum ſit. Cæterum Hebræi iſtiuſmodi deliramenta ſomniant: poſtq̃ ſeptẽ quos fingũt, & quos uolũt paſtores: & octo principes homines Aſſyrium uicerint: & terrã Nemrod in gladijs ſuis pauerint, & hoc factũ fuerit cum in terrã Iudæ ante Aſſyrius uenerit: Tunc uenietẽ, inquiũt, Chriſto: omnes reliquiæ Iacob quæ potuerint de gẽtibus ſupereſſe: erunt in benedictione quaſi ros à dño ueniens, & quaſi pluuia ſuper herbã: & nequaq̃ ſperabũt in hominibus, & in filijs hominũ, ſed in deo. Et erunt in medio gentiũ atq; populorũ ſanguinarij atq; crudeles, & de ueteribus quondã ſe dominis uindicãtes, quaſi leo in iumẽtis ſyluarũ, & quaſi catulus leonis in gregib. pecorũ, & nullus erit qui poſſit eorũ robori reſiſtere: Tũc exaltabitur ô deus, uel ô Iſrael manus tua ſuper Aſſyrios: & omnes hoſtes & inimici tui, qui nunc te poſſident interibunt. In illa uidelicet die, quãdo de gẽtibus fueris liberatus, auferã equos & quadrigas tuas, quę in medijs urbibus tuis ſunt. Non quod equos & quadrigas tunc habuerit

HEB. eruat: Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos: & omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa, dicit dominus, auferam equos tuos de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas: & perdam ciuitates terrę tuę: & deſtruam omnes munitiones tuas: & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Et perire faciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui, & non adorabis ultra opera manuum tuarũ. Et euellã lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas: & faciam in furore & in indignatione ultionẽ in cunctis gentibus quæ non audierunt.

SEPT. eruat. Eleuabitur manus tua ſuper eos qui tribulant te: & omnes inimici tui perdentur. Et erit in die illa, dicit dominus: interficiã equos tuos de medio tui, & diſperdã currus tuos: & ſubuertam ciuitates terrę tuæ: & auferã omnes munitiones tuas. Et auferam maleficia tua de manibus tuis: & qui loquuntur nõ erunt in te: & diſperdam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui, & ultra nõ adorabis opera manuum tuarũ: & ſuccidam lucos de medio tui, & demoliar ciuitates tuas, & faciam in ira, & in furore ultionem in gẽtibus, pro eo quod non audierunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

A habuerit Iſrael, ſed Aſſyriorũ equos & quadrigas quæ in medio urbium tuarum uerſantur: & diſperdam omnes ciuitates tuas, & munitiones quas idolis dedicaſti. Et auferam magos & hariolos de terra tua: & perire faciam omnia ſculptilia & ſtatuas tuas, & nõ adorabis ultra opera manuũ tuarum: Euellam quoq; atque ſubuertam omnes lucos tuos, & ciuitates tuas quas idolis dedicaras. Cũq; hoc ubi fecero, & ita placatus fuero, ut quicquid in te mali eſt auferatur: tunc etiã in furore & in indignatione mea ulciſcar te de uniuerſis gentibus, quæ meum noluerunt audire ſermonem. Reſpõdeat hoc loco carneus Iſrael: utrum facta dicat hæc, an futura? Si facta cõmemorat, præbeat hiſtoriã: det autoritatem ueterum librorum: doceat cunctas gẽtes & Aſſyrium Iſraeli quondam fuiſſe ſubiectum. Si autem ſe uana ſpe ludens futurum putat eſſe quod dicitur quando Chriſtus uenerit, quæ tunc de Iſrael idola auferentur quæ modo non colit? B qui ſuccidentur luci, quos non habet? quæ urbes ſubruentur, quæ olim ſubrutæ ſunt? qui tollentur harioli, quos cum nõ habeat, nec habere ſe glorietur: tamẽ tanto tempore derelicta eſt filia Sion: & ſedet ſine altari, & ſine ſacerdotibus, & alijs fruges eorum comedentibus, ipſi ſiccis faucibus ſibi futura promittunt quæ neſciũt.

### Cap. VI.

Audite quæ dominus loquitur: Surge contende iudicio aduerſum montes, & audiant colles uocem tuam. Audite montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium domini cum populo ſuo: & cum Iſrael dijudicabitur. Popule meꝰ quid feci tibi, & quid moleſtus fui tibi: reſponde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo ſeruientiũ liberaui te, & miſi ante faciẽ tuã Moyſen & Aaron & Mariam.

Popule

### Cap. VI.

Audite quæ dominus locutus eſt: Surge iudicare apud montes, & audiant colles uocem tuam. Audite montes iudicium domini, et ualles fundamenta terræ: quia iudicium domini aduerſus populũ ſuũ, & cũ Iſrael iudicabitur. Populus meꝰ quid feci tibi: aut quid cõtriſtaui te: aut in quo moleſtus fui tibi, reſponde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti: & de domo ſeruitutis redemi te, & miſi ante faciẽ tuam Moyſen & Aarõ & Mariã.

Populus

### CAP. VI

Audite quæ dominus loquitur: Surge contende iudicio, etc.] Pro fortibus fundamentis terræ, quę Septuaginta καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς, id eſt, & ualles fundamenta terræ, interpretati ſunt: Symmachus & Theodotio tranſtulerunt: Et antiqua fundamenta terræ. Quinta autem editio ipſum Hebraicũ poſuit איתנים fundamenta terræ. Prima igitur uox prophetæ eſt: Audite quæ dominus loquitur. Deinde deus loquitur ad prophetam: Surge contende iudicio aduerſum montes. & audiant colles uocem tuam. Rurſum propheta, ſicut ei fuerat imperatum, montibus loquitur: & non ſolum montibus, ſed ad fortia quoque fundamenta terræ, & dicit: Audite montes iudiciũ domini, & fortia fundamenta terræ. Cauſamq; reddit, quare eos compellat audire: Quia iudiciũ domini cum populo ſuo, & cum Iſrael dijudicabitur. Pro montibus ad quos propheta loquitur: & pro fortibus fundamentis terræ, colles & ualles Septuaginta tranſtulerunt: id, ut mihi uidetur, intelligentes, quod populus nihil dignum montium auditione fecerit, ſed uel collib. qui inferiores ſunt à ſublimitate montium, uel uallibus in ima dimerſis. Surge, inquit, iudicio contende apud montes, & audiant colles uocem tuam. Iubetur ſurgere qui uel ſedet, uel iacet, uel dormit, uel mortuus eſt, ſecundũ illud quod Apo- Epheſ. 5.c ſtolus ait: Eleuare qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Surge à mortuis: ut in nouitate ambules uitæ, ut terram deſerens, ad altiora nitaris. Et iudicio contende aduerſum montes: quos non alios ſignifi- C cari puto quàm angelos quibus rerum humanarum commiſſa eſt procuratio: Deuteronomij cantico in idipſum congruente: Deut. 32.a Cum diuideret excelſus gẽtes, cum diſſeminaret filios Adam: conſtituit terminos terræ, ſecundum numerum angelorũ dei: Heb. 1.d Hi ſunt adminiſtratorij ſpiritus miſsi in miniſterium propter eos qui hæreditatem ſalutis poſſeſſuri ſunt. Et contẽde iudicio: ut ſiue montes, ſiue colles reperti fuerint nõ digne populos procuraſſe: uel meum uideatur eſſe qui tales præpoſui: uel culpa tollatur à populo, & referatur ad principes. Legamus Apocalypſim Ioannis apoſtoli, in qua laudantur accuſanturq; angeli eccleſiarũ pro uirtutibus uitijsq; eorũ quibus præeſſe dicuntur. Sicut enim interdum epiſcopi culpa eſt, interdum plebis: & ſæpe magiſter peccat, ſæpe diſcipulus: & nõnunquam patris uitium eſt, nonnunquam filij, ut uel bene uel male erudiantur: ita in iudicio dei uel ad angelos crimen referetur, ſi non egerint cuncta quæ ad ſuum officium pertinebant: uel ad populum, ſi illis D uniuerſa facientibus, ipſi audire contempſerint. Sunt qui montes & colles & fortia fundamenta terræ, Abraham, Iſaac, & Iacob, & patriarchas reliquos interpretentur: quibus quaſi auditoribus, & ad iudicium conuocatis, populi Iſrael negocium uentilandum ſit. Alij mõtes, colles & ualles, angelos ſicut ſuprà diximus arbitrãtur: qui uel in cœleſtibus ſeruiant deo, uel hominib. pręſint ſuper hanc terrã: uel apud inferos cõſtituti, eorum qui ſuo uitio extitere terreni, fundamenta dicantur. De quibus terræ fundamẽtis & alibi ſcriptũ inuenimus: Deut. 32.d Ignis accenſus eſt ex furore meo, & ardebit uſq; ad inferos deorſum: Hier. 15.c deuorabit terrã & fundamẽta eius. fortia & antiqua fundamẽta terrę, quorũ cauſa hucuſq; terra nõ pręterit: & ſuper inane pẽdens, librata cõſiſtit: iuſtorũ merita ſunt, de quibus Apoſtolus loquit̃: Ephes. 2.d Aedificauit ſuper fundamẽta apoſtolorũ & prophetarũ. Sicut igit̃ apoſtoli & prophetæ & uniuerſus martyrũ chorus fortia fundamẽta ſunt terræ: ſic ſecundũ Lxx. ualles & prærupta, quę ſignificãtius Gręcè φάραγγες appellant, eorũ ſunt fundamenta, qui χοίνου imaginẽ receperũt. Iudiciũ ergo dñi cũ populo ſuo, & cum Iſrael dijudicabit̃. Qui poterat quaſi deus pro ſceleribus populi peccatoris inferre ſupplicia: nõ uult uideri potẽs, ſed iuſtus: & ad iudiciũ prouocat peccatores, iuxta illud propheticũ: Venite & iudicemur, dicit dñs: etiã nunc populũ Iſrael cogit præſentibus angelis & omni creatura, ſi quid habeat reſpõdere: ut iuſtificet̃ deus in ſermonibus ſuis, & uincat cum iudicatur. b ¶ *Popule meus quid feci tibi, etc. ut cognoſceres, etc.*] Pro iuſtitijs ſiue iuſtitia, miſericordias interpretatus eſt Symmachus: & ubi Lxx. ἀπὸ τῶν χοίνων, id eſt de Schœnis: omnes שטים ipſum Hebraicũ tranſtulerunt. Eſt aũt locus in quo Balac rex Moabitarũ aduerſum Iſrael congregauit exercitum, ὁμώνυμος arboribus: quæ per eremũ mõtis Sina hodie quoq; gignunt̃.

Nam



A Nam ubi in Lxx. uel arca teſtamenti uel altare & tabernaculum cæteraq; de lignis imputribilibus facta referuntur: in Hebraico ponuntur ligna Sethim, quæ habent ſimilitudinem arboris, quam nos uulgo ſpinam albam dicimus. Vnde arbitror & Septuaginta χίνους interpretatos eſſe, hoc eſt lentiſcum: ſed paulatim librariorum errore factum eſſe, ut χοῖνοι, id eſt funes, pro χίνοις, hoc eſt lentiſcis legerẽtur. Loquitur igitur deus ad populum Iſrael, & ad iudicium prouocat, & licentiam cõtra ſe tribuit diſputandi. Popule meus quid feci tibi, quod facere non debui, uel quid contriſtaui te: licet hoc non habeatur in Hebraico. Contriſtat autem pater filium flagellatum, & iniquitates ouiũ in uirga paſtor uiſitat. Quid moleſtus fui tibi: uel ut ſignificãtius in Hebraico ſcriptũ eſt: quo labore te preſsi? an beneficia mea contumeliam interpretaberis: & pepones carneſq; Aegyptias deſyderans, dolebis te eductum de terra Aegypti: ac de domo ſeruitutis meo auxilio liberatũ: quia dedi ductores tibi Moy- B ſen amicũ meum & Aaron ſacerdotem meum, & Mariã prophetam meã? Quod ſi hoc tibi paruum uidetur: recordare illius temporis quando Balac rex Moab, Balaam diuinum aduerſum te mercede conduxit: Num. 22.c & uide quomodo contra uoluntatem ſuã cupiens tibi maledicere, hariolus benedixerit: de Sethim uſq; ad Galgal, totum exercitum Iſrael, oculis luſtrans, & mutans loca, quaſi ego non poſſem cum pergente pergere, & cum tranſeunte tranſire: & hoc feci ut miſericordiæ meæ & iuſtitiæ noſcerentur tibi, tantum te amantis, ut cum ego quotidie ore blaſphemantiũ maledicar: tibi ab inimico non permiſerim maledici. Hebræi hũc locum in quo dicitur de Sethim uſq; ad Galgal, ut cognoſceres iuſtitias domini: ita exponunt: Ab eo tempore quo fornicati eſtis in Madian uſq; ad tempus quo Saul apud Galgal eſt unctus in regem, repetite memoria quæ mala operati eſtis, & quanta uobis bona fecerim, & meam in uos miſericordiã cognoſcetis. Hoc iuxta hiſtoriam deus ad carnalem Iſrael locutus ſit: Nos autem qui cupimus reuelata facie gloriã domini contemplari, & uere habemus patrem Abrahã: audiamus cum peccauerimus aduerſum nos diſputantem deũ, & nos in beneficiorum ſuorũ magnitudine arguentem. Seruiuimus quippe aliquando Pharaoni, & Aegyptio populo, lutũ & lateres fabricati ſumus, & redemit nos qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus: ut diceremus qui redempti eramus à domino, quos redemit de manu inimicorũ, & quos de regionib. congregauit: Quia in æternum miſericordia eius. Emiſit quoq; ante faciẽ noſtram Moyſen ſpiritualẽ legem & Aaron magnum ſacerdotem, non typicũ ephod ueritatemq; portãtem, ſed ſignaculum ſanctitatis in fronte habentem: quod deus pater ſignauit. Et miſit Mariam uaticinium prophetarum, & non ſolum id nobis præſtitit, ſed de inimicorum quoq; nos manibus liberauit. Recordemur eñ

SEPT. Popule meus memento quæſo quid cogitauerit contra te Balac rex Moab: & quid reſponderit ei Balaam filius Beor de Sethim uſq; ad Galgal, ut cognoſceres iuſtitias domini. Quid dignum offeram domino: curuabo genu de excelſo? nunquid offerã ei holocauſtomata & uitulos anniculos? Nũquid placari poteſt dñs in milibus arietum: aut in multis milibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitũ meũ pro ſcelere meo:

fru-

SEPTVAG. Populus meus recordare quid cogitauerit aduerſum te Balac rex Moab: & quid reſponderit ei Balaam filius Beor de Schœnis uſque ad Galgal: ut cognoſceretur iuſtitia domini. In quo apprehendam dominũ: ſuſcipiam deum meũ excelſum? Si apprehendam eũ in holocauſtis, in uitulis anniculis? ſi ſuſcipiat dominus in milibus arietum: uel in decem milibus hircorum pinguium? ſi dabo primogenita mea pro impietate:

fru-

C quid cogitauerit aduerſum nos qui deuorare uoluit, & noſtram congregationem elingere uerus Balac diabolus. Balac enim interpretatur, ἐκλείχων, id eſt elingẽs, בלק rex aquæ paternæ: Siquidem Moab iuxta aliam etymologiam, מואב aqua paterna dicitur. Cum igitur inſidiaretur בלעם nobis Balac, & inſidiaretur per uanũ populum ſuum, quod interpretatur Balaã: non permiſit nos deus maledictis illius ſubiacere: ſed econtrario benedixit nobis, rei ipſius ueritate compulſus uanus populus gẽtium, natus de eo qui in pelle eſt: Nam Beor interpretatur בעור in pelle: ſemper carni & mortis operibus deditus: reſpõditq; pro nobis uanus populus, ortus ex eo qui totus in pelle eſt, ſemper commutans loca, uel ſtans ſuper ſpinas, ſiue ſuper funiculos, ut uulgatæ quoq; editiõis ſequamur errorẽ. Spinę autem iuxta eloquium ſaluatoris: curæ huius ſeculi & diuitiæ & uoluptates ſunt, in quibus uanus eſt populus. Quod autem ſtet in funibus, in uinculis uidelicet peccatorum: funibus enim peccatorũ ſuorum unuſquiſq; conſtringitur, & Eſaias teſtis eſt, dicens: Væ qui protra- D hunt peccata ſua quaſi funem longum, & quaſi lorum Eſa. 5.c iugi uitulæ iniquitates. Si igitur ſtat, non ſtat niſi in ſpinis & in funibus: ſi autem uoluerit circuire, non habet ſtabilem gradũ, ſed ſemper fluctuans & uacillans, peruenit uſq; ad Galgal: quod interpretatur κυλισμός, id eſt uolubilitas, uel uolutabrum. Si quando uiderimus conſurgere aliquos aduerſum nos, & auidis faucib. noſtrorum ſitire ſanguinem, & ex improuiſa diſpenſatione dei, pro nobis fieri eos qui contra nos uenerant: dicamus, Balaam de funiculis uenit uſq; ad Galgal, ut co- גלגל gnoſcatur iuſtitia dei. a ¶ *Quid dignum offeram domino: curuabo genu, etc.*] Deus populũ ad iudicium prouocarat: ille ſciens peccatum ſuũ non uult contendere, ſed rogare: nec tamen in ipſis precibus habet fiduciam, Nihil enim dignũ eſt, quod pro peccato poſsit deo offerri, & Heb. 10.a nulla humilitas poteſt maculas eluere delictorum: quia impoſsibile eſt ſanguinem taurorũ & uitulorum & holocauſta medullata, & cruorem arietum, & hircorũ pinguium, animæ ſordes lauare. Nunquid, ait, dabo primogenitum meũ pro ſcelere meo: ſicuti rex Moab fe- 4. Reg. 3. d ciſſe deſcribitur? aut fructum uentris mei pro peccato animæ meæ: quod fecit Iepte pro temeritate uoti offerens filiam? Nos ergo qui ſumus de populo dei, ſcien- Iudic. 13.g tes quia non iuſtificatur in conſpectu eius omnis uiuens: Et dicentes: Iumentũ factus ſum apud te: Pſal. 72.d agentes pœnitentiam pro peccatis, dubitamus & dicimus: In quo apprehendam dñm: ſuſcipiam dominum meum excelſum? quomodo eum potero tenere fugientem? quanta mundicia ualebo præparare hoſpitiũ trinitati? An comprehendã eum in holocauſtomatibus, ut totũ me ei holocauſtum offerã, uel in uitulis anniculis, ut lac deſerens, & ad ſolidũ ueniens cibum anno domini acceptabili dignus efficiar? Si mille obtulero arietes: ſi decem milia hircorũ, & totas Leuitici uictimas, ſpirituali-

Universidad de Deusto Biblioteca

A ter intelligens in me exhibuero, & cadẽt ex latere meo
mille, & decem milia à ſiniſtris meis: tamen nihil dignũ
dare potero in quo apprehendã, uel ſuſcipiam deũ. Si
dedero primogenita mea pro impietate: & fructũ uen/
tris mei pro peccato animę meę: dabo quidẽ quicquid
in me primũ eſt: ſed
pro meo peccato &
impietate nihil dignũ
Pſal. 50.a offeram deo. Vnde &
Dauid precatur, & di
cit: Magis magisq́ʒ la/
ua me ab iniquitate
mea, & à peccato meo
munda me: Quoniã
iniquitates meas ego
cognoſco, & delictũ
meum contra me eſt
ſemper. Pro peccato
animæ ſolus digne
ſanguis offert: Et ſan/
guis non uitulorum,
non arietũ, non hir/
corum, ſed proprius digne offertur, dicente atq́ʒ quæ/
Pſal. 115.a rente propheta: Quid retribuam dño pro omnib. quæ
retribuit mihi? Et poſtea reſpondente: Calicem ſaluta/
ris accipiam & nomen dñi inuocabo: Precioſa in con/
ſpectu dñi, mors ſanctorum eius. Verũ & ipſum ſangui
nem non damus, ſed reddimus. Et quid ſimiles cum iu
ſtus pro peccatoribus, dei filius pro hominibus mor/
tuus ſit: nos peccatores & homines pro nominis eius
confeſsione moriamur? a *¶Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, etc.*] Quia dubitas ô popule Iſrael, imo uniuerſum
hominũ genus: nequaquam enim loquor ad populũ
Iudæorum, ſed generaliter ad omnẽ hominẽ meus ſer/
B mo percurret: quomodo pro peccatis tuis deũ poſsis
placare: ſi nec habes uictimas quibus tua compenſetur
impietas: Ego reſpondebo tibi quid quærat deus: imò
iam ante in lege monſtraui. Scriptũ eſt enim in Deute/
Deut. 6.d ronomio: Et nunc Iſrael quid dominus deus tuus quę/
& 26.d rit à te: niſi ut timeas dominũ deum tuũ: & ambules in
omnibus uijs eius, & diligas eũ, & ſeruias domino deo
Ibid. 5.b tuo, de toto corde tuo, & de tota anima tua: & cuſtodi/
as mandata domini dei tui, & iuſtificationes eius: quę/
cunq́ʒ ego mandabo tibi hodie, ut bene ſit tibi. Quærit
à nobis dominus, & neceſſariã habens noſtram ſalutẽ,
poſcit accipere, quod danti proſit: ut faciamus iudiciũ,
id eſt ut nihil abſq́ʒ ratione & conſilio faciamus: ut ante
mens iudicet quid factura ſit, & poſtea opere cõpleat:
ut miſericordiã diligamus, & non quaſi compulſi, aut
1.Cor. 9.b ex neceſsitate miſericordes ſimus: quoniã hilarem da/
torem diligit deus. Nec dicamus: uade hodie, & cras re
uertere, & dabo tibi. Cumq́ʒ fecerimus iudiciũ & dile/
xerimus miſericordiã, quid accipiemus præmij? Am/
Gen. 5.d bulabimus cũ domino deo, ſicut Enoch iuxta fidẽ He/
braicorum uoluminũ ambulauit cum deo: & placuit
Eccl. 44.c ei, & non inueniebatur: quia tranſtulit illum deus. Tu
enim dixiſti, in quo conſequar dominũ, uel in quo ap
prehendã eum? Ego tibi amplius polliceor: fac iudiciũ,
& dilige miſericordiã, & ambulabis cum deo tuo. Vel
certe ambulare cum deo non eſt præmiũ, ſed præceptũ.
Sicut enim iubetur nobis, ut faciamus iudiciũ & miſe/
ricordiã diligamus: Ita præcipitur ut præparati ſimus
ambulare cũ domino deo noſtro. nulla hora dormire,
nullo tempore ſecuri eſſe debemus: ſed ſemper expecta
re patrem familias uenientẽ, & diem formidare iudicij,
& in nocte huius ſeculi dicere: Ego dormio, & cor meũ
uigilat. Verbum צנע quod LXX. tranſtulerunt, paratũ
eſſe, id eſt ἕτοιμον εἶναι: & nos diximus, ſollicitũ ambu/
lare: Theodotio ſignificantius expreſsit καὶ ἀσφαλίζου
τ̃ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ σου, id eſt, & caue diligenter, C
ut ambules cum deo tuo: Siue ut quinta editio tranſtu
lit: καὶ φροντίζειν: agere ſcilicet ſollicite, & hanc habe/
re curã, ut ambules cum deo tuo. Qui eñ dicit in Chri
ſto ſe credere, ſic debet ambulare quomodo & ille am/
bulauit. Et Paulus a/ 1.Cor. 4.d
poſtolus: Imitatores
mei eſtote inquit, ſi/
cut ego Chriſti. b
*¶Vox domini ad ciuita/
tem clamat, & ſalus erit
timentibus, etc.*] In He/
braico alterius hoc
capituli exordiũ eſt,
apud LXX. uero inter
pretes finis ſuperio/
ris: Et habet ſenſum:
Nihil à te aliud ô ho/
mo quęrit deus tuus,
niſi ut facias iudiciũ,
& miſericordiam dili
gas, & paratus ſis am
bulare cum deo tuo. Vox enim domini auditur in ci/
uitate eius eccleſia, & in ſcripturis ſanctis quotidie per/
ſonat: quod non ſolũ hi, qui diligunt miſericordiã, ſed
& hi qui inferiores ſunt, & timent adhuc nomen domi/
ni, ipſius doctrina clementiaq́ʒ ſaluentur. Si aũt ſequen
tis capituli exordiũ eſt, referamus iuxta hiſtoriã quod
dicitur ad Samariã metropolim decem tribuum: quæ
prophetante Michea capta eſt: Et dicamus, Samariam
corripit dominus: & illi plagas quæ uenturæ ſunt com
minatur: ut audiens populus Iuda, ſiue timentes no/
men domini, alios ſupplicia pati: ipſi timore correpti
adipiſcantur ſalutẽ. Peſtilente quippe flagellato, non ſo
lum ſapiens, ſed etiam ſtultus prudentior fiet. Et hoc i/ D
pſum referes ad peccatores generaliter & ad iuſtos: ut
cruciatus aliorũ cæteris fiat exemplũ. Quod quidem & Luc. 13.a
dominus in euangelio de his ſuper quos turris in Si/
loa corruerat, interpretatur: quod non ſoli in uniuer/
ſo populo fuerint peccatores, ſed ut illorũ pœna cæte/
ros ad pœnitentiam prouocaret. c *¶Audite tribus: & quis
approbabit, etc.*] Multũ in hoc capitulo Septuaginta ab
Hebraica ueritate diſcordant in principio uel maxime:
audi tribus, & quis ornabit ciuitatem, id eſt ἄκουε φυ/
λή, καὶ τίς κοσμήσει πόλιν. Et diſsipabuntur legitima
populi mei, id eſt καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου:
pro quo nos poſuimus propter ſermonis conſequen/
tiam: Et cuſtodiſti præcepta Amri: licet & in Hebręo ſcri
ptum ſit, & cuſtodita ſunt præcepta Amri, & omnia o/
pera domus Achab. Si eñ ſcriptũ eſſet in Hebræo עמי
recte Septuaginta tranſtuliſſent populi mei: Nunc uero
cum ſcriptũ ſit עמרי & ר litera addita: non populi no
men, ſed patrẽ Achab ſonat, de quo regũ narrat hiſto/ 2.Reg. 16
ria: errorem eſſe nulli ambiguũ eſt. Deniq́ʒ poſt patris
nomẽ ponitur filius: diciturq́ʒ, & omnia opera domus
Achab. Reuertamur ergo ad initium capituli: Et primũ
iuxta literam differentes, uobis orantibus nitamur ſen
ſum aſſequi ſpiritualẽ. Audite decem tribus Samariæ:
quæ uobis dñs conteſtatur: adhuc ignis, id eſt iniqui/
tas in domo impij eſt Amri, & theſauri impietatis in do
mo regia perſeuerant: Vultis audire per ſingula quib.
malis urbs ueſtra plena ſit? Diſcite: menſura minor dei Prou. 11.a
iram prouocans, ſtathera fraudulenta & diuerſa pon/ Deut. 25.c
dera, & in alio pondere uendentes, in alio emẽtes mer
cimonia. Et ſiquidem pauperes hoc facerent, poterat i/
nopia ſcelus neceſsitate defendere: Nunc uero diuites
eius, non tam diuitijs quàm iniquitate pleni ſunt, quia
omnes diuitiæ dum alios ſpoliant, iniquitate pariũtur.
Congregationem diuitiarum ſequitur mendacium, &

HEBR. fructum uentris
mei pro peccato animæ
meæ? Indicâbo tibi ô ho-
mo quid ſit bonũ: & quid
dominus quærat à te: uti-
que facere iudicium: & di-
ligere miſericordiam et ſol
licitum ambulare cũ deo
tuo. Vôx domini ad ciui-
tatem clamat: & ſalus erit
timentib. nomen tuũ. Aũ-
dite

SEP. fructum uentris mei
pro peccato animæ meæ.
Annunciatum eſt tibi ho-
mo quid bonum, aut quid
dominus quærat à te: niſi
ut facias iudicium & dili-
gas miſericordiam: & pa-
ratus ſis ambulare cum
deo tuo. Vox domini ci-
uitati clamabit, & ſaluabit
timentes nomen eius.
Audi





A manus aſſueta theſauros cõdere, fraudulentã linguam
poſsidet. Veritas paupertatem, mendaciũ diuitias pa/
rit. Cum hoc facerent principes ueſtri, nolui uos ſtatim
ſubuertere: ſed paulatim cœpi percutere, & plagis ua/
rijs admonere: Miſi in uos famem, miſi ſitim, miſi mor/
bos, & hoſtilem in cir
cuitu uaſtitatẽ: ſeges
frumenta non attulit:
oleũ preſſa oliua non
fecit: uinũ ſteriles uin
demiæ negauerunt.
Aduerſus iniquita/
tes, & menſuras dolo
ſas, & pondera frau/
dulẽta, hæc intuli ſup
plicia. Quia uero cu/
ſtodiſti oẽs ceremo/
nias idolatrię quas
Amri rex impius cõ/
ſtituerat, & omne o/
pus domus Achab &
Hiezabel, pro mea le
ge ſeruaſti: impulſus
ſum ſcelere tuo, ut da
rem te, & habitatores
tuos in ſibilũ, & op/
probriũ populi mei
portares: dum capti
ab Aſſyrijs, quaſi po/
pulus dei uincimini,
& propter uos nomẽ
meum blaſphematur
in gentibus. Notan/
dũ in præſenti loco,
B quod ubi legitur, &
opprobriũ mei popu
li portabitis: Siue ut
LXX. tranſtulerũt καὶ
ὀνείδη λαῶν λήψε/
σθε: id eſt, opprobria
populorũ accipietis:
pro populi mei עמי
in Hebræo ſcriptũ ſit.
Si ergo ammi populi
mei ſonat: nulli dubi/
um eſt male ſupra ꝓ
Amri populum meũ
eſſe translatũ. Huc uſ/
que iuxta Hebraicũ
quid nobis uidetur expreſsimus: Nunc ad translatio/
nem Septuaginta interpretum reuertentes, de ſingulis
ut poſſumus diſputemus. a *¶Audi tribus, etc.*] Tribus
Samaritica uocatur ad audiẽdum: quæ ſe abſcidit à po/
pulo dei. Et dicitur illi: fruſtra fabricaris idola, aureos
uitulos artifici componis manu, & imitatione Hieruſa
lem uis aliam metropolim extruere: Quis enim orna/
re poterit ciuitatem? Num ignis qui ardentibus diabo
li iaculis ſuccenditur: & domus iniqui, quæ ſecundum
duritiam ſuam & cor impœnitẽs theſaurizat ſibi iram
in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei. Et iniquitatẽ
auget iniuria: ut non ſolum de domo dei rapiat: quæ
eſt eccleſia: ſed etiam cum ſuperbia & ſupercilio aliena
deuaſtet. Nunquid iuſtificari poteſt qui abſq́ʒ ſtathera
& pondere congregat fraudulenter de teſtimonijs ſcri/
pturarum diuitias ſuas: quæ diuitiæ theſauri iniquita/
Deut. 25.c tis ſunt? Nam cum præcipiat dominus: Non erit in ſac/
culo tuo pondus grande & minus: hi turpis lucri gra/
tia ſemper perſonam accipiunt in iudicio: & in eadem
cauſa diuites ac pauperes non iuxta negocium, ſed iu/
xta facultatum diuerſitatem aliter atq́ʒ aliter iudicant: & C
inhabitatores ciuitatis ſuæ, quam prauis dogmatibus
peruerſaq́ʒ doctrina à ſe ornari putant: loquuntur men
dacium, & ponunt in excelſum os ſuum, & ſimplicita/
tem eccleſiaſtici populi deſpiciunt. Vnde clementiſsi/
mus deus nõ eos pa/
riter percutit: ſed pau
latim per plagas niti-
tur commonere di/
cens: Et ego incipiam
te percutere perditio
ne propter peccata
tua, & eſt ſenſus: O ci
uitas quam hæretici
uolunt extruere per/
cutiam te, ut pereas
non in abolitionem:
ſed iuxta id quod pec
catrix es. Sequitur:
Comedes, & non ſa/
turaberis: Legunt e/
nim, & non intelli/
gunt: ueſcentesq́ʒ ſer/
monibus ſcriptura/
rum ueritatis inopiã
patiuntur. Et eijciam,
inquit te: & apprehen
des, & non ſaluabis:
& quicũq́ʒ ſaluati fue/
rint, gladio traden/
tur. Tuo te, ait, iudi/
cio derelinquam, &
poſtquam multa quę
rens nihil repereris,
intelligens errorem D
tuum, uidebis te ex
uniuerſis dogmatib.
tuis non poſſe ſalua/
ri. Quicunq́ʒ autem
ſe putauerint ſatura/
tos, & non cæcati fue/
rint à ſe, nec compre/
henderint ueritatem,
tradentur gladio &
pœnis erudiẽtur. Se/
minabis ergo, ô tri/
bus, & ô peſsima ciui
tas, quam igne, & ini/
quitate, & contume/
lijs, & ſtathera doloſa, & ſacculo fraudulẽto hæretici ex/
truunt, & nõ metes: premes oliuã & nõ ungueris oleo:
& uuas, & non bibes uinũ. Prodeſt quippe tibi errore
cognito ne habeas diſcipulos: ne caput tuum oleo un/
guas peccatorũ: ne uino Sodomorũ bibentes inebries:
& diſperdentur legitima populi mei, ſiue Amri, & om/
nia opera domus Achab: eorũ qui in hæreſibus patriar
chæ, & principes extiterunt: Quos poſſumus, uel ad cõ
trarias referre uirtutes, uel ad hæreſiarchas, ut fuit Mar
cion & Baſilides, & nuper Arius & Eunomius. Et am/
bulaſtis in uolũtatibus eorũ: Amri uidelicet & Achab.
Pulchreq́ʒ ait in uoluntatib. eorũ. Doctrina enim magi/
ſtrorũ nequam, nõ eſt doctrina dei: ſed adinuentiones
cordis illorũ. Et tradam te in perditionẽ: ut pereas iu/
xta id quod hæretica es. Et habitatores tuos in ſibilum:
uel ut paſtoris boni iuxta Zachariã ſequaris ſibilũ di/ Zach. 10.c
centis: Sibilabo eis & cõgregabo eos, quia redemi eos.
Vel certe in ſibilũ draconis: id eſt in interitũ carnis: ut
ſpiritus ſaluus fiat, & correpti diſcãt non blaſphemare.
Et hoc totũ patientur, ut intelligant errorẽ ſuum, quod

HEB. dite tribus: & quis
approbabit illud? Adhuc i-
gnis in domo impij theſau
ri impietatis, & menſura
minor irę plena: Nunquid
iuſtificabo ſtatheram im-
piam, & ſacculi pondera
doloſa: In quibus diuites e-
ius repleti ſunt iniquitate,
& habitantes in ea loque-
bantur mendacium, & lin-
gua eorum fraudulenta in
ore eorũ. Et ego ergo cœ-
pi percutere te perditione
ſuper peccatis tuis. Tu co-
medes, & non ſaturaberis,
& humiliatio tua in medio
tui: & apprehendes & non
ſaluabis, & quos ſaluaueris
in gladium dabo. Tu ſemi-
nabis, & non metes: tu cal-
cabis oliuam, & non un-
gueris oleo: & muſtum, &
non bibes uinum. Et cuſto
diſti præcepta Amri, & o-
mne opus domus Achab,
& ambulaſti in uoluntati-
bus eorum: ut darem te in
perditionem, & habitãtes
in ea in ſibilum, & oppro-
briũ populi mei portabitis.
Væ

SEP. Aũdi tribus: & quis
ornabit ciuitatem: nũquid
ignis & domus iniqui the-
ſaurizãs theſauros iniquos,
& cum iniuria iniquitates:
ſi iuſtificabitur in ſtathera
iniquus, & in ſaccello pon-
dera fraudulenta: de qui-
bus diuitias impietatis ſuæ
repleuerunt: & qui habitãt
in ea locuti ſunt iniqua, &
lingua eorũ exaltata eſt in
ore eorũ. Et ego cruciaui
te perditione propter pec-
cata tua: tu comedes, & nõ
ſaturaberis, & eijciam te in
temetipſam, & apprehen-
des & non ſaluabis: & qui-
cunq́ʒ ſaluati fuerint gladio
tradentur. tu ſeminabis, &
non metes: tu premes oli-
uam, & nõ ungueris oleo:
& uuam, & non bibes ui-
num, & diſsipabuntur legi
tima populi mei, & omnia
opera domus Achab: &
ambulaſtis in conſilijs eo-
rum, ut traderem te in per-
ditionem, & habitatores e-
ius in ſibilum, & opꝓbria
populorum accipietis.
Væ

Universidad de … Biblioteca

A omniũ gentium multorumq; populorũ opprobria & peccata portauerint. Scio quoſdã ad eccleſiam retuliſſe, quæ nos ſuper hæreſib. interpretati ſumus. Sed quomodo nomen Amri & Achab Samariæ principum ad Hieruſalem & Iudã, ſub quorũ nominibus interpretatur eccleſia, poſsit referri, non ſatis intelligo.

CAP. VII

Væ mihi quia factus ſum ſi. etc.] Prædicta captiuitate & decem tribuum & duarũ (Verbũ enim dñi factũ eſt ad Micheam Moraſthiten ſuper Samariam, & Hieruſalem) plangit propheta qđ nullus ẽ populo iuſtus inueniatur in terra, qui poſsit iræ dei reſiſtere, & medium ſe quaſi murũ opponere: Fruſtra, inquit, locutus ſum, fruſtra uolui iã uindemiatæ & perditæ ciuitatis quaſi extremos racemos requirere: & cum nõ ſit botrus ad comedẽdum, ſaltem immaturas ficus: quas Hebræi בכורה uocãt, id eſt groſſos ficorũ, in

CAP. VII

Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in autũno racemos uindemiæ: non eſt botrus ad comedendum: primitiuas ficus deſyderauit aĩa mea. Perijt ſanctus de terra: & rectus in hominibus non eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur: uir fratrem ſuum uenatur in mortem. Malum manuum ſuarum dicunt bonum, princeps poſtulat: & iudex in reddendo eſt, & magnus locutus eſt deſyderium animæ ſuæ, & conturbauerunt eam. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe. Dies

B cibo ſumere: quaſi dicat, non inueniẽs panem prę famis magnitudine, quiſquilias & furfures requiſiui. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominib. non eſt: ubiq; inſidiæ, ubiq; fraudulẽtia: innoxius ſanguis effunditur: præ auaritia & libidine germanitas ignoratur: & non ſolũ faciunt, ſed defendunt quoq; mala, & nominibus commutatis, bonũ dicunt eſſe quod malũ eſt: Ipſi principes non ab offerentibus accipiunt munera: ſed cogunt dare ſubiectos & poſtulant: Et iudex in reddendo eſt: ſic alium iudicans, quomodo ipſe ab alio iudicatur, ut præſtent ſceleribus ſuis mutuũ fauorem: & in alterius crimine ſe defendãt. Quicunq; magnus eſt, & quaſi in lege doctiſsimus: nõ dei, ſed ſuam loquitur uoluntatem: Et conturbauerunt eam, uel urbem, uel ueritatẽ: ſiue terram: de qua ſupra dicitur: Perijt ſanctus de terra. Qui enim optimus inter eos eſt, quaſi paliurus pungens & retinens: uulnerans appropinquantem ſibi, & adunco dente comprehendens: & qui rectus fuerit inuentus, quaſi ſpina de ſepe: ut ibi inueniatur dolor, ubi putabatur auxiliũ. Hoc iuxta Hebraicum. Porrò ſecundum Septuaginta qui diſſentiunt in quibuſdam: in fine capituli omnino aliter tranſtulerunt: huiuſcemodi mihi ſenſus uidetur: Plangit ſermo propheticus, ſiue apoſtolicus, generaliter humanum genus, quod fruſtra ſementem iecerit doctrinarum, & pro ſegetibus, & pro frumentis uix uacuas ſtipulas & inanes culmos ſerus meſſor inuenerit, & ne paruos quidem racemos in uinea potuerit reperire, & reliqua uſq; ad finem capituli. Si enim beatus eſt qui in aures loquitur audientis, & auris auditoris deſyderiũ ſapientis eſt: lætitiaq; dicentis, auditor intelligens: Econtrario luctus doctoris eſt malus diſcipulus: Hieremiæ quoq; uerbis huic querelæ congruentibus: Non profui, neq; profuit mihi quiſquam. Sunt qui ex perſona ſaluatoris hoc dici putent: cauſantur quod in tanta cre-

dentium multitudine, & in toto orbe generis humani C uix ſuo ſanguine digna opera reperiat: qui & in uiceſimonono pſalmo ait: Quæ utilitas in ſanguine meo dũ deſcendo in corruptionem? Licet aſſerant alij perſonæ illius hoc minime conuenire, ut dicat: Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: qui in euangelio locutus eſt: Leuate oculos ueſtros & uidete regiones: quia iam cãdidæ ſunt ad metendum. Et alibi, Meſsis quidem multa, operarij autẽ pauci. Qui ergo ex perſona ſaluatoris uolunt intelligi: aiunt, nõ mirum eſſe ſi dicat: Væ mihi: qui & Hieruſalẽ fleuerit: & in Lazari morte lachrymatus ſit. Sed & illud: Factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: ad conſummationem referunt ſeculi: quam & ſignificanter meſſem interpretantur: & dicunt illo tempore hãc prophetiam poſſe cõpleri: quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum, & ueniens fi- D

*Ioan. 4.e*
*Matth. 9.d*

CAP. VII

Væ mihi quia factus ſum ſicut qui cõgregat ſtipulã in meſſẽ, et ſicut racemos in uindemia: cũ nõ ſit botrus ad comedendũ, primitiua, quæ paſſa eſt anima mea: Væ mihi anima quia perijt reuerens de terra, & qui corrigat in hominib. nõ eſt: oẽs in ſanguine iudicant: unuſquiſq; ꝓximũ ſuum tribulat tribulatione: in malũ manus ſuas præparãt: princeps poſtulat: & iudex uerba pacifica locutus eſt, deſyderiũ aĩæ ſuæ eſt. Et auferã bona eorum quaſi tinea comedẽs, & ambulãs ſuper regulam in die ſpeculationis tuæ. Væ

lius hominis raram fidem inuenerit ſuper terrã: Tunc enim quaſi poſt meſſem ſtipulã, & quaſi poſt uindemiã racemos uix in his reperiri qui fidem in omnium uaſtitate ſeruauerint: uocemq; hanc ex perſona aſſumpti hominis, putant de ſequentibus approbari: Væ mihi anima: de qua loquebatur: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Perijt reuerens de terra: uel Antichriſto interficiente ſanctos, uel ad magnitudinem ſcandalorum cunctis corruẽtibus. Et qui corrigat inter homines nõ eſt, omnes qui in ſanguine iudicantur, non in leuibus paruiſq; peccatis, ſed in maximis & ad ſanguinem pertinentibus, non uicinitas, non amicitia, non affinitas, ſcelus morabitur: cuncti manus leuabũt ad malum, ut etiam qui malum facere non potuerit, tamen dum manus præparat, uoluntate delinquat. Ipſe princeps petit, & iudex uerba pacifice loquitur: accipit enim munera, deſyderium animæ ſuæ: Quod quia manifeſtum eſt, & inuidiam caueo principũ iudicumq;, lectoris intellectui derelinquens: tantum illud adiungam: Munera ex- *Deut. 16.d* cæcant oculos etiam ſapientũ: uiuificant quoq; animã quã uiuificare non debuerant, & interficiunt eam quæ merito ſuo & uirtutibus uiuit, & hoc faciũt propter dona quæ poſtulant impudenter & turpius accipiũt. Quibus dñs comminatur hæc dicens, & auferam bona eorum, quæ putant bona, quæ illis bona uidentur: Cæterũ ueritate rei nunq̃ bona appellabuntur, quæ & dantem ſpoliant, & accipientẽ interficiunt: licet non tam cõminatio ſit quàm benedictio auferre ab eis mala, & ipſum dñm diuinumq; ſermonẽ ingredi in cõſcientias eorũ, & quaſi tineam comedere quodcũq; peruerſum eſt, & prædarũ malarumq; cogitationũ facere uaſtitatem, & ambulare ſuper normam & regulã ueritatis & eos ipſos ad rectum retrahere, qui prauis opinionibus ducebantur: & hoc facere in lumine ueritatis, & in die illo

A illo quando qui ſancti ſunt, & electi de eccleſia aſcendent ad ſpeculam, & in ſublimitate doctrinarũ atq; operũ ſuorũ de rebus cœleſtibus diſputabunt. *a* ¶ *Dies ſpeculationis tuæ uiſitatio, etc.*] Excepto principio capituli: in reliquis partibus editio utraq; concordat: & interim iuxta hiſtoriam diem ſpeculationis Samariæ, ſiue Hieruſalem, quam ſæpe expectauerat & timuerat eſſe uenturã, & uiſitationem eius, captiuitatem ſignificat dicens: Vaſtatio tua uenit: nunc erit uaſtitas eorum, id eſt habitatorum, ſiue obſidio: מבצרה eñ magis πολιορκίαν ϗ φρούρησιν, id eſt, obſidionẽ & cuſtodiã, quam uaſtitatem in Hebręo ſonat. Nullis ergo credatis uocib. prophetarum, ne accõmodetis aurem decipienti blanditiæ diuinorũ: quia ſi inter chara no-

HEB. Diẽs ſpeculationis tuæ uiſitatio tua uenit: nũc erit uaſtitas eorum, nolite credere amico, & nolite confidere in duce. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui: quia filius cõtumeliã facit patri, & filia conſurgit aduerſus matrẽ ſuã: nurus aduerſus ſocrum ſuam, inimici hominis domeſtici eius. Ego autem ad dominum aſpiciam, expectabo deum ſaluatorem meum: audiet me deus

SEPTVAG. Væ, uæ, ultiones tuæ uenerunt: nunc erunt fletus eorum: nolite credere in amicis, neq; ſperetis in ducibus. Ab ea quæ tecum cubat caue ne credas ei: quia filius contumeliam facit patri: filia ſurgit aduerſum matrem ſuam: nurus contra ſocrum ſuam: inimici hominis uiri domeſtici eius: Ego autem in domino cõtemplabor: expectabo deum ſaluatorem meum: exaudiet me deus

mina, & conſanguinitatis affectum rara eſt fides, quanto magis in his qui adulantes uobis mentiuntur pro præda ſua, & quaſi ægrotantibus, non quid utile ſit, ſed quid delectabile, & placens imperant. Nolite credere a-
*2. Reg. 15.f* mico: & Achitophel quippe conſurrexit aduerſum Da-
*Matt. 16.b* uid, & uerus Achitophel Iudas aduerſus Chriſtum: Et
*Iudic. 9.a* nolite confidere in duce: Vt uiri Sichem in Abimeleck:
B ipſi enim eum fecerunt regem: & ab eo oppreſsi ſunt, Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui:
*Ibid. 16.d* ne patiaris quod Samſon à Dalila perpeſſus eſt. Quia fi-
*2. Reg. 16.d* lius contumeliam facit patri: Abſalon uidelicet Dauid: non ſolum regnum, ſed & concubinas patris inceſto coitu maculauit. Filia conſurgit contra matrem ſuam: Cuius rei cum interim de ſcripturis ſanctis teſtimoniũ non reperiamus, tanta exempla ſunt quotidianæ uitæ, ut magis lugere quod tanta ſint, quàm quærere debea-
*Gen. 26.g* mus. Nurus contra ſocrum ſuam: ut uxor Eſau conſurrexit contra Rebeccam. Inimici hominis uiri domeſtici eius. Hic exempla non quæro, cum plura ſint quam ut teſtimonijs indigeamus. Cum ergo hæc ita ſe habeant, nolite credere Samariæ & Hieruſalem pſeudoprophetis. Ego autem, inquit propheta, ad dominum aſpiciam: exultabo ad dominum ſaluatorem meũ, ſiue Ieſum meum, & audiet me deus meus. Sequitur LXX. expoſitio. Qui dixerunt, uæ uæ ultiones tuæ uenerunt, id
*Ezec. 9.a* eſt ſupplicia quæ pro ſceleribus inferenda ſunt. Mihi, inquit, uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Et
*Oſee 9.b* in alio loco: Venerunt dies retributionis tuæ. Facit eñ dominus ultionem uociferantiũ ad ſe die ac nocte: atq;
*Apoc. 6.c* dicentium: Vſquequo domine ſanctus & uerus, non iudicas & uindicas ſanguinem noſtrum, de his qui habitant in terra? Venerunt ergo ultiones, & nunc erunt fle-
*Luc. 16.c* tus earum, id eſt ultionum: ut plangant qui ante riſerũt, & ſtatim exeuntes de ſeculo tormenta ſuſtineant: Quæ diues ille quondam purpuratus, & delicijs affluens ſuſtinet in inferno, ubi eſt fletus & ſtridor dẽtium. Quod autem ſequitur: Nunc erunt, uel in fine uniuſcuiuſq; uitæ intellige, uel in conſummatione rerum omnium, &
*Hier. 9.b* in die iudicij: quando generales ſuper uniuerſos uenient ultiones. Nolite ergo credere amicis: quia omnis amicus ſupplantat: & qui propter aliquid eſt amicus, nõ

*Hier. 10. 6*

tam amicus eius eſt quem amare ſe ſimulat (ab amarẽ C quippe amicus dicitur) quàm eius rei quam diligit. Interrogatus quidam quid eſſet amicus, reſpondit: Alter ego. Quod ſi Pythagoræorum nobis opponitur exemplum, qui ſe uades inuicem tyranno dederũt, dicemus nõ generaliter aduerſum omnes amicos, & charitatis affectus, ſententiam à deo eſſe prolatam: nec contra omne tempus, ſed de eo ſuper quo Apoſto- *2. Tim. 3.a* lus ait: In nouiſsimis diebus aduenięt tempora periculoſa: erũt eñ homines ſeipſos amantes, cupidi, faſtidioſi, ſuperbi, blaſphemi, parentib. non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, pacium nõ cuſtodientes, delatores, incontinẽtes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, inflati, uoluptatũ amatores magis q̃ dei, & cætera. Tunc enim tradet frater fratrem, & pater filiũ, *Matth. 10.c* & mater filiam, & inimici hominis domeſtici eius. Sed & nunc rara fides eſt, cum aliud in labijs, aliud in corde uerſatur, uenenum animi, linguæ mella tegunt: Amici diuitum multi: à pauperibus autem etiam qui uidẽtur eſſe, diſcedunt: Vnde dicitur: Si habes amicum, in *Eccl. 6.a* tentatione poſside eum. Legi in cuiuſdam controuerſia: Amicus diu quæritur, uix inuenitur, difficile ſeruatur. D Scripſit Theophraſtus tria de amicitia uolumina omni eam præferens charitati, & tamen raram in rebus humanis eſſe conteſtatus eſt. Eſt & Ciceronis de amicitia liber, quem Lęlium inſcripſit: in quo illud quod apud noſtros præcipitur: Vt ſit nobis amicus, quaſi uinum uetus, & in ſuauitate bibamus illud, penè eiſdem uerbis poſitum eſt: Amicitia pares aut accipit, aut facit: ubi inæqualitas eſt & alterius eminentia, alterius ſubiectio: ibi non tam amicitia, quàm adulatio eſt. Vnde & alibi legimus: Sit amicus eadem anima. Et Lyricus pro amico precans: Serues, inquit, animæ dimidium meæ. Nolite ergo credere in amicis, id eſt, his hominibus, qui de amicitijs ſectantur lucra. Si uis uera amicitia delectari, eſto amicus dei: ſicut Moyſes qui loquebatur *Exod. 33.c* deo, quaſi amicus ad amicum. Eſto amicus, ut Apoſto- *Ioan. 15.b* li ad quos ſaluator ait: Iam non dicam uos ſeruos, quoniam ſeruus neſcit quid uelit dominus ſuus: ſed dicam uos amicos, quoniam perſeueraſtis mecum in omnibus tentationibus meis. Delicata eſt amicitia, quæ amicorum felicitates & diuitias ſequitur. Iſtiuſmodi homines non mihi uidentur amicos, ſed ſe ipſos diligere. Conſyderemus attentius uerba domini: Sed dicam uos, inquit, amicos: Redditq; cauſas quare illos amicos uocet. Quia perſeueraſtis mecum in tentatione, & non hucuſq; ſtetit: ſed in omnibus, inquit, tentationibus meis. Euenit quippe interdum, ut qui nobiſcum perſeuerauit in una tentatione, alijs uictus recedat. Secundo præcipitur: Neq; ſperetis in ducibus: Maledi- *Hier. 17.a* ctus enim eſt omnis homo qui ſpem habet in homine. In homine ſpes uana, & uera in deo eſt: Vnde & Pau- *Act. 20.f* lus loquitur: Et ex uobis ipſis conſurgent uiri loquentes peruerſa. Et ipſe dominus per prophetam: Duces *Hier. 4.f* populi mei me neſcierunt, filij ſtulti ſunt, & non intelli-

A gentes: ſapientes ſunt, ut faciant mala: bene autem face-
re neſcierunt. Duces quidem ait mei uocabantur, & du
ces populi mei: ſed quia neſcierunt me, & opere uoca-
bulum deſtruxerunt: propterea filij ſtulti ſunt, & non
intelligentes prudentiam, ob hoc tantum habent, ut
ſubijciant ſibi ſimplicem gregem & proterant pedibus
ſuis: bene autem facere & regere populum neſcierunt.
Nolite credere in ducibus, non in epiſcopo, non in
presbytero, non in diacono, non in qualibet homi-
num dignitate. Nec hoc dico: quod iſtiuſmodi gradi-
*Leuit. 20.b* bus in eccleſia non debeatis eſſe ſubiecti: Quicunq; e-
*1. Pet. 3.c* nim maledixerit patri, aut matri, morte morietur, & A-
poſtolus docet præpoſitis in eccleſia obediendum: ſed
quod aliud ſit honorare duces, aliud ſpem habere in
ducibus. Honoremus epiſcopum, presbytero defera-
mus, aſſurgamus diacono: & tamen non ſperemus in
eis, quia hominis uana, & certa ſpes eſt in domino. Ter
tium mandatum: Ab ea quæ tecum cubat cuſtodi te ne
*1. Theſ. 4.a* credas ei. Vnde & Apoſtolus mulieres uas infirmũ uo-
*Eph. 5.c* cat, & eis à maritis ſuis exhiberi honorem iubet: Non
*1. Cor. 11.b* enim creatus eſt uir propter mulierem, ſed mulier pro-
pter uirum: Et uxor, inquit, ut timeat uirum. Vxorum
timere eſt, & cum timore uirum diligere: Viri tantum
*Eph. 5.c* diligere, quia dilectio perfectorum eſt: Viri, ait, diligite
uxores ueſtras, & nolite amari eſſe ad eas: licet illæ ad i-
racundiam prouocent, & talia faciant, per quæ merean
tur amaritudinem ſuſtinere. Hoc enim ſignificat παρα-
πικραίνεσθε: tamen uos nolite eis in amaritudine
*Eccleſ. 7.d* uicem reddere. Sed & Salomon in Eccleſiaſte: Et homi-
nem, inquit, unum de mille inueni, & mulierem in his
omnibus non inueni, forſitan ſuo doctus exemplo mu
lieribus non credendum, per quas offenderat deum.
Sed & Poeta ſublimis: non Homerus alter, ut Lucilius
de Ennio ſuſpicatur, ſed primus Homerus apud Lati-
B nos: Varium, inquit, & mutabile ſemper Fœmina. Ple-
næ ſunt hiſtoriæ Græcæ & Latinæ: quanti uiri ab uxo-
ribus ſuis decepti ſint, eorumq; uita ſit prodita. De ſcri
pturis autem & Dalilæ, cuius ſuprà fecimus mentio-
nem, & alterius ante Dalilam teſtantur exempla, quæ
arcanum Samſon ſeptem dierum expreſsit lachrymis,
*Iudic. 15.d* & amore ſimulato quod latebat inuenit, Vnde Sam-
ſon poſtea loquitur: Niſi domuiſſetis uitulam meam,
non inueniſſetis propoſitionem meam. Hactenus præ-
cipitur, ne amicis, ne uxoribus facile credamus: Cau-
ſaq; redditur non ſatis reſpondens ad propoſitionem,
ait enim: Quia filius inhonorat patrem, filia ſurgit ad-
uerſus matrem, nurus contra ſocrum ſuam, & inimici
hominis domeſtici eius. Nam quid pertinet ad amicũ,
ad ducem, ad uxorem: ſi filius & filia & nurus, contra
patrem, ac matrem, ſocrumq; conſurgant? Videtur er-
go mihi ſic cum ſuperiorib. poſſe coniungi: Nolite cre-
dere amicis & ducib. & uxoribus, quæ mutari poſſunt,
& eſſe pro tempore: cum filius quoq; & filia obliti edu-
cationis & infantiæ, aduerſum autores uitæ ſuæ corpo-
rumq; conſurgant: & illis faciant contumeliam, quos
uultu quoq; lædere ſcelus eſt. Sed hæc expoſitio nequa
quã conuenit nurui aduerſus ſocrũ conſurgenti, & ho-
mini cui inimici domeſtici eius. Terentius in Hecyra:
Quid eſt hoc, inquit, oẽs ſocrus oderunt nurus: quod
quanquam ambiguũ ſit tamen propemodum natura-
le eſt, ut nurus ſocrum, & ſocrus oderit nurum. Hæc de
conſummatione & fine mundi, qualis aduentum anti-
chriſti generatio præceſſura ſit, propheticus ſermo de-
ſcripſerit: Nunc diſputandum ſecundũ ſuperiorem in-
terpretationem, in qua de hæreticis diximus: Audi tri-
bus & quis ornauit ciuitatem, nũquid ignis & domus
impij? Et rurſum de eccleſia: Væ mihi quia factus ſum,
ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe. Et iterum: Væ mihi
anima, perijt reuerens à terra, & qui corrigat inter ho-
mines non eſt. Et deinceps: Princeps poſtulat & iudex C
uerba pacifica locutus eſt, deſiderium animæ ſuæ. Vn-
de duplex maledictio ſequitur: Væ uæ, ultiones tuæ ue-
nerunt, nunc erunt ploratus earum. Et dicamus ſcri-
ptũ de hæreticis: Nolite credere in amicis, ô populi ſim-
plices, & in ducibus prauis qui ſe amicos & principes
hæreſeon eſſe promittunt: non enim ueſtram ſalutẽm,
ſed ſua quærunt lucra, & deceptum gregem pedibus
ſuis conterunt, & ei quæ tecum dormit caue ne quic-
quam credideris, quam non poſſum aliam intelligere,
niſi carnem: ut non facile credamus carnis blanditijs,
ne animi duritia uirilisq; conſtantia illius edomita mol
leſcat illecebris. Filius enim qui natus à deo eſt, negle-
cto creatore ſuo blaſphemat eum à quo conditus eſt,
dicente ſcriptura: Nonne deus unus creauit uos? non- *Malach. 2.b*
ne pater unus omnium ueſtrum? & anima cœleſtem
deſpicit Hieruſalem, matremq; contemnit eccleſiam,
quam qui contempſerit, morte morietur. Et nurus con
ſurgit aduerſus ſocrum ſuam. Quod iuxta tropologiã
intellectu uidetur difficile, ſed qui legerit cantica canti-
corum: & ſponſum animæ, dei ſermonem intellexerit,
credideritq; euangelio quod ſecundum Hebræos edi-
tum nuper tranſtulimus, in quo ex perſona ſaluatoris
dicitur: Modo tulit me mater mea, ſanctus ſpiritus in *Matth. 10.c*
uno capillorum meorum: non dubitabit dicere ſermo
nem dei ortum eſſe de ſpiritu, & animam quæ ſponſa
ſermonis eſt, habere ſocrum ſanctum ſpiritum, qui a-
pud Hebræos genere dicitur fœminino רוח Hæretici
ergo cum ante crediderint in ſcripturis, quæ à ſpiritu
ſancto conſcriptæ ſunt & editæ: transferunt ſe ad nouas
doctrinas & fermentum phariſæorum & mandata ho-
minum: dumq; ſermonem dei contemnunt, ſocrui ſuæ
faciunt iniuriam. Et ne forte dubites, uerbum & filium
dei naſci de ſpiritu ſancto, Gabrielis ad Mariam uerba *Luc. 1.b*
conſidera: Spiritus ſanctus, ait, ueniet ſuper te, & uirtus D
altiſsimi obumbrabit tibi: propterea quod naſcetur ex
te, uocabitur filius dei. Poſt hæc ſequitur: Inimici homi
nis uiri domeſtici eius. Quod ſic nobis iuxta tropolo-
giam exponendum uidetur: Omnis uiri caput Chri- *1. Cor. 5.c*
ſtus eſt, & Chriſtus caput eccleſiæ: huius ſæpe inimici
ſunt qui putantur in domo eius eſſe, id eſt, in eccleſia: &
à capite quidem non recedunt, ſed contra ſuum ſenti-
unt caput, qui abſq; magiſtro, & gratia domini, ſcien-
tiam ſcripturarum ſuo iudicio promittentes, inflati
ſunt, & nihil ſciunt: & languent circa quæſtiones, & con
tentiones pugnaſq; uerborum: qui uere conſiſtentes
in domo, inimici ſunt ueritatis. Scire autem debemus
quod in euangelio propè eadem uerba ſint, quæ nunc
legimus in propheta: & iuxta contextum illius loci al-
terum habere ſenſum, quæ utrum aſſumpta ſint de
propheta an propria autoritate præcepta, noſſe domi-
ni eſt, qui & in prophetis, & in euangelijs locutus eſt.
Ait autem illic dominus: Veni diuidere uirum aduer- *Matth. 10.d*
ſus patrem ſuum, & filiam contra matrem ſuam, & nu-
rum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis do-
meſtici eius. His itaq; ediſſertis: ſi tamen potuimus ſen-
ſum attingere ſcripturarum: ſanctus refrigeratam in-
telligens charitatem, & homines in conſummatione
mundi non eſſe amatores dei, ſed amatores ſui: alijs
credentibus amicis & ducibus & uxoribus, filioq;
& filia, & nuru aduerſus patrem & matrem & ſocrum
conſurgentibus, & inimici hominis domeſtici eius:
ipſe credit in domino, & omnis contemplatio eius
eſt in deo ſuo: & quanquam tribulationibus & preſ-
ſuris mundi prematur, tamen præter eum qui dicit:
Nolite timere, ego uici mundum, in nullo fiduciam
habens, expectat deum ſaluatorem ſuum, & cre-
dens in eo, oculoſq; ſuos ad eum ſemper dirigens,
ſperat ſe exaudiendum quotiens eum inuocauerit.

¶ Ne læ



HEB. deus meus. Ne læte-
ris inimica mea ſuper me,
quia cecidi conſurgã: Cũ
ſedero in tenebris, domi-
nus lux mea eſt, iram domi
ni portabo, quoniã pecca-
ui ei donec cauſam meam
iudicet, & faciat iudicium
meum: & educet me in lu-
cẽ, & uidebo iuſtitiã eius: &
aſpiciet inimica mea, & o-
perietur confuſione, quæ
dicit ad me: Vbi eſt dñs de
us tuus? Oculi mei uide-
bũt eã: nõ erit in conculca
tiõe, ut lutũ platearũ: dies
ut ædificẽtur maceriæ tuæ:
In

SEP. deus meus. Ne inſul-
tes mihi inimica mea, quia
cecidi, & reſurgam: quia ſi
ambulauero in tenebris,
dñs illuminabit me: Irã dñi
ſuſtinebo, quia peccaui ei,
donec iuſtificet cauſam
meã, & faciat iudiciũ meũ:
& educat me in lucẽ: & ui-
debo iuſtitiam eius: & uide
bit me inimica mea, & ope
riet eã confuſio, quæ dicit
ad me: ubi eſt dñs deus tu-
us? Oculi mei uidebunt eã:
nunc erit in conculcatio-
nem, ſicut lutum in uijs: di
es lituræ lateris deletio tua:
&

A a ¶ *Ne læteris inimica mea, etc.*] Videtur mihi iuxta lite
ram Hieruſalẽ contra Babylonẽ & cæteras gẽtes loqui,
quæ ſibi inſultauerant: Ne lætemini in ruina mea, quia
domino miſerante conſurgã: poſtquã ſedero in capti-
uitate, educet me ille de tenebris & erit lux mea. Irã do
mini ſuſtinebo, quia
me ſcio meruiſſe qđ
paſſa ſum, donec ulci
ſcar de gẽtibus, & fiat
iudicium meum. No
ui quippe quod me
ſit educturus in lucẽ
& uidebo iuſtitiã e-
ius: & inſpiciet inimi
ca mea Babylõ, & cæ
teræ gentes in circũi-
tu, & operietur cõfu-
ſione, quæ nunc dicit
inſultans: ubi eſt do-
minus deus tuus?
Oculi mei uidebunt
eã: & non longo poſt
tempore, ſed nunc &
in præſentiarum con
culcatam, quaſi lutũ
platearum. Hactenus
Hieruſalem, ſiue pro
pheta ex perſona po
puli ſit locutus. Nunc
deus ad Hieruſalẽ re
ſpondens inducit: O Hieruſalem, uenerũt dies, ut ædi-
ficent maceriæ tuæ, quæ erãt à Babylonio uaſtatæ & de
ſtructæ: In die illa longe fiet lex, ſiue præceptũ & iuſſio,
ut Symmachus & Theodotio interpretati ſunt, dicẽtes
B ἐπιταγὴν ἢ πρόσταγμα. & eſt ſenſus: nequaquam Ba-
byloniorũ imperio ſubiacebis: In die illa qua ædifica-
bunt maceriæ tuæ, uenient ad te de Aſſur, & de ciuitati
bus munitis, à ciuitatibus inquã munitis uſq; ad Iorda
nẽ, per quẽ & ante trãſiuit populus: & à mari rubro, &
cunctis gentibus uſq; ad mare mortuũ, quod uicinum
eſt terræ tuæ: & ad montẽ Sion, de montibus Perſarũ at
que Medorũ, in quos tranſlati prius fuerãt: & erit terra
reliqua Chaldæorũ, & eorũ qui te uaſtauerãt in deſola
tionẽ, ꝓpter habitatores ſuos, & ꝓpter mala opera eo-
rũ. Hoc ſibi Iudæi uſq; hodie pollicent: & in eo loco, in
quo nos expoſuimus, in die illa lõge fiet lex, ſicut no-
bis uiſum eſt, & ſicut prudẽtiores eorũ diſſerunt: aliqui
friuole mentiunt, & aiũt: In die illa qua à Chriſto ædifi
catæ fuerint maceriæ Hieruſalẽ, ſcripturas ſanctas legis
& prophetarũ, quæ nũc tenentur à nobis, tolli de mani
bus noſtris, & tradi populo Iudæorũ. Nam quod dicit
iuxta Lxx. ἡμέρα ἀλοιφῆς πλίνθου, id eſt, dies lituræ late
ris, deletio tua: non ad Hieruſalẽ, ut iuxta Hebraicũ ex
poſuimus, ſed adhuc ad Babylonẽ dici intelligamus,
quod & ipſa delẽda ſit, in morẽ lateris cõculcãda. Et re
pellet legitima dies illa: nõ legitima dei, ſed ea legitima
quæ aduerſum legẽ dei, ô Babylõ iuſſeras obſeruari: Et
ciuitates tuæ uenient in concluſionẽ, ſiue in diuiſionem,
Aſſyrijs te impugnantibus: Siquidẽ Babylõ Chaldæo-
rum fuit ciuitas, non Aſſyriorum. Et urbes tuæ munitæ
erũt in diuiſionẽ hoſtilis exercitus, à Tyro uſq; ad flu-
men Tygrim, quo circumiris, & à mari magno uſq; ad
mare rubrũ, quod ex latere pergentibus Indiã, tangit
regiones tuas. Et de monte uſq; ad montẽ: de mõtibus
ſcilicet Iudææ uſq; ad mõtes Mediæ atq; Perſarum, tota
Meſopotamia & uniuerſa regio, quæ nũc à te tenetur in
medio, aduerſariorũ imperio ſubiugabit. Et erit terra
in deſolationẽ ꝓpter peſſimos fructus ſtudiorũ ueſtro
rũ. Vbi Lxx. interpretati ſunt de Tyro: ſciamus in He-
braico ſcriptũ eſſe, מצור: quod uerbũ ſi in prӕpoſitio C
nẽ מ & nomẽ צור, diuidat, de Tyro intelligit: ſin au-
tem unus ſermo ſit, munitionẽ ſonat. Deniq; oẽs περιο-
χὴν ἢ περίφραγμα ἢ πολιορκίαν, nõ de Tyro, ut Lxx.
ſed munitionem & ambitũ muratæ urbis tranſtulerũt.
Hoc iuxta Hebraicũ,
& uota carnei Iſrael
& populi cõciſionis,
quaſi ex ſuperfluo o-
cioſus ſermo præluſe
rit. Nũc ueniamus ad
intelligentiam ſpiri-
tualem, & ipſo ſpiritu
ſancto exponẽte quo
ſcripta ſunt, in locis
uel difficilimis deſu-
demus. Videtur mihi
omnis anima Hieru-
ſalẽ, in qua ædificatũ
fuit templum domi-
ni, & uiſio pacis, &
notitia ſcripturarũ: &
poſtea ſuperata à pec
catis, ducta eſt in ca-
ptiuitatẽ, tormẽtiſq;
tradita: dicere contra
Babylonem, id eſt, cõ
fuſionem huius mũ-
di, & aduerſus cõtra
riam fortitudinẽ quæ
huic mũdo præſidet: Noli inſultare mihi inimica mea,
quia cecidi & reſurgam: Dominus enim alleuat eliſos, *Pſal. 144.c*
& loquitur per prophetã: Nunquid qui cadit nõ reſur *Hier. 8.b*
get? Et nolo mortem peccatoris, tantum ut reuertatur, *Ezec. 33.c*
& uiuat. Si aũt ideo me deſpicis, quia tormenta ſuſti- D
neo, diſce per Ezechiel, pœnas primũ ſanctioribus ir-
rogari, & dici à domino: A ſanctis meis incipite, Quia *Ibid. 9.c*
ſi ambulauero in tenebris, dominus lux mea eſt. Licet
enim rectores tenebrarum iſtarũ me deceperint, & ſe-
deã in tenebris, & umbra mortis, & pedes mei impege
rint in montes tenebroſos: tamen ſedentibus in tene-
bris, & in umbra mortis lux orta eſt, & lux lucet in te- *Eſa. 9.a*
nebris: Et dominus illuminatio mea & ſalus mea, quẽ *Pſal. 26.a*
timebo: & loquar ad eũ & dicã: Lucerna pedibus meis *Ibid. 118.o*
uerbũ tuum dñe, & lumẽ ſemitis meis. Ipſe quippe mi
hi præcepit in tenebris huius ſeculi conſtituto: Sint lũ- *Luc. 12.b*
bi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ue
ſtris. Sequitur: Iram dñi ſuſtinebo, quoniã peccaui ei,
donec iuſtificet cauſam meam, & faciat iudiciũ meum,
& educat me in lucẽ, & uidebo iuſtitiã eius. Omnis cor
reptio ad præſens nõ uidetur eſſe gaudij, ſed mœroris:
& poſtea fructũ pacificũ iuſtitiæ reddet his qui per eam
fuerint eruditi. Sentiens igitur anima ſe peccaſſe & ha-
bere uulnera peccatorum, & in mortuis carnibus uiue
re, & indigere cauterio, conſtanter dicit ad medicũ: ure
carnes meas, reſeca uulnera, humores oẽs & ῥεῦμα no
xium dura hellebori potione cõſtringe. Mei uitij fuit,
ut uulnerarer: mei doloris ſit, ut tot tormenta ſuſtineã,
& poſtea ſanitatẽ recipiam. Veruſq; medicus iam ſoſpi
ti atq; ſecuræ oſtendit cauſam medicaminis, & recte ſe
docet feciſſe quod fecit. Deniq; poſt cruciatus atq; ſup-
plicia: educta de tenebris exterioribus anima, & reddi
to nouiſſimo quadrante dicit: Videbo iuſtitiam eius &
loquar: Iuſtificata ſunt iudicia tua deus. Si autem Chri *1. Cor. 1.b*
ſtus factus eſt nobis à deo ſapiẽtia, & iuſtitia, & ſanctifi
catio, & redẽptio, qui iuſtitiã poſt iram dei uidere ſe di
cit: Chriſti ſibi repromittit aſpectum. Et hæc duntaxat
de pœnitentibus. Cæterum multo melius eſt, non ha-
bere uulnera, & medico non egere. Curatio non bea-

oo 4 titudo

Universitäts Bibliothek

A titudo ſanatorū eſt, ſed ſolatiū poſt dolorem. Igitur qui
curatus eſt, caueat, ne iterū peccet, & rurſum ei aliquid
deterius fiat. Legimus in Leuitico, ſi tamen oculis aper
tis legimus, & uelamē quod in lege poſitū eſt interioris
oculi non excludit intuitum, in ulbice & cicatrice com
buſturæ lepram ſole-
re generari, & muta-
re colorem pili, & ad
priorē deformationē
cicatricis nouellā ac-
cedere fœditatē. Hoc
propterea, ne quis ſe
curus de pœnitentia,
eo quod poſt pecca-
tū poſſit dicere: iram
dei ſuſtinebo, quoni
am peccaui ei, donec
iuſtificet cauſam meā
peccet & cauterio in-
digeat, & ſanatus ite-
rū uulneret. Cū autē
eduxerit nos dñs in
lucē & uiderimus iu-
ſtitiā eius: tūc uidebit
inimica noſtra Baby
lon, & operiet confu
ſiōe, quæ prius loque
bat ad nos: ubi eſt de
us tuus, exiſtimans
Hieruſalē poſt ulne
ra nō poſſe ſanari. Et
reſpicient eā oculi no
ſtri: & erit in cōculca

HEB. In die illa longe fiet lex: In die illa uſq; ad te ueniet de Aſſur: & uſq; ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis, uſque ad flumē: & ad mare, de mari, & ad montē de monte. Et erit terra in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter fructum cogitationū eorum. Paſce populū tuū in uirga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu in medio Carmeli: paſcentur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos, ſecundū dies egreſſionis tuæ de terra Aegypti, oſtendam ei mirabilia. Vide-

SEP. & repellet legitima tua dies illa & urbes tuæ uenient in concluſionē & in diuiſionē Aſſyriorū: & ciuitates tuæ munitæ in diuiſionem à Tyro uſq; ad flumē: & à mari uſq; ad mare, & de mōte uſq; ad montē: & erit terra in diſſipationē cū habitatoribus ſuis, propter fructus adinuētionū eorū. Paſce populū tuū in uirga tua, oues hæreditatis tuæ, habitantes ſolas in ſaltu: in medio carmeli paſcent Baſanitin & Galaaditin iuxta dies priſtinos, & iuxta dies egreſſiōis tuæ de terra Aegypti, oſtēdā eis mirabilia. Vide-

tionē ut lutum plateарū. Et quia omnis pœnarum finis
B bonorū exordiū eſt, & dolor proficit ad ſanitatē: de lu-
to illius lateres fient, & erit formatio laterū litura eius.
Et in die illa ueteres abijciet errores, ciuitatesq; illius
quę male munitæ fuerant, uenient in concluſionē ſiue in
צר diuiſionē, & diuident ab Aſſyrijs. de Tyro quoq; quæ
interpretatur συνοχὴ, id eſt, anguſtia: conſurgent aliæ
fortitudines, & erit ſeditio uſq; ad eos qui ſeculi huius
reumate delectant & libidines generant in hominibus.
Et de mari uſq; ad mare, & de monte uſq; ad montē in-
uicem bella conſurgent, ut amaritudo pugnet contra
amaritudinē, & erigens ſe humilianda ſublimitas con
Gen. 11.a tra aliam dimicet altitudinē, & tunc uere cōpleatur: Ve
nite deſcendamus & confundamus linguas eorum, ne
audiat unuſquiſq; uocem proximi ſui: prodeſt quippe
fortitudines peſſimas inter ſe non habere concordiā.
Matt. 12.b Et cum ſatanas aduerſus ſatanam diuiſus fuerit, tūc de
mum omne regnum illius deſtruetur. Et quod frequē-
ter in magnis exercitibus euenire ſolet: ut interfecto ty
ranno, ſatellites eius regnū inter ſe diuidant, cōtra ſeq;
conſurgant, & inteſtinū inter eos bellū ſit: hoc & in con
ſummatione mūdi fiet, quando Hieruſalē maceriæ fue
rint ædificatæ: & Babylō corruerit, Aſſyrijq; & Tyrij de
flumine & de mari, & de montibus, id eſt, uniuerſæ in-
ter ſe pugnabunt dęmonū nationes, & diſſipato regno
illorū fiet regnū domino Ieſu, & omne genu flectetur
cœleſtiū & terreſtrium & infernorū: & uniuerſa lingua
confitebitur, quia dominus Ieſus in gloria eſt dei pa-
tris. Vt aūt ſciatis finem huius ſeditionis profectū eſſe
uirtutum: erit tunc terra Babylonia in diſſipationē cū
omnibus habitatoribus ſuis, & nequaquam fructus fa
ciet Babylonios. a ¶ *Paſce populum tuum, etc.*] Hoc qđ
dicitur: Paſce populū tuum in uirga tua: deus pater lo-
quitur ad filium, id eſt, ad dominum noſtrum Ieſum
Ioan. 10.b Chriſtum: ut quia paſtor bonus eſt, & ponit animam
ſuam pro ouibus ſuis: paſcat populum in uirga ſua, &

oues hæreditatis ſuæ. Ac ne putemus eoſdem eſſe po- C
Pſal. 71.c pulos quos & oues in alio loco legimus, Nos autē po
pulus tuus, & oues paſcuæ tuæ. Populus refertur ad ra
tionabiles quoſq;: oues autem ad eos qui necdum ra
tione uiuentes, tantum ſimplicitate contenti ſunt, & ap
pellantur de hæredi-
tate dei. Tā populus
aūt quàm oues indi-
gent uirga paſtorali,
de qua loquit & Apo
ſtolus: Quid uultis, 1. Cor. 4.d
an in uirga ueniam ad
uos, an in charitate et
ſpiritu manſuetudi-
nis? Ob hæc puto cau
ſam, quia populus Iſ
rael duræ ceruicis e-
rat, & ſemper carnes
Aegyptias ſuſpira-
bat: uſum eſſe Moy-
ſen non ſolum aduer
ſum Aegyptios, quos
percuſſit decem pla-
gis, ſed aduerſus po-
pulum in ſolitudine,
uirga legali, uirga p-
cutiente, & omnia ua
ſa teſtea & fragilia cō
fringente: Apoſtolis
autē domini ſaluato-
ris qui ſapientiam lo
quebantur inter per-
fectos, uirgā excuſſā
eſſe de manibus, quia perfecta dilectio foras mittit ti-
morē. Quod ſi quis nobis oppoſuerit, quomodo nūc
dicatur ad Chriſtū, hoc eſt, ad bonū paſtorē, qui utiq; D
maior apoſtolis & melior eſt, ut utatur uirga: cū maio-
ris profectus ſit uirgam non habere, quam uirga popu
los ouesq; corripere: Reſpondebimus eis ſecundum il Ioan. 14
lud quod dominus pollicetur apoſtolis ſuis: maiora
eos ſigna in populis eſſe facturos, quàm ipſe fecerit. Et
quia adhuc dominus loquebatur ad carneum Iſrael,
& necdum ad eum qui perfecte poterat noſſe myſte-
ria: idcirco dictum eſſe de eo, ut paſcat in uirga popu-
lum & gregē ſuum: Apoſtolis aūt uirgam excuſſam eſ-
ſe de manibus, & ſeueritatē legis, euangelij clementia
temperatā. Porrò hi populi & iſtæ oues propterea per-
cutient & paſcentur in uirga, qui habitauerāt ſoli in ſal
tu. Quod quidem poſſumus & de his accipere qui ſe-
de eccleſia ſeparantes, cōuiuijs dedūt amicitijsq; genti
lium. Nec non de his qui odio generis humani uitā ap
petunt ſolitariam, qualem Timonē fuiſſe Athenis legi-
mus: non quod ſolitaria uita & prophetica quam ha-
buerunt Helias & Ioannes condemnanda ſit: ſed quia
ſi cæteros deſpiciens ipſe ſuperbiat, & habitet in ſaltu
uitiorum, uirga corripiendus ſit. Qui ſolus habitat &
non habitat in ſaltu, iſte in laude uirtutum eſt: qui au
tem ſolus eſt, & non facit opera iuſtitiæ & quietis: tan-
tum fruitur uoluptate, & non in Chriſti opere & la-
bore deſudat, nec proprijs manibus quærit cibum
quod Apoſtolus iubet, & in ſuperbiam erigitur: hic
habitat in ſaltu, & inter infructuoſa ligna uerſatur. Sed
tamen quia bonus paſtor eſt, & uirga eius ob hoc per-
cutit ut emendet, meliora ſermo propheticus polli-
cetur, & dicit: In medio Carmeli paſcentur Baſaniti-
dem & Galaaditin, iuxta dies æternitatis, & iuxta di-
es egreſſionis tuæ ex Aegypto. Carmelus interpreta- כרמל
tur ſcientia circumciſionis: Baſanitis confuſio, & Ga- בשן
laad tranſmigratio teſtimonij. Populus ergo Dei & גלעד
oues



A oues paſcuæ eius quæ prius paſcebant abſq; grege do
mini, & extra eccleſiā eius, in ſaltu uerſabant errorum,
poſtea transferunt ad notitiā ueræ circūciſionis, & ſer-
uient deo in ſpiritu, & gloriabunt in domino & non in
carne cōfidēt, & erūt uera circūciſio & nō cōciſio. Cūq;
paſti fuerint ſpiritua
li circūciſione, intelli
gentes peccata priſti
na, confundent in ui
tijs ſuis, & erubeſcēt,
& erūt in confuſione
quæ ducit ad uitam:
quia eſt & alia confu
ſio quæ ducit ad mor
tem, in qua habitauit
quondā Og rex Ba-
ſan: ſiquidē Baſan in
terpretat cōfuſio, de
qua cōfuſione peſſi-
ma & dñs repromit-
tit liberaturū ſe popu
Pſal. 67.c lū ſuū: Dixit dñs, ex
Baſan conuertā, con
uertam de profundo
maris. Cumq; ſcieri-
mus uerā circūciſio-
nē, & cōfuſi fuerimus
ſuper peccatis no-
ſtris: tunc erimus in
Galaad, quę interpre
tat trāſmigratio teſti
mōij: in eccleſia Chri
ſti, ad quā teſtimonia
legis & prophetarū
B eloquia tranſcende-
rūt: & hoc fiet nobis
ſecundum dies anti-
quos, ſecundū dies
quādo egreſſi ſumus

HEB. Videbūt gētes & confundētur ſuper omni fortitudine eorū. Ponēt manus ſuas ſuper os, aures eorum ſurdæ erūt. Lingent puluerē ſicut ſerpētes, uelut reptilia terræ, turbabūtur de ædibus ſuis. Dominū deum noſtrū formidabunt, & timebūt te. Quis deus ſimilis tui? qui aufers iniquitatē, & tranſis peccatū reliquiarum hæreditatis tuæ. Non immittet ultrà furorem ſuum, quoniam uolens miſericordiā eſt. Reuertetur & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras: & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra, dabit ueritatem in Iacob, miſericordiam Abraham quam iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis.

SEP. Videbunt gentes & cōfundentur in omni fortitudine ſua, ponent manus ſuper os ſuū, aures eorum ſurdæ erunt. Lingent humum ſicut ſerpentes, quæ trahūt terrā: turbabūtur in concluſionibus ſuis, ſuper dño deo noſtro formidabunt & timebūt à te. Quis deus ſicut tu auferēs iniquitates, & trāſcendens iniuſtitias his qui reliqui ſunt de hæreditate tua. Non tenuit in teſtimoniū iram ſuam, quia uolens miſericordias eſt. Reuertetur & miſerebitur noſtri, demerget peccata noſtra, & proijcietur in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabit ueritatē Iacob, miſericordiā Abrahā: ſicut iuraſti patribus noſtris iuxta dies priores.

de terra Aegypti, de quib. Moyſes dicit: Recordamini
dies æternitatis, nō dies huius ſeculi: qui appellant ma
li, ſed dies perpetuos. Recordatur aūt dierū æternitatis
qui nō aſpicit præſentia, ſurrexitq; cū Chriſto & ſedet
cū eo in cœleſtibus, iam mēte præſumens ſe de diebus
præſentis ſeculi liberatum. Promittit quoq; ſermo diui
nus quod oſtendat populo ſuo, & ouibus hæreditatis
ſuæ mirabilia. Tunc inquit, uidebūt gentes & confun-
dent in omni fortitudine ſua qua uaſtauerāt quōdam
& præualuerant aduerſus populum dei, & confuſio ea
rum habebit profectum cum ſua intellexerint mala. Po
nent enim manus ſuas ſuper os ſuū: malaq; opera om
nem eis loquendi auferent libertatē. Quomodo aūt im
piarum gentium manus claudunt ora eorum, ſic iuſto
rum manus eorū ora reſerabūt, ex opere bono loquē-
di cum deo accipientiū facultatē. Aures quoq; eorū ob
ſurdeſcent, quia malitia non ſolum oculorū obcæcauit
intuitū, ſed & aures fecit ſurdeſcere: noluerunt enim au
Eſa. 33.c dire uocem incantantiū & uenefici incantantis ſapien
ter. Et iuxta Eſaiam: auribus ſuis grauiter audierunt,
quanq; multo minus ſit grauiter audire, q̃ penitus nō
audire, & ſurdū fieri, ut uerbū nō audiat ueritatis. Poſt
tanta mala dicitur de eis, quod lingent humū quaſi ſer
pentes, quæ trahunt terram ambulantes in uentre ſuo,
& comedentes terram omnibus diebus uitę ſuæ. Et car
nis, id eſt, terrena opera facientes & trahentes ſecū uſq;
ad diem ultionis & uiſitationis domini, non puluerē,
non terræ parua ueſtigia, ſed totam humū. Quod cū fe
cerint & ad iudiciū dei uenerint & cōcluſi fuerint atq;
turbati: tamdiu turbabūtur & concluſi erūt, quamdiu

terra quā traxerāt quaſi ſerpētes, permāſerit in eis. Cū C
aūt illa defecerit, obſtupeſcēt & admirabūtur, nō in do
mino deo ſuo: necdum enim merebunt, ut dicatur do
minus deus eorū, ſed in domino deo noſtro. Et ſubito
fit ἀποστροφὴ ad Chriſtū, diciturq; ad eū: Et timebūt à
te, Principiū enim ſa- Pro...
pientiæ timor domi-
ni. Et hæc fient ut ui-
deant gentes & con-
fundant in omni ma
la fortitudine ſua, &
ponant manus ſuper
os ſuū, & auribus ob
ſurdeſcāt, & lingāt ter
ram uelut ſerpentes
qui trahūt humū: ut
primum cōcludātur
concluſiq; turbētur,
inde territi obſtupe-
ſcant ad dominū deū
ſanctorū, & ad extre-
mū ipſi quoq; timeāt
illū. Hoc iuxta Lxx.
Porrò quia non mul
tū ab eis in præſenti
dūtaxat loco noſtra
diſcordat æditio, qđ
in illis dictū eſt, etiā
in hac dictū exiſtime
mus. a ¶ *Quis deus*
*ſimilis, etc.*] Intelligens
propheta gentiū mul
titudinē propterea in
cōcluſiōe ſua eſſe tur
batā, ut obſtupeſce- D
ret & timeret deū: &
idcirco dominū deſæ
uire, ut peccata aufe-
rat & donet ſalutem,
laudat dominum atq; miratur, & dicit: Quis deus ſicut
tu auferens iniquitates, & tranſcendens iniuſtitias, ut
quomodo exterminator in Aegypto tranſcēdit popu-
lum Iſrael, & non uaſtauit eū: Vnde à tranſitu phaſe, id פסח
eſt paſcha nomē accepit: Sic tu parcas gentibus, nequa
quā illis imputās iniquitates ſuas. Porrò quod ſequit:
His qui reliqui ſunt de hæreditate eius, non tenuit in te
ſtimonium iram ſuā, hic eſt ſenſus: Si gentibus peper-
cit quæ legi eius credere noluerunt, & qui ſuperflui &
reliqui de populo ſunt relicti, iniquitates ſuas eis no-
luit imputare, nec in teſtimoniū iuſti ſupplicij eorū in-
tulit iram ſuam: quid faciet de grege ſuo, qui paſcit in
medio Carmeli & in Baſanitide & in Galaad? Volēs e-
nim miſericordiā eſt, & reuertēs miſerebit noſtri, & gra
uia peccata noſtra, & iniquitates quæ ſedent ſuper talē
tum plūbi, ipſe portabit, & demerget in mare & parere
non faciet. Dabit ueritatē Iacob & miſericordiā Abra-
ham: ut ſupplātatori populo & nouello, & ſemper in lu
cta poſito, reddat in Chriſto ueritatē ſuam, & multitudi
ni gentiū (Abrahā quippe uocatur pater multarū gen-
tium) tribuat miſericordiā, ſicut iurauit eis, qui patres Gen. 31.a
extiterūt fidei noſtræ ſecundū dies antiquos, quod de
tota hominū multitudine alios ſaluet in ueritate, alios
in miſericordia. Porrò ubi nos interpretati ſumus, nō
immittet ultra furorē ſuū, pro ultra, Symmachus tran-
ſtulit in ſempiternū: Theodotio in finē, Lxx. & quinta
æditio εἰς μαρτύριον, id eſt, in teſtimoniū, pro quo poſi
tū eſt in Hebræo לנצח, & tam ultra quā ſempiternū & te-
ſtimoniū intelligi poteſt. Dicā & ego in fine uoluminis,
laborē opuſculi mei, domini inuocatione conſignans:
Deus

A Deus quis ſimilis tibi? aufer iniquitatem ſerui tui, tranſi peccatum reliquiarū animæ meæ, ne immittas in me furorem tuum, neq; in ira tua corripias me: Quoniam miſericors es & multæ miſeratiões tuæ. Reuertere & miſerere mei, præcipita iniquitates meas, & mitte eas in profundum maris, ut ſalſugo & amaritudo uitiorū in ſalſa regione diſpereat. Da ueritatē quam promiſiſti ſeruo tuo Iacob, & miſericordiā quam pollicitus es amico tuo Abraham, & libera animā meam à perſecutoribus prophetarū tuorum, Achab & Hiezabel, ſicut iuraſti patribus meis in diebus antiquis, dicens: Viuo ego, C
Ezec.18.g dicit dñs: Nolo mortem peccatoris, tantum ut reuertatur & uiuat. Et alibi: Statim ut conuerſus ingemueris, ſaluus eris. Tunc uidebit inimica mea & operietur confuſione, quæ nunc dicit ad me: Vbi eſt dominus deus tuus? Videbo in ea ultionem tuam, & erit quaſi lutum platearum, atq; calcabitur ne amplius de luto & paleis Aegyptias extruat ciuitates.

Commentariorum in Micheam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN NAHUM prophetam ad Paulam & Euſtochium prooemium.

IVxta ſeptuaginta interpretes in ordine prophetarū duodecim, poſt Ionam Nahum ponitur, quia uidentur de eadem urbe prophetare. Scriptum ſiquidem eſt in Iona: Factus eſt ſermo domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatem magnam & prædica in ea. In Nahum uero iſtud exordium eſt: Aſſumptio Niniue, liber uiſionis Nahum Helkeſæi. Igitur uterq; de Niniue Aſſyriorum metropoli, quæ nūc uocatur Ninus, texunt uaticinium: Porrò in Hebraico poſt Ionam Micheas ponitur, & Micheam ſequitur Nahum, qui interpretatur conſolator. Iam enim decem tribus ab Aſſyrijs deductæ fuerant in captiuitatem ſub Ezechia rege Iuda, ſub quo etiam nunc in conſolationem populi tranſmigrati, aduerſum Niniuen uiſio cernitur. Nec erat parua conſolatio, tam his qui iam Aſſyrijs ſeruiebant, quàm reliquis qui ſub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab iiſdem hoſtibus obſidebantur, ut audirent Aſſyrios quoq; à Chaldæis eſſe capiendos: ſicut in conſequentibus huius libri demonſtrabitur. Sciendum autem eſt quoniam Niniue in noſtra lingua de Hebræo ſpecioſam ſonat: ſpecioſus autem mundus hic dicitur, unde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit, quicquid nunc aduerſum Niniuen dicitur, de mundo figuraliter prædicari. Quam ob cauſam, aſſumptio quam Lxx. interpretantur λῆμμα, & Aquila ἆρμα interpretatus eſt, apud Hebræos מַשָּׂא ponitur, id eſt, graue onus, eo quod eam aduerſus quam uidetur, premat, nec ſinat eleuare ceruicē. Por-
B rò quod additur: Nahum Helkeſæi, quidam putant Helkeſæum patrem eſſe Nahum: & ſecūdum D
Hebræam traditionem etiam ipſum prophetam fuiſſe, cum Helkeſei uſq; hodie in Galilæa uiculus ſit, paruus quidem & uix ruinis ueterum ædificiorum indicans ueſtigia: ſed tamen notus Iudæis, & mihi quoq; à circumducente monſtratus. Simul & hoc attendendū quod hæc ipſa uel aſſumptio, uel onus, uel pondus, prophetæ uiſio ſit. Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus & Priſca Maximillaq; delirant, ſed quod prophetat, liber eſt uiſionis intelligentis uniuerſa quæ loquitur, & pōdus hoſtium facientis in ſuo populo uiſionem. De conſummatione itaq; mundi ſecundum ἀναγωγήν, ò Paula & Euſtochium, in conſolatione ſanctorum prophetia texitur, ut quæcunque in mundo uident, quaſi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent ſe ad iudicij diem, ubi ultor aduerſus ueros Aſſyrios futurus dominus eſt.

## COMMENTARIVM HIERONYMI in Nahum prophetam.

NAHVM

ONVS Niniue, liber uiſionis Nahum Helkeſæi.

ASſumptio Niniue, liber uiſionis Nahum Helkeſæi.

Deus æmulator & ulciſcens dominus.

DEus æmulator & ulciſcens, etc.] Vox prophetæ laudantis deum, quod de Aſſyrijs populi ſui ſit ultus iniuriā. Siue iuxta altiorem intelligētiam quod audiat gemitum ſanctorū ſuorum, & in cōſummatione mūdi faciat aduerſarios ſentire ſupplicia. Quod autē zelus in bonam partē accipiatur & Paulus
1.Cor.12.d apoſt. oſtendit, dicens: Zelamini χαρίσματα maiora.
2.Cor.11.a Et in alio loco: Zelo enim uos dei zelo. Et ipſe domi-
Pſal.68.b nus in pſalmo: Zelus domus tuæ comedit me. Et Heli-
3.Reg.19.b as: Zelans, inquit, zelatus ſum domino omnipotenti
Num.25.c deo Iſrael. Phinees quoq; zelū, & Matathiæ legimus: Et
Act.1.b Simonem zelotem apoſtolum Ieſu Chriſti, quē Mar-
Mar.3.c cus euangeliſta Simonem Chananæum uocat. Zelatur autem dominus in ſalutem eorum quos zelat, ut quos non potuit eius ſeruare clemētia, ſeruet æmulatio. Vnde & ad Hieruſalem quæ propter peccata nimia uiſitationē zeli & furoris eius non merebat, in
Ezec.16.f Ezechiele loquitur deus: Zelus meus recedat à te, & non iraſcar ultra tibi. Quam diu itaq; agebat pœnitentiam mūdus, cōſummatio illius non fiebat: poſtquā uero multiplicata iniqtate refrixerit charitas multorū: ita ut tentent etiā electi dei, tunc zelator dñs uenit in ultionē: nō qđ ipſe ſit inimicus & ultor, qđ de diabolo dicitur, ſed φ inimica ſit eius ultio, & quaſi ignis, ligna, fœnū, ſtipulāq; cōſumat, ut purū aurū remaneat & argentū.





| | |
|---|---|
| HEBR. Vlciſcēns dominus & habēs furorem, Vlciſcens dñs in hoſtes ſuos & iraſcens ipſe inimicus ſuis. | SEP. Vlciſcens dominus cum furore, ulciſcens dñs in aduerſarios ſuos, & tollens ipſe inimicos ſuos. |

Dominus patiens & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.

| | |
|---|---|
| HEB. Dominus in tēpeſtate & in turbine uiæ eius, & nebulæ puluis pedū eius. | SEP. Dñs in cōſummatiōe & in cōmotiōe uia eius, & nubes puluis pedum eius. |

Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad deſertum perducens.

| | |
|---|---|
| HEBRAEI. Infirmātus eſt Baſan & Carmelus, & flos Libani elanguit. Mōntes commoti ſunt ab eo, & | SEP. Imminuta eſt Baſanitis & Carmelus, & quæ florebāt Libani defecerūt. Mōtes cōmoti ſunt ab eo, & |

A a ¶ Vlciſcens dominus & habens, etc.] Secundū utranq;
Prou.3.b intelligentiā, quia diligit dñs quem corripit, & caſtigat oēm filiū quem recipit: ideo iraſcit ut quod aduerſariū & inimicū ſibi eſt, tollat ex hoſtibus, & cōtrarijs cogitationibus fractis, ſermonibuſq; ſublatis, in antiquū redeāt ſtatum. Deniq; in cōſequentibus, ait: Dominus patiens & longa fortitudo eius. Sed quia ſemel & hiſtoriā exponere propoſuimus, inimicos & hoſtes dei intelligamus Aſſyrios, in quos cū diu patiens fuerit, poſtea cū furore & iracundia ultor exiſtet. b ¶ Dominus patiens, etc.] Quod ſignificantius in Græco dicit: κύριος μακρόθυμος, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ ἀθῶον οὐκ ἀθωώσει. Et eſt ſenſus: diu quidē ſceleris Aſſyriorū patiēs fuit, & magnanimitatis ſuæ fortitudine iniquitates eorum ſuſtinuit, prouocās eos
Rom.2.a ad pœnitentiā: ſed quia contēpta bonitate dei, ſecundū cor impœnitens theſaurizauerūt ſibi irā in die iræ, qui ante patiens fuit, nequaq; eos tanq; mundos & innocētes multos abire patieť. Vel certe ita: quoniam in bonā
Pſal.146.a partem ſimul uolumus accipere quæ dicuntur, patiens eſt qui ſuſtentat oēs ruentes, & erigit eliſos, qui ſanat tri-
B bulatos corde, & alligat contritiones eorum, & magna uirtus eius ſoluens inimicitiam in carne, & nocentem non faciens innocentē: cū etiam qui nimiū ſibi applau-
Luc.15.g det quod argutus fuerit, non merito proprio ſed miſericordia dei ſit ſaluatus. Licet enim dicat: Ecce ego tot annos ſeruio tibi, & nunq; præceptū tuum præteriui: tamē quoniam bonus eſt dñs omnibus, & miſericordiæ illius ſuper omnia opera eius, & omnes peccauerunt,
Matt.20.b & indigent gloria dei, iuſtificatus ab eo gratis audiet: An oculus tuus nequā eſt, quia ego bonus ſum? Atq; ita fiet, ut in eo ipſo quod arguit & ignoſcit, nullū innoxium abire patiať. c ¶ Dominus in tempeſtate, etc.] Pro tempeſtate & turbine συντέλειαν καὶ συσσεισμὸν, id eſt, conſummationem & cōmotionem, Lxx. tranſtulerūt: licet in eo ubi nos poſuimus, in tēpeſtate & in Hebræo ſcribitur בסערה, in cōmotione quoq; poſſit intelligi.
Aggei.2.b Hoc aūt ſignificat quod in fine mundi uniuerſa moueātur, iuxta illud quod ſcriptum eſt in Aggæo: Adhuc ſemel & ego mouebo cœlum & terram, mare & aridā: &
Ioan.14.a cū fuerint cuncta cōmota, ut credāt uiæ domini qui in
Mar.13.c euangelio dicit: Ego ſum uia & uita & ueritas. Et: Cum
Eſa.5.b uenerit filius hominis in nubibus. Quibus mandatur
Pſal.35.b in Eſaia: ne pluant ſuper uineam imbrē, & ad quas peruenit ueritas dei, dicente pſalmographo: Veritas tua uſq; ad nubes. Tunc etiam ipſæ nubes, prophetæ uidelicet, animæq; ſanctorum, quæ prius coniunctione carnis fuerant prægrauatæ, eleuatæ in ſublime, tenuioris ſubſtantiæ fient: & in ſcabellum pedum dei redactæ, in extremis quibuſq; inter angelos officijs miniſtrabunt. Priora quippe & antiqua quæ ad caput pertinēt, noſſe non poterunt. Alius uero nubes in cōtrariam partem accipiet, quod ſemper ſerena conturbent, & clarum ſolis ſtellarumq; lumen ſua caligine nitantur prætexere: & quod ſubiectæ poſtea dominicæ poteſtati, in puluerem redigantur & in nihilum, & terra in eis quæ pinguis eſt diſſoluatur. d ¶ Increpans mare, etc.] Iuxta literam, dei potentia deſcribit, qui uindicaturus eſt de aduerſarijs Iſraelē, quod non grande ſit et Aſſyrios deſtruere, cuius maieſtatis ſit etiā elementa mutare. Vel C
certe quia ſemel de cōſummatione mūdi eſſe diximus prophetiā: & hoc ſimpliciter accipite, cum uenerit mundi conſummatio & pertranſierit cœlum & terra, mare quoq; & fluuios ſiccari. Sed mihi legenti in pſalmis: Hoc Pſal.103.e
mare magnum & ſpacioſum, ibi reptilia quorum non eſt numerus, animalia parua cū magnis, ibi naues perambulāt: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei: dignū uideť bonitate & clementia dei, oēm amaritudinem & ſalſuginē maris ſua cōminatiōe deſtruere. Et regnantē in aquis humiliare draconem, & malitiæ exiccare gurgites, in quibus parua natāt reptilia, quorum nō eſt numerus: neq; enim digna ſunt numero quæ cum dracone uerſantur. Flumina quoq; ad deſertum perducens, omnē falſi nominis ſcientiam quæ ſe cōtra deum erigens, flumine eloquentiæ utitur, & uolubilitate uerborū, & tu- D
mentes contorquens gurgites cū miraculo ſpectantiū ferť in pronū. Vide Platonē, ſpecta Demoſthenē, Tulliū quoq; philoſophū pariter & oratorem, & hæreticorum principes intuere, de quibus fuit Valentinus, Marciō, Bardeſanes, Tatianus, & de fluminibus non ambiges. Sed hæc omnia cōſumet dominus Ieſus ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuminatione aduētus ſui, & ad deſerta perducet. Simulq; cerne quod iuxta titulū qui inſcribitur: Aſſumptio Niniue, liber uiſionis Nahum Helkeſei, recte & in Niniue mundus figuraliter intelligitur, & mare eius, eloquētiæ flumina in conſummatione ſiccātur. e Infirmatus eſt Baſan & Carm. etc.] μεταφορικῶς per Baſan & Carmelum & Libanum regionem uberē & montes conſitos, Aſſyrij uaſtitas demōſtratur, quod ille potens quondam & florens & plurimis gentibus imperans, domino iraſcente populandus ſit. Sed & de conſummatione mundi poſſumus intelligere, quod potētes quiq; & nobiles & nimijs opibus abūdantes repente pereant, & dicať eis: Stulte hac nocte auferet animā Luc.12.c
tua à te, quæ aūt præparaſti cuius erunt? Porrò ſecun- בשן
dum interpretationē nominū, quia Baſan confuſionē & ignominiā ſonat, in conſummatione mundi, omnia quæ ignominia & rubore digna ſunt, aſſerimus cū dominus uenerit infirmari, & non ſolū peccata redigi in nihilū, ſed Carmelū quoq;, qui interpretatur ſciētia cir- כרמל
cūciſionis, & eos qui ſibi uidentur in bonis operibus uberes & florentes Chriſto ueniēte trepidare, & impleri illud quod dicitur in euangelio: Cū uenerit filius ho- Luc.18.b
minis, putas inueniet fidē ſuper terrā? Increſcēte quippe iniquitate, refrigeſcet charitas plurimorū, propter quæ ueniet ira dei. f ¶ Montes commoti, etc.] Poteſt & ſimpliciter accipi quod in cōſummatione mūdi, cū in maieſtate ſua ſaluator uenerit, & mōtes & colles, & orbis & terra & cūcta moueanť. Si eñi in paſſiōe eius ſol fugit, ſaxa ſciſſa ſunt, terra cōtremuit, multo magis in claritate eius omnia turbabūtur. Sed & figuraliter mōtes



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad … Biblioteca

HEB. & colles deſolati ſunt & cōtremuit terra à facie eius, et orbis & oēs habitātes in eo. Ante faciem indignationis eius quis ſtabit, & qs reſiſtet in ira furoris eius? Indignātio eius effuſa eſt ut ignis & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. Bōnus dominus & cōfortans in die tribulatiōis, & ſciens ſperātes in ſe. Et in diluuio prætereūte, cōſummationē faciet loci eius, & inimicos eius ꝑſequētur tenebræ. Quid cōgitatis contra dñm, cōſummationem ipſe facit: non conſurget duplex tribulatio

SEP. & colles cōcuſſi ſunt, & cōtracta eſt terra à facie eius, uniuerſitas & oēs qui habitant in ea. A facie irę eius quis ſuſtinebit, & quis reſiſtet in ira furoris eius? Furor eius cōſumit principatus, & petræ cōtritę ſunt ab eo. Suauis dñs expectantibus eum in die tribulationis: & cognoſcēs timentes ſe. Et in diluuio tranſeunte conſumationē faciet: cōſurgētes & inimicos eius perſequētur tenebrę. Quid cogitatis contra dñm: cōſummationē ipſe faciet: nō uindicabit bis in idipſum in tribulatio

A & colles, ſublimes quoq; & potētes intelligēdi ſunt, qui in aduentu dñi proſternent humi, ac de ſolio ſuo depoſiti pauimēto cohærebunt. Facies enim dñi ſuper faciētes mala, ut perdat de terra memoriā eorum. Tūc & terra contremiſcit & orbis atq; uniuerſitas faciem dñi formidabunt: hoc pro ſummo cruciatu pœnaq; ducentia, quod uultū eius reſpicere nō audebūt. a ¶ *Ante faciem indig. etc.*] Pro eo quod nos poſuimus: Et quis reſiſtet in ira furoris eius, apertius interpretatus eſt Symmachus: & quis ſuſtinebit irā furoris eius? Aut rarus igitur aut nullus poterit inueniri, qui ira corripiente non dignus ſit: Nec erit ulla anima quæ nō paueat ad iudiciū dei, cū aſtra quoq; non ſint munda in conſpectu eius. Porrò uerbū Hebraicū [illegible], quod & Aquila & Lxx. ſimiliter tranſtulerunt ἀντιςήσονται, id eſt reſiſtet, ad illam intelligētiam transferamus, de qua in ſecundo Regnorū libro, & in primo Paralipomenō dicitur, ſuper ira dei, genere maſculino.

B Nulliq; dubiū quin ibi ira dei diabolus intelligat, & angeli peſſimi qui mittūtur ad plectendos eos qui ira digni ſunt. Difficile itaq; reperiet in cōſummatione mundi qui immaculatus & purus audeat dicere: (Ioan. 14.d) Ecce uenit princeps mundi iſtius & inuenit in me nihil, & libera aduerſus eum fronte cōſiſtat. Cōtra Aſſyrios autem ſic ſentiendū, quia cū uenerit dominus in tēpeſtate & turbine: ſiccans Babylonis imperiū, quod interpretat mare, & omnia eius regna ſubuertens, quæ intelligunt flumina, & potentiā ubertatemq; eius ad nihilum redigens, quæ μεταφορικῶς Baſan & Carmelus & flos Libani & mōtes colleſq; dicuntur, ac latitudinē imperij concutiens, quæ orbis terrarū appellatur, tunc nulla potētia reſiſtere poterit iraſcēti deo, & populum ſuum uindicāti. b ¶ *Indignatio eius, etc.*] Pro eo quod nos poſuimus, effuſa eſt: Aquila interpretatus eſt συνεχωνεύθη, id eſt, conflata eſt. Symmachus & Theodotio ἔσταξεν, hoc eſt, ſtillauit. Siue igitur conflata eſt indignatio dei quaſi ignis, ſiue furor eius in ſimilitudinē ſtillauit incendij, ut dura corda hominū quæ petræ uocātur contererentur & diſſoluerent: utilis eſt indignatio dei, quæ diu per patientiā noſtra peccata ſuſtētans, uix aliquando cōflata eſt: & tamē non tota prorūpit in pœnā, ſed modico ad nos ſtillabit ardore. Si aūt ſtilla indignationis eius conſumit principatus, aduerſum quos nobis eſt pugnæ colluctatio: quid fieret ſi tota in nos ira dei funderet? Preſtet Ieſus ut auferat cor lapideū, & mutetur in nobis cor carneū, duritiaq; mollita poſſit in ſe (Pſal. 50) præcepta dñi ſuſcipere quæ ſcribunt: Sacrificium enim deo ſpiritus cōtribulatus, cor contritū & humiliatū deus nō ſpernit. Et ut ſciatis clementiā dei ſonare quæ dicta ſunt non ſeueritatē, in conſequentibus diſcite. c ¶ *Bonus dominus, etc.*] Cum iraſci cœperit gētibus & quondam potentiſſima regna uaſtare, ſciet eos qui ſui ſunt, & non una tēpeſtate opprimet nauigantes. Diem autē

C tribulationis ſecūdum ἀναγωγὴν, diē intelligamus iudicij, de quo ſcripſit Eſaias: (Eſa. 13.b) Ecce dies dñi inſanabilis uenit furoris & iræ, ponere orbem terræ deſertum, & peccatores perdere ex eo. Speremus in domino & per patientiā eius expectamus aduentū: ut cū uenerit, bonum eū, non iudicē ſentiamus, & cognoſcat uel ſperātes uel timentes ſe. (2. Tim. 2.c) Scit enim dñs eos qui eius ſunt. d ¶ *Et in diluuio, etc.*] Dñs patiens & multæ miſerationis, & nō iraſcetur in finem, neq; in æternū indignabit, ſed cū creuerit malitia ſuper terram, & omnis caro corruperit uiam ſuā: inducet diluuiū quod pertranſeat, nō quod permaneat in æternū. Conſummationē aūt ſiue finē faciet loci eius, id eſt diluuij: ut quomodo de impio dicit: (Pſal. 36.c) Et pertrāſiui, & nō eſt inuētus locus eius: Et iter (Pſal. 1.b) impiorum peribit: ſic diluuij iter pereat poſt iram domini, ſola apparēte clemētia.

(Hiſtoria) Quod quidē & ſecundū hiſtoriā intelligi poteſt, quia cū uaſtauerit Iſrael & quaſi diluuio terrā repromiſſionis inundauerit, finem faciet captiuitatis, ad ſedes eum priſtinas reuocando: At econtrario inimicos eius Aſſyrios qui populū duxerunt in captiuitatē, tenebrę perſequent.

D Quod aūt diximus de Iſrael & Aſſyrijs, intelligi de cōſumatione mundi & de ſanctis ac de perſecutoribus ſiue cōtrarijs uirtutibus poteſt: quod ſanctorū deus poſt iram miſereatur: perſecutores uero & inimicos eorū qui elegerunt tenebras & non lucē, ipſæ quas elegerūt tenebræ cōprehendant. mittent enim in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dētiū. Verbū מִמְּקוֹמָהּ quod nos interpretati ſumus, loci eius: omnes in duas orationis partes diuiſerunt, ut מ in præpoſitionē de, uerterent, id eſt ἀπό, קוּמֶיהָ ſurgentes interpretarētur. Denique Aquila ἀπὸ τῶν ἀνισταμένων, inquit, id eſt, à conſurgentibus: Lxx. cōſurgentes, id eſt, τοὺς ἐπεγειρομένους: Theodotio, cōſurgētibus ei. Quinta æditio, à cōſurgētibus illi. Solus Symmachus cū noſtra interpretatione cōſentiens ait: Et in diluuio tranſeūte cōſummationē faciet loci eius. Quidā de noſtris, conſurgētes & inimicos, Marcionē & oēs ueteres hæreticos interpretātur, qui aduerſum creatorē diſputāt. e ¶ *Quid cogitatis, etc.*] Symmachus apertius: Nō ſuſtinebūt impetum ſecundæ anguſtiæ. Theodotio: Nō conſurget ſecūda tribulatio. (Tropologia) Loquit aūt iuxta tropologiā aduerſum Marcionem, de quo ſuprà diximus, & omnes ueteres hæreticos, qui bonū neſcio quē confingentes deū, ipſum dicunt conſummationē mūdi eſſe facturū: & arguūt legis deū quaſi crudelitatis, quod multos puniat, & ꝓ peccatis irroget cruciatus. Quid ergo ait cōtra dominū cogitatis? ipſe qui creauit mundū, & conſummationē eius faciet. (Gen. 7.d) Quod ſi uobis uidet crudelis, rigidus & cruentus, quod in diluuio genus deleuit humanū, (19.e) ſuper Sodomā & Gomorrhā ignē & ſulphurē pluit, (Exod. 14) Aegyptios ſubmerſit fluctibus, (Num. 3.5) Iſraelitarū cadauera proſtrauit in eremo: ſcitote eū ideo ad præſens reddidiſſe ſupplicia ne



HEB. tio. Quia ſicut ſpinæ ſeinuicē cōplectuntur: ſic conuiuiū eorū pariter potantium cōſumetur: quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitās contra dominū malitiam, mente pertractās præuaricationem. Hæc dicit dñs: ſi perfecti fuerint, & ita plures, ſic quoq; attōdētur & pertranſibit: afflixi te & nō affligā te ultra, & nunc cōteram

SEPTVAG. bulatione. Quia uſque ad fundamenta ſua redigentur in uepres, & quaſi uoluola circumdata comedetur, & quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitatio cōtra dominum peſſima cogitans contraria. Hæc dicit dominus regnans aquis multis: & ſic diuidentur & auditus tuus non audietur amplius: & nunc conteram

A ne in æternū puniret. Certe aut uera ſunt quę prophetæ loquunt aut falſa. Si uera ſunt quæ de ſeueritate eius uidentur dicere, ipſi dixerunt: Non uindicabit dñs bis in idipſum in tribulatione. Sin aūt falſa ſunt, & falſum eſt hoc quod dicitur: Nō cōſurget duplex tribulatio, falſa eſt ergo & crudelitas quæ in lege deſcripta eſt. Quod ſi uerum eſt, ut negare nō poterunt, dicēte propheta: Nō uindicabit dñs bis in idipſum in tribulatiōe, ergo qui puniti ſunt poſtea non punient. Si aūt illi poſtea punientur, ſcriptura mentit, qđ dicere nefas eſt. Receperunt ergo & qui in diluuio perierant & Sodomitæ & Aegyptij & Iſraelitæ in ſolitudine, mala ſua in uita ſua. Quærat hic aliquis: ſi fidelis deprehenſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat. Aut enim puniet, & falſum eſt hoc quod dicit: Nō uindicabit dominus bis in idipſum in tribulatiōe. Aut nō puniet, & optandū eſt adulteris, ut in præſentiarū breui & cita pœna cruciatus fruſtrētur æternos. Ad quod reſpondebimus: Deū ut omniū rerum, ita & ſuppliciorum quoq; ſcire menſuras, & nō præueniri ſentētia iudicis: nec illi in peccatorē exercendæ dehinc pœnæ auferri poteſtatē, & magnū peccatū magnis diuturniſq;

B elui cruciatibus. Si aūt quis punitus ſit, ut ille in lege qui Iſraeliticis maledixerat: & qui in ſabbato ligna collegerat, tales poſtea nō puniri, quia culpa leuis præſenti ſupplicio cōpenſata ſit. Hebræus hunc locū ita expoſuit: Quid putatis ô Aſſyrij iniquitatē contra dñm cogitātes, quod populū Iſrael, id eſt, duodecim tribus uſq; ad internecionē ipſe cōſumat? Nō cōſurget duplex tribulatio, id eſt, non uobis tradet Iudā & Hieruſalē, ſicut (Matth. 13.a) tradidit decē tribus & Samariā. a ¶ *Quia ſicut, etc.*] Tres differētias quas dñs in parabola ſementis poſuit, excepta terra bona quæ affert triceſimū & ſexageſimū & centeſimū fructū: uidetur mihi propheta replicare: (1. Cor. 3.c) unam quæ iuxta uiam ceciderit, & aliam quæ inter lapides, & tertiam quæ inter ſpinas: quod quidē & Apoſtolus de his qui ſuper fundamentū Chriſti non bene ædificabant, ſuboſtendit quoſdam eſſe qui ædificant lignum, fœnū, ſtipulā. Igitur ligna referamus ad id quod dicitur: Quia uſq; ad fundamenta ſua redigent ad uepres. Fœnum uero ad id quod ſequit: Et ſicut uoluola quæ circumdat comedetur. Porrò ſtipula manifeſte refertur ad ſtipulā, de qua dicit: Et ſicut ſtipula ariditate plena. Propterea ergo non uindicabit dominus bis in idipſum, quia malitia quæ in autoribus hæreſeos orta fuerat, uſq; ad fundamentū & ad radices ſuas conſumetur. Sed & ſi quis in eis uidebatur pompā habere uerborū, id eſt, folia inania, tantū aſpectu delectantia, ſicut uoluola quæ græce dicit σμίλαξ, deuorabit & cōſumetur in nihilū. Voluola aūt herba eſt ſimilis hederæ, quę uitibus & uirgultis circūdari ſolet, & in longū ſerpere. Quicquid etiā in eis uidet habere pompam ſegetis, ſed nō habet ſpicas & grana frumēti, quaſi ſtipula ariditate plena tradetur incendio. Hoc ſecundū Lxx. Cæterū iuxta Hebraicū uere hæreticorū fœdera & neceſſitudines quaſi ſpinæ ſunt ſeinuicē cōplectentes: & cōuiuiū eorū atq; myſteria, quia & ipſi menſam dominicā habere ſe

C dicūt, ſpinarū fœdus eſt, ſimul ueſcentiū paritérq; potantiū. Cum enim ebrij de uinea Sodomorū aduerſus conditorē rabido ore blaſphemāt, nonne conuiuium ſentiū eſt? quod tamē cū ſuis cōſumetur autoribus quaſi ſtipula ariditate plena. b ¶ *Ex te enim, etc.*] Vere ab hæreticis exibit aduerſus dominū inimica cogitatio. An nō uidetur eſſe aduerſus deū malitia & prę uaricatio dicere, qđ Valētinus, quaſi abortiuū errantis ſapiētiæ extremū æditum creatorē? Nonne contra deū cogitatio eſt Baſilidis impudica: & portentoſum ἀβραξας nomē quod pręfertur domino cōditori? Porrò quia docti ab Hebræis uolumus eorū quoq; traditionē ſequi, & noſtris, id eſt Chriſtianis, explanationē hiſtoriæ demonſtrare, dicendū eſt: Non cōſurget duplex tribulatio, id eſt, non capientur ab Aſſyrijs duæ tribus, ſicut captæ ſunt decem. Siquidē dum adhuc in terra Iuda ſunt Aſſyrij & quaſi ſpinę ſeinuicem cōplectunt, lætantes atq; gaudētes, ab angelo cōſumentur, quādo una nocte centū octogintaquinq; millia cæſa ſunt hoſtiū. Pulchre quoq; exercitus eorū multitudinē, ebriorū conuiuio cōparauit, & ipſum conuiuiū non roſarum, non liliorū dixit eſſe, nō florū, ſed ſimile ſpinarum ſeinuicem complectentiū, quæ ſemper

D traduntur igni, & quaſi ſtipula ariditate plena leui cōburuntur ardore. Quod aūt ſequitur: Ex te exibit cogitans contra dominū malitiā, mente pertractans præuaricationē: de Rabſace intelligi uolunt quod de Aſſyrijs (4. Reg. 18 d) egreſſus, blaſphemauerit dñm, & populo perſuadere (Eſa. 36.a) uoluerit, ut deſperās de auxilio domini, ſe Aſſyrijs traderet, nō deo ſed idolis ſeruiturus. c ¶ *Hæc dicit, etc.*] Iuxta literam manifeſtus eſt ſenſus: Licet, inquit, robuſti ſint Aſſyrij, & fortitudo eorū numero augeat cunctarum gentiū: ſic quoq; angelo uaſtante tondētur. Quomodo enim numerus capillorū acutæ forcipi nō repugnat: ita & numerus aduerſariorū dei, facili ſucciſione tollet: & pertranſibit Aſſur uel eſſe deſiſtet, ſiue uaſtato exercitu ſuo reuertet ad patriā, te ſoſpitē derelinquens. Rurſumq; ad Iudā & Hieruſalē ſermo dirigit: Afflixi te & nō affligā te ultra: nō quod perpetuā ſecuritatē polliceat, ſed illius tantū tēporis & ab illis hoſtibus à quib. tūc obſidebat. Deniq; infert: Et nunc conteram uirgam eius, id eſt, Aſſyrij, de dorſo tuo, & uincula tua diſrumpam. Vel per metaphorā poteſtatē eius ſignificans: uel certe uirgam qua percutere conabatur, & uincula quę captiuis parabat: quanq; poſſit & obſidio clauſæ multitudinis pro uinculis accipi. Porrò iuxta Lxx. multo aliter eſt ſenſus. Adhuc em̄ uidet aduerſus eos loqui quibus ſuprà dixerat: Quid cogitatis contra dñm. Et: Ex te exibit cogitatio contra dñm peſſima cogitans cōtraria. Hæc ergo dicit dñs regnans aquis multis: ſiue uirtutibus, quæ dicunt aquæ ſuper cœlos: & præcipitur eis, ut laudent dominū: uel certe intellectibus & ſapiētiæ & doctrinis dei. Sicut enim flumina de uētre iuſti fluent, & fontes uberes in uitam æternam, per uarias multipliceſq; ſentētias quibus imperat ſermo dñi: ita habent & hæreſiarchæ aquas ſuas, quibus imperāt, & quæ ex eorū primū fonte manarunt. Quod aūt ſequit, Et ſic diuidentur:

Universidad de Deusto Biblioteca

A dentur: uel de cœleſtibus quæ in ſupernis deo ſeruiunt uirtutibus intelligi poteſt, quod unaquæq; in ſuo offi cio ſit & miniſterio: uel de multiplici uarietate ſapiētiæ: Ne quia dixerat regnans aquis multis, confuſus & in- diſcretus ſenſuū numerus putaretur: ſed quod unaquę que ſententia diuiſos habeat inter ſe ſenſus & ſeparatas materias proprias q; ὑποθέσεις. Nam quod dicit: Auditus tuus non audie tur amplius: increpa tio eſt in eos, qui ad- uerſus deum contra- ria cogitauerāt: quod oſtenſis ſophiſmati- bus & decipulis qui- bus dei populus irre tiebatur, ſermo eorū ultra non currat, nec ſuſcipiatˀ à populis. Sed & hoc quod in- fert: Et nunc cōteram uirgā eius à te, & uin cula tua diſrumpam: pro ipſis dicitur qui bus fit cominatio, ut nequaquā cędantur à diabolo, & ei ſubie ctū ſint quo autore tanta excogitauerāt atq; confinxe- rant. Conteretur ergo imperiū eius in eos: & uincula quibus peccantium animæ ligabantur, diſrumpētur à ſermone dei: dicente his qui in uinculis ſunt, exite. *a* ¶ *Et præcipiet contra te dominus, non, etc.*] Ideo plus poſui

B de Lxx. interpretibus, quoniam ſecunda περικοπὴ à priori non poterat ſeparari. In eo enim quod dicitur: quia inhonoratus es, pro quo Quinta æditio poſuit, ὅτι ὑβρίσθης, Lxx. tranſtulerunt, quia ueloces, id eſt, ὅτι ταχεῖς, quod in Hebraico legitur קלות Veloces au tem niſi ad inferioris capituli pedes retuleris, pēdet ſen tentia. Itaq; iuxta conſuetudinē meam primū hiſtoriā, & poſtea uulgatæ æditionis ſententiā uentilabo. Præci- pit, inquit, cōtra te dominus, ô Aſſur: ut quod paſſu- rus es, non fortuitu & abſq; aliquo iudice ueniat, ſed deo pronūciante patiaris. Nō ſeminabitur ex nomine tuo amplius: ſtatim quippe Niniuen reuerſus Senna-

Eſa.37.g cherib à filijs ſuis occiſus eſt. Lege Eſaiam, & occiſus in domo dei ſui quam adoraturus intrauerat. Hoc eſt eñ quod ait: de domo dei tui interficiā, inde punieris un- de ſperabas auxilium. Erit ſculptile & conflatile ſepul- chrum tuū, ut inter aras & puluinaria adorantis idola ſanguis nefarius effundatˀ. Iuxta Lxx. autē interpretes cum ſuperioribus iunge quod ſequitur: Nō ſeminabi- tur, inquit, ex nomine tuo amplius. Nequaq; ô hęreti- ci animæ deceptorū ex dogmatibus ueſtris ſuſcipient nomina, quæ prius inuocauerant ſuper terras ſuas: ſi- cut in quadrageſimooctauo pſalmo figuraliter canitˀ. Et proderit uobis hæc ipſa ceſſatio ſationis quæ prius animā ſeminantis: deinde eius in quo ſeminabat inter ficere cōſueuerat. Morietur ergo tibi errorū dogmata, ſed & tu qui prius tibi uiuere uidebaris, morieris erro ri: & bono tuo mortuus, idola quæ colebas habebis ſe pulchrū. Atq; ita fiet ut de pectore tuo, quod ante tem- plum dei tui quē ſimulaueras fuerat, oēs auferantˀ erro res. Hæc aūt euenient tibi qui quondā aduerſus domi nū contraria cogitabas: cum ſermo qui ſemper aſcēdit in montes, in animas uidelicet excelſas atq; ſublimes, ad te ueelociter uenerit: calcatiſq; priorum errorum flu ctibus, & in trāquillū redactis, pacē tibi fidei ſenſumq;

HEB. ram uirgam eius de dorſo tuo, & uincula tua diſrumpā. Et præcipiēt cō- tra te dominus: nō ſemina bitur ex nomine tuo am- plius, de domo dei tui in- terficiā ſculptile & conflati le, ponam ſepulchrum tu- um, quia inhonoratus es. Eccē ſuper montes pedes euangelizantis & annun- ciantis pacem. Celebrā Iu- da feſtiuitates tuas, & red- de uota tua, quia non adij- ciet ultra ut pertranſeat in te Belial, uniuerſus perijt.

Aſcen-

SEP. ram uirgam eius à te, & uincula eius diſrum- pam. Et præcipiet de te do minus: non ſeminabitur ex nomine tuo amplius, de domo dei tui diſperdā ſcul ptilia & conflatilia, ponam ſepulchrum tuum: quia ue loces, ecce ſuper montes pedes euangelizantis & an nunciantis pacem. Cele- bra Iuda feſtiuitates tuas, redde uota tua, quia nequa quā apponent ultra ut per- tranſeat in uetuſtatem: cō- pletum eſt, conſumatū eſt:

aſcen-

C reddiderit. Ignoſcite prolixitati: nō enim poſſum & hi- ſtoriā & tropologiā ſequens breuiter utrūq; cōprehen dere: maxime cū & interpretatiōis uarietate torquear, & aduerſus conſcientiā meam cogar interdum uulga- tæ æditionis conſequentiam texere. *b* ¶ *Ecce ſuper mō tes, etc.*] Paulisp Lxx. interpretes differam, quia & ipſa capitula apud eos interpreta tionis uarietate con- fuſa ſunt. Cumq; hi- ſtoriam breuiter ex- poſuero, æditionem eorum, meo eloquio temperabo. In Parali 2.Par.32.a pomenon ſcribitur li bro: quod obſidente Sennacherib Hieru- ſalem, in primo men ſe paſcha facere non potuerunt. Cæſo au- tem per angelum ex- ercitu eius, & fuga & morte eius annuncia ta, in ſecundo menſe ſumma feſtiuitate pa ſchæ diē celebrarint. Quod ergo dicit tale eſt: O Iuda qui reg- nas in Hieruſalē noli eſſe ſollicitus, interfecto hoſte tuo in tēplo dei ſui: Ecce uenit tibi nūcius, montes colleſq; tranſcurrens, & quaſi de ſublimi ſpecula procul nun- cians Sennacherib mortuū, urbē eius imperio libera- D tā. Celebra feſta, redde uota pro nece inimici, quæ pol licitus es deo: nequaq; ultra pertranſibit per te præuari cator & ἀποστάτης, hoc enim interpretatur בליעל. To- tus interijt, id eſt, exercitus & rex & imperium Aſſyriorū penitus conciderūt. Et hoc quidē iuxta literā: cæterum Allegoriæ ſecundum ἀναγωγὴν dicit ad eccleſiā, dicitur ad ani- mas dñm cōfitentes, quia diabolus qui te prius oppu labat & grauiſſimo premebat iugo: in idolis & cū ido- lis quæ fabricatus fuerat perijt: celebra feſtiuitates tuas & redde deo uota tua, canens cū angelis iugiter: nequa quam enim ultra per te tranſibit Belial, de quo dicit & 2.Cor.6.c Apoſtolus: Quæ cōmunicatio Chriſti & Belial? qua ſub uerſa Niniue totus interijt. Si quando grauiſſima per- ſecutio fuerit, qualis ſub Valeriano & Decio & Maxi- miano: & domini ultio apparuerit aduerſarijs eius, di camus ad eccleſiā: Celebra Iuda feſtiuitates tuas & red de uota tua, &c. *c* ¶ *Celebra Iuda, etc.*] Semel dixi, iu- xta interpretationis uarietatē capitula quoq; ipſa aliter diffiniri, & nō poſſe cū capitulis Hebraicæ interpreta- tionis cōuenire. Itaq; quod nūc dicitˀ, huiuſcemodi eſt: O eccleſiaſtice quia de aduerſariorū tuorū nomine ul- tra non ſeminabitur, & uirga eorū cōtrita eſt, & uincu la diſſipata ſunt, & uenit qui tibi annunciaret pacē: ce- lebra feſtiuitates tuas, non in uino & epulis, ut carnei Iudæi exiſtimāt: ſed in ſpiritualibus delicijs & uolupta te torrentis. O Iuda redde uota tua: quia nequaquam ultra pertranſient inimici qui te adducant in uetuſtatē, hoc eſt qui te uolunt imaginē portare ueteris hominis. Quoniam quod uetus eſt ſeneſcit: & quod ſeneſcit, per ditioni proximum eſt. cōpletus eſt mundus, conſum- Sap.15.a ptus eſt aduerſarius: uenit tibi Chriſtus qui prius in- ſufflauerat in faciem tuam cum te de limo fingeret: & poſt reſurrectionem quoq; inſufflans in faciem apoſto Ioan.20.c lorum ait: Accipite ſpiritum ſanctum: ipſe eſt qui te li- berat de tribulatione. Vaſtata enim Niniue & tranſeun te mundo, tribulatio quoq; pertranſiet.

Aſcen-



A

CAPVT II.

A *Scendit qui diſpergat in facie tua cuſtodiens, etc.*] Neceſ- ſitate compellor quaſi inter ſaxa & ſcopulos im minente naufragio: ſic inter hiſtoriā et allegoriā orationis meę curſum flectere, & ne ſubito impingat at tēdere. Siquidem iu- xta fabulas poetarū: Dextrum Scylla la- tus, lęuum implacata Charybdis, obſidet. Si ſaxa fugimus, in- currimus in profun- dum: ſi cōtortos uor- tices uitamus, in ſa- xa deferimur. Teſtis eſt mihi dominus: me omnia quæ ſecun dum Hebraicū diſſe- ro, nō de proprio ſen ſu loqui, quod argui tur in pſeudoprophe tis: ſed Hebræorū ſe- qui expoſitionem, à quibus non modico tempore eruditus, de beo meis ſimpliciter indicare quæ didici. Certe in lectoris erit arbitrio cum utrūq; percurrerit, quid magis ſequi debeat iudicare. Ad Niniuen igitur nunc ſermo conuertitˀ: & hinc uel maxime obſcuri ſunt prophetæ, quod repēte dum aliud agitur, ad alios per- ſona mutatur, & dicitur ei: Aſcendit ad te Nabuchodo noſor qui te obſideat, qui ante os tuū uaſtet agros, per ſequatur agricolas, rura populetˀ, qui te quoq; ipſam

B clauſam teneat. Quia itaq; ibi imminet bellū: ecce gau- dens propheta nunc præcino: contemplare diligenter & conſpice, & quid tibi eueniat intuere. Conforta lum bos, id eſt, accingere: robora uirtutē ualde, hoc eſt, ex- ercitus congrega: Quia ſicut ultus eſt dominus Iudam

Eſa.37.g de ſuperbia Sennacherib, interfecto exercitu eius in Iu dæa: & ipſo quoq; à filijs ſuis iugulato: ſic ulciſcitur Iſ- rael, id eſt, decem tribus quæ à Niniue poſſidentˀ. Vtrū que enim & Iudam & Iſrael uaſtauerunt & euerterunt Aſſyrij, & ſub metaphora uitis, amborum propagines corruperunt. *b* ¶ *Contemplare uiam, tene lumbum, confor tare, robore, etc.*] Tria præcipiuntur Iudæ: Primum ut cō templetur uiam, & iter per quod ambulaturus eſt, dili

Hier.6.d genter aſpiciat, iuxta illud quod in Hieremia ſcriptum eſt: State in uijs & interrogate ſemitas æternas, & uide- te quę ſit uia bona & ambulate in ea: ut cum ſteterimus in uijs multis, ueniamus ad eam uiam quæ dicit: Ego

Ioan.14.a ſum uia. Deinde dicitur ei, ut teneat lumbum, id eſt, ut

1.Cor.9.g poſt electionem uiæ mortificet corpus ſuum, & ſeruitu ti ſubijciat: ne quaſi rex & magiſter alijs prædicans, ipſe reprobus inueniatur. Longum eſt nunc dicere quod uirtus diaboli uel maxime ſit in lumbis: & quod ad Da

Pſal.131.b uid repromiſſio fiat: De fructu lumbi tui ponam ſuper

Heb.7.b thronum tuum. Et illud apoſtoli: Adhuc enim in lum- bo patris ſui erat Abrahæ Leui, quando iuit in occur-

Matth.3.a ſum Abraham Melchiſedech. Et quod Ioānes zona pel licea cingitur: & quod à ſaluatore diſcipulis imperatur:

Luc.12.e Sint lumbi ueſtri præcincti. Et Apoſtolus ad Epheſios:

Eph.6.c State ergo accincti lumbos ueſtros in ueritate. licet eñ ἄσκησις plurimū præſtet, & uitæ cōtinentia ſuper mor tificatione lumborū: tamē nihil eos ita mortificat ut co gnitio ueritatis. Vnde dicitˀ: accingite lūbos ueſtros in ueritate. Si enim ueritas eſt Chriſtus, qui tota in Chri- ſto mēte credidit, lumbos ſuos mortificauit in Chriſto. Tertio pręcipitˀ, cōfortare uirtute nimis. elegiſti, inquit,

Cap. II

A Scēndit qui diſper- gat in facie tua cuſto diens obſidionem: con- templare uiam, cōforta lū- bos, robora uirtutē ualde: quoniā ſicut reddidit dñs ſuperbiæ Iacob: ſic reddet ſuperbiæ Iſrael, quia uaſta- tores diſſipauerunt eos: & propagines eorum corru- perunt. Clypeūs fortium eius ignitus: uiri exercitus in coccineis: igneæ habe- nę currus in die pręparatio nis

SEP. aſcendit inſufflans in faciem tuā, eruēs de tribula tione. Cap. II

C Ontemplāre uiā, te- ne lumbum, confor- tare robore uehementer: qm̄ auertit dominus cōtu meliā Iacob ſicut cōtume- liam Iſrael, quia excutien- tes excuſſerunt eos: & pro- pagines eorum demoliti ſunt. Arma potētiæ eius ex hominibus: uiros fortes il- ludentes in igne: habenæ curruū in die præparatio- nis

C uiam, tenuiſti lumbū, aſſume uirtutē ut poſſis pugna- re cū hoſtibus. Et ne forte diffidas, datur tibi cauſa cur ſperes: Auertit, inquit, dominus contumeliam Iacob, ſicut cōtumeliam Iſrael: quod ambiguum eſt. aut enim ipſius Iacob contumeliam qua cæteris faciebat iniuriā auertit: aut cōtume- liam quā ab alijs ſuſti nebat Iacob, auertit dominus. Sed mihi uidetur melius eſſe ut contumelia quam Iacob ſolebat cæteris facere, à domino ſit auerſa. Nō enim tan- tæ uirtutis eſt, ab alijs factam iniuriam ſuſti nere: quātæ gratię do mini eſt, placidū, mi- tem, atq; trāquillum iniuriam facere non poſſe. Quæritur, quo modo auerſa eſt iniu ria Iacob: ſicut auerſa fuerat & Iſrael? Poſt- Gen.32.f quam luctatus eſt Ia- cob cum angelo, Iſ- raelis nomen meruit accipere: & quia uidit deum, iniuriam facere ceſſauit. Sicut ergo Iſrael ſenſus uel uir uidens deum, & ſemper de deo cogitans, facere neſcit iniuriam, ſic omnis pro- cacitas & contumelia auerſa eſt à Iacob: hoc eſt, à ſup- plantatore: ab eo qui adhuc in certamine poſitus ſup- plantat inimicos. Vt autem ſciamus quomodo iniuria in malam partem accipiatur, Salomon teſtis eſt, dicēs: Oculus contumelioſi, lingua iniqua. Quomodo autē D ſecundum utrāq; intelligentiā iniuria auerſa ſit ab Ia- Prou.17 cob: quæ prius auerſa fuerat ab Iſrael, ſequēs ſermo de clarat: Quia excutientes excuſſerunt eos, & flagella eo- rum demoliti ſunt, ſiue corruperunt. Angeli, inquit, ſin Matt.18.d gulorum qui quotidie uident faciem patris, quicquid Ioan.13.a in Iacob & Iſrael adhæſerat pulueris excuſſerūt. Vnde & Petro lauantur pedes. Et per prophetā dicitur: Excu Eſa.52.a te puluerem, & exurge Hieruſalē. Diſcipulis quoq; à ſal Matt.10.b uatore præcipitur: Excutite puluerem pedum ueſtro- rum. Et in pſalmis ſcriptum eſt: Sicut ſagittæ in manu Pſal.126.a potentis ita filij excuſſorum. Auerſa eſt itaq; mēs ad cō tumeliam prompta, à uero Iacob & à uero Iſrael: quia quicquid in eis terrenum fuerat, & de inferiori fece cō cretum: hoc miniſtris angelis ſiue monitoribus ac ma- giſtris excuſſum eſt atq; mundatū: qui non ſolum ex- cuſſerunt eos, ſed uitia quoq; quæ ad præſens tantum ſenſus uoluptate demulcent, & in modum flagellorū ac propaginum quæ abſq; fructu folijs plena ſunt, diſſi pauerunt: dicente domino: Omnem propaginem quę Matt.15.b in me manet & fructū affert, pater meus mundat ut fru ctum magis afferat: quod autē in me non manet, & fru ctum non affert, pater meus præcidet & in ignem mit- tet. *c* ¶ *Clypeus fortium eius ignitus, etc.*] Secundum hi- ſtoriam aduerſum Niniuen ordo ſequitur, & deſcribi tur Babyloniorū exercitus contra eam ueniens. Quod autem ait: Igneæ habenę curruum in ardentibus loris, uelocitatem præparantiū ſignificat, & quaſi ἐπινίκιος præparantium ſe ad prælium pompa narratur. Cōmi- xtumq; nunc de Iſrael quæ olim paſſus ſit: Nūc de Aſſy- rio quid fecerit: nunc de Babylonijs quæ exerceant in Aſſyrios, ſcriptura contexitur. Non eſt ergo, ait, mirū ſi tam uelociter ad uaſtandum ueniant: cum agitatores & fortes uel Iſrael ante, uel poſtea Aſſyriorum fuerint compoſiti. Ruſumq; ad deſcriptionis ordinē rediens:

Universidad de Deusto Biblioteca

A Tanta eſt (inquit) multitudo uenientiū, ut cōmixtum agmen ſit in itinere, & diſcerni nequeat. Ipſe quoq; quadrigæ dum uiam nō reperiunt, præ multitudine inter ſe colliduntur in plateis. Aſpectus Babyloniorū quaſi lampades, quaſi fulgura diſcurrētia: ut ante uiſu aduerſarios terreant quàm mucrōe proſternāt. Tūc recordabit Aſſur fortium ſuorum, & quæret eos qui in itineribus corruerūt, & aſcēdet uelociter muros Niniue: ac ꝓpter obſidionem longiſſimā ad depellēdos æſtus præparabit umbracula. Sed quid prodeſt ædificare domū niſi dn̄s ædificauerit? Quid iuuat claudere portas, quas dominus reſerat? Apertæ ſunt portæ Niniue quæ ad inſtar fluminum habebat ciuiū multitudinem, & tēplum, id eſt regnum eius deſtructū eſt, & miles captiuus abductus eſt, hoc eſt, omnes ducti ſunt in Babylonē. Ancillas uero Niniue per metaphoram minores ur- B bes & uiculos & caſtella intellige. Vel certe captiuæ mulieres minabuntur ante ora uictorum: tantuſq; terror erit, ut ne in ſingultus quidem & ululatum erūpat dolor: ſed intra ſe tacite gemant, & obſcuro murmure deuorent lachrymas in morem muſſitātium columbarum. Hæc iuxta Hebraicā traditionem. Nunc ueniamus ad Lxx. translatores: Excutientes qui excuſſerunt, &c. Iacob & Iſrael, & flagella eorum diſſipauerunt: arma quoq; quæ dum contumelioſi eſſent habere conſueuerant, & quibus infirmos quoſq; oppreſſerant confregerūt, & hoc non ſolum fecerūt, uerūetiam uiros fortes qui illudebant in igne diſperdiderūt. Conſydera an poſſis uiros fortes dicere illudentes in igne, fortitudines contrarias quæ miniſtrant ardentibus iaculis diaboli, qui fortes & illudentes quondam in igne Iacob & Iſrael habebāt currus & equos, quibus cōciti ferebant in bellū in die præparationis ſuæ. Horū igitur curruū habenæ & equites conturbabuntur in itineribus, & collidentur in plateis: quādo illuſtratione domini Iacob & Iſrael illuſtrato, tam dæmones quàm hi qui eorum ſeruiunt uoluntati, à domino ſubuertentur. Poſſumus hæc & de primo eius aduentu intelligere, quādo uiri fortes & agitatores cur-

Matt. 8.d ruum & equites loquebātur: Quid nobis & tibi fili Dauid, uenisti ante tempus torquere nos? Sed quoniā ſemel prophetiam contra Niniuen de conſummatione mundi accepimus, melius eſt ut dicamus, arma potentiæ diaboli tunc tolli ab hominibus, & miniſtros eius fortes qui illudebant hominibus in igne. Omnes enim adulterantes quaſi clibanus corda eorū: uincula quoque quibus captiui ducebantur in uitia, & aſcenſores curruum relaxari. Timebūt enim equites in exitibus: hoc eſt in conſummatione mundi, & confundentur & collidentur currus in plateis: quamuis enim lata & ſpa-

HEB. nis eius, & agitatores conſopiti ſunt, in itineribus conturbati ſunt: quadrigæ colliſæ ſunt in plateis. Aſpectus earum quaſi lāpades, quaſi fulgura diſcurrentia. Recordabitur fortium ſuorum: ruent in itineribus ſuis: uelociter aſcendent muros eius, & præparabitur umbraculum. Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum eſt, & miles captiuus abductus eſt: & ancillæ eius minabantur, gemētes ut columbæ, murmurantes in cordibus ſuis. Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquæ eius: Ipſi uero fugerunt: State, ſtate, & non eſt qui reuertatur: diri-

SEP. nis eius, & equites timebūt in exitibus & cōfundētur currus & collidētur in plateis. Aſpectus eorum quaſi lāpades ignis, & quaſi fulgura diſcurrētia: & cōmemorabūtur optimates eorum & fugiēt in diebus, & infirmabuntur in itinere ſuo: & feſtinabūt ad muros: & pręparabūt propugnacula ſua: portæ ciuitatū apertæ ſunt, & regalia conciderunt, & ſubſtantia reuelata eſt, & ipſa aſcendebat, & ancillæ eius ducebantur ſicut columbæ loquentes in cordibus ſuis. Et Niniue ſicut piſcina aquarum aquæ eius: & ipſi fugientes non ſteterunt: & non erat qui reſpiceret: diri-

C cioſa uia ſit, quæ ducit ad mortem: tamen preſſura temporis coartati, rectum iter inuenire non poterunt: ſed in ſeinuicem collidentur, & nihilominus ſpirabunt ueterem furorem, & quaſi fulgura huc illucq; diſcurrent. Videbam (inquit dominus) ſatanam quaſi fulgur de coelo cadentē. Luc. 10.d Quod cum diabolus & omnes optimates eius intellexerint, recordabuntur conſummationis quæ olim fuerat prædicta, & fugiēt in diebus: Nequaq; enim uerſabuntur in noctibus, ſed clareſcente die, tenebræ fugabuntur: & infirmabuntur itinere non proficientes nec explētes conatus ſuos, & feſtinabunt ad muros. Tantus quippe eos uenientis domini terror inuadet, & tam imbecilles ad repugnandum erunt, ut ad terminos mundi fugiāt, quibus quaſi muris mundus includitur & ambitur, & præparabunt ſe ad reſiſtendū. Quomodo ſi quis inimicū fugiat, non audēs ei re- D ſiſtere, cum ad ſolitudinem uenerit: ſi forte hoſtis ſequatur, neceſſitate cogitur repugnare. Verum illis hoc cogitantibus, uniuerſa quæ ab eis obtenta fuerāt & poſſeſſa, proferentur in medium, & aperientur portæ quas clauſerant, & regna eorum cadent, & ſubſtantia, id eſt diuitię reuelabuntur. Ipſa autem mūdi ſubſtātia & omnes ancillæ eius poſtquàm ſe Chriſto ſubiecerint, & ei ſeruire cœperint: ducentur lætæ atq; gaudētes, & ex intimo cōfeſſionis corde credentes: ita ut columbarum mūdiciæ comparentur, murmurabunt ſeu loquentur in cordibus ſuis: Et tunc adimplebitur quod in ſexageſimoſeptimo pſalmo de uictoria dicitur ſaluatoris: Aſcendēs in altum, captiuam duxit captiuitatem. a ¶ *Et Niniue quaſi piſcina aquarum aquæ eius: ipſi uero fugerunt: State, etc.*] Manifeſtum eſt quod ciuitatibus Niniue (quas filias eius ſcriptura cognominat) in captiuitatē deductis: ipſa Niniue quæ tantos nutrierat populos, ut piſcinarū aquis compararentur, inutilem hābeat multitudinem: dum nullus eſt qui reſiſtat & irruentium Babyloniorū impetum ferat. Habebat enim populos qui tantūmodo fugerent, & clamante matre: State, ſtate: claudite portas, muros aſcendite: hoſtibus repugnate: nullus eſſet qui reuerteretur: nemo qui reſpiceret ad matrem: ſed omnes terga uertentes, prædæ inimicorū deſererent ciuitatem. Vnde dicitur ad Babylonios: quia illi fugerūt, diripite argētum, & tanto tēpore congregatas opes ſubita uaſtatione prædamini. Non enim eſt finis diuitiarum, ſupellectilis & uaſorū, quæ in Niniue condita ſunt: nec poteſtis tantum rapere, quantum ad diripiendum illa ſe præbet. Sed quia Niniuen ſpecioſam, id eſt mūdum ſemel diximus, uideamus quæ piſcina ſit mundi. Non ait ſcriptura: quod aquæ Niniue ſint quaſi aquæ maris, nec quaſi aquæ fluminum, nec quaſi aquæ fontiū, nec



A nec quaſi aquæ puteorum: ſed quaſi aquæ piſcinæ: Vt
Hier. 2.d quomodo in Hieremia populus arguitur: qui dereliquit fontem aquæ uiuæ, & fodit ſibi lacus cōtritos qui non poſſunt aquam continere: ſic & Niniue omnes aquæ illæ ſint quæ de cœlo ceciderint, & antiquam altitudinem relinquentes, in ima lapſæ ſint. Omnia enim dogmata mundi huius quæ extra fontem ſunt eccleſiæ, hortumq; ſignatum: nec poſſunt dicere: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Nec de illis aquis ſunt quę ſuper cœlos
Pſal. 45.a laudent nomē domini: quāuis magna uideantur, tamen parua ſunt & anguſto fine concluſa. Nec moueat quempiam quia piſcinam in malam partem accepimus: illa piſcina ad quā Eſaias filius Amos prophetæ iubetur aſcendere: Ibi enim cum additamento dici-
Eſa. 7. 36.a tur: Piſcina aquæductus, & piſcina fullonis: quæ ſordes lauare conſueuit, & maculas ueſtium eluere. Quæ quia in ſublimi poſita eſt: ideo ad eam propheta iubet aſcendere, & in occurſum regis de duobus ambuſtis torribus uictoriam polliceri. Sequitur: Fugientes non ſteterunt: habitatores uidelicet Niniue. Primum quidē deū fugere non debuerant: deinde etiam ſi fugerant, aliquādo ſtare debebant: Magna enim differentia eſt inter eū qui fugit & ſtetit, & qui fugiens nunquàm ſtetit. Qui enim ſtat, fugere ceſſauit: qui nō ſtat, ſemper in fuga profectus eſt. In tanta ergo turba fugiētium nullus erat qui
B reſpiceret, & ageret pœnitentiam, & audiret loquētem
Hiere. 3.g dominum: Reuertimini ad me filij reuertentes: & ſanabo contritiones ueſtras. Vnde & ſanctus loquitur in
Pſal. 141.b pſalmis: Perijt fuga à me. Hoc ipſum puto & lepræ ſignificare myſterium, ſuper qua in Leuitico dicitur: Cum leproſus à ſacerdote extra caſtra fuerit ſeparatus: ſi ſteterit lepra, purum eſſe hominem, & mundari eum qui quaſi leproſus fuerat abiectus, & redire ad caſtra, & habitare in populo. Sin autem (inquit) diffuſa fuerit lepra, id eſt non ſteterit, ſed creuerit, & in malo habuerit profectum, & mutauerit colorem priſtinæ ſanitatis: tūc lepra manifeſtiſſime cōprobatur ab eo, qui habet ſcientiam inſpiciendæ & purgandæ lepræ. Sed & nobis præcipitur à uero Salomone ut habitemus in Hieruſalem, nec unquàm egrediamur ex ea. Quod ſi fugerit nos, id quod ante nobis fuerat ſubiectum, & ierit ad Allophylos: non egrediamur muros ciuitatis noſtræ: nec ſequamur fugitiuorum ueſtigia: ne dum uolumus ſaluare fugientes, ipſi pereamus: quin potius dimittamus, ut mortui ſepeliant mortuos ſuos: & ſcandalizantē oculum, manum, & pedem, dum licet eruamus & abſcidamus à nobis. Quod autem dicitur: Diripiebant argentum, diripiebant aurum, & non erat finis ornamenti eius: aggrauata eſt ſuper omnia uaſa concupiſcentiæ ſuæ: de aquis dicitur Niniue, & de fugientibus qui fugerant & non ſteterunt, neq; erat qui reſpiceret, & qui non ſolum fugiſſe & non reſpexiſſe contenti, inſuper diripiebant argentum: quicquid in mundo uidebatur eloquij, diripiebant aurum, quicquid præclarum ſententiarum erat in doctrina ſeculi, ut ornarent Niniuen: ut dogmata ſua omni ſenſuum uerborumq; flore componerent. Propter quod aggrauata eſt Niniue ſuper omnia uaſa concupiſcentiæ ſuæ: quanto enim plus habebat multam auri & argenti poſſeſſionem, & uariam

HEB. diripite argentum: diripite aurum, & non eſt finis diuitiarum ex omnibus uaſis deſyderabilibus. Diſſipāta eſt & ſciſſa & dilacerata: & cor tabeſcens, & diſſolutio genuum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium ſicut nigredo ollæ. Vbi

SEP. diripiebāt argentū: diripiebāt aurū, & nō erat finis ornamenti eius: aggrauata eſt ſuper omnia uaſa cōcupiſcētiæ ſuę. Excuſſio, rediſcuſſio, & ebulitio, & cordis cōfractio, & diſſolutio genuū, et dolores ſuper omnem lumbum, & facies omniū ſicut aduſtio ollæ. Vbi

C ſuppellectilem, quæ erat grauis: tanto magis ipſa aggrauabatur, quę grauia diligebat. Vnde & iniquitas in Zacharia ſuper talentum plumbi ſedet, Zach. 5.c & Aegyptij qui erant peccatis graues, dimerſi ſunt in mare ut plumbū. Et ex perſona peccatoris dicitur in Pſalmo: Quaſi onus graue aggrauatæ ſunt ſuper me. Pſal. 37.a Et Petrus qui ante leuis pēdulo greſſu calcabat undas: Matt. 14.d poſtquam in fidelitate aggrauatus, uorabatur à fluctibus, manu domini ſubleuatur. a ¶ *Diſsipata eſt ſciſsa & dilacerata, etc.*] Sub metaphora captiuæ mulieris, Niniue diſſipata, ſciſſa, lacerata deſcribitur: tabeſcente corde, diſſolutis genibus, renibuſq; confractis, & quod omnium habitatorum eius præ terrore hoſtium, & magnitudine metus, facies in ollarum ſimilitudine uideantur exuſtæ, tabidæ, & pallore deformes. Porrò iuxta Lxx. altius intelligendum eſt, quid ſignificet excuſſio, rediſcuſſio. Qui de populo dei eſt, & quaſi homo aliquando peccauit, & reuertitur ad priſtinum ſtatum, quaſi Hieruſalē dicitur ei: Excute puluerē pedum tuorum, & conſurge Hieruſalem. Eſa. 52.a Et qui talis eſt ut poſtq; fuerit excuſſus, in ſagittas dei tranſire mereatur, & à domino contra inimicos tendi, canitur de eo: Sicut ſagittæ in manu potētis, ita filij excuſſorū. Pſal. 126.a Cumq; ueſtigia eius quaſi ingredientis ſuper terram aſperſa fuerint puluere, audiet à ſaluatore: Excutite puluerē pedum ueſtrorū in teſtimoniū illis: Mar. 6.b haud dubium quin eos dicat, qui recipere noluerunt prædicantes. D Qui uero de Niniue eſt, quæ aggrauata eſt ſuper omnia uaſa concupiſcentiæ ſuæ: iſte nō ſemel excutitur, ſed frequenter. Et poſtq; rurſus fuerit excuſſus, & ſuperficies illius emundata: ne quid intrinſecus ſordium maneat: fit etiam ei ebulitio quæ ſignificātius in Græco dicitur ἐκβρασμὸς: proprie ſiquidem ἐκβρασμὸς in iſtiuſmodi rebus ponitur: cum quod latebat intrinſecus, erumpit in faciem. Vnde papulæ quoque quæ poſt ægrotationem naſcuntur in labijs, uocātur ἐκβράσματα: & ſanitatis uidetur indicium, morbum in ſuperficiem prorupiſſe. Non ſolum autem hoc remedium adhibetur Niniue, ut excutiatur crebro & de uitalibus eius ægrotatio latens cogatur exire: ſed etiam cordis confractio & diſſolutio genuum prædicatur: ut quomodo Pharaonis durum & lapideum cor confractum eſt: quod quamdiu habuit, dei populum non dimiſit: Sic & Niniue fractū cor emolliatur & mutetur in carneum: ut rigida genua quæ prius deo non curuabantur, diſſoluantur, & flectātur deo: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: Et in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: Philip. 2.b Vt poſtquàm cognouerint creatorem ſuum, audiant: Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia roborate. Eſa. 35.b Et dolores, inquit, ſuper omnem lumbum. Iam ſupra diximus in lumbo coitum ſignificari, & quod omnia opera quæ ad commixtionē pertineant, renum appellatione monſtrentur. Grandes igitur in conſummatione dolores erunt in renibus: quia draconis omnis uirtus in lumbo eſt, Iob 40.b & pro his omnibus propter quæ præceſſit excuſſio, rediſcuſſio, ebulitio, & cordis confractio, diſſolutio genuū, dolores renum, erit facies omniū quaſi aduſtio ollæ: ut uel igni ardoriq; ſit proxima, uel nitorē amittens olei, nigreſcat

Universidad de Deusto Biblioteca

A in carbonum ſimilitudinem, & confuſione operiatur
æterna: à qua ſanctus procul eſt dicens: Signatum eſt ſu
Pſal. 4.b per nos lumen uultus tui domine. Reuelata enim facie
2. Cor. 3.b gloriam dei contemplatur. Et puto, quomodo alia eſt
1. Cor. 15.c gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum, & ſtella à ſtella dif-
fert in claritate: ſic in
reſurrectione mor-
tuorum, & claritatis
inter ſanctos, & nigre
dinis inter peccato-
res, magnam futurã
eſſe diſtantiam. a

Vbi eſt habitaculum leonum, & paſcua catulorum leo-
num: ad quam iuit leo ut ingrederetur illuc catulus leo-
nis, & non eſt qui exterreatur. Leo cepit ſufficienter ca-
tulis ſuis: & necauit leænis ſuis, & impleuit præda ſpelun
cas ſuas, & cubile ſuum rapina.

HEB. Ecce[b] ego ad te, dicit
dominus exercituum: &
ſuccendam uſq; ad fumũ
quadrigas eius, & catulos
tuos comedet gladius: &
exterminabo de terra præ-
dã tuã: & non audietur ul-
tra uox nunciorũ tuorum.

SEPTVAG. Ecce ego ad
te, dicit dominus omnipo-
tens: & ſuccẽdam in fumo
multitudinem tuam, & leo
nes tuos comedet gladius,
& auferam de terra prædã
tuam, & non audientur ul
tra opera tua.

Cap. III.

VAe ciuitas ſanguinũ
uniuerſa mẽdacij di-
laceratione plena: non re-
cedet à te rapina, uox fla-
gelli

Cap. III.

O Ciuitas ſanguinum
tota mendax, iniqui-
tate plena: non contrecta-
bitur uenatio: uox flagel-
lorum

¶ *Vbi eſt habitaculum leo-
num, & paſcua catulo-
rum leonum: ad quam iuit
leo ut ingrederetur, etc.*]
Pro ſpeluncis & leæ-
nis, κατοικητήριον ϗ
σκύμνους, id eſt, nidos
& catulos, Septuagin
ta tranſtulerunt, in cę
teris idem ſenſus eſt.
Adhuc autem de Ni
niue dicitur: quod
habitaculum fuerit
regum, & aula nobi-
lium: ad quam perre
xit leo rex Babyloni-
us, id eſt Nabucho-
donoſor, & catulus
leonis ſubreguli quo
que eius, & non fuit
qui eis reſiſteret. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, &
necauit leænis ſuis. Idem uidelicet Nabuchodonoſor
B uictoriæ cuncta iure poſſedit, & liberis urbibusq; ſuis,
uel certe uxoribus in ſeruitutem captiuos tradidit, &
impleuit præda ſpeluncas ſuas: ſiue ut in Hebræo habe
tur, foueas ſuas, & cubile ſuum rapina: tam theſauros
quàm ciuitates, auro, argento, ueſtibusq;, omniq; or-
natu complens: ut quod Niniue habuerat, Babylõ quę
uicerat, poſſideret. Quia uero ſecundum ἀναγωγὴν &
in Iona, & in hoc propheta Niniuen mundum iſtum
1. Ioan. 5.d interpretati ſumus: Et iuxta Ioannem: Totus mundus
in maligno poſitus eſt: Poſtquam mundus pertranſie-
rit habitaculum beſtiarum, & in quo paſcebantur leo-
nes: tunc admirantes exultanteſq; dicemus: Vbi eſt ha
bitaculum leonum, ad quod iuit leo diabolus: de quo
1. Pet. 5.b loquitur & Petrus: Aduerſarius ueſter diabolus, quaſi
leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Et catu-
lus leonis, antichriſtus: & omnes doctrinæ peruerſæ,
1. Ioan. 2.c ſermo contrarius. Audiſtis (inquit Ioannes) quia Anti
chriſtus ueniet: nunc autem Antichriſti multi ſunt: tot
enim Antichriſti ſunt, quot dogmata falſa. Et ante ad-
uentum Chriſti non fuit qui exterreret: Sed poſtquàm
dominus noſter uenit in mundum & Niniuen ingreſ-
Luc. 10.c ſus eſt, uidit quaſi fulgur ſathanam de cœlo cadentem:
Eſa. 14.a Et cecidit de cœlo lucifer qui mane oriebatur. Venit e-
Iudic. 14.a nim uerus Samſon ad Allophyllos: & dum pergit in
תִּמְנָתָה Thamnas, quod interpretatur conſummatio eius: ut
pauperculam de gentibus duceret Dalilam, interfecit
leonem cui uenerat conſummatio: & illo mortuo, co-
1. Reg. 17.d medit mella dulcedinis. Sed & uerus Dauid ſeruans o-
ues patris ſui, apprehendit leonem, & interfecit eum: &
בְּנָיָה Banaias, qui interpretatur ædificator dominus: deſcen
dit in lacum ſeculi iſtius: qui calentes aquas refrigera-
re conſueuit, & interfecit leonem. Et in uiſione Eſaiæ,
Eſa. 35.d quæ aduerſum quadrupedes cernitur, primum de an
guſtia harum dicitur beſtiarum: In tribulatione & an-
guſtia leo & catulus leonis. Iſte leo antequàm interfi-
ceretur à Chriſto, plurimos cœpit in prædam catulo- C
rum ſuorum: & necauit leunculis ſuis, ſatellitibus ſuis
uidelicet dæmonijs. Vide hæreticorum conuenticula,
& captos multos à leone non quæres. Conſydera mor
tuos qui reliquere uitam, & eccleſias eorum non uoca
bis ouile paſtoris,
ſed leonis ſpeluncas
quas impleuit cada-
ueribus & ſanguine
mortuorum: Poſuiſti
(ait Dauid) tenebras, Pſal. 103.c
& facta eſt nox: in ip
ſa pertranſibunt om
nes beſtiæ ſaltus: Ca-
tuli leonum rapere et
quærere à deo eſcam
ſibi. Difficile leo inue
nitur in die, ſed ſem-
per in noctibus cir-
cuit: ut de eccleſia
Chriſti rapiatur eſcis Abac. 1.d
iuxta Abacuk ſature
tur electis. Deniq; Iu-
das de ouili Chriſti
fuit, & raptus à leone
ſuſpendio ſuffocatus
eſt. Sed & ille prophe
ta cui præceperat do
minus, ne comede-
ret panes in regione
ea, ubi uituli aurei e-
rant, & mentita reli-
gio: quia comedit, à leone percuſſus eſt. Hieremias quo Hier. 5.b
que de peccatoribus loquitur: Percuſſit eos leo de ſyl-
ua, & lupus uſq; ad domos diſperdidit eos, & pardus D
uigilauit ſuper ciuitates eorum. Omnes qui egrediun
tur ex eis, capientur. In quo animaduerte quod nemo
capiatur, niſi qui de ciuitatibus dei fuerit egreſſus. in
quarto etiam regnorum libro, habitantes in ciuitati- 4. Reg. 17.d
bus Samariæ, & neſcientes iudiciũ dei terræ, interficie-
bantur à leonibus: donec didicerunt colere deum, & à
leonibus liberati ſunt. Ob hanc cauſam reor, & quod-
cunque à beſtijs captum eſt, in dei ſacrificijs non of-
ferri, & à propheta dici: Immundum, & captum à be-
ſtia, non eſt ingreſſum in os meum. Interfectus eſt er- Iudic. 14.c
go leo, & falſis dogmatibus confutatis, de comedente
exiuit eſca, & de forti egreſſum eſt dulce. b ¶ *Ecce
ego ad te, dicit dominus exercituum: & ſuccendam uſque ad fumum
quadrigas eius, & catulos tuos comedet gladius, etc.*] O Niniue,
uniuerſa quæ dicta ſunt, me autore patieris. Ego domi
nus ſuccendam uſq; ad fumum & cõſumptionem cur-
rus tuos, & nobiles quoſq; atq; ſubregulos gladio fa-
ciam deuorari. Nequaquam terras ultra uaſtabis, nec
tributa exiges: nec audientur per prouincias tuas e-
miſſarij tui. Siue non audiam angelos, qui præſides tui
ſunt, pro te deinceps deprecantes. Sed & ad mundum
hæc ipſa dicuntur: in quo eſt multitudo quæ per latam
& ſpacioſam uiam pergit ad mortem, quam commina
tur dominus igne ſuccenſam, fumo ſuæ malitiæ ſuffo-
cari ex uanitate eius nimia. Leones quoq; comedet gla
dius, uiuens ſermo dei & acutus, & ex omni parte eli-
matus: nec non pollicetur auferre ſe de terra prædam
eius, ut nemo exinde capiatur in Niniue, & quaſi cle-
mens tollit mala opera & comprimit ea, ne uox & ſoni
tus eorum ultra poſſit audiri. Vnde ait: Et non audien-
tur ultra opera tua.

CAPVT III.

V*Ae ciuitas ſanguinum, etc.*] Vbi nos poſuimus, lace-
ratione plena: in Hebræo habetur מְלֵאָה פֶּרֶק
quod



A quod interpretatus eſt Aquila ἐξαυχενισμοῦ πλήρης, id
eſt exceruicatione plena: Symmachus aũt ἀποτομίας
πλήρης, quod poſſumus dicere, crudelitate uel ſeueri-
tate plena. In altera eius editione reperi μελοκοπίας
πλήρης, id eſt ſectionibus carniũ & fruſtis per membra
conciſis: deniq; ſtatim ſubiecit ubi indeſinens præda
eſt. Porrò Hebræus פֶּרֶק nõ exceruicationem: pro qua
in Aquilæ editione reperimus ἐξαυχενισμόν, ſed gu-
bernaculũ, id eſt κυβερνισμόν interpretatus eſt: ut o-
ſtenderet & urbem fuiſſe regalem, & uelut in naui cun-
ctarum gentium tenuiſſe gubernaculum. Deſcribitur
autem potentia eius, id eſt Niniue, & ſub lamentatione
crudelitatis arguitur. Væ ciuitas ſanguinum in qua nul
la ueritas, ſed omne mendacium, plena rapina, & lace-
ratione prædarum. Vox flagelli crudelis ſemper & ſæ-
uientis imperij, & uox impetus rotæ. Vocem pro ſoni-
tu accipiamus: rotam feruẽtem per diuerſa diſcurſum:
& equi frementis & quadrigæ feruentis, ſubauditur in
omnibus, uox. Tam pulchra autem iuxta Hebraicum,
& picturæ ſimilis ad prælium ſe præparantis exercitus
deſcriptio eſt: ut omnis meus ſermo ſit uilior. Nã quod
ait: Et grauis ruinæ, nec eſt finis cadauerum: de aduer-
ſarijs intelligamus qui ab eis ſunt interfecti. Et corruent
in corporibus ſuis, uel cadent à ſua multitudine, dum
à ſe inuicem conſtipantur: uel in cadaueribus corruent
interfectorum: αὐτῶν enim & ſuis & eorum utrunq;
ſignificat. Propter multitudinem, inquit, fornicatio-
num meretricis: quia cum multis gentibus fornicata
eſt, & totius orbis quem ſubiecerat ſibi colebat idola:
ſpecioſæ & gratæ, & habentis maleficia, magos ſignifi-
cat: quæ uendidit gentes in fornicationibus ſuis: & fa-
milias in maleficijs ſuis, id eſt quæ in cunctas gentes ha
buit poteſtatem. Hæc de Niniue ſint dicta ſimpliciter.
Cæterum ſi rationabiliter propter pulchritudinis no-
B men mundum intelleximus Niniuen: recte mundus
qui in malo poſitus eſt, propter multitudinem ſagitta-
riorum: & eorum qui uelut gladijs homines linguis
ſuis interficiunt, ciuitas ſanguinum dicta eſt. Vnde &
conſequenter tota mendax, quod ad peruerſitatem do
ctrinarum refertur, non habente ſermone dei ubi ca-
put in ea reclinet, cum peruerſa dogmata cuncta poſ-
Pſal. 13.a ſideant. Non eſt qui intelligat aut requirat deum: om-
nes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui
faciat bonum: non eſt uſq; ad unum. Quæ quanquam
& nunc ex parte fiant, tamen in conſummatione ma-
gis complentur: quando multiplicata iniquitate refri-
xerit charitas multorum. Quanti capiuntur à Nem-
roth gigante, & uenatore ſæuiſsimo, qui aduerſum de-
um ſuperbiens: plures de ſaltu eius ſuis pedicis inne-
xuit: cuius attractabitur à multis præda ſiue uenatio.
Multos enim habet ſatellites, & ſecum pariter uenato-
res: qui in eius uenatione lætantur, & captiuorum mor
te ſe iactant. Sed & uox flagellorum auditur in mun-
do: quia multæ ſunt tribulationes iuſtorum: quibus
qui flagellantur, clamitant: & doloris magnitudinem
flebili uoce teſtantur: quando alius dæmone, alius ira,
quæ furori ſimilis eſt, alius libidine, odio, inuidia, ſu-
Pſal. 90.b perbia corripiuntur: flagellum in eis Aſſyrij regis ſo-
nat. Sed & in corporis malis, flagellum diaboli intelli-
gimus, de quo ad iuſtum dicitur: Et flagellum non ap-
propinquabit tabernaculo tuo, quando uiderimus
hunc morbo regio computruiſſe, & ſupereſſe cadaue-
ri ſuo: Alium intercuti aqua, & tumenti natare corpo-
re: creſcentibusq; membris, formam priſtini hominis
decreſcere, quod nuper in hac terra uidimus: Illum pu
rulentias quaſdam, & uulnerati damna pulmonis ege-
rere: Iſtum humore in lapides deſiccato, urinæ amaritu
dinem & ueſicæ tormenta ſentire: non dubitemus di-
cere uocem flagellorum eſſe Niniue: licet nonnulli hæc
uel ex corrupto aere, uel ex eſcarum & corporũ diuer- C
ſitate accidere ſuſpicentur. Nos qui legimus & febrem
increpatam, & mulierem quæ per decem & octo annos Luc. 4.f
à diabolo fuerat ligata, domino medicante curatã: ſcia-
mus hæc omnia flagella eſſe Niniue. Vnde ſequitur: Et
uox commotionis rotarũ: dum huc atq; illuc genus ra-
ptatur humanũ, & incertis per cuncta diſcurſibus, ubi
periculum, ubi ſalus ſit ignoramus: de qua rota & in
principio Ezechielis ſcriptũ eſt: Et in Pſalmo LXXVI. Ezec. 1.d
legimus: Vox tonitrui tui in rota. Habet autem Niniue
& equũ perſequentem, cuius hinnitus, & ungula terrã
fodiens, & pectus æſtuans, ſemper bella deſyderat: lo-
quente domino contra diabolum: De longe odoratur
bellum: Cum ſaltu & clamore non parcit fugientibus:
nec ſinit abire terga uertentes: ſed perſequitur ut pro-
ſternat, interficiat, conculcet, illudat. Eſt quoq; in Ni-
niue & uox quadrigæ feruentis, quales puto habuiſſe
Pharaonem, quæ a dño ſubmerſæ ſunt. Ad hanc qua-
drigam quatuor iunguntur equi, quatuor ſcilicet per-
turbationes: de quibus & philoſophi diſputant, & Ma
ro non tacet, dicens: Hi cupiũt metuuntq;, dolent gau-
dentq;. His equis & hac quadriga Niniue cuncta per-
turbat. Sed & equitis aſcendentis uox in ea perſonat:
qui arte quadam & gyro præparatus ad bellum non
abſq; periculo contra ſe pugnantis incedit. Habet hic
eques ſermonis gladiũ, exacutũ cote dialecticæ, & Rhe
toricæ artis oleo leuigatũ: habet arma fulgentia, trans-
figurante ſe ſathana in angelũ lucis, quæ arma apoſto-
licæ armaturæ contraria ſunt. Nec mirum ſi in Niniue
uulneratorũ multitudo ſit, cum multitudo ſit ſagittarũ.
Et quomodo quatuor quibus pugnamus & tegimur,
ſunt ſcuta uirtutũ, prudentia, iuſtitia, temperantia, for-
titudo: ita econtrario quatuor uitia ſunt: ſtultitia, iniqui
tas, luxuria, formido: quibus ab hoſte percutimur:
Quorũ ſingula pululantes habent in ſe, ac multiplices
ſpecies ſagittarũ, quibus inferuntur uulnera: quæ niſi D
ſtatim medicina curauerit, ſit grauis ruina: atq; utinam
tanti eſſent in Niniue, & leuiter cadentes & leuiter uul-
nerati: quanti ſunt pro ruinæ pondere, uſq; ad inferna
demerſi. Nec eſt finis gentib. eius: malitia eius finẽ non
habet: & quantæ ſpecies peccatorũ, tot gentes ſunt Nini
ue: quæ infirmabunt in corporibus ſuis à multitudine
fornicationis. Quod licet poſsit & de eis accipi: qui pro
pter res Venerias etiã corpore debilitati ſunt, & cũ per-
ditione animæ carnẽ quoq; frangunt cui ſeruiunt: Ta-
men gentes iſtæ de quibus diximus, nõ cadunt, iuxta
Hebraicũ niſi in corporib. ſuis, & nõ offendunt (ut in-
terpretatus eſt Symmachus) niſi in cadauerib. mortuo
rũ: quæ fornicationis multiplicatione proſtrata ſunt. In
hoc loco LXX. interpretes: cũ ſecundũ Hebraicũ poſue-
rimus, propter multitudinẽ fornicationũ meretricis,
quaſi aliud uoluerũt eſſe principiũ: ut dicerẽt. Præ mul-
titudine fornicationis: & hucuſq; finita ſentẽtia: poſtea
inciperẽt, meretrix ſpecioſa & grata, dux maleficiorũ.
Pro duce maleficiorũ, Aquila & Symmach. trãſtulerũt:
habens maleficia. Nec mirabiť Niniuen ſcortorũ iã eſſe
gratiſsimã: qui tantã hominũ multitudinẽ cũ ea uiderit
fornicari, & maleficijs illius & quibuſdã incantationib.
ad amorẽ eius pene cunctos trahi. Hæc uendidit gẽtes
in fornicationib. ſuis, quæ tollunt mẽbra Chriſti, & fa-
ciunt membra meretricis, & tribus in maleficijs ſuis: Fa
cit enim amare eas, quæ odiſſe debuerant, & deteſtari
quæ amare debebant, ut cum deceptæ fuerint: iuxta
illud quod ſcriptum eſt: Corrumpunt mores bonos 1. Cor. 15.d
confabulationes peſsimæ: etiam alios malefica arte ſup
plantent. Legi in ſcripturis ſanctis in bonã quoq; par- Pſal. 57.a
tem maleficos accipi: Et malefici incantantis ſapienter.
Sed ad hoc incantat talis maleficus, ut meretricis Ni-
niue amore deuinctos, ad mentis ſanitatem retrahat.

A a ¶*Ecce ego ad te, dicit, etc.*] Quia uendidiſti ô Niniue gētes in fornicationib. tuis: & familias in maleficijs tuis, & quaſi publicū proſtibulum cūctis diuaricaſti pedes tuos: propterea ego ipſe ad te ueniā ſubuertendā: non mittam angelū, non credā alijs iudicium tuū. Diſcooperiam pudenda tua in facie tua, ut quæ prius nō uidebas, ante tuū ponantur aſpectum. Oſtendam gentibus nuditatē tuam, & regnis ignominiā tuam, ut qui tecū fornicati ſunt, ipſi te deſpiciant, irrideant, cōtumelijs afficiant, & eris exemplū uniuerſis uidētibus. Hæc autem omnia ſub metaphora mulieris narrātur adulteræ, quæ cū fuerit deprehenſa, ꝑducitur in mediū, & ante oculos omnium depompatur. Quod quidem per tranſlationē etiam ſuper Hieruſalem pleniſſime in Ezechiele ꝓpheta lis ſermo deſcribit. Verius tamen & utilius dicuntur ad mundū: ad quē ſecandū pariter & curandū uerus
B medicus uenit è cœlo. Ecce ego ad te, dicit dn̄s omnipotens: quia omnipotēs ſum, poſſum uniuerſos ſanare morbos: & qđ eſt alijs impoſſibile, mihi poſſibile eſt. Reuelabo poſteriora tua in facie tua, id eſt uirtutes meas, pręcepta, atq; ſermones, quæ proieciſti poſt tergū tuum, licet non merearis, faciam te uidere. Ego enim mādaueram tibi de ſermonib. meis: ut ſemper ante oculos tuos mouerētur, ligati eſſent atq; penderent: Tu autem contempto iubētis imperio, poſt tua eos ueſtigia reliquiſti: ut non ſolum nō faceres, ſed nec dignareris quidem uidere quod iuſſerā. Vel certe faciam te uidere & intelligere errores tuos: quos ante cum cæca ferreris & præceps, rebaris eſſe uirtutes. Poſt hæc etiam gentibus quas uēdidiſti in fornicatione tua, oſtendam nuditatē tuam, ut nequaquam tui amore capiantur: ſed uidentes ſordidū & turpe corpus intrinſecus, cuius primū ſuperficie ducebantur, tecum deſināt fornicari. Regnis quoq; quæ maiora ſunt quàm gētes, oſtendam ignominiā tuam: quam ut haberes, ipſa feciſti. Et proijciam ſuper te abominationem ſecundū immundicias tuas: ut quomodo immunda es, ſic immunda uidearis, nec decipias plurimos, qui tibi ante cohęrentes, unū tecum corpus efficiebantur. Et ponam te in exemplum, ut ſimilitudo formidatæ pœnæ, ſimilitudinem prohibeat delinquendi. b ¶*Et erit omnis qui uiderit te, etc. ſuper te caput, etc.*] In Hebræo non habetur caput, ſed nos appoſuimus, ut ſenſus manifeſtior fieret. Denique Symmachus ita interpretatus eſt: Et omnis qui uiderit te, recedet à te, & dicet. Diſsipata eſt Niniue: quis lugebit cum ea? Porrò Lxx. C c ¶*Et erit omnis qui uiderit te, deſcendet à te, & dicet: Miſera Niniue quis gemet eam? etc.*] Qui ruinas uiderit Niniue, & poſitā eam omnibus in exemplum, expaueſcet atq; mirabitur & dicet: Diſsipata eſt Niniue: quis cōmouebit ſuper te caput? hoc eſt, quis dolebit ſuper te: quis tuus eſſe poterit conſolator, quæ quandiu potens fuiſti, quaſi crudelis domina, nō miſerebaris ſenis: nec paruulū reſpiciebas: nec præparaſti luctus tui ſocium, quæ noluiſti cōſortem habere regnandi. Qui autem hæc terrena cōtemnit, & ueneficę Niniue maleficia deſpexerit: nec falſa pulchritudine eius fuerit irretitus, cum omnem illius turpitudinē intrinſecus uiderit, & cœperit odiſſe quod cæteri diligunt, refugiet & reſiliet ab ea, ſiue ut à Septuaginta dicitur καταβήσεται ἀπὸ σοῦ: id eſt deſcendet à te: Quādiu D enim terrena honoramus & putamus eſſe ſublimia: uelut in quodā ſuperbiæ culmine ſumus, & miramur pulchritudinem Niniue. Cum autē conſiderauerimus naturam eius: & omnia corporalia bona, quaſi humilia deſpexerimus, ſubijcientes nos potentiæ manus dei: tunc miſerebimur Niniuitis: & omnia terrena bona digna planctu iudicabimus, dicemusq;: Miſera Niniue quanti tuis laqueis irretiti ſunt: quantos alligatos uinculis tuis tenes: quiſputas reſiliet à te? & deſcendet de ſuperbia tua, & te miſeram iudicabit? Quod autem ait, quis: non tam pro difficili, quàm pro raro debemus accipere, ut ſæpe diximus: Quiſputas eſt fidelis & prudens diſpenſator? *Matt. 24.d* Et: Quis ſapiens, & intelliget hæc? *Oſee 14.d* Et: Quis aſcendet in montē domini? *Pſal. 23.a* Quis ergo gemet ſuper Niniue? Quis poterit inueniri, qui hoc tabernaculo prægrauatus cum Paulo dicat? Miſer ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? *Rom. 7.d* Videmus quotidie ſi cui uicina mors uenerit: & intellexerit ſe uel febre, uel uulnere, uel quolibet genere morborum, de hoc mundo ſubtrahi, pauere, trepidare: & toto corpore tremeſcentem in Niniue hærere complexibus, & à ſpecioſæ meretricis corpore uix auelli. Quod autem ſequitur: Vnde quæram conſolationem uel conſolatorem tibi qui aptet chordam: adhuc ex perſona eius dicitur: qui reſiliet uel deſcendet à Niniue, & dicet: Miſera Niniue, quis gemet eam? de confuſa ſeculi huius conuerſione diſputans: in quo nihil cuiquam poteſt

HEB. gelli, & uox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruētis, & equitis aſcendentis, & micantis gladij, & fulgurantis haſtę, & multitudinis interfectæ & grauis ruinæ: nec eſt finis cadauerum, & corruēt in corporibus ſuis propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia: quæ uendidit gentes in fornicationib. ſuis, & familias in maleficijs ſuis. Eccē ego ad te dicit dominus exercituū, & reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & oſtendā gentibus nuditatem tuā, & regnis ignominiā tuam: & proijciam ſuper te abominationes, & contumelijs te afficiam: & ponam te in exemplū. Et ^b^ èrit omnis qui uiderit te, reſiliet à te, & dicet: Vaſtata eſt Niniue: quis commouebit ſuper te caput? Vnde quæram conſolatorē tibi? Nun-

SEP. lorū, & uox cōmotionis rotarum, & equi perſequētis, & currus feruētis, equitis aſcendētis, & ſplēdētis gladij & fulgentiū armorū, & multitudinis uulneratorū, & grauis ruinæ: & nō erit finis gentib. eius, & infirmabunt in corporibus eorū à multitudine fornicationis. Meretrix ſpecioſa & grata, dux maleficiorū, quæ uendit gentes in fornicatione ſua: & tribus in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te, dicit dominus omnipotens, & diſcooperiā poſteriora tua ſuper faciē tuam, & oſtendā gentib. confuſionē tuam, & regnis ignominiā tuā: & proijciā ſuper te abominationem ſecundum immundicias tuas: & ponam te in exemplum. Et èrit omnis qui uiderit te, deſcendet à te, & dicet: Miſera Niniue quis gemet eā? Vnde quęram conſolationē illi, aptātem chordam? Apta



A teſt placere perpetuum: ſed quod placuit, diſplicet: & quod diſplicuerat, rurſum placet. Quis itaq; poterit talis inueniri conſolator: & ut ita dicam, ſcriptor lyricus & citharœdus: qui poſſit diſſonantes chordas eius in unam harmoniā contrahere: & uocalem in laudes dei efficere concentum? Hoc quod expoſuimus: qui aptet chordam uel aptantē chordam, & Græce dicitur, ἁρμόσαι χορδήν: nec in Hebraico, nec in cæteris inuenimus trāslatoribus, ſed pro eo alterius ſermonis exordium: Nunquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus? Vnde uidetur mihi magis cum poſterioribus copulandum. a ¶*Nunquid melior es ab Amō, quæ, etc.*] Pro eo quod in Septuaginta legitur: Apta chordā pars Ammon, & cæteri interpretes tranſtulerunt: Nūquid melior es ab Amon? Hebræus qui me in ſcripturis erudiuit, ita legi poſſe aſſeruit: Nunquid melior es quam No A-
B mon, & ait נא Hebraice dici Alexandriam אמון autē multitudinem, ſiue populos, & eſſe ordinem lectionis: Nūquid melior es ab Alexandria populoſa ſiue populorum, quæ habitat in fluminibus: aqua in circumitu eius. Non quod eo tempore Alexandria uocaret̄, quippe quæ longo poſt tempore ab Alexandro Magno Macedone nomen accepit. Sed quia ſub nomine primo, id eſt No, ſemper Aegypti metropolis fuerit, & abundantiſsima populis. Deniq; & qui res geſtas Alexandri memoriæ tradiderunt, principem eam fuiſſe Aegypti
*Hier. 46.e* autumant. Sed & propheta Hieremias Amon ſiue No, Alexandriam intelligens in uiſione contra Aegyptum ad quam dicit: Vitula formoſa Aegyptus, ſtimulator ab aquilone ueniet ei: hæc quoq; manifeſtius addidit: Confuſa eſt filia Aegypti: tradita eſt in manu populi aquilonis, ait dominus uirtutum deus Iſrael. Ecce ego uiſitabo ſuper אמון מנא id eſt, ſuper tumultum de Alexandria אמון enim, ut diximus, populos מ prępoſitionem de, ſignificat: נא autem Alexandriam. Et uiſitabo, inquit, ſuper Pharaonem & ſuper Aegyptum, & ſuper deos eius, & ſuper reges eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos qui in eo ſperant: & dabo in manus quærentium animas eorum, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu ſeruorum eius. Dicitur itaq; ad Niniuen: Nunquid populoſior es, aut potentior Alexādria? Et deſcribitur ſitus Alexādriæ quod ſit ſuper Nilum & ſuper mare poſita, hincinde aquis & fluminibus ambiatur. Aqua in circuitu eius: cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius: hinc enim riuulo Nili, inde lacu Mareotico, ex alia parte mari cingitur. Quod autem Aethiopia & Aegyptus, & Aphrica pro quo in Hebræo ponitur פוט & Libyes in præſidio eius ſint, ipſe ſitus prouinciarū & urbis oſtendit. Et hæc igitur quam meus, inquit, propheta ſermo deſcribit: capietur à rege C Babylonio, & idem tuus atq; illius uaſtator erit. Quæ Ioſephus quoq; Iudaicæ ſcriptor hiſtoriæ in libris ſuis refert: Paruuli eius allidentur in compitis: nobiles eius diuidentur ſorte uictorum, & potentiſsimi quondam principes captiui ducentur in catenis. Cū ergo hæc paſſura ſit Alexādria: & tu ô Niniue de eodem bibes calice, & inebriaberis, & conſopita iacēs deſpicieris: & in tantam uenies neceſsitatem, ut à Babylonijs ſiue contra Babylonios ab inimicis tuis auxilium roges. Omnia firmamēta tua & muri in ſublime porrecti: & altitudines turrium, quas nunc inexpugnabiles putas: & uiri fortes bellatoresq; tui, primitiuis ficubus comparantur, quæ ſi concuſſæ fuerint leui tactu, in os cadent deuorantis. Nam quod apud Lxx. legitur: Apta ſiue cōpone chordam, adhuc ad Niniuen dicitur. Et eſt ſenſus: inordinatum & D incompoſitum tuū, & in diuerſa diſcrepans, in chordarū ſimilitudinem apta Niniue, quia nihil tibi proderit ſpecies & magnitudo tua, quæ præcipua habere te credis, niſi te aptaueris ad canendū. Conſidera eīn omnem partē fortis filiorū Ammon, & quæcunq; æſtimantur poſsidere bona quomodo eos non defenderint ne irent in captiuitatē, & ne paruuli eorum allideren̄tur in uijs: Quid eis profuerūt flumina, iuxta quæ poſita eſt urbs Ammon? Quid exceptis fluminib. tanta puteorū & fontiū multitudo: incipiēs à mari mortuo & uallans regionē eius? Quid ei præbuere præſidij Aethiopia & Aegyptus quondam fœderati eius? Quomodo ergo illā non iuuit auxiliū ſociorū: ſic nec tuus ô Niniue fugiendi finis erit, ſed huc atq; illuc uaſtaberis. Quid loquar de Aethiopib. & de Aegyptijs qui præſules fuerunt filiorū Ammon, cum etiā Libyes ei fuerint fœderati? Et hęc igitur duceī in captiuitatē, paruuli eius quia ingredi nō ualebunt, interficient̄ in uijs ante parentū ora proſtrati, & omnes opes eius ſorte à uictoribus diuident̄. Nec quiſq; de principib. euadet, quin ferro & compedib. uincīetur. Et tu ergo ô Niniue inebriaberis, & diues quondā atq; ſpecioſa, quæ tantos amatores habebas deſpicieris ab omnibus, & inimicis perſequētib. quæres requiē & non inuenies: Omnes bellatores tui & uniuerſa auxilia prædæ hoſtib. erunt, & ſine ullo labore capient̄ in ſimilitudinē groſſorū ficus, quæ concuſſæ non in terrā: ne ſaltem paruus labor ſit colligentium, ſed ſtatim in os deuorantis cadent. Hæc dicta ſint ἀναφορικῶς iuxta Lxx. interpretes: ſemel enim propoſitū nobis eſt, & uulgatā editionem ſequi, ne aliquam Sardanapalo reprehendendi occaſionem præbuiſſe uideamur: Cæterum non ſatis mihi uidetur congruere exemplū euerſionis Niniue cum filijs Lot, qui uocan-

HEBR. Nūnquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus? aqua in circumitu eius: cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius: Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus: & non eſt finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipſa in tranſmigratione ducitur in captiuitatem: paruuli eius elidentur in capite omnium uiarum: & ſuper inclytos eius ſortem mittent, & omnes optimates eius affigentur compedibus: & tu ergo inebriaberis: eris deſpecta: & tu quæres auxilium tuum ab inimico: omnes munitiones tuæ ſicut ficus cū groſſis ſuis: ſi concuſſę fuerint, cadent

SEP. Apta chordam pars Ammon, quæ habitas in fluminibus: aquæ in circuitu eius: cuius principium mare eſt, & aqua muri eius: Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus: & non eſt finis fugæ tuæ: Phut & Libyes facti ſunt auxiliatores illius, & ipſa in tranſmigrationem ibit captiua: & paruulos illius allident in principio uiarū eius, & ſuper omnia inclyta eius mittent ſortē: & uniuerſi optimates eius alligabuntur cōpedibus: & tu inebriaberis, & eris deſpecta: & tu quæres tibi ut ſtes ab inimicis tuis: oēs munitiones tuæ ut ficus, quæ groſſos habent: ſi commotæ fuerint, cadent

Universidad de … Biblioteca

A uocantur Amman. Primũ em̃ Ammon dicit̃, & nõ Amman deinde Ammana, quæ nunc uocat̃ Philadelphia: non eſt ſita ſuper flumina: nec opes illius de mari congregantur: quippe quæ mediterranea ſit: nec aquæ ſunt muri eius: nec habet Aethiopiã & Aegyptũ & Aphricã, & Libyes fœderatos,

*Lxx. filios Lot ἀμμᾶν appellant. ἀμμανας meminit Stephanus de Vrb.*

HEBR. cadent in os comedẽtis. Eccẽ populus tuus, mulieres in medio tui, inimicis tuis adapertione pãdent portæ terræ tuę, deuorabit ignis uectes tuos. Aquam

SEPT. cadent in os comedẽtis. Ecce populus tuus quaſi mulieres in te, inimicis tuis aperiendo aperientur portæ terræ tuæ, comedit ignis uectes tuos. Aquam

cum hæc omnia & iuxta potentiã & iuxta exemplũ, & iuxta deſcriptionem loci & regionis, & amicarum gentiũ, magis Alexandriæ coaptanda ſint, & nunq̃ potẽtiſsima ciuitas Niniue minori Philadelphiæ cõparata, audierit à propheta: Nũquid melior es? Cui autem dicitur: Nũquid melior es, oſtenditur minor eſſe ea cui comparatur, & non debere eam indigne ferre ſi capta ſit, cũ & maior & firmior & potentior tam natura loci, q̃ uiris fortibus ab eodẽ ſit hoſte ſuperata. Quia uero Niniuen & mundũ iſtũ interpretati ſumus, pręcipit ei ut aptet & cõponat chordas ſuas, & ſe ad lugubre carmẽ paret: pars enim filiorũ Ammõ quæ multo melior fuerat q̃ Niniue, & habitauerat ſuper flumina: quia in errore deprehenſa eſt, pœnas eam ſui ſceleris pependiſſe. Ac primũ iuxta hiſtoriã Alexandriæ dicendũ, quod Ammon interpretent̃ populi, & ſit

*Allegor.* ſenſus iuxta leges Allegoriæ: Conſidera populos eccleſiæ, quæ habitat ſuper oẽs prophetas, & habet doctores in circũitu ſuo, quorũ de uẽtre manãt flumina: cuius initium eſt mare: A lectione quippe legis, quæ ſine ligno Chriſti amara eſt, in ſimilitudinẽ myrrhæ ad eius myſteriũ peruenitur, quæ habet Aethiopiã in fortitudine: Aethiopia quippe præueniet manus eius deo, & Aegy-

B ptũ in quã dñs uenit in nube leui, & Libyes qui ante habitabant in arẽtibus: & poſtea facti ſunt in auxilio eius. Et hæc ergo ſi nõ ſe attenderit, & omni diligentia cuſtodierit cor ſuũ, captiua ducet̃, & planget filios ſuos. Paruuli quoq; eius qui adhuc in principijs uiarũ ſunt, nec ad mediũ itineris peruenerunt, elident̃ in ipſis principijs ſuis, & hoſtes ſæuiſsimi præclara quæq; eius forte ſibi diuidere feſtinabũt, & optimates quos principes & prępoſitos intelligere poſſumus, uinctos catenis, & grauiſsimo compedũ põdere præpeditos, trahent in captiuitatẽ. Et tu ergo Niniue, homines uidelicet infideles, homines mũdo penitus inhærẽtes, ſenties ſupplicia: & conſopieris calice meo, cum illi quoq; biberint qui de mea parte fuerant, & ſuo uitio corruerũt. Et deſpicieris à me, & quæres finem inter uitia & perturbationes quę te premunt, & nihilominus ſtationẽ & finẽ malorũ reperire nõ poteris, ſed & omnes uolũtates tuæ & dulcedines, & potentiæ ſeculares, & dogmata quæ tibi uidebaris habere firmiſsima, deuorabunt̃ à comedente, de quo per parabolã dicit Samſon: De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſum eſt dulce: tunc em̃ fortia quęq; tua, & quæ dulces fructus ſpectantiũ oculis promittebant, ad primã arboris concuſsionẽ ruent in os diaboli deuorãtis, à quo ſemper Niniue tẽta fuerat & poſſeſſa. Porrò quod prætermiſimus: Et nõ eſt finis fugæ tuæ, quia ad Niniuẽ dicit̃, & inter ea quæ de Ammõ ſcripta ſunt poſitũ eſt, & uidet̃ extraordinarie in alieno loco inſertũ quaſi per ὑπέρβατον referamus ad Niniuẽ, ut ſit ordo: Et tu inebriaberis & nõ eſt finis fugæ tuæ, & eris deſpecta, & cætera quæ dicunt̃ ad Niniuẽ: Et interpretabimur nõ eſſe finẽ fugæ Niniue à deo, quia ſemper profectũ habeat in fugiẽdo, & nunq̃ uelit cõſiſtere ſecundũ illud quod ſupra diximus: Et ipſi fugiẽtes nõ ſteterunt, & nõ erat qui reſpiceret. Et dicemus ideo ſcripturã ſanctã his difficultatib. eſſe cõtextã, & maxime prophetas

C qui ænigmatib. pleni ſunt, ut difficultatẽ ſenſuũ, difficultas quoq; ſermonis inuoluat, ut nõ facile pateat ſanctũ canibus, & margaritæ porcis, & prophanis ſancta ſanctorũ. Quod ſi uoluerimus Ammõ interpretari ſuper filijs Lot, dicamus Lot habuiſſe ex duabus filiab. duos filios, Moab & Ammõ, quorũ ſenior Moab interpretat̃ ex patre, ſiue aqua paterna: iunior uero Ammõ, uel filius generis mei, uel populus noſter. Et arbitror quõ qui ex Iuda natus fuerat, propter peccatũ, dicitur ad eũ: Semen Chanaã & nõ Iuda. Et in Ezechiel ad Hieruſalẽ peccatricẽ: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa: Sic eos quicunq; fuerũt de priori populo, hoc eſt de Iudæis, & de iuniori, id eſt de noſtris, Moabitas & Ammonitas figuraliter appellari. Et quia declinauerũt à patre ſuo, Lot quippe declinatio interpretatur, pœnę ſubijciẽdos & paſſuros omnia quæ ſupra expoſuimus. Si aũt ab his qui ſancti quõdã fuerãt, dei ſeueritas incipit, & illa quæ habitabat inter flumina gehẽnę igne purgabit: quãto magis Niniue quæ ante nõ habuit legem, nec recepit iugũ præceptorũ dei, ꝑpter ſuperbiã ſuã ad extremũ in os corruet deuorãtis? a ¶ *Ecce populus, etc.*] Adhuc ad Niniuẽ texit̃ dicẽtis eloquiũ: non mirũ ſi fortes & pugnatores tui in ſimilitudinẽ groſſorũ ficus, ſtatim in os decidãt deuorãtis, cũ populus tuus effœminatus ſit, & reſiſtere nequeat. Pandent̃ ergo portæ tuæ, & patebit ciuitas hoſtibus: robuſtiſsimos uectes quibus claudebant̃ portæ, cõſumet ignis. Hauri igitur aquã, &

*Gen. 19.g* | מואב | עמון | *Ezec. 16.a* | *Dan. 13.d*

D cura ne potus deſit obſeſſæ munitioni: lateres cõfice, ut interrupta murorũ ſtruas: propè eſt em̃ obſidio. Et cũ hæc om̃ia feceris, quaſi à brucho humus, ita à gladio deuoraberis. Sed & cũ multiplicata fueris ut bruchus: & ut locuſta in unũ pariter cõgregata, & cõgregaueris ſicut aſtra cœli diuitias tuas, ſicut locuſta & bruchus & parua genimina locuſtarũ, quæ uocant̃ attelabus: ſole incaleſcẽte auolãt, nec reperiunt̃: ſic tu diſpergeris & fugies. Natura em̃ hæc locuſtarũ eſt, ut in frigore torpentes per calorẽ uolitent. Porrò attelabus quẽ ſignificantius comeſſorẽ interpretatus eſt Aquila, parua locuſta eſt inter locuſtã & bruchũ: & modicis pennis reptãs potius quàm uolãs: ſemperq; ſubſiliens, & ob hãc cauſam ubicunq; orta fuerit, uſq; ad puluerẽ cuncta conſumit: quia donec creſcãt pẽnæ abire nõ poteſt. Hæc iuxta hebraicũ propter lectoris faciliorẽ intelligentiã, ipſa ſcripturæ calcãs ueſtigia, manifeſtius explanaui. Dicã autẽ & iuxta Lxx. cœptã τροπολογίαν ſequẽs primũ breuiter, id eſt quaſi in Epitome, & poſtea latius de ſingulis diſſerẽs: Populus tuus ô Niniue, homines uidelicet ſeculares qui proprie uocant̃ populus urbis Aſſyriæ: ita paſsionib. eneruati ſunt, & uitijs elanguerũt: ut imbecillitati mulierũ cõparent̃: nihil enim in animab. ſuis forte, nihil robuſtũ poſsidẽt & uirile. Vnde inimici præualentes aduerſum eos, aperuerũt oẽs ſenſus eorũ, & per corporales ianuas introgreſsi ſunt. Et ſignanter ſenſus corporũ, oſtia Niniuiticæ terræ appellant̃. Habent autẽ ex prima dei cõditione etiã hi qui ſe uitijs mãciparunt occaſionẽ cognoſcẽdi deũ: quaſi robuſtiſsimos uectes quibus oppilẽt & claudant portas ſenſuũ. Sed & ipſos cõſumet ignis: qui à ſagittis eſt allatus ardentibus: quãobrem dicitur ad Niniuen: Hauri tibi aquã, & aſperge te ſermone: atq; ratione & occaſionibus intelligendi deum, exercendarumq; uirtutum, quæ tibi inſitæ ſunt, abutere ad prælĩãdum. Verum tu diſſolutis manibus,

id eſt



A id eſt operibus uoluptatis: quicquid in te habueras roboris, perdidiſti: quamobrẽ conuertere & age pœnitentiam: & rurſum obtine munitiones tuas. Et quia ſemel ingreſſa es lutũ, & clauſa es corpore, quod quaſi terra & paleis & aqua, ita carnibus, ſanguine, uenis, neruis, oſſibusq; compactũ eſt:

HEBR. Aquam propter obſidionem hauri tibi: extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca: ſubigens tene laterem: Ibi comedet te ignis, peribis gladio: deuorabit te ut bruchus: congregare ergo ut bruchus, multiplicare ut locuſta. Plures feciſti negociationes tuas, quàm ſtellæ ſint cœli

SEP. Aquam obſidionis hauri tibi: obtine munitiones tuas: ingredere lutũ, & cõculcare in paleis: obtine ſuper laterẽ: Ibi comedet te ignis: diſperdet te gladius: & comedet te quaſi locuſta: aggrauaberis quaſi bruchus: multiplicare ut bruchus: multiplicaſti negociationes tuas ſicut ſtellas cœli

ſuſtine iniuriam & neceſsitates corporis: & conculcare ab inimicis, & omnia ad cõficiendã carnẽ, quę pœnitẽtia digna ſunt patere. Semel enim aſſumẽs lutũ, & paleas & inanibus huius ſeculi negocijs inuoluta: debes per iniuriã ſponte calcari, & tamẽ noli ſalutẽ penitus deſperare: eſto confidẽs: & corpus, id eſt, laterem tuum propter aſſumptum ſermonem quaſi aquam in ſeruitutem redige, & ſubijce tibi ut domineris lateri tuo: alioquin niſi hoc feceris, uiuax te poſtea flamma conſumet, uel in pœnam per gehennã, uel ardentibus inimici iaculis ſuſcitata, & non ſolũ igni uaſtaberis, ſed gladius quoq; te comedet quaſi locuſta terræ uirentia. Et hoc patieris ſi non fueris ſuper laterem, tuoq; pondere prægrauata, & omnẽ perdens uolatum, tota detraheris in terrã: ſicut bruchus repente in terrã cadit, cum laſſo uolatu ultra ire non quiuerit. Habeto itaq; uirtutes tam innumerabiles, ut bruchus: ne ita pondere tuo ad terram detraharis, ut bruchus. Quæ uniuerſa perpeſſa es, quoniã multiplicaſti ti-

B bi diuitias & negociationes diuerſorũ dogmatum: putans eas clariores eſſe ſtellis, & magis fulgere quàm cœli ſidera. Hæc (ut dixi) ad comprehendendum ſenſum à nobis dicta ſunt breuiter: nunc ad exordium capituli reuertentes, ſingula ut poſſumus explicemus. Quis nõ dicat ſpecioſam Niniuen: animã natura pulchram: luxuria & uoluptatibus huius ſeculi delinitam, in muliebres delicias perueniſſe, & uirilitate perdita elanguiſſe in fœminã? Si enim iuſti anima in perfectum uirũ ueniens, & conditionis ſuæ ſeruans rigorem, adhærensq; deo unus cum eo efficitur ſpiritus: Cur non econtrario anima quæ amat mundũ, unum cum mundo fiat, & in mollitiem redacta fœmineã, uirilem perdiderit rigorẽ?

*Exod. 1.c* Ego puto ob hanc cauſam in Exodo præcipere Pharaonem: ut omne maſculinum quod natum eſt Hebræis, mittatur in fluuiũ: & omne fœmineũ uiuificetur. Neq;

*Ezech. 29.a* em̃ poterat rex Aegyptius qui dicit alibi: Mea ſunt flumina, & ego feci ea: quicquam aliud niſi hoc iubere: ut quodcunq; eſt Hebræorũ, & eorum qui per ſeculum iſtud tranſeunt, forte & uirile mittatur in aquas, & per fluenta earũ deferatur in mare. Et econtrario quicquid fœmineũ, & molle formoſum uideretur in ſeculo, hoc uiuificetur, adoleſcat & generet. Simulq; conſidera q̃d Aegyptius imperator uiros Hebræorũ non poſsit occidere: nec eos qui iam egreſsi ſunt de infantia: ſed quorum ętas adhuc tenera eſt, & molle corpus, & profectus incipiens: ſcit non poſſe nutriri fœminas, niſi interfecti fuerint maſculi. Vult itaq; in Hebræis quicquid forte eſt & uirile, hoc gurgite ſui fluminis ſuffocare: ut quę fœminea ſunt, liberius ſola ſuccreſcant. Quod aũt ſequitur: Inimicis tuis apertione aperientur portæ terræ tuę:

*Hier. 9.f* intelligere poteris, aſſumens de Hieremia teſtimoniũ, in quo ſcriptũ eſt: Aſcendit mors per feneſtras ueſtras. Quodq; per Hieremiam in feneſtris, hic in portis aſſeres demonſtrari, & has ipſas ad ſenſus referes. Sciens

C enim ſermo diuinus duplices eſſe ſenſus: ad diſtinctionem malorũ ſenſuum in Prouerbijs ait: Senſum diuinum inuenies. Senſum autem hic non accipias pro animo & mente, quæ Græce νοῦς dicitur, ſed pro αἰσθήσει à qua & quinq; ſenſus nuncupati ſunt: uiſus, odoratus, guſtus, tactus, auditus. Portæ itaq; terræ Niniue, corporales ſenſus intelligantur: Portę aũt Hieruſalem cœleſtis, om̃is ſenſus diuinus & de ſupernis ueniens. Has portas Niniue aperit populus eius per uiſum & auditũ, & omnes reliquos ſenſus quaſi per latã & ſpacioſam uiã quæ ducit ad mortem, corporales quærens capere uoluptates: quibus claudunt homines dei portas ſuas, obturantes aures ne audiant iudiciũ ſanguinis, claudentes oculos ſuos, ne uideant iniquitatem: obturantes nares, ne unguenta prima in effœminationẽ animæ ſuæ odore ſuſcipiant: claudentes os gulæ, & uentri auido: & à tactu molli retrahentes manus ſuas, ne ad libidinẽ uenter exæſtuans, in fœmineos ardentem animam cogat amplexus. Qui aũt homines dei ſunt, aperiunt ſenſus ſuos: id eſt portas cœleſtis Hieruſalẽ: ut ad eos ingrediat̃ ſermo dei. Malarũ portarum illud exemplum eſt: Qui exaltas me de portis mortis. Bonarũ hoc: Vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Quando uideris amatorem uoluptatum magis quàm amatorẽ dei, & luxuriæ deditũ: ſtatim de

D eo dicito: Inimicis ſuis aperuit portas terræ ſuæ: non enim amicis animæ ſuæ, ſed inimicis aperiunt portas terræ Niniue. Quod ſi & hi qui principes putantur in populo eadẽ fecerint, de his quoq; dicere nõ timebis: Duces populi mei de domo deliciarũ ſuarum eiecti ſunt. Si autem uideris eos uoluptatibus & hincinde ambiente luxuria præpeditos, nullã habere miſericordiam in pauperes: nec de populo dei eſſe ſolicitos, aptabis eis quod ſequitur: Qui dormiunt ſuper lectos eburneos, & fluunt uoluptate in ſtratis ſuis: qui comedũt hœdos de gregibus, & uitulos lactentes de armentis: qui bibũt defecatum uinum: & primis unguentis delibuti ſunt, & non patiebant̃ quicquàm ſuper contritionem Ioſeph. *Amos 6.b* Porrò quod dicitur: Comedit ignis uectes tuos: huiuſcemodi eſt. Si quid naturalis boni in anima tua uidebatur eſſe, quod in ſimilitudinem uectium hoſtes, qui per portas ſenſuũ tuorum conabantur irrumpere, prohibere poſſet & repellere, hoc Babylonio igni ſuccenſum eſt. Nec non aquã munitionis attrahe tibi: de ſermone dei dicitur: ut circundet ſibi quaſi murũ firmiſsimũ, ſcripturarũ doctrinam atq; rationẽ: ne ad interiora eius poſsit hoſtis irrũpere. Obtine, inquit, munitiones tuas. Quicquid habes in te per naturã bonũ, & optimi cõditoris in te ſeruat exordium: hoc infelix anima Niniue in defenſionẽ tui tene: nec patiaris de principali cordis effluere. Quod aũt poſt hæc additur: Incede in lutũ, & cõculcare in paleis: alius forſitã æſtimet dici de anima: quæ infixa in luto corporis & paleis huius mũdi, uacuis ſcilicet & caducis, tota ſe uerſans cõculcet̃ à dæmonibus. Mihi autẽ uidetur hoc ad eã dici: ſuſtine tẽtationes: iniurias, quibus tradita es: pœnas quas merito tuo pateris: quia ſi ſuper uacua huius mundi & fragilia graderis negocia, ſcias te pro remedio ſuſtinere: ſi tamen obtinueris ſuper laterẽ, & carnẽ animæ imperio

ſubiu-

Universidad de Deusto Biblioteca

A ſubiugaueris. Deniq; ſequitur: Ibi comedet te ignis. Si non fueris ſuper laterem, & dominationem nō habueris in carnem, ſed manſeris in latere, & amaueris paleas: & in carne iuxta carnē uixeris: non ſolū ardentia inimici iacula te uorabunt, ſed & gladius eius interficiet:

HEB. cœli: Bruchus expanſus eſt & auolauit. Cuſtodes tui quaſi locuſta, & paruuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ conſidunt in ſepibus in die frigoris: Sol ortus eſt, & auolauerūt, & nō eſt cognitus locus earum ubi fuerint. Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur: ſepelientur prin-

& in ſimilitudinem locuſtarum, quicquid in te uirens uidebatur, & naturæ bono ſponte germinans, auaro dente cōſumet: & quaſi bruchus uolatu perdito, & grauatus pondere ſuo, ita & tu grauata onere peccatorū, detraheris in terram. Igitur ne talia & tanta patiaris, multiplicare ut bruchus, & quantum ille habet numerum, tantas tu habeto uirtutes. Quæ enim multiplicaſti negociationes tuas: & omni genere quaſi cœleſtia cuperes poſsidere, per fas & nefas perituras tibi diuitias congregaſti: debes multitudinem peccatorū multitudine exæquare uirtutū. Supra iuxta Hebraicū uſq; ad illum locū ueneră, ubi dicitur: Sol ortus eſt, & auolauerunt: & non eſt cognitus locus earū ubi fuerint: Et quid mihi uideretur in contextu ipſius ſermonis dixi: Nunc quia LXX. proprij ſenſus uidentur habere principiū: poſito eorum teſtimonio, cœptæ explanationis ordinē ſequar. a ¶ *Bruchus irruit & euolauit, etc.*] Videtur mihi multitudo Niniue abſq; rectore, ſine ordine
B hinc inde cōmixta, & quacunq; impetus tulerit ruens, brucho comparari, paruo animali & innumerabili: & qui modicū quidem ſe uideatur eleuare à terra. Sed & alius qui Græce dicitur ὁ συμμικτός, & Latine tranſlatus eſt in commixtum: quem nos poſſumus uulgus ignobile, & de diuerſis gentibus hincinde populū congregatū intelligere, id eſt nō ciues, ſed peregrinos. Vnde & populus Iſrael qui egrediebatur ex Aegypto πολὺν συμμικτον, hoc eſt Aegyptiorū & Aethiopū, & uariarū gentium, habuiſſe narratur. Et hic ergo (ut ita dicam) mixtitius Niniue, confertur exilienti attelabo & locuſtæ, quæ in die frigoris, eo quo auolare non poſsit, reſideat in ſepe, & poſtea orto ſole & illius ardore calefacta exiliat: & ad alias regiones auolans, nequaquā meminerit ſepis, in qua tempore frigoris ſederat. Hæc παραφραστικῶς, ut ipſe prophetæ ſermo facilius poſsit intelligi, dicta ſint. Cæterū dubitare non poteris, multitudinē hominū quæ per latam uiā pergens, uerſatur in mundo, bruchū dicere, cum uideris eos totos terræ deditos, ſententiæ leuitate, huc illucq; diſcurrere, & ad ſublimiora uolare non poſſe. Cerne Romā & Conſtantinopolim cum priori nomine inopiā priſtinam cōmutātem. Vide Alexandriā Aegypti caput, & cū fuerit uel pro penuria annonæ: uel (quod pudori ſit & rubori) propter aurigas & mimos & hiſtriones ſeditio concitata, ruere populū in ſimilitudinē bruchi, & totū uitijs inhærentē, leuitate ſua, & per momenta mutatione ſententiæ huc illucq; uolitare, tunc uere poteris dicere: Bruchus impetu abijt & auolauit. Porrò quod ſequitur: Exiliuit attelabus, & mixtitius tuus quaſi locuſta. Mixtitiū puto in hoc differre à brucho, quod bruchus imperitæ multitudini & innumerabili comparatur: Mixtitius aūt de cunctis gentibus hincinde collectus. Et quomodo alij ſunt in urbibus ciues, alij peregrini, quibus placet habitare in urbe non ſua. Sic mixtitiū puto qui habitat in Niniue, eos eſſe qui uidentur ſibi iuxta opinionē ſuam aliqua ſequi dogmata ueritatis, & in eo meliores eſſe brucho, quod bruchus nihil aliud faciat, niſi ſemper in terra ſit, & abſq; alis cibo & uentri ſeruiat: attelabus autem ſaltē modicas aſſumat alas, & cum in altū uolare non C

SEPTVAGINTA, cœli. Bruchus irruit & euolauit: exiliuit quaſi attelabus commixtus tuus: ſicut locuſta quæ aſcendit ſuper ſepem in die gelus: ſol ortus & exiliuit, & non cognouit locum ſuum. Væ illis: Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur: conſopiuit fortes

poſsit, tamen de terra exilire nitatur: & tandem perueniēs in locuſtam, uolitat quidē, ſed non eſt perpetuus uolatus eius: deficientibus enim pennulis, & contractis frigore, etiā locuſta conſidet: & conſidet non in frugifera arbore, & in uirentibus folijs, ſed in ſepe, ſentibus uirgultiſq; contexta: ſiue in maceria fortuito hinc inde lapide compoſita. Conſideremus ſapientes Græciæ & Aegyptiorū atq; Perſarū, Indorumq; Gymnoſophiſtas, & Samaritanos: & uarias inter ipſos ſententias, & Iudæos phariſæoſq; eorum & Sadducæos, & eccleſiæ multiplices hæreſes: & uidebimus attelabum à terra ſe paululū ſubleuantem, & locuſtā uolantem quidem, ſed non pleno curſu: & quia non habeat calorē ſolis iuſtitiæ, frigente in deū charitate, ſedere in ſpinoſis ſepibus: Omnia enim dogmata eorū cum frigeant, & uolare nō poſsint, ſedem ſibi & requiē inter Ariſtotelis & Chryſippi ſpineta reperiunt. Inde Eunomius profert: Quod natum eſt, non fuit antequam naſceret̃. Inde Manichæus ut deum à conditione malorū liberet, alterū mali indu D cit autorem. Inde Nouatus ſubtrahit ueniā, ut tollat pœnitentiā. Et ut ſimul breui cuncta concludā ſermone: de illis fontibus uniuerſa dogmata argumentationū ſuarum riuulos trahunt, ita ut loca quoq; ipſa de quibus argumenta ſumuntur τοπικὰ ſuperſcripſerint. Hæc igitur locuſta quæ nunc ſedet in ſepibus: cum iudicij tēpus aduenerit, & mundus ad ortū ſolis incaluerit: dimittet ſedē & loca ſua, in quibus tempore frigoris inhærebat: & ad meliora conuerſa, prioris ſedis non recordabitur. Quod aūt generaliter de iudicij tempore diximus, & nunc ex parte intelligi poteſt, ut per eruditos & doctos uiros huiuſcemodi locuſtis ſolis iuſtitiæ lumen oriatur: & relinquentes ſpinas ſuas, in purū & liberum tranſeant uolatū. b ¶ *Dormitauerunt paſtores tui, etc.*] Nō mirum eſt ſi dormitauerūt paſtores tui ô rex Aſſur qui dominatus es in Niniue, & ſepeliantur uel uagentur principes tui: reguli ſcilicet & omniū gentiū duces, qui tibi antea ſeruiebant: cum populus tuus mulieres fuerint in medio ciuitatis tuæ: & inimicis tuis apertæ ſint portæ eius, & omnis multitudo ſuper murū ſedens locuſtæ ſit comparata: quæ quaſi incaleſcente ſole, ſic ad aduentū Nabuchodonoſor fugerit de propugnaculis: & inimicis terga uerterit: nec inuentus ſit locus eius. Irato itaq; deo: quia populū eius uaſtaueras ô Aſſur, & ſublimaueras uſq; in cœlū nidum tuū, unde & magnus ſenſus diceris, deſtructa eſt ciuitas tua. Et cunctis principibus interfectis qui reſiſtere poterāt aduerſarijs: reliquus populus tuus imbellis & ignobilis, diſperſus eſt in montibus, & nemo de ducib. inueniri poteſt qui cōgreget eos, & de collectis rurſum cogat exercitū. Non eſt obſcurū uulnus tuū: nec talis plaga quæ medici poſſit curari manu. Omnes qui Niniuen ſubrutā & Aſſyriū regē ſuperatū audierint: & potentiſsimā urbē, & regem dominatorē quondā urbis uulneratū, & iacere ſeminecem,



A minecem, & in ſuo ſanguine uolutari: uel ſtupebūt propter rei magnitudinem, & inſperatū nuncium, & comprimēt manus ſuas: uel certe præ magnitudine gaudij inſultantes tibi applaudent manibus, & quodam gaudij ſtrepitu cōcrepabunt. Nullus enim eſt qui poſsit ſuper te dolere, & euerſioni & uulneri tuo donare lachrymas:

HEB. principes tui: diſperſus eſt populus tuus ſuper montes, & nō eſt qui congreget, nō eſt obſcura contritio tua: peſsima eſt plaga tua. Omnes qui audierunt auditionē tuam, compreſſerunt manū ſuper te: quia ſuper quem non tranſiuit malicia tua ſemper?

quia nullus eſt ſuper quem tua malicia nō ſemper tranſierit. Et pulchre tranſierit: nō enī poteſt malicia regis Aſſyrij in hoſtib. eius iugiter permanere. Hucuſque hiſtoriæ ordo ſit textus. Debemus autē & iuxta Hebraicum antequā editionem LXX. differamus (in illis enim longe alius et diuerſus eſt ſenſus) paululum ab hiſtoria in ſublime conſcēdere, & docere quod in ultima prophetia Nahum ἀποστροφὴ ad diabolum fiat. Et eſt ſenſus: Magnum principem Aſſyriorū, qui quondam gloriabundus dixerat, fortitudinē faciam: & ſapientia intellectus, auferam terminos gentium, & uires earum depaſcar: &
Eſaie 14.c cōmouebo ciuitates quæ habitantur: & dicatur ei: O lucifer qui mane oriebaris, qui mittebas igniculos tuos ad cunctas gentes: quomodo cecidiſti terram & contritus es? Deſtructa eſt Niniue ciuitas tua ſpecioſa & potens, in qua tantum tibi imperium præſumebas, ut filio
Matt. 4.b quoq; dei auderes dicere: Hæc omnia tradita ſunt mihi: ſi procidens adoraueris me, dabo tibi ea. Dormitaue
B runt paſtores & reguli tui: qui non paſcebant homines in ſalutem, ſed nutriebant eos interfectioni tuæ: ut ſaginatiores hoſtias deuorares. Omnis populus tuus: & turba populorū quæ te quōdam colebat, deſeruit te & urbem tuam, & confugit ad montes, & ſe ſub apoſtolorum Chriſti atq; doctorum latibulis collocauit, & interim nullus tuorum ducum eſt, qui turbam tuam quondam ad ſe reuocet. Plaga tua & uulnus tuum toto orbe perſonuit, omnes inſultauerunt tibi, qui tua quondam fuerant ſupplantatione decepti: aut nullus enim aut rarus eſt, quem nō tu aliquando deceperis, & per quem nō trāſierit malicia tua. Et notandū quod in quocunq; ſteterit malicia diaboli, nō poſsit inſultare ruinæ eius & uulneri, cum ſit de paſtoribus & populo regis Aſſyrij: ſed in quocunq; pertranſierit, ille inſultet ei, & bonis operibus atq; directis, quaſi manus ſuper eum cōcrepet. Et congrue iuxta Hebraicū quidem hucuſq; de mundi ruina dictū eſt: nouiſsime de ipſius quoq; diaboli, qui
1 Ioan. 5.d princeps mūdi fuit (Mundus enim in maligno poſitus eſt) plaga & uulnere prædicatur. Apud LXX. aūt adhuc ad σύμμικτον, id eſt, ad mixtitiū mundi dicit̃, q̄ paſtores eius dormierint: & ut dormirent, à rege ſint Aſſyrio conſopiti: atq; ita fit, ut dum apud eos deſcribitur, quid Aſſyrius exercuerit inter alteros, & nō quid ipſe patiat̃, de diaboli uulnere & plaga & interfectione ſit tacitū. Væ itaq; his qui peruerſarū doctrinarū magiſtri ſunt in Niniue. Et congrue ad eos dicit̃: Dormitauerunt paſtores
Pſal. 131.a tui: dederunt enim ſomnū oculis ſuis, & palpebris ſuis dormitationē. Et propterea non inuenerunt locū dño, neq; tabernaculum deo Iacob. Nec audierūt de Ephrata, id eſt frugifera eccleſia, nec inuenerūt eam in condenſis ſyluarum. Non ſolum aūt paſtores mixtitij huius & C locuſtæ, quæ imminente glacie ſedet in ſepibus, dormitauerunt, ſed à rege quoq; Aſſyriorum ſunt conſopiti. Scit enim rex Aſſyrius nō poſſe ſe oues decipere, niſi paſtores ante conſopierit. Semper diaboli ſtudium eſt, uigilantes animas conſopire.

SEPT. fortes tuos: abijt populus tuus ſuper montes, & non erat qui ſuſciperet: & non eſt ſanitas contritioni tuæ: tumet plaga tua: Omnes qui audierunt nuncium tuum: plaudēt manibus ſuper te: quia ſuper quē non intrauit malicia tua ſemper?

Denique & in paſsione domini apoſtolorū oculos graui ſopore premit, quos ſaluator ſuſcitans ait: Vigilate & orate ne intretis in tentationē. Mar. 14.d Et rurſum: Quod uobis dico, omnibus dico, Ibid. 13.d uigilate. Et quia non ceſſat ſemper conſopire uigilātes: quoſcunque ille deceperit, & quaſi ſuaui & pernicioſo carmine Sirenarum illexerit ad dormiendum, excitat ſermo diuinus, & dicit: Surge qui dormis, & eleuare, & illuminabit te Chriſtus. In aduētu ergo Chriſti & ſermonis dei, & doctrinæ eccleſiaſticæ, & conſummationis Niniue ſpecioſiſsimæ quondam meretricis, eleuabitur & properabit populus, q ſub magiſtris ante fuerat conſopitus, & ibit ad montes ſcripturarum, ibiq; inueniet montes Moyſen & Ieſum filium Naue, montes prophetas: mōtes noui teſtamenti, apoſtolos & euangeliſtas: & cum ad tales montes confugerit, & in huiuſcemodi montiū fuerit lectione uerſatus, ſi non inuenerit qui eum doceat: Meſ- Matt. 9.d
ſis enim multa, operarij autem pauci: tunc & illius ſtudium cōprobabitur, quia confugerit ad montes, & magiſtrorū deſidia coarguetur: infert enim, & nō erat qui D ſuſciperet. Sequitur: Non eſt ſanitas contritioni tuę, tumet plaga tua. Propterea mixtitius Niniue ſanari non poteſt, quia ſuperbiam non deponit, & recens ſemper uulnus eſt, & quotidie diabolo feriēte percutit̃. Et poſt hæc omnia non eſt ſanitas contritioni eius: licet enim ſibi ſanus eſſe uideatur, tamē anima eius fracta eſt & contrita, percutiente deſuper malleo totius terræ: & non ſanatur, quia ſemper erecta eſt. Si autem humilietur, & ſe Chriſto ſubijciat: Cor contritū & humiliatū deus nō de- Pſal. 50.d
ſpicit. Et: Sacrificiū deo ſpiritus cōtribulatus. In fine ponitur: Omnes qui audierunt nunciū tuū plaudent manibus ſuper te. Super quem enim nō irruit malicia tua ſemper? Cum cœperis ὦ σύμμικτε ſupplicia ſuſtinere, omnes qui audierint nunciū, conſono crepitu et uocali (ut ita dicā) operū ſono atq; concentu inſultabunt tibi atq; gaudebunt. Nullus eſt enim, aut certe rarus in quē non irruerit ſiue ſuperuenerit malicia tua ſemper. Si enim συμμικτὸς urbs Niniue paſtores habet & fortes, & omnis falſa doctrina & mendax opinatio ſcientiæ à ſymmicto uenit, timendum eſt, ne forté nullus ſit ſuper quem non malicia συμμίκτου uenerit. Et diligenter obſerua, quia non dixerit: In quē non intrauit malicia tua σύμμικτε, ſed in quem nō ſuperuenerit. Sæpe enim nobis falſorum dogmatum iacula ſuperueniunt, & quaſi in arcanū animæ intrare deſiderant, ſed claudentibus nobis portas, ſuperuenit quidē σύμμικτος: & quantū in ſe eſt, irruit: & ſemper hoc facit: ſed auxiliāte Chriſto domino, & omni cuſtodia ſeruātes cor noſtrum, irruit quidem, ſed ingredi non poteſt.

Commentarij in Nahum finis.

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM primum Habacuc ad Chromatium episcopum prologus.

PRIMVM Chromati episcoporum doctiſsime, ſcire nos cõuenit, corruptè apud Græcos & Latinos nomen ἀβακοὺμ prophetæ legi, qui apud Hebræos dicitur חֲבַקּוּק & interpretatur amplexus: ſiue ut ſignificantius uertamus in Græcum, περίληψις, id eſt amplexatio. Deinde ubi Septuaginta translatores & Symmachus & Theodotio λῆμμα, id eſt, aſſumptionem interpretati ſunt: in Hebræo poni מַשָּׂא, quod Aquila uertit in pondus, ſuper quo in Nahum propheta plenius diſputauimus. Maſſa autem nunquam præfertur in titulo, niſi cum graue, & ponderis laborisq; plenum eſt quod uidetur. Vnde neceſſe eſt & præſentem prophetiam habere aliquid auſteritatis, ut ſicut in Nahum pondus quod uidebatur aduerſus Niniuen Aſſyriorum urbem, graue erat: ita & in hoc quæratur, cui pondus ſit quod prophetæ reuelatur aſpectui. Quatuor autem prophetæ in duodecim prophetarum uolumine ſunt: è quibus tres in principio λῆμμα, id eſt pondus, titulum habent: Nahum, Abacuc, & Malachias. Porrò Zacharias in medio & circa finẽ duos huiuſcemodi ponit titulos, è quibus unus eſt: Onus uerbi domini in terra Hadrach & Damaſci requiei eius, alter in fine: Onus uerbi domini ſuper Iſrael. De Nahum, orationibus tuis iam liber editus eſt, de Zacharia & Malachia, ſi uita comes fuerit, diſſeretur. Nunc Habacuc habemus in manibus, qui uel ex eo quod amabilis domini eſt, uocatur amplexatio: uel quod in certamen & luctam, & ut ita dicam, amplexum cum deo congreditur: amplexantis, id eſt, luctantis ſortitus eſt nomen. Nullus enim tam audaci uoce auſus eſt deum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare & dicere ei: Cur in rebus humanis, & in mundi iſtius πολιτείᾳ tanta rerum uerſatur iniquitas? Vociferabor ad te uim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti iniquitatem & laborem uidere? Lacerata eſt lex, & non peruenit finem uſque iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtum: ideo egreditur iudicium peruerſum. Vides quod temeraria uox ſit, & quodammodo blaſphemantis, creatorem ſuum ad iudicium prouocare, & uas fragile aduerſum figulum, cur tale uel tale factum ſit, diſputare? Necnon hoc animaduertendum, quod aſſumptio uel pondus, quæ grauia eſſe iam diximus, prophetæ uiſio eſt: & aduerſum Montani dogma peruerſum, intelligit quod uidet: nec ut amens loquitur, nec in morem inſanientium fœminarum dat ſine mente ſonum. Vnde & Apoſtolus iubet: ut ſi prophetantibus alijs, alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et ſtatim: Non eſt enim, inquit, deus diſſenſionis, ſed pacis. Ex quo intelligitur, cum quis uoluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, poſſe & loqui & tacere cum uelit. Qui autem in ecſtaſi, id eſt, inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in ſua poteſtate habet. Illud quoque diſce (quia ſemel à me uiolenter exigis, ut quaſi gradus quoſdam & ſcalas ad altiora nitenti, hiſtoriam tibi interpreter) prophetiam eſſe contra Babylonem & Nabuchodonoſor regem Chaldæorum: ut quomodo prior propheta Nahum quem Habacuc ſequitur, uaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios, qui uaſtauerunt decem tribus, quæ uocabantur Iſrael: ita Habacuc prophetiam habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor, à quibus Iuda & Hieruſalem, templumq; ſubuerſa ſunt. Et ut ſcias eo tempore fuiſſe Habacuc, quo iam duæ tribus quæ uocabantur Iudas, ductæ erant in captiuitatem: Daniel docere te poterit, ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur, quanquam apud Hebræos hæc ipſa non legatur hiſtoria. Igitur ſiue quis recipit ſcripturam illam, ſiue non recipit, utrunq; pro nobis eſt: aut enim recipit, & iam poſt factam rem liber Habacuc texitur: aut non recipit, & quaſi propheta ſcribit quæ uentura cognoſcit.



A COMMENTARIORVM HIERONYMI in Habacuc prophetam Liber primus.

HABACVC

Onus quod uidit Habacuc propheta. Vſquequo domine clamabo, & non exaudies: uociferabor ad te uim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatẽ & dolorem, uidere prædam & iniuſtitiam contra me? Et factum eſt iudicium & contradictio potẽtior, propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit uſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtũ, propter ea egreditur iudicium peruerſum. Aſpicite[b] in gẽtibus & uidete, & admiramini, &

Aſſumptio quam uidit Abacũ propheta. Vſq; quo domine clamabo, & non exaudies? uociferabor ad te uim patiens, & non ſaluabis? Quare mihi oſtendiſti labores & dolores, uidere miſeriam & impietatem? Contra me factum eſt iudicium, & iudex accipit, propterea lacerata eſt lex, & non peruenit ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum. Videte contemptores & reſpicite, et admiramini mirabilia &

Onus quod uidit Habacuc propheta, etc.] Interim ſecundum literam cauſatur aduerſum deum propheta, cur Nabuchodonoſor templum uaſtet & Iudã, cur Hieruſalem quõdam urbs domini deſtruatur? Quare clamet populus, & non exaudiatur: uociferetur ad dominum oppreſſus à Chaldæis, & non ſaluetur? Quare etiã propheta uel populus ex cuius perſona nunc loquitur: ad hoc uixerit, & hucuſque perductus ſit, ut iniquitatem hoſtium & ſuum uideat laborẽ. Cur iniuſtitia præualeat aduerſum ſe? Et hoc dicit præ mẽtis anguſtia, neſciens aurum in igne conflari, & tres pueros de camino puriores exiſſe, quàm intrauerunt. Sed & generaliter accipere B poſſumus, quod ex perſona humanæ impatientiæ uidens propheta peccatores abundantes, & in ſeculo poſsidere diuitias, filios eorum quaſi nouellam plantationẽ in adoleſcentia ſua, & filias ornatas quaſi ſimilitudinẽ templi, cellaria eorum plena eructãtia ex hoc in illud, oues eorum fœtoſas & multiplicatas in uijs ſuis, & cętera quę in centeſimo quadrageſimotertio pſalmo plenius ſcribũtur, in querulam uocẽ & plenã doloris erumpat. Quare reſpicis contemptores, & taces: cõculcante impio iuſtiorẽ ſe, & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducẽ? Tale quid & in ſeptuageſimoſecundo pſalmo legimus: Mei autẽ penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, & reliqua. Et rurſum in eodẽ pſalmo: Et ſi eſt ſcientia in excelſo: Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerũt diuitias, & reliqua uſq;, Manus meas. Hæc autem loquuntur neſcientes iudicia inueſtigabilia, & profundum diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ eius, quod non ita uideat deus, ut uidet homo. Homo tantum præſentia reſpicit, deus futura & æterna cognoſcit. Et quomodo ſi ægrotus & æſtuans febribus aquã frigidã poſtulet, & dicat ad medicũ: Vim patior, crucior, uror, exanimor, uſquequo medice clamabo, & non exaudies? Et reſpondeat ei ſapiẽtiſsimus & clementiſsimus medicus: Scio quo tempore debeam dare quod poſtulas: non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & uoluntas tua contra te petit. Ita & dominus noſter ſciens clemẽtiæ ſuæ pondera atq; menſuras, interdum non exaudit clamantẽ, ut eũ probet, & magis prouocet ad rogandum, & quaſi igne excoctum, iuſtiorẽ & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus ſecundũ id quod miſericordiã eſt conſecutus à domino, ait: Non deficiamus in tribulationibus, (Ephes. 3. c) C & benedicit deũ omni tempore: & ſcit, quia qui perſeuerauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Et gloriatur in labore & dolore. Et cum Hieremia dicit: Tribulationẽ & miſeriam inuocabo. Vt quomodo alius inuocat deũ, ſic ſanctus uir & bellator inuictus ad exercendũ ſe & probandum, tribulationẽ & miſeriã uenire deſideret. a ¶ *Et factum eſt iudicium, etc.*] Adhuc propheta uel populus loquitur ad dñm, quod nõ ueritate aduerſus ſe, ſed potentia iudicatum ſit, & nihil ex lege & iuſtitia ſuſtinuerit. Vnde & ipſum iudiciũ non habuerit finem ſuũ. Finis autẽ iudicij eſt iudicare iuſte. Et hoc quare loqui audeat, in conſequentibus monſtrat, dicẽs: Quia impius Nabuchodonoſor præualuit aduerſus iuſtum Iudã, & hanc eſſe cauſam, quod dixerit iudiciũ non perueniſſe ad finem, quia iniquũ ſit & peruerſum, ut Ioſias rex iuſtus à rege Aegyptio trucidet̃, ut Daniel, Ananias, Miſael et Azarias ſeruiãt, (Dan. 3. b) D & imperet Babylonius imperator. Et inter ſcorta & concubinas ſuas, Balthaſar potet (Ibid. 5. a. d) in phialis dei. Hæc propheta de ſuorũ temporũ ſtatu: ſequimur enim quia ſemel uoluiſti & hiſtoriæ utilitatem. Cæterũ quia iuxta Lxx. cõmunis ad deũ querela ſanctorum eſt, quare contra eos iniuſtum iudiciũ fiat, & innoxium in perſecutionibus ſanguinẽ fundant: at ſi quãdo ante tribunal ſteterint iudicũ ſecularium, iudex acceptis muneribus condemnet inſontẽ, & reum liberet. Quod quidem non ſolum de iudicibus ſeculi, ſed interdũ de eccleſiarũ quoq; principibus dici poteſt, quod propter munera lacerent legẽ, & nõ perducant uſq; ad finẽ iudiciũ, & impius præualeat aduerſus iuſtum, & magis in iudicio peccatũ diuitis quàm pauperis ueritas defendatur. Vnde querimonia eſt, iudiciũ exire peruerſum, ſed nõ debemus ſuper hac rerũ inæqualitate turbari, uidentes & in principio mundi ab impio Cain interfectũ Abel iuſtum, & poſtea exulante Iacob regnare in domo patris Eſau, & Aegyptij luto & latere affligũt filios Iſrael. Et dominus cõtra quẽ nunc querela dirigit̃, crucifigitur à Iudæis, & Barrabas latro eligitur. Dies me deficiet, ſi uoluero enumerare quomodo in iſto ſeculo impijs pręualentibus opprimãtur iuſti. b ¶ *Aſpicite in gentibus, etc.*] Symmachus pro eo quod diximus, quia opus factum eſt in diebus ueſtris, interpretatus eſt: quia opus fiet in diebus ueſtris, cætera ſimiliter. Rurſum in principio capituli, ubi in Hebraico ſcriptũ eſt ראו בגוים & nos tranſtulimus, aſpicite in gentibus, & Lxx. poſuerũt, uidete contemptores, excepto Aquila & Symmacho & Theodotione, qui cum noſtra interpretatione concordãt, in alia quadã editione ἀνώνυμα reperi, uidebitis calũniatores, & in alia ſimiliter abſque autoris titulo, uidebitis declinãtes. Igitur ad ſuperiores querelas cauſantis pro-

A phetæ & dicentis : Vſquequo domine clamabo, & non exaudies? & reliqua uſq; ad finē huius exordij, uox dn̄i reſpondentis inducit̄: ut hanc iniquitatē quā in ſolo Iſrael fieri putat, cernat in gētibus. Et quod Chaldæis nō ut propheta arbitrabat̄, Iudas tantū & Hieruſalē traditi ſint, ſed omnes per circuitum nationes: & tantū eum eſſe ualiturum ruiturumq; poſtea, ut ſi quis prædixerit quod futurum eſt, pro rei magnitudine uideatur incredulū. Sed & hoc quod Lxx & cęteri interpretes ediderunt: Videte contemptores, ſiue uidebitis calūniatores & declinātes, cum ſenſu huius loci cōgruit, & ex ipſo ſermone arguuntur audaciæ, & contemptus in dn̄m: ex quorū perſona ꝓpheta clamauerat, quare auſi ſint dei cōtemnere maieſtatē, et temerarie loqui, & quantum in ſe eſt, dei prouidentiam calumniari, & declinare à domino coarguētes eū iniquitatis. Videbitis ergo contemptores, & tunc admirabimini, & omnē ueſtram querelā pro nihilo computabitis, cum perſpexeritis me facere in diebus ueſtris, ne forte dicatis, quid ad nos pertinet de futuro? opus

HEB. & obſtupeſcite, quia opus factum eſt in diebus ueſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Quiá ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & uelocem, ambulantem ſuper latitudinē terræ, ut poſsideat tabernacula non ſua: horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium, & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & ueloсiores lupis ueſpertinis, & diffundentur equites eius: equites namq; eius de lōge uenient

SEP. & diſperdimini, quia opus ego operor in diebus ueſtris, quod non credidiſtis ſi quis narrauerit. Quia ecce egō ſuſcitabo Chaldæos gentē amarā & uelocē, quæ ambulat ſuper latitudinem terræ, ut poſsideat tabernacula non ſua: terribilis et illuſtris eſt, ex ſe metipſa iudiciū eius erit, & aſſumptio eius ex ſe egredietur. Et exiliēt ſuper pardos equi eius, & ueloсiores erūt lupis Arabiæ, & equitabūt equites eius: & impetu uenient

B quod tam grande erit, & ueſtram omnē opprimet cauſationē, ut ſi quis nunc futurū eſſe prædixerit, fidē non facile accōmodetis. Quod aūt hoc opus ſit, in cōſequentibus demonſtrat̄. a ¶ *Quia ecce ego, etc.*] Quod uobis dixeram: Aſpicite in gentibus, & uidete, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opus fiet in diebus ueſtris, quod nemo credet cum narrabit̄: hoc eſt quod ſequens ſermo deſcribit: Ecce ego ſuſcitabo Nabuchodonoſor, & Chaldæos gentē pugnaciſsimā & uelocē, cuius roboris & ad bellandū audaciæ, omnes penè Græci qui barbaras hiſtorias conſcripſerunt, teſtes ſunt. Hæc non eſt contenta finibus ſuis, ſed huc illucq; diſcurrēs ſuper terræ latitudinē peruagat̄. Et hoc eſt opus eius, non ut terram uomere exerceat, ſed ut rapto uiuat & gladio, ut poſſideat urbes nō ſuas, anteq̄ manū inferat, anteq̄ prorumpat ad bellum, terrorē portat in uultu. Quod autē ait: Ex ſemetipſa iudiciū, & onus eius egrediet̄: pro quo interpretatus eſt Symmachus, ipſa ſibi iudicabit, & decreto ſuo egrediet̄: uel ita intelligendū eſt, de ſua gente conſtituet principes, & poteſtas eius & gladius aliarū gentiū ſatellites non habebit: uel certe quomodo fecit, fiet ei, & ſic uaſtabitur, ut ipſa uaſtauit. Equi quoq; & equites qui de longe uenīēt, tam pernices ad perſequendum, & cuncta pupulanda erunt, ut pardos ſuperēt & lupos ueſpertinos. Siquidē lupi ſæuiores eſſe dicuntur nocte uicina, & tota die fame ad rabiē concitati. Volabunt ergo equites nō ad pugnandum: quia nullus reſiſtet, ſed ad diſcurrendū ut aquila, cui in uolatilibus omnia ſubiacēt, feſtinās ad deuorandū. Et quomodo ad flatum uēti urētis urētia cuncta areſcūt, ita ad aſpectū eorum omnia uaſtabunt̄, tantusq; erit numerus captiuorum & prædæ, ut per ὑπερβολὴν etiam arenæ poſsit æquari. Ipſe quoq;, id eſt, Nabuchodonoſor in uniuerſo orbe regnabit, & ante currū ſuū triumphās de regibus, eos habebit irriſui, & inter delicias cōputabit, tantæq;

C potētiæ & ſuperbiæ erit, ut naturā ſuperare cōtendat, & urbes munitiſsimas robore ſui exercitus capere. Veniet enim Tyrū, & iacto in mari aggere, peninſulā faciet de inſula: & introitū inter fluctus maris in urbem terra præbebit. Quam ob cauſam & ſuper omnē munitionē ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam, id eſt munitionē ſiue Tyrū: quod quidem in Ezechiel perſpicue demonſtratur, ubi dicitur: Nabuchodonoſor rex Babylonis ſubiugauit exercitum ſuum opere magno aduerſum Tyrū. Omne caput caluū, & omnis humerus depilatus: & merces nō data eſt ei, & exercitui eius contra Tyrū, pro opere in quo ſeruiuit aduerſum eam. Cum aūt cōportauerit aggerē, & nihil uiribus eius obuiū fuerit, tūc mutabit̄ ſpiritus eius in ſuperbiā: et deū eſſe ſe credens, imaginem auream ſtatuet in Babylone, quā uniuerſas gentes adorare compellet. Quod cum fecerit, tranſibit in beſtiæ figurā, & poſtea corruet. Pro quo Aquila & Symmachus tranſtulerūt καὶ πλημμελήσει, id eſt, & delinquet, hanc habente ſcriptura ſancta conſuetudinē, ut ואשם id eſt, delinquet, ponat pro eo quod eſt deſinet eſſe quod fuerat. D Tale quid & nos habemus in linguæ noſtræ idiomate, dicentes: uapulauit exercitus, pro eo quod eſt, interfectus & cęſus eſt: & peccauit uinea & ager, pro eo quod eſt, uindemia & fruges nō habuere prouentum. Quod autē in fine capituli dicit̄: Hæc eſt fortitudo eius dei ſui, ἀφωνικῶς eſt legendū, ut ſit ſenſus: Hęc eſt fortitudo eius quam dedit ei Bel deus ſuus. Ad cuius cultū omnes nationes etiā per ſcripturā & cōminationē mortis ſæuiſsimo imperio cōpellebat. Hæc iuxta Hebraicū: nunc ueniamus ad Lxx. ut præpoſitis ſingulis ſententijs, interpretationē allegoricā coaptemus. b ¶ *Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & uelocem, quæ ambulat ſuper lat. etc.*] Comminat̄ deus aduerſus contemptores & calumniantes prouidentiā ſuam, ſuſcitaturū ſe Chaldęos, qui interpretant̄ quaſi dæmonia: uel angelos peſsimos ſignificans, qui miniſtrāt furori eius & iræ, & tribulationi quā infert in peccatores: uel animas hominū peſsimorum, per quas mœrentes cruciat. Hi autem Chaldæi gens amara eſt & uelox, non parcens, & cito explens quod ſibi fuerit imperatum. Et ambulat ſuper latitudinem terræ. Lata enim & ſpecioſa uia eſt quæ ducit ad mortem, per quam ambulabat & ille diues in Euangelio, qui fulgebat in purpura, & illi de quibus dicitur: Qui dormiunt ſuper lectos eburneos, & delicijs affluūt in ſtratis ſuis. Qui comedunt uitulos de armentis lactentes, & bibunt defecatum uinum, & primis unguntur unguentis: qui quia in lata ambulant uia, latitudo terræ appellantur, quæ Chaldæorum ueſtigijs premitur. Noluerunt enim ambulare per artam & anguſtam uiam, quæ ducit ad uitam, & per quam ambulabat Paulus glorians in tribulatione & anguſtia. Ambulant autem Chaldæi ſuper latitudinem terræ, ut poſsideant tabernacula non ſua. Omnis enim rationabilis anima licet per uitium & culpam ſuam hoſpitiū facta ſit Chaldæorum

Ezec. 29.d — כשדים — Matt. 7.b — Luc. 16.d — Amos 6.b — 2 Cor. 6.a & 12.c



A dæorum, tamen per naturam tabernaculum dei eſt. Et quanquam in Euangelio peſsimus dæmon loquatur: Vadam in domum meam unde exiui, non eſt ei credendum: ſiquidem nulla rationalis creatura ad hoc facta eſt, ut habitaculum dæmonis ſit. Sequitur: Terribilis & illuſtris eſt, ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ab eo egredietur. Terribilis eſt Chaldæus propter multa uariáque ſupplicia quæ infert in contemptores: Illuſtris, quia aſſumit ſibi diuinitatis gloriam. Et per oracula ſua & falſa reſponſa, & curationes morborum, quos ipſe immiſerat, apud imperitos & contemptores dei uidetur illuſtris. Erit enim contemptoris iudicium atque ſupplicium ex eo: hoc eſt, ex ſemetipſo ſiue ex Chaldæo. Ipſi enim ſecundum Apoſtolum tradentur ad pugnam, ut diſcant non blaſphemare: à quo qui egerit pœnitentiam, & ad deum conuerſus fuerit, egredietur: cum prius manibus illius teneretur, & eſſet Chal-

B dæi aſſumptio. Si quando uiderimus multo aliquem tempore ſeruiſſe diabolo, & poſtea ad deum eſſe conuerſum, dicamus de eo: Et aſſumptio eius egreſſa eſt ab eo. Quicunque enim egerint pœnitentiam, & dereliquerint dæmones, quibus quaſi equi prius ad ſedendum terga præbebant: & uelocitate pardorum & luporum ueſpere equites ſuos abiecerint & eliſerint, & uacuo leuiq; dorſo ad eum portandum uenerint, qui ſuper pullum aſinæ manſuetus & pauper aſcendit: hi quaſi de longe properantes, & non contenti curſu & impetu, aſſument uolatum: & uenient quaſi aquila, ut ſermonis dei ueſcantur carnibus, & famem tanti temporis ſaturent. In eo enim quod dicitur: καὶ ἐξιππάσονται οἱ ἱππεῖς αὐτοῦ, noſq; tranſtulimus: Et equitabuntur equites eius, iuxta ſenſum quem ſuprà poſuimus, interpretatus eſt Symmachus: effundentur equites eius, id eſt, corruent, & allidentur in terram. Lupi autem Arabiæ, id eſt ueſperæ & occidentis hi rectè uocant̄, quibus cōuerſatio peſſima occubuit: & ante in caligine cōſtituti, toto gradu ueſperā derelinquūt: quam cum reliquerint & uolauerint prompti, ut comedant carnes uerbi dei, tunc conſummatio ueniet in impios, id eſt, in Chaldæos, qui reſiſtebant uultibus pœnitentium ne reuerterentur ad dominum ſuum. Quamobrem conſummatio in impios ueniet, reſiſtentes uultibus eorum ex aduerſo. Cum autem illi fuerint conſummati, & de manibus eorum erepta captiuitas, tunc ſermo diuinus congregabit quaſi arenam Chaldaicæ captiuitatis, & delectabitur in regibus, & tyranni ludicra eius erunt, uidens potentiſsimum quondam diabolum, & regna eius quæ ſaluatori quoque oſtendens ait: Hæc omnia dabo tibi, ſi procidens adoraueris me, eius aduentu eſſe deſtructa: Deliciæ prudentiæ ſunt, & uoluptas ſapientiæ cum ſtultitia deſtruitur, & tyrannorum quondam potentia ſuperata atque deiecta, uertitur in

Matt. 12.d — 1 Tim. 1.d — Matt. 4.c

HEBR. uenient, uolabūt quaſi aquila feſtinans ad comedendum: omnes ad prædam uenient, facies eorum uentus urens: & congregabit quaſi arenam captiuitatem, & ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerē, & capiet eam: tunc mutabitur ſpiritus, & pertrāſibit & corruet: hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Nūnquid non tu à principio domine deus meus, ſancte meus & non moriemur

SEPT. uenient de longinquo: & uolabunt quaſi aquila prompta ad comedendum: conſummatio in impios ueniet reſiſtētes faciebus eorum ex aduerſo, & congregabit quaſi arenam captiuitatē, & ipſe in regibus delectabitur, & tyranni ludibria eius: & ipſe in omnem munitionem illudet, & mittet aggerem, et obtinebit eam: tunc mutabit ſpiritū, & pertranſiet, & propiciabitur: hæc eſt fortitudo dei mei. Nónnē tu à principio dn̄e deus meus, ſancte meus & non moriamur

C deriſum. Neque enim ſolus draco formatus eſt ut luſui haberetur à domino, qui eſt principium plaſmationis eius, factus eſt angelis ludicrum. Neq; illum ſolum dabit deus, quaſi paſſerem paruulum, ſed ſi quis etiam alius crudelis, & mentis tyrannicę fuerit, tradetur ſermoni dei in deriſum. Et ipſe, ait, in omnē munitionem illudet. quæ autem eſt alia munitio, niſi illa de qua loquitur Apoſtolus: Arma enim militiæ noſtræ nō carnalia ſunt, ſed potētia deo ad deſtructionem munitionum, cogitationes deſtruentia, omnem altitudinem eleuantem ſe aduerſus ſcientiam dei. Si quæ igitur fuerint uel in ſermonibus, qui promittunt altitudinem & magnitudinē ſe habere contrariam ueritati, munitiones: uel in omni gloria atq; diuitijs & fortitudine, quæ laudatur in ſeculo: omnia deſtruentur, & ſermo dei uniuerſæ munitioni illudet. Et mittet aggerem, & obtinebit eam per aggerem, & terrena quæ profert, arguens eam fragilitatis in his quibus ſibi uidebatur prius aliquid habere fortitudinis. Cum au-

D tem hoc fuerit expletum, tunc ſpiritus conuertetur, & nequaquam puniet ut ante punierat, ſed pertranſiens peccatores rogabit pro eis, & reconciliabit eos priſtino domino: in quibus omnibus oſtenditur fortitudo, qui tanta perfecerit, dei noſtri. Cernitis quàm confragoſa loca ſint, & aduerſa hiſtoriæ ueritati. Et quomodo ea quæ ſecundum literam ſuper Chaldæis interpretati ſumus, nunc iuxta tropologiam uideātur ſonare clementiam & libertatem eorum qui de Chaldæorum manibus euaſerint. Hiſtoria ſtricta eſt, & euagandi non habet facultatem. Tropologia libera, & his tātum legibus circumſcripta, ut pietatem ſequatur intelligētiæ ſermoniſq; contextum: nec in rebus multum inter ſe contrarijs uiolenta ſit copulandis. a ¶ *Nonne tu à principio domine deus meus ſancte meus & non moriamur: domine in iudicium poſuiſti eum, & plaſmaſti me ut arguam in diſciplina eius, etc.*] Symmachus manifeſtius: Nonne tu à principio domine deus meus ſancte meus ut non moreremur: domine ad iudicandum poſuiſti eum, fortem ad corripiendum conſtituiſti illum. b ¶ *Nunquid non tu à principio domine deus meus, ſancte meus, & non, etc.*] Ad prophetæ querimoniam dicentis: Vſquequo domine clamabo, & nō exaudies? reſponderat deus, dicens: Aſpicite in gentibus & uidete. Et poſt præfationem intulerat: Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & uelocem: Omniq; deſcriptione completa, uel de Nabuchodonoſor, uel de diabolo in fine memorat: Tunc mutabit̄ ſpiritus & pertranſibit & corruet, hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Quod propheta audiens & intelligens: idcirco Nabuchodonoſor contra Iudam ſiue diabolum, cōtra credentes accipere poteſtatem, ut corripiat eos: & poſt correptionē ipſe quoq; puniatur in fine, reſpondit dominus: Ergó ne tu es domine deus meus, ſancte meus? Hæc autē loquitur blandientis & pœnitentis affectu, qui à princi-

2 Cor. 10.a

HEB. mur? domine in iudicium poſuiſti eum: et fortem ut corriperes fundaſti eum. Mūndi ſunt oculi tui, ne uideas malum, & reſpicere ad iniquitatē non poteris. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorãte impio iuſtiorem ſe: & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem? Totum

SEP. mur? dñe in iudiciū poſuiſti eum, & plaſmauit me ut arguam in diſciplina eius. Mundus oculus, ne uideat mala: & aſpicere ſuper dolorem non poteris. Quare nō aſpicis ſuper cōtemptores: tacebis cum deuorauerit impius iuſtiorē ſe? Et facies hominis quaſi piſces maris, & quaſi reptilia nō habentia ducem. Conſum-

A pio nos creaſti, cuius miſericordia hucuſq; ſubſiſtimus. Non enim ſciebam tantum poſſe aduerſarios noſtros: nec noueram Nabuchodonoſor, uel diabolum mundi huius, & cunctarū accepiſſe gentiū poteſtatem. Quantam igitur ad uires eius nullus noſtrum poteſt reſiſtere. Quantū autem ad miſericordiam tuam, tuum eſt omne quod uiuimus: quod nō ab eo interfecti ſumus, & ad mortis opera perducti. Tu enim domine ad iudicãdum poſuiſti eum, ut ipſe ſit inimicus & ultor: & ut per illum corripias quicunq; peccauerit tibi. Sed quia ſemel Chaldæos ſuper dæmonibus interpretati ſumus, & Nabuchodonoſor ſuper regem eorum diabolum: debemus deſcriptionē diaboli & potentiam eius breuiter perſtringere, ut iuſte propheta dicat: Domine in iudiciū poſuiſti eum, & fortem ut corriperes fundaſti eum. Suſcitať aduerſum incredulos & contemptores natio dæmonum, amara ad puniendū, & ubiq; præſens. Ambulat quoq; ubicunq; terrarum eſt latitudo, ut poſſideat homines in quibus Chriſtus habitare debuerat. Horribilis atque terribilis eſt, & difficile ab aliquo ſuperari poteſt: nec ante frangitur, niſi cum magnitudine peccatorū, & iniquitatis ſuæ pondere prægrauata ad conſummationē uenerit. Equi eius & equites in ſimilitudinē pardorū & luporū ſemper B ſanguinē ſitiēt: & deſiderabunt prædas, ſimulabunt abſentiā: & dum nō ſperant, cito de longe ueniēt. Volabunt quaſi aquila, quę exaltans uolatū ponere uult inter ſidera cœli nidum ſuum, & ſemper feſtinat ad prædam. Et in Ezechiele ſub figura Nabuchodonoſor regis Aegyptij ſuper diabolo deſcribiť. Nullus eſt dæmonum qui parcat, oēs ad prædā feſtini ueniēt: ante faciē eorū uētus urēs: quicquid aſpexerint, quicquid uultui eorū obuiū fuerit, urere deſiderabunt & perdere. Rex aūt potentiſſimus erit in medio captiuorū, & eorū numerū quaſi arenā maris à ſatellitibus ſuis hincinde ſuſcipiet: & ipſe de regibus triūphabit, & tyrāni ridiculi eius erunt. Multos enim ſanctos ſua ſupplãtatione decipiet: & eos qui ſibi uidebantur potentiſſimi, & tyrannidem exercere cōtra dæmones, & eijcere illos de corporibus obſeſſis: ſubijciet ſeruituti ſuæ, & riſui deputabit. Ipſe uero fortiſſimus coacta manu & perditorū exercitu congregato, de omni munitione ridebit: & quicquid forte fuerit, niteť euertere. Comportabit enim aggerē, id eſt, circumdabit opera terrena: & cum terra fuerit aggerata, facile omnē capiet munitionē. Poſt tantā aūt uictoriam mutabitur ſpiritus eius, & pertranſibit eos uſq; ad cœlum, & deū ſe faciens, blaſphemare incipiet creatorē ſuum. Quod cum fecerit, corruet: & ruina eius oſtendet ꝙ fortis diuinitas illius fuerit, & idolorū ſimulatio: ſub quorū imaginibus ſuo cultui homines ſubiugabat. Audiens igitur hæc propheta ꝙ tantus taliſq; ſit rex mundi huius, ut congreget captiuitatē quaſi arenā maris: & triumphet de regibus, & tyranni ridiculi eius ſint: & de omni munitione rideat, & comportet primū aggerē, & poſtea capiat eam: & tantæ ſuperbiæ ſit, ut contra creatorem ſuū audeat reſiſtere, & ſe facere quaſi deū: qui prius audacter loquebatur ad dominum, & ſe uel ſuum populum, ſiue eos ex quorum perſona querebatur iuſtos

C eſſe memorat: nunc in blandimentorū uerba prorumpit & ait: Ergó ne tu à principio es domine deus meus, ſancte meus? quodq; non morimur nec capimur à tanto hoſte, tuæ clementiæ eſt. Tu enim domine conſtituiſti eum quaſi carnificē, & fortē feciſti eum: ita ut aut nullus aut rarus eius poſſit reſiſtere fortitudini. Porrò ſecundum Lxx. hoc quod in fine dicitur: Et plaſmauit me ut arguerem in diſciplina eius: ad perſonā prophetæ referri poteſt: ut ſit ſenſus: Ego autē propterea inſpiratus ſum in prophetam, ut arguā delinquētes, & doceam domini diſciplinam. Quidam de domino dici putāt, qui à patre plaſmatus ſit, & corpus aſſumpſerit, ut doctrina dei patris homines erudiat. Sed hoc ꝙ diſcordet à contextu ſuperiorū, & totius loci continentia: non tam mei erit iudicij, ꝙ lectoris. a ¶ *Mundi ſunt oculi tui, etc.*] Tale quid & Hieremias ad deum loquitur: (Hier. 12.a) Iuſtus es domine, confiteor: ueruntamen iudicia loquar ad te: Quid eſt quod uia impiorum proſperatur: abundant omnes qui pręuaricantur & delinquunt. Plantaſti eos & radicati ſunt: genuerunt filios & fecerunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorū. Ergo & Habacuc in eadem ſententia: Mundi ſunt, inquit, domine oculi tui: & ſcio quoniam malum iniuſtumq; non libenter aſpicias, nec D poteſt quiſquam de tua dubitare iuſtitia. Veruntamē cur pateris Babylonios tanta crudelitate iactari, & ab impio Nabuchodonoſor iuſtum opprimi Iſrael: nō quod perfectus ſit qui opprimitur, ſed quod opprimente ſe iuſtior ſit. Et quomodo piſces qui non habent principem, & irrationabilia iumenta, & multitudo reptilium abſque prouidentia ſubiacet fortiori: & quicunq; plus ualuerit uiribus, dominatur in alterum: ſic inter homines animal rationale, & ad ſimilitudinem tuam conditum, non ualebit ratio, non merita, ſed uires corporis, & irrationabilis fortitudo. Si autem uoluerimus generaliter intelligere ſuper prouidentia quærente prophetà: Cur diabolus tantum ualeat in ſeculo, & dominante deo alter exercet tyrannidem? Iſtiuſmodi ſenſus erit, & cum ſuperioribus hæc expoſitio iungetur: Noui domine deus meus, ſancte meus: quia te prouidente & defendente non morimur: & ſcio quia propterea poſuiſti aduerſarium, ut in ipſo quaſi carnifice corriperes, & non occideres peccatores. Noui quia nihil tibi placeat iniuſtum, & oculi tui ab omni iniquitate ſint puri: nec uidere poſsis dolores eorum, qui iniuſtitiæ ſunt ſubiecti. Veruntamē cauſam inuenire non poſſum, cur Abel iuſtū, (Gen. 4.b) Cain occidat iniuſtus, & taceas? Cur ſæuiente ceto & o(Iona 2.a)mnia deuorante, non ſolum minores piſciculi, ſed ipſe quoq; tuus deuoreť Ionas? Quare impius uincit, & iuſtus uinciť? Nec hoc dico quod nouerim quenq; iuſtificari in conſpectu tuo, & abſq; peccato eſſe: & humanæ fragilitatis ignarus ſim. Sed quomodo Sodoma & Gomorra comparatione Hieruſalem iuſtæ ſunt: & publicanus in euangelio phariſæi collatione fit iuſtior: ita & iſte qui opprimiť à diabolo, peccator quidē eſt, ſed opprimente ſe iuſtior eſt. Quare igitur nō eſt mēſura, nec pondus: ut ſi ſemel iuſtus opprimiť & ſubijcitur, nō impio, ſed iuſtiori ſe ſubijciatur? Dicam quicquam ſine te fie-





HEB. Tōtum in hamo ſubleuauit: traxit illud in ſagena ſua: & congregauit in rete ſuum: ſuper hoc lætabiť & exultabit: propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius: & cibus eius electus: propter hoc ergo expandit ſagenā ſuā, & ſemper interficere gentes non ceſſat.

Cap. II

SVpēr cuſtodiā meam ſtabo, & figā gradū ſuper munitionē: & cōtēplabor ut uideā quid dicatur mihi

SEP. Cōſummationem in hamo ſubleuauit, & attraxit eum in reti ſuo: & congregauit eū in ſagenis ſuis: propter hoc lætabiť & gaudebit: propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & incendet reti ſuo, quia in ipſis incraſſauit partem ſuam: & eſcæ eius electæ: propterea expādit rete ſuum, & ſemper interficere gentes non ceſſat.

Cap. II

SVpēr cuſtodiā meam ſtabo, & aſcendam ſuper petrā, & cōtemplabor ut uideam quid loquatur in me

A ri, & te nolente tantū poſſe impiū? hoc ſentire blaſphemum eſt. Cum itaq; tu ſis uniuerſitatis rector & dominus, tu neceſſe eſt facias quod ſine te fieri non poteſt. Et hæc dicit non quod ipſe propheta ſic ſentiat, ut ſupra teſtatus ſum, ſed quod impatientiā humanā in ſua perſona exprimat: ſicut frequenter uidimus Apoſtolū uarias hominum in ſe recipere ſententias: & nunc dicere: (Rom. 7.d) Video autē aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę eſt in membris meis. Et quaſi incipiens ſit: (Philip. 2.c) Fratres ego nō arbitror me comprehendiſſe: & ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Ac rurſus quaſi perfectus ſit: (1.Cor. 13.c) Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus, cum utiq; nō ſit unius atq; eiuſdē, dicere ſe ex parte cognoſcere, & eſſe perfectum. Ac ne forſitan putes non apoſtolicæ cōſuetudinis, ſed noſtræ: hoc eſt argumentū (1.Cor. 4.a) quod ipſe loquitur ad Corinthios: Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter uos, ut in nobis diſcatis. Alioquin quomodo poteſt ſic haB bere deus homines quaſi piſces maris, & uelut reptilia (Matth. 18.b) quæ non habent principem: cum angeli ſingulorū quotidie uideant faciē patris qui in cœlis eſt: & circumdet angelus dñi in circumitu timentiū eum & eripiat eos. Sicut igitur in hominibus etiam per ſingulos dei curſu prouidentia, ſic in cæteris animalibus generalē quidem diſpoſitionem & ordinē, curſumq; rerū intelligere poſſumus. Verbi gratia quomodo naſcatur piſciū multitudo, & uiuat in aquis: quomodo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis? Cæterum abſurdum eſt ad hoc dei deducere maieſtatem, ut ſciat per momēta ſingula quot naſcantur culices, quotue moriantť: quæ cimicū & pulicū, & muſcarū ſit in terra multitudo: quanti piſces in aqua natent & qui de minoribus maiorū prædæ cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores dei: ut dum potentiā eius etiam ad ima detrahimus, in noſipſos iniurioſi ſimus: eandem rationabiliū quàm irrationabiliū prouidentiā eſſe dicentes: ex quo liber ille apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt: in quo ſcriptū eſt, quendā angelū nomine Tyri prę eſſe reptilibus. Et in hanc ſimilitudinē piſcibus quoq; & arboribus & beſtijs uniuerſis proprios in cuſtodiam angelos aſsignatos. a ¶ *Totū in hamo, etc.*] Qui ſupra piſces nominauerat, dicēs: Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile: quod ſignificātius dicitur in Hebræo רמש id eſt, κινούμενον omē uidelicet quod moueri poteſt: idcirco μετάφοραν piſcium ſeruat in cæteris: ut quomodo piſcator mittit hamū, & rete & ſagenā: ut quod hamus non potuit, rete cōprehendat: quod euaſerit rete, ſagenis latioribus circumdetur: Ita & rex Babylonius cuncta uaſtauerit: & uniuerſum hominum ge(Dan. 3.a)nus ſuam prædam fecerit. Porrò quod ait: Lætabiť atq; gaudebit, & immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: Idolū ſignificat quod fecit in campo Dura: & ſimulachrum Belis: cui quaſi grandi ſagenæ immolauit pin-

C guiſſimas uictimas, totas quas uicerat nationes ad cultum eius cogens. In ipſis quippe, hòc eſt in idolis ſuis, incraſſatum eſſe ſe credens: & ſuam partem, id eſt omnes ſe habere diuitias, quaſi grandes piſces etiam principes quoſq; atq; reges ſuo ſubiugauit imperio: quas eſcas electas uocat. Et quia ſemel piſcatione opulentiſsima ſaturatus eſt, & ſagenā ſuā, id eſt ſuū repleuit exercitū: propterea gentes interficere, id eſt ſemper pugnare & iugulare non ceſſat. Porrò ſecundū Lxx. impius diabolus qui opprimit iuſtum: & habet homines quaſi piſces maris: & uaſtat cuncta quaſi reptilia non habētia ducem: miſit hamū ſuum cōtrariū ei hamo, à quo per apoſtolum Petrū (Matth. 17.d) primus captus eſt piſcis, in cuius ore inuentus eſt ſtather. Et adhęſit hamo eius Adam, & attraxit eum foras de paradiſo rete ſuo: & cooperuit illū ſagenis ſuis, uarijs & multiplicibus dolis atq; fallacijs. Idcirco lætabiť, & decipulas ſuas plus arbitrabitur eſſe quàm præceptū dñi. Et immolabit non hamo, qui peruerſus ſermo intelligitur, & adhuc in principio conſtitutus, ſed reti ſuo: quia pinguiſD ſimas in ipſo hoſtias cōprehendit. Et per unū hominē (Rom. 5.d) peccatores conſtituti ſunt plurimi, & in Adam omnes (1.Cor. 15.c) mortui ſumus, & uniuerſi deinceps ſancti cum illo pariter de paradiſo electi. Vnde & cibi eius electi ſunt: ut ſecundum Pſalmiſtam quærat à deo eſcam ſibi, prophetas ſubuertere uolens & apoſtolos. Et quia primū decepit hominem, quotidie uniuerſum humanū genus interficere non ceſſat. Poteſt autem & de hæreticorū accipi peruerſa multiplicique doctrina, quod & ipſi hamo ſuo & rete ſuo, & ſagenis ſuis plurimos piſces capiant, & multa reptilia cōprehendant: & idcirco lætenť, & ſermonem ſuum quo decipere & perſuadere potuerunt, quaſi deum adorent, & illum colant, illum expoliant: ipſi omni arte deſeruiant, per quem ſciant à ſe tantas uictimas interfectas, & tantos potentiū atq; ſanctorū eſſe deceptos, quos pinguem partem & electas eſcas ſcriptura nunc nominat. Propterea in ſimilitudinem beſtiarum, quæ guſtatū ſemel ſanguinem ſemper ſitiunt, expandunt rete ſuum: & hoc omne eorum ſtudium eſt, ut non paucos, ſicut in principio, ſed plures interficiant. Non ambigit de interfectione multarum gentium, qui tantam hæreſeon & peruerſarum doctrinarum multitudinem diaboli uiderit hamo, rete, ſageniſq; comprehenſam, & tamen capturæ eorum finis interitus eſt.

Caput II

S*Vper cuſtodiam, etc.*] Symmachus manifeſtius eſt proſequutus: Quaſi cuſtos ſuper ſpeculā ſtabo, & ſtabo uelut incluſus: & contemplabor ut uideā quid dicať mihi: & quid reſpondeā, & contradicā aduerſum arguētē me. c ¶ *Super cuſtod. etc.*] Pro munitiōe & petra, in cuius locū Symmachus interpretatus eſt, cōcluſum: in Hebręo poniť מצור, quod Theodotio, gyrū: Aquila & Quinta editio, circinū tranſtulerūt. Primæ cauſationi reſponderat dominus: Aſpicite in gentibus & uidete & (Supra 1.b) admira-

HEB. mihi, & quid reſpondeam ad arguentē me. Et rēſpōdit mihi dñs & dixit: Scribe uiſum & explana eum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit eū: quia adhuc uiſus, ꝓcul, & apparebit in finē, & nō mētiet: ſi morā fecerit, expecta illum, quia ueniēs ueniet, & nō tardabit: ecce qui incredulus eſt, nō erit recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autē in fide ſua uiuet. Et

SEP. in me, & quid reſpondeam ad correptionē meam. Et reſpondit ad me dominus, & dixit: Scribe uiſionem & manifeſtè in buxum ut perſequatur qui legit ea: quia adhuc uiſio in tempus, & orietur in finē, & non in uacuum. Si defecerit, ſuſtine eum: quia ueniēs ueniet, & nō tardabit: ſi retraxerit ſe, nō placebit animæ meæ in eo. Iuſtus autem ex fide mea uiuet. Qui

A admiramini & obſtupeſcite. Ad quā propheta quaſi ſuperioris dicti agens pœnitentiā, temperauerat quidem quæſtionē dicēs: Domine deus meus ſanctè meus, & nō moriemur. Sed nihilominus cū ueneratione & laudib. dei ipſū fuerat ſciſcitatus: Mūdi ſunt oculi tui ut nō uideas malū, & reſpicere ad iniquitatē neſcis. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorē ſe? Et quę eſſet iuſti deuoratio, exequutus in partibus eſt: ut fierēt homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia. Et quod hamo & ſagena & rete ſuo omnes ad interitū traherent: & non eſſet finis interfectiōis eorum. Itaq; quia propheta eſt, & propterea quærit, & dubitare ſe dicit: ut quod illi reſponderetur, reſpondeatur omnibus: Stabo, inquit, in ſpecula mea, id eſt, in prophetiæ meæ ſublimitate: & uidebo poſt captiuitatem populi, & euerſionē ciuitatis & templi, & deinceps quid ſequatur. Vel certe ita: Cuſtodiā omni diligentia cor meum, & ſtabo ſuper Chriſtū petrā. Et hoc gyro & circi-

B no quaſi muro ſepiar, ne ad me leo rugiens poſsit irrūpere, & uidebo quid mihi poſt ſecundam quæſtionē reſpōdeat deus: & poſtq̧ mihi reſpōderit & me corripuerit male fuiſſe conqueſtū: quid ego quoq; et debeā reſpondere. Eleganter autē & miro ſenſu humanā deſcribit impatientiā, quam in diſceptationibus ſemper habere cōſueuimus: ut anteq̧ nobis ex aduerſo aliquis reſpondeat: & ſciamus in quo nos arguerit, ad reſpōndendum paremur. Ex quo oſtendit reſponſionē non rationis eſſe, ſed cōtentionis. Si enim eſſet ratio, reſpōſio debuerat expectari: & ſic uidere utrū reſpondere deberet, an cōſentire rationabili reſponſioni. Sed & hoc notandum ex eo quod dixerat: Vt uideā quid loquatur in me, propheticā uiſionē & eloquiū dei non extrinſecus ad prophetas fieri, ſed intrinſecus & interiori homini reſpondere. Vnde & Zacharias: Et angelus, inquit, qui loquebatur in me. Et in pſalmis: Audiā quid loquatur in me dñs. *Zach. 1.c* *Pſal. 84.b*

a ¶ *Et reſpondit mihi dominus, etc.* ] Pro tabulis & buxo, quod Hebraice dicitur לחות: Symmachus interpretatus eſt paginas. Et ubi Lxx. poſuerūt, Iuſtus autem ex fide mea uiuet: omnes æqualiter tranſtulerūt: ex fide ſua uiuet. Deniq; Symmachus ſignificantius interpretans ait: Iuſtus autē per fidē propriā ſuā uiuet: quod græcè dicitur, ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται: באמונתו quippe, quod interpretatur in fide ſua: ו & non י literam haberet in fine, ut Lxx. putauerunt, & legeretur באמונתי rectè tranſtuliſſent in fide mea. Nunc autē ſimilitudo literæ י & ו, quæ menſura tantum inter ſe diſtant, cauſa erroris fuit. Hoc quare dictū ſit, ſequens diſputatio cōprehendit, iuxta repromiſſionē quæ ad ſanctum uirū in Eſaia ſit, dicens: Adhuc loquente te, dicam ecce adſum. *Eſa. 65.d* Nunc quoq; propheta reſpondit dñs, & præcepit ut ſcribat uiſionē: & dirigat eā ſuper tabulas, id eſt, manifeſtius ſcribat. Tabulas autem puto illas, de quibus & Apoſtolus loquitur ad Corinthios: *2.Cor. 3.a* Epiſtola noſtra uos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ cognoſcitur & legitur ab omnib. hominibus manifeſtati: quoniā eſtis epiſtola Chriſti manifeſtata à nobis: & ſcripta non

C atramento, ſed ſpiritu dei uiuentis: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Sed & Salomon tale q̄d ſignificat in Prouerbijs dicēs: *Prou. 3* Deſcribe eā ſuper latitudinē cordis tui. Scribere aūt iubet planius, ut poſſit lector currere, & nullo impedimēto uelocitas eius, & legēdi cupido teneat. Et hoc præcipit, quia adhuc uiſio ꝓcul eſt, & in tēpore cōſtituto. Et cū finis rerū aduenerit, tunc etiā ille ueniet, & ꝓbabit ꝓphetia uera opere cōpleta. Quod ſi fortè ꝓ cupiditate tua ô lector & uidendæ uiſiōis ardore, paululū tibi uiſum fuerit morā facere quod promiſſū eſt: noli deſperare uenturū, ſed expecta patienter: me eñ habes, qui tibi polliceor & dico: Veniēs ueniet & non tardabit. Si quis autem incredulus eſt huius ſponſionis meæ, & me dicente, ueniēs ueniet & non tardabit, cœperit ambigere, & in ſe tacitus fluctuare, putās nō eſſe uēturū quod moratur ad tēpus, hic meæ animę diſplicebit, iuxta illud: Neomenias & ſabbata ueſtra odit anima mea. *Eſa. 1.d* Quod aūt animā ſuā deus dixit, ꝓ mēte & cogitatiōe debemus accipere, ut ſit intellectus, meo ſenſui diſplicebit. Sicut aūt diſplicebit ille q̄ me promittēte dubitauerit uēturū eſſe quod ſpōdeo: ita iuſtus q̄ crediderit, ꝓmiſsiōi meæ uiuet in fide ſua. His quaſi lineis capituli huius pictura deſcripta eſt. D Quod aūt dicit huiuſcemodi eſt, ita dūtaxat ut & tranſlationē Lxx. miſceamus: Scribe in corde tuo, & quaſi paruuli q̄ prima elemēta accipiūt literarū, curuos apices & trementē manū in buxo erudiūt, & ad rectè ſcribēdū meditatiōe cōſueſcūt: Ita tu quoq; q̄ ex ꝑſona ambigētis loquutus es populi, in tabulis cordis tui & in buxo pectoris ſcribe q̄d dico. Viſio eñ eſt quæ ꝓmittit iubetq; deſcribi, & ſcribi manifeſtius: ut nullo inuoluatur nubilo, & nullis ænigmatū obſcuretur ambagib. manifeſta ſpes manifeſtā habeat ſpōſionē. Hoc aūt ô ꝓpheta præcipio, nō q̄d tu neſcias (nō eñ eſſes ꝓpheta ſi ignorares) ſed ut q̄d tu manifeſtius ſcripſeris, lector abſq; impedimento & difficultate poſsit legere atq; ꝑcurrere, q̄d Lxx. tranſtulerunt: ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων. i. ut ꝑſequatur q̄ legit: iuxta illū ſenſū, q̄ ad Timotheū ſcribit: *1.Tim. 6.c* Perſequere iuſtitiā, & pietatē, & fidē, charitatē, patiētiā, māſuetudinē. Et ad Romanos: *Rom. 12.c* hoſpitalitatē ſectātes. Et ad Corinthios: ꝑſeq̄mini charitatē. *1.Cor. 14.a* Ipſa aūt uiſio de qua tibi dixi: ſcribe uiſionē & manifeſta in buxo, ut poſſit ꝑſequi q̄ legit: adhuc in tēpore cōſtituto eſt, de quo ſaluator ait: *Eſa. 49.c* Tēpore acceptabili exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſū tibi. Et orietur in cōſūmatiōe mūdi & in extrema diei hora, de qua loquitur & Ioānes: *1.Ioan. 2.c* Filioli, nūc hora nouiſsima eſt. Et nō fruſtra ueniet, ſaluabit eñ multos, & cū reliquijs Iſraelitici popli multitudinē gētiū cōgregabit. Q̄d ſi paululū ſe ſubtraxerit, & uotis tuis ô lector q̄ legere iuberis in buxo & in tabulis quas propheta deſcripſit, uenire tardius uiſio cœperit, expecta eā, quia ueniēs ueniet & nō tardabit. Si autē dubitauerit fides tua & putaueris nō uenire quod ſpōdeo, habebis pro grandi pœna q̄d meæ animæ diſplicebis. Iuſtus autem qui credit uerbis meis, & de his non ambigit quæ polliceor, habebit præmium uitam ſempiternam. Nec ſtatim debes arguere uel in te interſi-



HEB. Et quômodo uinū potantē decipit, ſic erit uir ſuperbus & non decorabitur: qui dilatauit quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors & non adimpletur. Et congregabit ad ſe omnes gentes, & coaceruabit ad ſe omnes populos. Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelā ænigmatum eius, & dicetur: Væ

SEP. Qui autem arrogans eſt & contemptor, uir ſuperbus, nihil perducit ad finem: qui dilatauit ſicut infernus animā ſuam, & iſte quaſi mors non adimpletur: & congregabit ad ſe omnes gentes, & accipiet ad ſe omnes populos: nónne uniuerſa hæc aduerſum eum parabolam ſument, & propoſitionem ad narrationem eius, & dicent: Væ

A cienciendo, uel in illo uiuificando, quod apud me acceptio perſonarū ſit: quia ipſe uiuificationis ſuæ cauſa eſt, qui ex fide ſua uiuit: ſicut tu ex eo quod te ſubtraxiſti & credere noluiſti, diſplicuiſti animæ meæ. Manifeſtè autem in his de aduentu Chriſti prophetia eſt. Vnde & propoſita quæſtio ſoluit, quod donec ille ueniat, iniquitas dominetur in mundo, & iudicium non perueniat ad finem, & uerus Nabuchodonoſor capiat rete ſuo & ſagena homines quaſi piſciculos, & rationabile animal quaſi reptile non habens principē. Porrò q̄d pro uiſione interpretati ſumus, quia adhuc uiſus procul, & ſi moram fecerit, expecta illū, id eſt, uiſum: non putet aliquis errore deceptus pro uiſione quæ eſt generis fœminini, uiſum poſuiſſe qui eſt generis maſculini, & minus uſitatū eſt in Latino. Siquidem חזון, quod Aquila interpretatur ὁραματισμόν, apud Hebræos genere maſculino uiſus dicitur: & uſq; ad finē ſub eodem genere uiſionis, id eſt, uiſus, maſculina declinatio conſeruatur. Lxx. aūt dicentes γράψον ὅρασιν, id eſt, ſcribe uiſionē, & poſtea, ſi defecerit ſuſtine eum, quia ueniens ueniet & non tardabit: ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ in eo: primū interpre-

B tati ſunt uiſionē genere fœminino, quæ apud Hebręos, ut diximus, generis maſculini eſt. Deinde ſecundū Hebraicū genus, ubi declinatur maſculine: ſuſtine eum, & non placebit animæ meæ in eo: ipſi quoq; maſculino genere declinauerūt. Cum utiq; debuerint iuxta id quod primum interpretati ſunt uiſionē, etiam in reliquis fœmininū genus ponere uiſionis, ut dicerent: expecta eā, quia ueniens ueniet: quod ſi ſe ſubtraxerit, non placebit animæ meæ in ea, id eſt, in uiſione. Hoc propterea ne quod ſciebamus uideremur tacere. Cæterum non ignoro ſecundum interpretationē eorū poſſe & ita accipi. Scribe uiſionem in qua Chriſtus repromittitur, & prophetiæ tuæ uel in buxo uel in tabulis, uel ut Symmachus tranſtulit, paginis hunc texe ſermonem: quod tempore conſtituto & in cōſummatione mundi ueniat filius meus qui ſaluet oues perditas domus Iſrael, & alias quoq; oues antiquis ouibus copulet, & unum efficiens gregē, iungat duas uirgas, quas Ezechiel, *Ezech. 7.c* id eſt, uirtus dei, ſociatas & ſibi inuicem cohærentes tenet in prophetali manu. Quod ſi paululum ô propheta, uel tu popule (ex cuius perſona dubitare uiſus eſt & propheta meus) ſe ſubtraxerit Chriſtus, & uiſus fuerit retardare, expecta illum: ueniens enim ueniet, & non tardabit, & cætera quæ iā ſuprà expoſuimus. Porrò quod Apoſtolus Lxx. magis teſtimonio abuſus eſt ad Romanos ſcribens: *Rom. 1.c* Iuſtus autem ex fide mea uiuet, & non eo quod habetur in Hebraico, cauſa perſpicua eſt. Scribebat enim Romanis, qui ſcripturas Hebraicas neſciebāt: nec erat ei cura de uerbis, cū ſenſus eſſet in tuto, & damnum ex eo præſens diſputatio non haberet. Alioquin ubicunq; diuerſus eſt ſenſus: & aliter ſcriptus eſt in Hebraico, aliter in Lxx. nota eum his uti teſtimonijs quæ à Gamaliele doctore legis didicerat. a ¶ *Et quomodo uinum potantem decipit, etc.* ] Cum hæc de Chriſti aduentu ſint repromiſſa, ſiue ut quibuſdam placet de uiſionis

C fine & de completione auxilij dei: quod qui crediderit eſſe uenturū, uiuet ex fide ſua: qui uerò incredulus fuerit, dñi animæ diſplicebit: Nabuchodonoſor rex Babylonius decipietur ſuperbia ſua. Et quomodo uinū contra potantē facit: & poſtq̧ ſurrexerit, neq; pes, neq; mēs ſuū officiū tenent, omniſq; lętitia & mentis exhilaratio uertitur in ruinam: ſic uir ſuperbus nō decorabitur, nec uolūtatē ſuā perducet ad finē: & iuxta Symmachū, οὐκ εὐπορήσει, hoc eſt, in rerū omniū erit penuria. Qui quaſi mors & infernus non ſaturatur occiſis, & omnes gentes cunctoſq; populos ſuo imperio ſubiugans, finem auariciæ nō putauit. Nōne cū inebriatus fuerit poculo domini: & meraco calice conſopitus, omnes ſuper eum per comparationē loquentur & προβλήματα: Væ ei qui totū orbē uaſtans, non ſaturatur rapinis, nec deſinit expoliare iam nudos: & ad hoc tantū ſæuit ut deuoret, & iniquitatis & prædarū onere quaſi grauiſsima torque ſe deprimat. Simulq; conſidera, q̧ eleganter multiplicatas diuitias denſum appellauerit lutū. Nunquid non repente cōſurgent Medi atq; Perſæ qui Babyloniorū imperiū deſtruentes, mordeant eum primū, & poſtea lacerent: fiatq; eis Nabuchodonoſor in rapinā, & uaſtator totius orbis expolietur à reliquis D populis, qui manū & crudelitatē illius euadere potuerunt. Hoc autē ei fiet propter ſanguinē hominis, id eſt, Iudæ, & iniquitatem terræ, uidelicet Iſrael, & ciuitatis: haud dubiū quin Hieruſalē & omniū habitantiū in ea generaliter populum ſignificans. Diſcutiamus & Lxx: Omnia quæ de Babylone & Nabuchodonoſor diximus, referri poſſunt ad mundū iſtū, & ad diabolū: qui uere arrogans & ſuperbus, & aliquid eſſe ſe credens, nihil perducit ad finē. Siquidē conatus eius & omnis labor habebit interitum, qui in ſimilitudinē inferni, & mortis non ſaturatur occiſis, & omniū gentiū deceptione lætatur, & ad ſe populos cōgregat. Qui cum eum uiderint miſſum in abyſſum, & tartaro traditū, ea quæ in prophetis parabolicè, & αἰνιγματωδῶς legerint, uidentes eſſe cōpleta: & interpretantes ſuper ea conſona uoce memorabunt: Væ diabolo, qui multiplicauit ſibi non ſua. Væ perdici, quæ congregauit quæ non peperit. Vſquequo? uel increpantiū eſt uox iſta, uel iudicij diem demonſtrantiū. Et aggrauans torquē ſuū infinito pondere. Et pulchrè qui arrogans & ſuperbus eſt: ſuperbia autem propriè in extenſione colli & ceruicis erectione monſtratur: torques grauiſsima fit ut curuet quod fuerat erectū. Et iſtud eueniet, quia ſubito cōſurgent qui mordeant eum: uel angeli cum quibus diabolus traditur in pœnā, uel qui ab eo tenti fuerant, agentes poſtea pœnitentiā, & ad Chriſti uexilla cōuerſi, mordebunt eum, iuxta illud quod alibi dicitur: Viri pacifici tui poſuerunt inſidias tibi. Deniq; ſequitur: Et euigilabūt inſidiatores tui, id eſt, quos ante conſopieras, quos inebriaueras, illorū inſidijs ſubiacebis, uaſtantiū regnum tuum, & eos qui captiui fuerunt in Chriſti turmas redigentium. Tu enim deprædatus es gentes multas, & Iudaicum populū ornatu & ueſtibus quas ei dederā, ſpoliaſti: idcirco omnes reliqui populi, qui tuo imperio non ſubiece-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A ſubiecerint ceruicem, ſpoliabunt te, & nudum facient. Quia & tu interfeciſti gentes plurimas, & fudiſti ſanguinem earum. Sed & terræ impietas, id eſt, Iudaicæ & ciuitatis Hieruſalem, & omnium habitatorum eius, qui dixerunt aduerſum creatorem ſuum: Crucifige, crucifige eum, ſanguis eius ſuper nos & ſup filios noſtros: reuertetur in caput tuum, & expoliationis tuæ cauſæ erunt. Poteſt autē hoc ipſum & de antichriſto interpretari: qui intantū erit arrogans & ſuperbus, ut in templo dei ſeſſurus ſit faciēs ſe deum: Et quaſi infernus & mors tantos interficiet, & ad ſe congregabit: ut ſi fieri poſsit, decipiat etiā electos dei. Congregabit quoq; ad ſe omnes gentes, & uniuerſos populos in ſuum ducet errorē. Qui cū poſtea interfectū illū ſpiritu oris Chriſti uiderint, intelligent uera eſſe quæ de eo ante prædicta ſunt, & dicēt omnia quæ ſequuntur, eadem intelligentia qua expoſuimus

B ſuper diabolū. Quod autem dicit, expoliabunt te omnes reliqui populi propter ſanguinem hominum & impietatem terræ, & ciuitatis & omnium habitantiū in ea, reliquos populos ſanctos intelligamus qui antichriſto non ſeruierunt, à quibus expoliabitur impius propter impietatē quam exercuit in uniuerſam terram, & uaſtationē ciuitatis eccleſiæ, & perſecutionē omniū qui habitauerunt in ea. Tanta em̄ uaſtitas, & tanta impietas in fine rerum antichriſto ſæuiente graſſabitur in eccleſijs, & multiplicata iniquitate multorū intantum refrigeſcet charitas, ut dominus qui cordis arcana cognoſcit, & quod futurū eſt non ignorat, dixerit: Putas ueniēs filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Poſſumus quoq; ſecundum Ioannē apoſtolum qui ſcribit: Sicut audiſtis quia antichriſtus ueniet, nunc autem antichriſti multi ſunt: unde & cognoſcimus quoniā nouiſsima hora eſt. Omnes hæreticos & uniuerſum dogma peruerſum arrogantiū ſibi ſcientiā, & ſimplicitatē eccleſiæ contemnentiū, qui nihil perducunt ad finem, ſed delectantur mortibus plurimorum, arrogātes & ſuperbos dicere poſſumus: & totam continentiam capituli ſuper eorū intelligentiā temperare, qui uerè multiplicant ſibi non ſua: & quaſi grauiſsimum lutū & ponderoſam torquē qua pertrahantur ad pœnas ſibi congregantes, ſpoliant gentes multas, & effundunt ſanguinē hominū, & impietatē exercent in eccleſiam & in omnes habitatores eius. Sed reliqui populi, eccleſiaſtici uidelicet uiri, qui non fuerint eorum errore decepti, ſubito cōſurgent & euigilabunt, quaſi de graui ſomno, & mordebūt eos & inſidiabuntur illis & habebunt eos in prædam. Quidā putant hoc quod dicitur: Væ qui multiplicant ſibi quæ non ſunt ſua, & cætera, de diuitib. poſſe accipi, qui poſſeſsionū terminos

HEB. Væ ei qui multiplicat non ſua: uſquequo aggrauat contra ſe denſum lutū? nunquid non repente cōſurgent qui mordeant te, & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Quia tu ſpoliaſti gētes multas, ſpoliabūt te omnes qui reliqui fuerint de populis, ꝑpter ſanguinē hominis & iniquitatē terræ, ciuitatis & omniū habitantiū in ea. Væ qui congregat auariciā malā domui ſuę, ut ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali: cogitaſti cōfuſionem domui tuæ, cōcidiſti populos multos, & peccauit aīa tua, qa lapis de pariete clamabit, & lignū qđ inter iūcturas ædificiorū eſt reſpōdebit.

Væ

SEP. Vę qui multiplicat ſibi quæ non ſunt ſua, uſquequo aggrauat torquem ſuam grauiter, quia ſubito cōſurgent mordētes eum, & uigilabunt inſidiatores tui, & eris in rapinā illis? Quia tu expoliaſti gētes multas, expoliabunt te omnes reliqui populi, propter ſanguinem hominum & impietatis terræ, & ciuitatis, & omnium habitatorum eius. O qui multiplicat auariciam malam domui ſuæ ut ponat in excelſo nidū ſuū, & eruatur de manu malorū: cogitaſti cōfuſionē domui tuæ, cōſumpſiſti populos multos, & peccauit anima tua, propter quod lapis de pariete clamabit, & ſcarabeus de ligno loquetur ea.

Væ

dilatant: & ea quæ nō ſunt hominis, hominis arbitrantes, congregant ſibi, à quibus ſubito relinquent. C Quod autem non ſit hominis, id eſt, animalis rationabilis terrena poſſeſsio, & dominus demonſtrat, dicens: Si in alieno non fuiſtis fideles, quod ueſtrū eſt quis dabit uobis? *Luc. 16.c* totumq; capituli textū ſuper hac perſona ediſſerūt. Sed neſcio an poſſent quæſtiones & ſolutiones propheticæ ordinem ſeruare. a ¶ *Væ qui cōgregat auariciam, etc.*] Adhuc ad ipſum ſermo eſt qui ſibi coaceruet mala, & diuitiarū multitudinē non intelligat cauſā eſſe ruinę ſuę domus: ſimulque per metaphorā ſupbiæ arguit, quod ad auium ſimilitudinem in excelſo poſuerit nidum ſuum, & arbitratus ſit erui ſe de manu mali, id eſt, nunq̄ uenire in hoſtiū poteſtatē, quod ſuperbiæ conſiliū & arrogans cogitatio finem habuit ignominiam. Interfeciſti populos multos, & in alijs occidendis cōtra animam tuam deſæuiſti: D & in tanta crudelitate bacchatus es, ut ſi dici poteſt, lapides ciuitatis & ligna parietum quos ſubuertiſti, tuam ferociam clamitent. Tale quid & dominus in euangelio cōtra phariſæos obiurgantes, quare non increparet pueros acclamantes ſibi: Oſanna in excelſis filio Dauid, Benedictus qui uenit in nomine domini, oſanna in excelſis. *Matt. 21.b* Non legiſtis, inquit, quia ſcriptū eſt: Ex ore infantiū & lactentium perfeciſti laudem? *Pſal. 8.a* Et ſi iſti tacuerint, lapides clamabunt. Licet enim pleriq; ita intelligendū putent: ſi Iudæi tacuerint, multitudo me gentiū confitebitur: tamen hæc eſt expreſsior & uerior intelligentia, etiā ſi homines tacerent, & ſignorum meorum multitudinē lingua inuidens non loquatur, tamē lapides ipſi & fundamenta murorum & parietum ædificatio, meam poterunt magnitudinem perſonare. Quod ut ſignificantius fiat, ponamus literaturæ quoq; ſecularis exempla. Criſpus loquitur in hiſtoria: Saguntini fide atq; ærumnis inclyti, per mortaliū ſtudiū maiores q̄ opibus, quippe quis etiā tum ſemiruta mœnia, domus intectæ, parieteſq; templorū ambuſti, manus punicas oſtentabant. Simile quid & Tullius ad Cæſarē pro Marcello: Parietes mediusfidius C. Cæſar (ut mihi uidetur) huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt, quod breui tempore futura ſit illa autoritas in his maiorū ſuorum & ſuis ſedibus. Porrò quod nos interpretati ſumus: Et lignum qđ inter iuncturas ædificiorum eſt reſpondebit, pro quo Septuaginta poſuerunt: καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. id eſt, Et ſcarabeus de ligno loquetur ea, manifeſtius more ſuo tranſtulit Symmachus: καὶ σύνδεσμος οἰκοδομῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά. id eſt, iunctura ædificij lignea loquetur ea. Theodotio quoque: καὶ σύνδεσμος ξύλου φθέγξεται αὐτά. necnon &

Quinta



A Quinta editio: καὶ σύνδεσμος ξύλου φθέγξεται αὐτά. quę ipſę interpretationes cum Symmachi & noſtra interpretatione concordant: quod enim lingua Hebraica dicitur כָּפִיס lignum ſignificat, quod ad continendos parietes in medio ſtructuræ ponit, & uulgo apud Græcos appellat ἱμάντωσις. Hoc eſt ergo iuxta hiſtoriā quod prophetalis ſermo ſignificat, lapides parietum qui à te deſtructi ſunt, & ligna eorum ambuſta tuam crudelitatem ſonabunt. Reperi exceptus quinq; editionibus, id eſt, Aquilæ, Symmachi, Lxx. & Theodotionis, & quintæ in duodecim prophetis, & duas alias editiones, in quarū una ſcriptum eſt: quia lapis de pariete clamauit quaſi uermis in ligno loquens, & in altera: lapis enim de pariete uociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea. Sed & Aquila aliud quiddam quàm nos diximus poſuit, καὶ μάζα, id eſt, & maſſa de ligno reſpondebit. Quorum interpretatio quid ſibi uelit, in Lxx. translatorū expoſitione dicemus, in quibus pro uæ, o poſitum eſt, & dirigitur ſermo uel ad diabolum, uel ad antichriſtū, uel ad hæreticos, qui multiplicant ſibi auariciam malam. Mala autem dicitur auaricia ad diſtinctionem bonæ, ut ſit bona auaricia doctoris eccleſiaſtici, qui nunq̄ ſatiat multitudine ſectatorū, & quanto plures habuerit diſcipulos, tanto magis ad doctrinæ ſtudium concitatur. Væ ergo ei qui multiplicat ſibi auariciam peſsimam, ut congreget domui ſuæ conuenticula peruerſa, & ponat in alto nidum ſuum, ut eruatur de manu malorum. Pollicentur enim & diabolus & antichriſtus & hæretici, eos qui ſuum dogma ſuſcipiant fore in cœleſtibus poſſeſſuros regna cœlorū, gehēnæ incendia non ſenſuros. Et cum hæc repromiſerint,

B conſilium ipſorū ad perfectū uenire non poterit, ſed erit cōſiliū confuſionis & ignominiæ domus eorū: poſtq̄ quæ fuerant repromiſſa, falſa ipſe rerū finis oſtenderit, tunc probabit cōfuſionis eſſe cōſiliū, non ſalutis. Iſte, ut diximus, peruerſitatis doctor cōſumpſit populos multos: & quanto plures habuit in comitatu ſuo, tanto magis deliquit contra animā ſuā. Deniq; eccleſiæ eius lapides κάνθαρος, id eſt, ſcarabeus de ligno clamabunt contra auariciam ſuperbi, eo q̄ omnes gentes ſua perſuaſione deceperit. Lapides, ſtolida corda credentiū doctrinis hæreticorū poſſumus intelligere, & ſcarabeū de ligno, magiſtros quoſq; peruerſos, qui turpis lucri gratia aſſumētes prædicationē crucis loquunt ex utero. Deus em̄ eorū uenter eſt, & omnia ciborū cauſa faciunt qui redigunt in ſtercus, quia ſcarabeus uel cātharus uermis eſt ſtercoris: & ad hoc tantū aſſumūt crucē, ut auariciā & ſuperbiā magiſtri ſui diaboli doceāt ore uipereo. Si quando uideris hæreticorū quempiā, quaſi recondita & occulta myſteria cōtra eccleſiā loqui, & domū diaboli domui præferre Chriſti, dicito: Lapis de pariete clamat, & cantharus de ligno loquit. Legi in cuiuſdam uolumine propterea cantharū ſuper hæreticis intelligi, quia dogmata habeant ſtercori cōparanda. *Philip. 3.b* Vnde & Apoſtolus, doctrinæ ueteris errorē dicit ſe reputaſſe in ſcybala, id eſt, in ſtercora. Non quod lex uetus, ut Manichæi arbitrant, ad cōparationē euangelij ſcybala cōputet, quod impiū eſt dicere, cum unius dei utrunq; ſit teſtamentū. Sed q̄ doctrinæ phariſæorū & præcepta hominū & deuteroſis Iudæorū ſtercora dicant ab Apoſtolo. Scio quendam de fratribus, lapidē qui de pariete clamauerit intellexiſſe dn̄m ſaluatorē, & ſcarabeū de ligno loquentē, latronē qui dominū blaſphemauerit: q̄ licet piè poſsit intelligi, tamē quomodo cum uniuerſo prophetiæ contextu poſsit aptari, non inuenio. Sunt nonnulli qui putent cantharū de ligno loquentē, & ad ſaluatoris perſonam referri poſſe: quod impium eſſe, ex ordine ipſo ſermonis apparet. C Cantharus enim de ligno loquitur ea, non intelligitur in bonam, ſed in malam partem, id eſt, loquitur auariciam peſsimam multiplicantis aduerſus domum ſuam, & confuſionē diaboli & cætera quæ de iniqtate eius & ſcelere præceſſerūt.

HEB. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat

SEP. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præpa-

Quod autem ait Aquila, & maſſa de ligno reſpōdebit. Maſſam referimus ad illum ſenſum, quem dominus poſuit in euangelio: Cauete uobis à fermento phariſæorū. *Matth. 16.a* Cumq; dubitarent apoſtoli, & quid nam eſſet ſcire non poſſent, euangeliſta interpretatus eſt dicens: Dixerat autem eis de doctrina phariſæorū. Rectè igitur doctrina hæreticorum de ligno loquitur: aliter enim perſuadere nō poſſunt, niſi gloriam ligni ſuæ peruerſitati præferant. Necnon & illud quod dixeramus: Quia lapis de pariete clamabit, ſicut uermis in ligno loquens, uel lapis de pariete uociferabitur & σκώληξ de ligno loquet ea: Quidam è noſtris uermem in ligno loquentē illū eſſe aiūt, qui dicit in pſalmo: Ego autem ſum uermis & non homo: *Pſal. 21.b* & auem uocalem ad eiuſdem perſonam referunt, qui ait: Factus ſum quaſi paſſer ſolitarius in tecto, & cætera his ſimilia. *Ibid. 101.b* a ¶ *Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguin. etc.*] Nulli dubium eſt quin iuxta literam adhuc contra Nabuchodonoſor loquatur ſermo propheticus. Et plangat eum quod ædificet Babylonē in ſanguinibus, & plurimorum ruinis ac mortibus illius mœnia conſtruat. Qui quia hoc fecerit urbi quam in ſanguinibus cōſtruxerat, poſtea quæ à dn̄o inferantur auſcultat. Sequitur enim: Nunquid non hæc à dn̄o ſunt exercituum, id eſt, quæ dicuntur. Laborabūt populi in multo igne & gentes in uacuū: id eſt, incenſa Babylone, fruſtra populi laborabunt & nitentur in nihilū, & deficient populi gentis Chaldaicæ. D Quia replebit terra ut cognoſcat gloriā dn̄i: id eſt, cum Babylon fuerit euerſa, manifeſta fiet omnibus potentia uirtutis dei quaſi aquæ operientes mare: ſic gloria domini in terra uniuerſa cōplebitur, ſicut aquæ alueū & fundū contegunt maris. Hæc ut diximus iuxta literā. Cæterū perſpicuū eſt quod & diabolus & antichriſtus & hæreticorū peruerſa doctrina ædificent ciuitatē in ſanguinibus, id eſt, eccleſiā ſuā in eorū quos deceperunt interitu: & præparēt urbē in iniquitatibus, loquentes contra deū iniquitatē & ponentes in excelſo os ſuū. Quod cum fecerint, manifeſtè oſtendit: quia ex ſemetipſis ædificent ciuitatē in ſanguinibus, & præparent eam in iniquitatibus. Sequit enim: Non ſunt hæc à domino omnipotēte, id eſt talis ædificatio non eſt à domino ſabaoth: quem nunc Lxx. interpretati ſunt omnipotentē. Deficient enim multi populi, & quamuis infinitæ gentes in eorum ducantur errorē: tamen uel laſſabuntur, quod magis ſignificat ὀλιγοψυχήσουσιν: uel certè coartabunt in anguſtū, & eccleſiæ multitudini nō poterunt cōparari. Illis quippè in igne deficientibus, quod ſentitur: aut diaboli principis ſui igne conſumptis: aut certè ſuccenſis igne domini, de quo ait: Ignem ueni mittere ſuper terram, & quàm uolo ut ardeat: *Luc. 12.f* & de priore curſu retractis & agentibus pœnitentiā, & cœptum iter deſerentibus, quod ſonat, ὀλιγοψυχία, replebitur uniuerſa terra gloria dn̄i: quando ad prædicationem apoſtolorū in uniuerſum orbē exierit ſonus eorū: ſicut aquæ operientes mare, id eſt ut omnem ſalſuginē & amaritudinem ſeculi, quam terra biberat pluente deſuper diabolo, aquæ domini operiant: & efficiāt maris locum & amaritudinis priſtinæ non apparere. Vnde & in pſalmo dicitur: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorū tecta ſunt peccata. *Pſal. 31* Poteſt autē quanquā non conueniat ordini lectionis: nec ad præſentem

ſcripturæ

A ſcripturæ textum faciat: & ſuper Hieruſalem intelligi ci-
Matth. 23.c uitatem plenam ſanguine prophetarũ, de qua ſcriptura cõmemorat, quod redundauerit in ea ſanctorũ ſanguis à porta uſq; ad portã. Et quæ dicit in domini paſ-
Ibid. 27.c ſione: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et ad quam deus loqui-
Eſa. 1.d tur in Eſaia: Cum leuaueritis manus ad me, nõ exaudiã uos: Manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Hæc ædificata eſt in iniquitatibus: in qua iuxta eundẽ prophetã iuſtitia dormiuit. Nec eſt ædificatio eius à dño ſabaoth. Vnde & defecerũt populi multi in igne: & gentes multæ laſſatæ ſunt eo tempore quo Veſpaſiani & Titi circundata eſt exercitibus: & ad diem ſolennem paſchæ uenientes, urbe quaſi carcere ſunt recluſi: & fame & penuria defecerunt, & uſq; ad extremas ruinas Hadriani eos perduxit obſidio. Subuerſa autem ciuitate ſanguinum: & urbe iniquitatum, & populis igne conſumptis, & gentibus quæ ad auxilium eorum uenerant, huc illucq; diſperſis: & dimittentibus laſſas manus, repleta eſt uniuerſa terra gloria Chriſti: & quaſi aquis, ita ſermonibus & doctrina eius uniuerſus mundus coopertus eſt. a ¶ *Væ qui potum dat*
B *amico ſuo, etc.*] Pro ſubuerſione turbida Symmachus interpretatus eſt, κὶ ἀφιὼν ἀκρίτως τὸν θυμὸν ἑαυτοῦ, id eſt & emittens abſq; iudicio furorem ſuum: Theodotio ἐκχύσεώς σου, quod interpretatur, diffuſione tua. Quinta editio ἐξ ἀπροσδοκήτου ἀνατροπῆς τῆς ὀργῆς σου, quod ſignificat de ſubuerſione inſperata iræ tuæ. Aquila, ἐξ ἐκπέμψεως χόλου σου, quod poſſumus uertere de emiſſione furoris tui. In alia editione reperi, οὐαὶ τῷ ποτίζοντι τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ ἀέλλαν πετομένην, quod ipſum in lingua noſtra ſonat: Væ qui potũ dat amico ſuo turbinem uolantem. Sed & alibi tranſlatũ legi: Væ qui potum dat proximo ſuo ἔκστασιν ὀχλουμένην, id eſt amentiam turbidam. Hoc propterea, ut uerbum Hebraicum מספח quod tranſtulerunt Lxx. ἀνατροπήν: id eſt ſubuerſionem, ſciri poſſit quanta apud omnes editiones uarietate diſcordet. Igitur adhuc contra Nabuchodonoſor inuectio eſt: quod oblitus conditionis ſuæ, & quaſi ignorans ſe eſſe hominem, alteri homini fel & amaritudinem propinarit. Poſſumus autem eum uel regem intelligere Iudęę: uel generaliter omnes homines, quod inebriauerit eos malis, ut uideret Sedechiæ & captiuorum omnium nuditatem. Pro quo interpretatus eſt Symmachus & Quinta editio, ut uideret ignominias eorũ. Dicuntur autem hæc per metaphoram ebrij hominis, & nuditate turbati, quod Nabuchodonoſor omnes inebriauerit calice furoris ſui: cunctoſq; expoliatos uiderit & captiuos: & illi qui quondam glorioſi fuerant in ultimam redacti ſint ſeruitutẽ, hoc enim eſt quod ait: Repletus eſt ignominia pro gloria, ut ſubaudiatur amicus & proximus ſiue cõſors regni, qui tuum ô Nabuchodonoſor calicem bibit. Vnde quia inebriaſti plurimos: tu quoq; bibe de calice domini & conſopire, circumdaberis ſupplicijs dexteræ domini: & cum ignominia uomitus tui omnia quæ abſorbueras egeres, & de ſublimi gloria ad ultima deduceris mala.

HEB. præparat urbem in iniquitate: nunquid non hæc ſunt à domino exercituum? laborabũt enim populi in multo igne, & gentes in uacuum: & deficient: quia replebitᷣ terra ut cognoſcant gloriam dñi quaſi aquæ operientes mare. Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuũ & inebriãs: ut aſpiciat nuditatem eius. Repletus eſt ignominia ꝓ gloria: bibe tu quoque & conſo-

SEP. præparat urbẽ in iniquitatibus: nõne hæc ſunt à dño omnipotente? & defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ coanguſtatæ ſunt: quia replebitur terra ut cognoſcat gloriam dñi quaſi aquã ad operiendum maria. Væ qui propinat ꝓximo ſuo ſubuerſiõe turbida, & inebrians ut aſpiciat in ſpeluncis eorum: ſaturitatem ignominiæ de gloria: bibe tu & commo-

C Quia iniquitas Libani operiet te: ſuperbia, inquit, tua & euerſio templi, & rapina ſanctuarij te depopulabitur atq; uaſtabit. Et quia ſemel nominauerat montem Libanum: ſub eiuſdem tranſlatione uictimas & ſacrificia uel certè multitudinem populorum quæ interfecta eſt Hieruſalem: animalibus uel beſtijs comparat, dicens: Et uaſtitas animalium opprimet te. Hoc autẽ omne patieris: quia uaſtaſti Iudam: ſubuertiſti terrã repromiſſionis, & ciuitatẽ Hieruſalem omneſq; habitatores eius. Audiui Liddæ quendã de Hebræis, qui ſapiens apud illos, & δευτερωτής uocabatur: narrantem huiuſcemodi fabulam. Sedechias, inquit, à Nabuchodonoſor rege cæca- 4.Re.25.b Hiere.39.b
tus in Reblatha, hoc eſt Antiochiæ: uarijſque irriſus modis: ductus eſt Babylonẽ. Vbi cum quadam die Nabuchodonoſor conuiuij feſta celebraret, iuſſit ei dare potionẽ: qua hauſta uenter potantis ſolueretur in fluxum: ac ſubito introductum ante ora epulantium, compulſumq; ui uentris pollutum eſſe ſtercore, & hoc eſſe quod nunc hic ſcriptura dicat: Væ qui potum dat amico ſuo: mittens fel ſuum & inebrians, ut aſpiciat nuditatẽ eius & ignominiam pro gloria: quod ſcilicet ille qui rex potentiſsimus fuerat ad tale dedecus D
per eum ſit deductus. Vnde & cõminatur ei deus quod & ipſe bibiturus ſit huiuſcemodi potionẽ, & paſſurus omnia quæ paſſus eſt Sedechias. Hoc quàm ridiculum ſit, me tacente cognoſcitis. Si enim quod ſequitur: Bibe tu quoq; conſopire, & circumdabit te calix dexteræ domini, & uomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam: non de calice intelligunt ſed de malis quæ bibiturus eſt Nabuchodonoſor: ergo & ille calix quo Sedechiæ propinatum eſt, mala ſunt intelligenda: non ut illi uolunt καθαρτικόν. Sin autem dicunt uerè factũ & temperatam huiuſmodi potionem, ut ſupra retuli: ergo & calix iſte quem bibiturus eſt Nabuchodonoſor καθαρτικοῦ exiſtimandus eſt plenus, ut deus ſabaoth & dominus omnipotens pro uindicta magna Nabuchodonoſor propinet καθαρτικόν, & faciat eũ ſuo ſtercore pollui. Hoc aduerſus Iudaicam traditionem. Veniamus autem ad intelligentiã ſpiritualem. Væ tibi diabole ſiue antichriſte: uel hæreticorum dogma peruerſum: qui doctrinis tuis & potione turbida inebrias populos deceptorũ, & ſubuertis priorem fidem: dans eis potionẽ, non de Siloa, non de Iordane: non de fontibus Iſrael: ſed de torrẽte Cedron, & de flumine Aegypti, de quo Hieremias
Hier. 2.d dicit: Quid tibi & uiæ Aegypti: ut bibas aquam Geon? pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt שיחור id eſt, turbidam atq; cœnoſam: quamuis enim de paradiſo ſcripturarũ flumina Aegypti exire credantur: tamen quia conculcantur pedibus Pharaonis, perdiderunt ſplendorem ſuum: & uiolata luto Aegyptio, uerſa ſunt in torrentes,
Pſal. 123.b de quibus ſanctus quod euaſerit gratulatur: Torrentẽ pertrãſiuit anima noſtra. Quod ſi quis oppoſuerit tor- 3.Reg.17.a
Pſal. 109.d rentem Corath: de quo bibit Helias: & torrentẽ aliũ de quo dñs bibit in uia: Ita enim ſcriptũ eſt: De torrente in uia bibet: Hoc dicendũ: quia quicunq; in Aegypto fuerit, & in uia huius ſeculi: quamuis Moyſes & Aaron:





A quamuis Hieremias ſit & Helias: tamen neceſſe eſt eum de tentationibus Aegypti & ſolitudinis bibere. Vnde & domini ſermo qui ob hoc carnem aſſumpſerat ut bibe-
Matth. 27.d ret de torrente: conſiderans maieſtatẽ ſuam dixit: Pater ſi poſsibile eſt tranſeat calix iſte à me. Rurſum uidens ſe eſſe in Aegypto & aquas non poſſe mundari: niſi ipſe potaſſet, ait: Verumtamẽ non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Hæc propterea: quia diabolus ſubuerſione & poculo turbido ac peruerſis quibuſque doctrinis inebriet ꝓximos, id eſt rationale animal, & faciat eos quos deceperit reſpicere ad ſpeluncas ſuas. Eccleſiæ enim dogmata libera ſunt, die gratulantur & lumine. Qui autẽ inebriantur, nocte inebrian-
Matth. 21.b tur, & qui eos inebriãt non ducũt in atria domini, quæ nulla tectorum premuntur umbra, ſed in ſpeluncas. Fecerunt enim domum patris quæ fuerat domus orationis: ſpeluncas latronum: pollicentes initiationes quaſ-
Eſa. 2.d dam & myſteria: & recondita ſolumq; hæreticis nota ſecreta, de quibus loquitur & Eſaias: Et manu facta omnia abſcõdent: inferentes in ſpeluncas & in ſciſſuras petrarũ & foramina terræ. Non ingrediamur ergo in ſpe-
1.Reg. 24.a luncas hæreticorum nec abſcondamur ibi, ubi impius Saul ſtercora doctrinarum ſuarum egerere conſueuit:
B ſed magis aſcendamus ad ſpeluncam excelſam montis
Exod. 33.d Sina: ubi & Helias uidit dominum, & Moyſes poſteriora eius ante conſpexit. Et Eſaias de domino clamitans:
Eſa. 32.d Hic habitabit, ait, in ſpelunca excelſa. Si quis autẽ non habet poculum turbidum & doctrinam hæreticam: & magiſter eccleſiæ eſt, & omnia facit turpis lucri gratia, & uendit columbas in templo: hoc eſt dona ſancti ſpiritus, & in cathedra ſacerdotali liberas ſuffocat aues: iſte non facit quidem domum orationis ſpeluncam latronum, ſed facit domum patris domum negotiationis. Poſt hæc ſequitur: Saturitatem ignominiæ pro gloria bibe tu & cõmouere: id eſt, ô diabole: ô dogma peruerſum: ô hæretice qui te putabas calicem eſſe aureum quo inebriantur omnes gentes, ut uiderent ſpeluncas & ſecreta tua: pro gloriæ magnitudine replere ſaturitate ignominiæ, & reputare in uas fictile opera manuum
Pſal. 74.b figuli: bibe & tu de calice domini, de quo in pſalmo dicitur: Calix in manu domini, uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in illud: uerumtamen fex eius non eſt exinanita. Et à priori ſententia cõmouere, & noli putare firma eſſe & ſtabilia in quibus primum ſtare cupiebas: quia circumdedit te calix dexteræ domini. Porrò quia propinaſti proximo tuo ſubuerſione turbida: cõgregabitur ignominia ſuper te: & ſuper gloriam tuam, quam primũ te habere credebas: iſtudq; patieris, quia impietas Libani operiet te, ſecundum illud quod dicitur: Et oratio eius fiat in peccatum. Libanus enim mõs iuxta Græcum ſermonem ὁμώνυμος eſt thuri, thus autem σύμβολον eſt ſpiritualis thymiamatis quod eſt cultus dei. Idcirco hæreticorũ peruerſa oratio & non euangelica ſimplicitate directa, eis uertetur in peccatũ, & impietas cultus dei operiet eos. Vnde ſequitur: Et miſeria beſtiarum terrebit te propter ſanguinem hominum: & impietates terræ & ciuitatis & omnium habitantium in ea. Et eſt ſenſus: Eos quos tuis fraudibus decepiſti, & de ouibus Chriſti feciſti eſſe beſtias tuas: cum uideris in

HEB. cõſopire: circumdabit te calix dexteræ domini, & uomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam: quia iniquitas Libani operiet te: & uaſtitas iumentorũ deterrebit eos: de ſanguinibus hominum & iniquitate terræ & ciuitatis & omnium habitantium in ea. Quid prodeſt ſculptile, qa ſculpſit

SEP. cõmouere: circumdedit te calix dexteræ domini, & congregata eſt ignominia ſuper gloriã tuã: quia impietas Libani operiet te: & miſeria beſtiarum terrebit te propter ſanguinem hominum, & impietates terræ & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Quid prodeſt ſculptile, qa ſculpſe-

miſeria, & pro errore ſuſtinere ſupplicia tũc terreberis, C
tunc iacebis. Ac ne arbitreris me quia Libanum & eius beſtias nominaui, de brutis animalibus & non de hominibus loqui: manifeſtius tibi dico: Suſtinebis hæc: quia multorum hominũ fudiſti ſanguinem, quos deo perire feciſti. Et exercuiſti impietatem in terra uiuentiũ, in terra manſuetorũ, & impietas tua in ciuitate quoq; domini deſæuiit: id eſt in eccleſia eius: multoſq; qui habitabant in ea, impietatis tuæ feciſti eſſe participes. Hoc ſub perſona hæreticorum dictum ſit. Cæterum ſi uolumus de antichriſto intelligere, ſiue de diabolo qui operaturus eſt in antichriſto: Et iſte calice ſuo quo Chriſti cupiet ſubuertere diſciplinam, inebriabit plurimos ut ebrij ingrediantur ſpeluncas eius, ſed poſtq̃ finis aduenerit, pro ea gloria qua ſe magnificauerat, implebitur ignominia. Implebitur autem quia bibet ſuppliciorum calicem, & cõmouebitur: nequaq̃ firmus in malicia ſua, ſed trepidus & ſero pœnitens. Circumdabit enim eum calix dexteræ domini: qui eſt dñs atq; ſaluator, quando interfecerit eum ſpiritu oris ſui, & deſtruxerit illuminatiõe aduẽtus ſui. Tunc omnis ignominia quam ſibi cogitationibus, factis, ſermonibus congregauit, ueniet ſuper gloriam eius: ut quantum ante putabatur inclytus, tantũ poſtea ignominia plenus ſit. Blaſphemauit enim in deum, & D
impietas quam exercuit in Libano operiet eũ, & multorum hominũ furor qui aduerſum dei eccleſiam debacchati ſunt, ipſi imputabitur: nec poterit eleuare ceruicem, ſed terrore deprimetur in terram. Multos enim homines interfecit, & totum orbem, id eſt eccleſiã Chriſti & habitatores eius, ſua impietate uaſtauit. Sciendum igitur & hoc capitulum quod nũc expoſuimus, id eſt: Væ qui potum dat proximo ſuo ſubuerſione turbida, & priora tria in quibus dictum eſt: Væ qui multiplicat ſibi quæ non ſunt ſua. Et: Væ qui congregat auariciam malam domui ſuæ. Et: Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus: & iuxta hiſtoriam, & iuxta Anagogẽ uel aduerſum Nabuchodonoſor, uel aduerſus diabolum & antichriſtũ & hæreticos poſſe æqualiter accipi. a ¶ *Quid prodeſt ſculptile, etc.*] Conſequenter ſuperioribus de Nabuchodonoſor dicitur: quod fabricatus ſit ſtatuam idoli Bel, & poſuerit eam in campo Δειρᾶ ſiue ut in Hebræo ſcriptum eſt דורא ſuper quo plenius in Daniele legimus: Miratur itaq; ſcriptura regis amentiã & ſtulti-
tiam: quia ipſe iuſſerit ſtatuam aureã fieri, & fictor con- Dan. 3.a
fidat in ſimulachro quod finxit: quod quidem poſſumus & generaliter contra omnes idolorũ accipere cultores. Nec putemus unum eſſe quod ſculpitur & conflatur. Sculpturam quippe poſſumus in lapidibus & in marmoribus accipere. Conflatura uerò in his metallis intelligitur quæ ſolui poſſunt atq; conflari: Verbi gratia, auro, argento, ære, plumbo, ſtagnoq;. Hoc dictũ ſit ut iuxta Tropologiam ſcire poſſimus quid ſit inter ſculptile atq; conflatile. Legimus in Deuteronomio: Male-
dictus omnis qui fecerit ſculptile & conflatile opus ma- Deut. 27.c
nuum artificis, & poſuerit illud in abſcondito. Sculptile atq; conflatile reor dogmata eſſe peruerſa, quæ ab his à quibus facta ſunt adorantur. Vide Ariũ ſculpſiſſe ſibi idolum creaturæ & adoraſſe quod ſculpſit. Cerne Eu-

Universidad de ... Biblioteca

A nominum conflaſſe imaginem falſam, & conflationi ſuæ
curuare ceruicem. Signanterq; ſcriptura: Et ponet, in/
quit, illud in abſcõdito. Habent enim & ipſi Orgia ſua,
& quaſi pro perfectis quibuſq; diſcipulis tradunt ab/
ſcondita ſacramenta, quæ ſi ad lucem proceſſerint, ſta/
tim quod ficta ſunt ar
guuntur. Nihil igitur
eis proderit ſculptu/
ra & conflatio ſua.
Sculptura quæ refer/
tur ad lapides: in his
dogmatibus intelligi
tur quæ ſtultitiam pri
ma fronte demõſtrãt:
Conflatio eſt ibi, ubi
aliqua uidetur eſſe ra
tio ſapiẽtiæ ſecularis,
& ueluti quodam au
ro ita diſciplinis phi/
loſophorum & ſplen
dore eloquentiæ ido
lum cõflatum eſt. Ni/
hil ergo proderit fig/
mentum fictori ſuo.
Et mutum ſurdumq;
ſimulachrum adora/

HEB. ſculpſit illud fictor ſuus, cõflatile & imaginem falſam: quia ſperauit in figmento fictor eius, ut faceret ſimulachra muta. Væ qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge lapidi tacenti: nunquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento: & omnis ſpiritus non eſt in uiſceribus eius. Dominus autem in templo ſancto ſuo, ſileat à facie eius omnis terra.

torem ſuum audire non poterit. Si quando uideris a/
liquem nolle credere ueritati, & oſtenſa ſuorũ dogma/
tum falſitate in cœpto ſtudio perſeuerare: congrue po/
teris dicere: Sperat in figmento ſuo, & facit ſimulachra
muta uel ſurda: κωφὰ quippè apud Græcos utrunq;
ſignificat: quanq; Symmachus ἄλαλα interpretans,
muta magis uideatur intellexiſſe quàm ſurda. Nec mo
B ueat quempiam illud ἰδίωμα ſcripturarum, de quo ſæ
Luc. 12.c pe diximus: Quis putas fidelis & ſapiens diſpenſator?
Pſal. 106.d Et in alio loco: Quis ſapiens & intelligit hæc? eo quod
quis uel quid pro raro accipiatur, cum poſſumus & de
alio loco pro impoſſibili hoc ipſum accipere: Quis nos
Rom. 8.g ſeparabit à charitate Chriſti: tribulatio, an anguſtia? &
cætera. Et de præſenti capitulo: Quid prodeſt ſculptile
quia ſculpſit illud fictor ſuus. In utroq; enim impoſsibi
litas demonſtratur: quod nec apoſtoli charitatem ulla
tribulatio & anguſtia diuidere poſsit à Chriſto: nec in
idolis ſit ulla utilitas. a ¶ *Væ qui dicit ligno, expergiſ. etc.*]
Et hoc ſimiliter uel aduerſum Nabuchodonoſor uel
aduerſum omnes qui uenerantur idola accipi poteſt.
Et deſcribitur error humanus, quod argentũ, aurum,
gemmas & ſericum: quibus uel obuoluta, uel operta
ſunt idola præ fulgore materiæ deos exiſtimãt, cum for
mam quidem potuerit artifex dare, animam autẽ qui/
bus uegetantur artus nequiuerit. Et econtrario domi/
Pſal. 10.a nus dicitur in templo ſancto ſuo: nõ in templo manu/
facto, ſed uel in cœlis uel in unoquoq; ſanctorum, iuxta
1. Cor. 3.c Apoſtolum dicentem: An neſcitis quoniam templum
Ibid. 6.b dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Et alibi: Cor/
pora ueſtra templum dei ſunt. Vel in filio ſicut ipſe ait:
Ioan. 14.b Pater in me manens, ipſe facit opera. Aut certè iuxta il/
lud: quod cœlos & terras, & maria, & uniuerſum mun-
dum Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus Mens
agitat molem, & magno ſe corpore miſcet: mundus om
nis qui cœlo conſtat & terra & cœlorum circulis clau/
ditur, dei domus eſſe perhibetur. Vnde & Apoſtolus
Act. 17.f confidenter: In ipſo enim, ait, uiuimus & mouemur &
ſumus. Quod ſi quis oppoſuerit: quomodo ſpiritus in
idolis non eſſe dicatur, cum omnibus ſimulachris aſſi/
deant immundi ſpiritus: diſcat ſcripturæ ſanctæ conſue

tudinem, nunq; ſpiritum peruerſum abſolutè, ſed cum C
additamento aliquo ſpiritum nuncupari, ſicut ibi: Spi/ Oſee 4.c
ritu fornicationis ſeducti ſunt. Et in euangelio: Cum au Luc. 11.c
tem ſpiritus immũdus exierit de homine: & cætera his
ſimilia. Spiritus autem ubicunq; ſolus & abſolutè ſine
aliquo additamento
legitur: ſemper refer/
tur ad bonã partem,
id eſt ad ſpiritum ſan
ctum, ut eſt illud Apo
ſtoli: Qui ſeminat in Gal. 6.b
ſpiritu, de ſpiritu me/
tet uitam æternam. Et
alibi: Fructus autẽ ſpi
ritus eſt: charitas, gau
dium, pax. Et in alio
loco: Spiritu ambu/ Ibid. 5.d
late, & deſideria car/
nis non perficietis.
Neque hoc dicimus
quod non & ſpiritus
ſanctus, cum addita/
mento ponatur: Vo/
catur enim & ſpiritus
ſanctus, & ſpiritus
principalis, & ſpiri/

SEP. ſculpſerunt illud: formauerunt illud conflatile, imaginem falſam: quia cõfidit fictor in figmẽto ſuo, ut faciat idola muta. Væ qui dicit ligno: euigila & exurge, & lapidi eleuare: & ipſum eſt imago, & eſt productio auri & argenti, & omnis ſpiritus non eſt in eo. Dominus autem in templo ſancto ſuo: reuereatur à facie eius omnis terra.

tus rectus, & ſpiritus dei: & cætera his ſimilia: ſed quod
ſpiritus ſanctus & cum additamẽto & ſolus ſæpe pona/
tur: ſpiritus autem peruerſus nuſquam niſi cum addita
mento lectus ſit. Sed & illud dici poteſt, ſi quis conten-
tioſe ſpiritum peruerſum in hoc loco uoluerit accipe/
re, quod aliud ſit: Omnis ſpiritus non eſt in eo: Aliud ſi
dixiſſet: omnis ſpiritus non eſt circa eum. Poteſt enim
aſsidere ſimulachris: cæterum intrinſecus eſſe non po/ D
teſt. Vnde & Aquila ſignificantius uertit Hebraicum di
cens: Et ſpiritus eius non eſt in uiſceribus, ſiue in me/
dio eius. Præterea ſciendum in quibuſdam Hebraicis
uoluminibus non eſſe additum, omnis: ſed abſolutè,
ſpiritũ legi. Quod ſi quis ratione ſuperatus in bonam
partem acceperit ſpiritum & quæſierit: cur cum de ſpi/
ritu ſancto dictum ſit, cum additamento legatur: Et om
nis ſpiritus non eſt in eo? Sciat omnẽ ſpiritum diuerſas
gratias intelligi ſpiritus ſancti, ut ſit ſenſus: Nihil in ſe
gratiæ, nihil poterit habere uirtutis. Quod quidem &
iuxta Tropologiam magis intelligitur: quod in uniuer
ſis idolis hæreticorũ & figmentis diaboli, nulla ſit gra/
tia ſpiritus ſancti, ſed imaginem diuinitatis & pulchri-
tudinem dogmatũ præferre uideanť, cum in illis nihil
ſpirans ſit & uitale. Dicamus & illud ne lectorem uidea
mur celaſſe quod nouimus: ſpiritũ & uentũ apud He/
bræos eodem appellari uocabulo, id eſt רוּחַ & pro ſen
ſu loci, uel ſpiritũ accipi ſolere, uel uentũ. Ergo & in hoc
loco, ſpiritũ uel pro uento accipere poſſumus, quod ni
hil ſpiret in idolis: uel pro anima quod ſimulachra in/
animantia ſint. Quod autẽ ſpiritus accipiatur pro ani/
ma manifeſtè ſignificat ſaluatoris oratio: Pater in ma/
nus tuas cõmendo ſpiritũ meum. Neq; enim Ieſus aut
peruerſum ſpiritũ, quod cogitare quoq; nefas eſt: aut
ſpiritum ſanctum qui & ipſe deus eſt, patri poterat cõ/
mendare, & non potius animam ſuam, de qua dixerat:
Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem, & nemo poteſt
eripere animã meam à me: ſed uoluntate mea depono
animam meam, & ſponte mea rurſum aſſumo eam.

Commentarij primi in Habacuc
prophetam finis.



A
DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM SECVNDVM C
Habacuc ad Chromatium epiſcopum prooemium.

ALterum mi Chromati papa uenerabilis in Habacuc librum ſcribimus: proprium cantico eius opuſculum dedicantes: ſermonemq; Epicum & pſalterij, id eſt lirico more compoſitum, totis uiribus aggredientes. Sibilet igitur excetra: & Sardanapalus inſultet, turpior uitijs quàm nomine: nos cœptum carpamus iter: & orationibus tuis, qui carnem uirtute ſuperaſti, manifeſtiſsimam de Chriſto prophetiam in octauo propheta, id eſt in reſurrectionis dominicæ numero diſſeramus.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
in Habacuc prophetam liber ſecundus.

Caput III

ORatio Habacuc, etc.] Aquila & Symmachus
& quinta editio, ſicut nos, pro ignoratio-
nibus trãſtulerũt: ſolus Theodotio ὑπὲρ
τῶν ἑ/
κουσιασ
μῶν, id eſt pro uolun
tarijs & pro his qui
ſpõte delinquũt. Hoc
propterea, ut intelli/
gamus exceptis Lxx.
nullũ, oratione cum
cãtico tranſtuliſſe. Nã
& in Hebraico habet

HEB. Orãtio Habacuc ꝓphetæ pro ignoratiõibus. DOminẽ audiui auditionem tuam & timui: domine opus tuum in me

עַל־שִׁגְיֹנוֹת quod dicitur ὑπὲρ ἀγνοημάτων, & nos trã/
tulimus, pro ignorationibus. Eſt autem ſenſus: quia ſu/
pra temerè dixerat: Vſq; quo domine clamabo, & non
exaudies? uociferabor ad te uim patiens: & non ſalua/
bis? Ac deinde in ſecunda querimonia: Quare non re/
ſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio
iuſtiorem ſe? Ad quod audierat: Scribe uiſum, & expla
B na eum ſuper tabulas. Et poſt cætera: Ecce qui incredu/
lus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: Iuſtus au
tem in fide ſua uiuet. Et didicerat uel Nabuchodono/
ſor, uel diabolum, uel antichriſtum poſitum in iudicio
peccatorum, & fortè ad corripiendas gentes: nunc agit
pœnitentiam, & plangit quod temerè ſit locutus: petitq;
ueniam, ut miſericordiam conſequatur, quia ignorans
Pſal. 24.b fecit. Vnde & Dauid: Delicta, inquit, iuuentutis meæ &
ignorantias meas ne memineris. Sunt qui putent ora-
tionem eſſe prophetæ, ut in aduentu Chriſti error aufe
ratur hominũ, unde & prophetæ nomen ſit titulo præ/
notatum, quod prophetico ſpiritu oret tolli caliginem,
& reddi lucem: auferri imaginem, & tribui ueritatem.
Quod autem prophetia ſit: & totus cantici textus oſten
dit, & maximè illa: In medio duorum animalium cog/
noſceris. Et: Cum appropinquauerint anni notus eris.
Et de iudicio: Cum turbata fuerit anima mea in ira, mi/
ſericordiæ recordaberis. Et rurſum de aduentu Chriſti:
Deus à Theman ueniet, & ſanctus de monte umbroſo
& condenſo. Necnon in futurum: Pauebunt tabernacu
la terræ Madian: & aſcendes ſuper equos tuos, & exten
dens extendes arcũ tuum ſuper regna. Si autẽ aliquis
quæſierit, quare ſolus Theodotio pro ſpontaneis tranſ/
tulerit: poſſumus dicere: uel confeſsionẽ prophetæ, ꝙ
non aliqua neceſſitate, ſed ſponte peccauerit, male ſen/
tiens de iudicio dei. Vel certè futurã gentiũ fidem de/
monſtrari, quod priorẽ errorẽ uoluntariæ relinquen/
tes, in eum crediture ſint, qui in cantico repromittitur.
Legimus in pſalmo decimoſexto: Oratio Dauid, & in
alio ſimiliter: Oratio Dauid. Et in octogeſimo nono:
Oratio Moyſi hominis dei. Et in centeſimoprimo: Ora
tio pauperis cum anxiatus fuerit, & coram domino ef/
fuderit precẽ ſuam: & ſicubi alibi nomen orationis in/
fertur: attamen nullo loco cum Cantico legitur. Et ne/
ſcio, an decens ſit orare cum Cantico: niſi fortè iuxta

Lxx. orare dicimus prophetam pro aduentu Chriſti: &
hoc ipſum cum delectatione, & pſalmis & Cãtico pro/
phetare: ut & in eo quod oratio eſt, deprecetur patrem:
& in eo quod canticum, patris qui miſerit filium, & filij
qui uenerit, laus dicatur. Hæc de titulo Cantici. Videa/
mus nunc, quę dican
tur in Cantico.

SEPT. Oratio Habacuc prophetæ cum cantico. DOmine audiui auditum tuũ & timui: dñe cõſideraui opa tua & obſtupui

Cap. III

DOmine audiui audi
tionẽ tuam, etc.]
Pro eo quod
nos & Aquila & Theo
dotio trãſtulimus, ui
uifica illud Symma/
chus interpretatus
eſt reuiuifica illud. Quod autem Lxx. dixerunt, conſi/
deraui & obſtupui: nec in Hebræo habetur, nec apud
quempiam aliorum interpretum, ut ſublatis his quæ
in Hebraico non habentur poſſit legi iuxta Lxx. Domi
ne opera tua: in medio duorum animaliũ cognoſceris,
quod quia ἀδιανόητον uidebatur, ſuperiora coniun/
cta ſunt. Legitur autem in Hebræo יְהוָה id eſt, domi/
ne פָּעָלְךָ opus tuum בְּקֶרֶב in medio שָׁנִים annorum D
חַיֵּיהוּ uiuifica illud. Hoc propterea ut quæ ſuperflua
ſunt in Lxx. manifeſtè addita cognoſcamus. Hebræi iu
xta hiſtoriam hunc locum ita explanant: Domine au/
diui auditionem tuam & timui. Audiui, inquit, pœnas
quas Nabuchodonoſor & diabolo præparaſti, in qui/
bus dixiſti ei: Væ qui multiplicat non ſua. Et ſecundo:
Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ. Et ter
tio: Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præpa
rat urbem in iniquitate. Et quarto: Væ qui potum dat
amico ſuo mittens fel ſuum & inebrians. Et quinto: Væ
qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge, lapidi tacenti. Et ſi-
cut timore perterritus ſum, quod draco magnus tantis
uulneribus confodiendus ſit: ſic deprecor domine, ut
quod promiſiſti expleas, & finito tẽpore reddas Chri/
ſtum tuum. Tu enim dixiſti: quia adhuc uiſus procul &
apparebit in fine & non mentietur. Viuifica ergo quod
pollicitus es: hoc eſt, tuum imple promiſſum: non mo/
riatur irritus ſermo tuus, ſed opere compleatur. Quod
quidem iuxta nos, & de reſurrectione ſaluatoris intel/
ligi poteſt: ut ille qui pro nobis mortuus eſt, conſurgat
à mortuis & uiuificetur. Iuxta Septuaginta autem mul/
to alter eſt ſenſus, & debemus etiam uulgatæ editionis
explanationem ponere. Domine audiui in ſcripturis
ſermonẽ tuum & timui dante te mihi auriculam, iuxta
illud quod loquitur Eſaias: Addidit mihi auriculam ad Eſa. 50.b
audiendum: ita audiui ut tu uis audiri ſermonẽ tuum:
Et opera tua diligentius contemplatus: ne mihi dicere/
tur: opera autem domini non reſpiciunt, & opera ma/
nuum eius non conſiderant: ex creaturis intellexi crea
torem: & per ſingula quæ feciſti & quotidie operaris in
uniuerſo mundo, totus obſtupui, & ſenſu humanitatis
amiſſo, in ſanctam amentiam ſum conuerſus. Vel certe
admiratione turbatus, in laudes tuas trepidus erum/
po, dicẽs: In medio duorũ animaliũ cognoſceris: quod

Universidad de Deusto Biblioteca

HEB. in medio annorum uiuifica illud. In mẽdio annorũ notum facies. Cũm iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Deus ab auſtro ueniet: & ſanctus de monte Pharã. Semper. Opéruit cœlos gloria eius, & laudis eius plena

SEP. ſtupui, in medio duorũ animaliũ cognoſceris. Cũ appropinquauerint anni cognoſceris. Cũ aduenerit tẽpus demõſtraberis: cũ turbata fuerit aĩa mea in ira miſericordiæ recordaberis. Deus à Themã ueniet: & ſc̃tus de mõte umbroſo & cõdẽſo. Diapſalma. Opuit cœlos uirtus eius, & laudis eius plena

A multi putant de filio intelligi & de ſpiritu ſancto, eo q̃ pater per filium intelligatur & ſpiritũ. Quæ quidem &
Eſa. 6.a duo ſeraphim in Eſaia, & duo cherubim, ſcribi inter-
Exod. 25.b pretantur in Exodo: quæ contra ſe reſpiciunt, & in me-
Eſa. 6.a dio habent oraculũ, & in Eſaia uelantia caput & pedes dñi in præſenti tantũ ſeculo uelant, & alter ad alterũ myſteriũ inclament trinitatis: & mittatur unus de ſeraphim, quod interpretatur ardens, & ueniat in terram & mundet prophetæ labia, &
Luc. 12.f dicat: Ignẽ ueni mittere ſuper terrã, & quã uolo ut ardeat. Hoc æſtimãt alij, & ad hãc interpretationẽ multis ſcripturarũ utuntur teſtimonijs. Porrò ſimplex interpretatio, & opinio uulgi de ſaluatore intelligit: q̃ inter duos latrones crucifixus agnitus ſit. Qui autem melius: hoc dicunt, quod in prima eccleſia quæ de circumciſione fuit & de præputio congregata, duobus populis ſe hinc inde cingentibus intellectus ſit ſaluator & creditus. Sunt qui duo animalia, duo intelligant teſtamẽta, nouũ & uetus, quæ uerè animãtia ſint atq; uitalia quæ ſpirent, & in quorũ medio dñs cognoſcatur. a ¶ *In medio annorum, etc.*] Cum uenerit, inquit, tempus & opere promiſſa compleueris, monſtrabis uera eſſe quæ pollicitus es: Siue cum appropinquauerit conſummatio, & in extrema hora ad deſtruenda pecca
B ta uenerit filius tuus, manifeſtius cognoſceris. Sequit. b ¶ *Cum aduenerit tempus, etc. fuerit anima, etc.*] Quod exceptis Lxx. nec in Hebraico, nec apud quenq; aliorũ habetur interpretum. Et eſt ſenſus: Cum uenerit tempus,
Eſa. 49.c de quo dicitur: Tempore accepttabili exaudiui te: tempus aduentus domini Ieſu Chriſti: tunc ô deus pater cognoſcetur nomen tuum, quod ante occultum fuit ho
Ioan. 17.a minibus, de quo dicit dominus in euangelio: Pater reuelaui nomẽ tuum hominibus. Quod autem infertur: Cum turbata fuerit anima mea: Apud Lxx. interpretũ editionẽ, cum poſterioribus copulatur, ut poſſit legi. Cum turbata fuerit anima mea in ira, & huiuſcẽ diſtinctio: deinceps infertur: miſericordiæ recordaberis, quod ſcilicet prophetæ ſufficiat pro pœna ſola conturbatio: & ad iram dei anima illius conturbata, nequaq; inferatur ſuppliciũ, ſed iram excludat miſericordia. Habet & ira dei menſuras, quantũ & quanto tempore, & ob quas cauſas, & quibus inferatur, iuxta illud quod ſcriptum
Pſal. 79.a eſt: Cibabis nos pane lachrymarum: & potabis nos lachrymis in menſura. Quod ſi propheta turbat ad iram dei, & quia turbatus eſt impetrat miſericordiam: quid nos ſperare, imò timere debemus: quorum omnia opera dei digna ſunt ira: Quod autem ſequitur iuxta Hebraicum. c ¶ *Cum iratus fueris, miſericord. etc.*] Non debemus putare obliuiſci deum, & poſt iram ſuæ miſericordiæ recordari, ſed quod nos cum in pœna poſiti pute
Pſal. 12.a mus obliuiſci, iuxta illud: Vſquequo domine obliuiſceris me in finem. Nam & ſi quando tentationibus, quaſi fluctibus operimur, & rapida dæmonũ aduerſus nos procella deſæuit, uelut ad dormientem loquimur: Exurge, quid dormitas domine: Simulq; dei cerne clementiam: non dixit, cum intuleris ſupplicia miſericordiæ recordaberis: ſed cum iratus fueris. Qui autẽ iraſcitur: interdum non percutit, ſed tantũmodo cõminatur: quod
Rom. 1.b & Apoſtolus ſentiens ait: Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ & iniquitatẽ hominũ. Vbi autem reuelatur, non infertur, non percutit: ſed reuelatur C
ut terreat, & territus non inferatur. d ¶ *Deus ab auſtro ueniet: & ſanctus de monte, etc.*] Et Aquila & Symmachus, & quinta editio ipſum Hebraicũ poſuerunt תֵּימָן ſolus Theodotio quid ſignificaret Theman interpretatus eſt, dicẽs אֱלוֹהַּ ab auſtro ueniet, & ſanctus de monte Pharan, in finem. Ex quo intelligimus à ſolis Lxx. poſitum ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος, id eſt, de mõte umbroſo & cõdenſo. Sed & hoc q̃d Septuaginta tranſtulerunt διάψαλμα: & nos poſuimus, ſemper: Symmachus interpretatus eſt εἰς τὸν αἰῶνα, id eſt in æternum: Theodotio εἰς τέλος, id eſt in finẽ: Quinta editio ipſum Hebraicum סֶלָה. Deus ergo ab auſtro ueniet, id eſt à meridie, à clara luce, & ab his qui appellantur filij dierum. Vnde & in cantico canticorum: aquilonẽ ſponſus abigit & au
Cant. 4.d ſtrum uocat, dicens: Exurge Aquilo & ueni auſter: per-
Ibid. 1.d fla hortum meum, & fluant aromata mea. Deus ſemper in meridie eſt. Vbi, inquit, paſcis ubi cubas? in meri
Gen. 18.a die. Et ad Abraham quando erat ſub quercu, non ue
& 43.f nit deus niſi in meridie. Et Ioſeph qui in typo præceſsit ſaluatoris: conuiuiũ fratribus facit meridie. Agnitio ergo dei patris his qui digni ſunt, uenit in pleno lumine. Et agnitio ſancti, id eſt filij dei, uenit de monte umbroſo & condenſo. Mons umbroſus atq; condenſus: uel ip
D ſe pater intelligitur, plenus uirtutibus omniq; ſapientia, & maieſtate ſua cuncta protegens, & extẽdens alas, & confouens pullos ſuos. Vel certè paradiſus & cœleſtia plena angelis, plena uirtutibus, plena arboribus uberrimis. Atq; utinam & mihi contingat ut ad uocem meam & ad expoſitionẽ, deus ueniat in claro lumine, & filius eius, de quo ſcriptũ eſt: Sancti eſtote quoniam
Leuit. 19.a ego ſanctus ſum, de ſublimitate eloquij umbroſi & con
& 20.b denſi & ſcripturarũ teſtimonijs hincinde contexti, & patre ſimul filioq; ueniente, fiat eorum auditor habitacu
Ioan. 14.c lum, & cõpleatur ſcriptura, dicens: Ego & pater ueniemus ad eum, & manſionẽ apud eũ faciemus. Sed quia pro monte umbroſo, & cõdenſo in Hebræo ſcriptũ eſt, mons פָּארָן & Pharan interpretatur os uidentis: pulchrè iuxta interpretationẽ noſtrã, de eruditi ſermone uiri uenit notitia filij, & non qualicũq; ſermone: ſed de eo qui plenus eſt lumine: plenus oculis, ut manifeſtus & purus ad aures audientium deferatur. Quod autem ait: de monte ſublimia dogmata intellige. Audiui ego Hebræũ iſtũ locũ ita diſſerere: Quod Bethlehẽ ſita ſit ad auſtrũ in qua natus eſt dñs atq; ſaluator, & ipſum eſſe de quo nunc dicat: Dñs ab auſtro ueniet, hoc eſt, naſcetur in Bethlehẽ & inde conſurget. Et quia ipſe qui natus eſt in Bethlehẽ, legem quondam dedit in monte Sinai: ipſe eſt ſanctus qui uenit de mõte Pharan: Pharan quippe uicinus eſt locus monti Sina. Et quod infertur, diapſalma, id eſt ſemper, habere ſenſum: ipſe qui natus eſt in Bethlehẽ: & qui in Sina, id eſt in monte Pharan, legẽ dedit: ſemper in uniuerſis beneficijs, præteritis & præſentibus & futuris autor eſt & largitor. De diapſalmate, quod Hebraicè dicitur סֶלָה in pſalterio plenius diſputatũ eſt. Simulq; cerne iuxta Lxx, quod diapſalma non ponatur niſi in pſalterio & in præſenti loco: Ex quo intelligimus rectè à Lxx. orationis canticũ prænotatum. e ¶ *Operuit cœlos gloria eius, etc.*] Pro eo quod Lxx. interpretati



HEB. plena eſt terra. Splendor eius ut lux erit: cornua in manibus eius. Ibi abſcõdita eſt fortitudo eius. Ante faciẽ eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius

SEP. plena eſt terra, & ſplẽdor eius quaſi lux erit: cornua in manib. eius: & poſuit dilectionẽ robuſtã fortitudinis ſuæ. Ante faciẽ eius ibit uerbũ, & egredietur

A terpretati ſunt, & poſuit dilectionẽ robuſtam fortitudinis ſuæ, & nos diximus: ibi abſcõdita eſt fortitudo eius: Aquila tranſtulit: Et poſuit abſcõſionẽ fortitudinis ſuæ: Symmachus, & poſuit abſconditã fortitudinẽ ſuam: ſolus Theodotio noſtræ tranſlationi congruens ait, Et ibi abſcõſio fortitudinis eius. Verbũ enim שָׁם pro qualitate loci, & poſuit intelligitur, & ibi: magiſq; in præſenti loco ibi legendũ eſt quàm poſuit, ut ſit ſenſus & ordo ſententiæ: Cornua in manibus eius, & ſubaudiatur, ibi, id eſt in cornibus abſcondita eſt fortitudo eius. Manifeſtum eſt autem iuxta Hebraicũ, quod in aduentu Chriſti cuncta repleta ſint gloria, ſecundũ illud quod
Luc. 2.c in euangelio dicitur: Gloria in excelſis deo, & in terra
Pſal. 147.a pax hominibus bonæ uolũtatis. Et alibi: Pacem fecit in cœlis & in terra per ſanguinẽ crucis, & ſedit in dextera magnitudinis: uelociter enim currit ſermo eius. Et ali
Pſal. 8.a bi: Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra. Et rurſum in pſalmo decimooctauo: In omnẽ terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Splendor quoq; eius, quaſi ſol iuſtitiæ clara luce radiauit, & cornua in manibus eius, uexilla & trophæa crucis, & in ipſis cornibus abſcõ
Philip. 2.a dita eſt fortitudo eius. Cum enim eſſet in forma dei, nõ rapinã arbitratus eſt æqualem ſe eſſe deo: ſed exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens: factus eſt obediens patri uſq; ad mortem, mortẽ autem crucis. In cruce ergo paulisper abſcõdita eſt fortitudo eius, quãdo dicebat ad pa
Math. 26.d trẽ. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Et, pater ſi poſ
Luc. 23.f ſibile eſt tranſeat iſte calix à me. Et in ipſa cruce: Pater in
B manus tuas cõmendo ſpiritũ meum. Porrò iuxta Lxx. in eo quod dictum eſt: operuit cœlos uirtus eius: noſſe debemus minus eſſe quod operitur ab eo, quàm quod operit: ſi tamen totum operiatur, & non ex parte quod opertum eſt. Cum ergo uirtus dei operiat cœlos, maior eſt cœlis uirtus eius, quia operiuntur cœli. Cœlos autem eos eſſe qui portent imaginem ſupercœleſtis, & qui enarrent gloriã dei, crebro legimus. Virtutẽ quoq;
1. Cor. 1.d dei dominum ſaluatorem, Apoſtolus probat: Chriſtus dei uirtus, & dei ſapientia. Hæc uirtus omniũ ſpiritualium uirtutum quaſi mater eſt: Verbi gratia: appellatur uirtus, ſapientia, fortitudo, iuſtitia, temperantia, ueritas, ſanctitas, redemptio. Chriſtus autem factus eſt nobis à deo ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Hæ igitur ſpeciales uirtutes, in quibus Chriſtus oſtenditur: ſecundum profectum eorum qui eum uel ſapientiam recipiunt, uel fortitudinem, uel iuſtitiam, & cætera huiuſcemodi cõtinentur in generali uirtute dei: hoc eſt in domino ſaluatore: atq; in hunc modum & de terra intelligimus: quod qui primũ propter imaginem
Gen. 3.d terreni terra uocabantur, & dicebatur ad eos: Terra es, & in terram ibis: in aduẽtu ſaluatoris laude domini repleantur. Cum autem & cœli uirtute dei operti fuerint: protecti uidelicet & ex omni parte ueſtiti, & uniuerſa terra repleta laude dei: tunc ſplendor eius ut lux erit. Imaginẽ autem dei & ſplendorẽ gloriæ eius, eſſe deum
Heb. 1.a ſaluatorem, Apoſtolus non tacet: Qui poſtq̃ nobis apparuit ſplendor gloriæ dei, reuerſus eſt ad priſtinã maieſtatẽ. Et ſi enim noueramus Chriſtum ſecundum carnem: ſed iam non nouimus eum iuxta carnem, uerum iuxta ſpiritum: Quia quod factum eſt, in ipſo uita erat, & uita erat lux hominum: quod & manifeſtius in euan
Ioan. 17.a gelio ſaluator oſtendens ait: Pater glorifica me gloria quam habui apud te prius quàm mũdus fieret: ut poſt aſcenſionem ad cœlos, ſit ſplendor quod lux, hoc eſt, C
id accipiat filius eſſe quod pater eſt. Quod autem ſequitur: Cornua in manibus eius: moris eſt ſcripturarum, ut ſemper cornua pro regnis ponant. Nam & illud quod Anna loquitur in primo regnorũ libro: Ex- 1. Reg. 2.a
altauit cornu Chriſti ſui, magnificentiam regni ſaluatoris ſignificat. Et in Daniele, Dan. 7.b
decẽ cornua, decem regna demonſtrant. Sic autem nunc dicitur: Cornua in manibus eius: quomodo & alibi ſcriptum legimus: Cor regis in manu dei, pro eo quod eſt, mens & Prou. 21.a
principale cordis uiri ſancti, qui pergit ad regna cœlorum, qui adhuc poſitus in terra regnat corpori abſque peccatis, non uagatur extrinſecus, ſed in dei tutela ſitus eſt. Quia uerò & in Hæbræo, & in cæteris editionibus, non habet ſcriptum, cornua in manibus eius, quod dicitur יָדוֹ manum dei fortem atq; robuſtam intelligamus filium eius. Et in hac manu omnia regna cœlorũ: eorũq; qui ad cœlos nituntur aſcendere, poſita eſſe dicamus: quod & Eſaias ſonat dicens: Vinea facta eſt dile Eſa. 5.a
cto in cornu, in loco uberi: pro eo quo eſt in regno. Ob hanc puto cauſam nullum cornutum animal inter immunda poni in Leuitico, & idipſum ſignificare unicornem in pſalmis, ſiue ῥινοκέρωτα: & illud: In te inimicos Pſal. 49.c
noſtros uentilabimus cornu. Quod autem iuxta Lxx. & 91.b
legimus, & poſuit dilectionẽ fortem uirtutis ſuæ: etiam Pſal. 43.b
hoc de Chriſto intelligendum eſt: quod deus pater idcirco cooperuerit cœlos uirtute ſua, & terram repleuerit laude, & ſplendorem ſuum fecerit eſſe ut lumen, & regnum poſuerit in manu filij ſui, ut faceret dilectum ſuum ab hominibus diligi, & diligi non leuiter, ſed ue- D
hemẽter & fortiter, ut qui eum fortiter dilexiſſent & hærerent in dilectione eius, nemo tolleret eos de manu illius. Econtrario diabolus facit amare nos mundum, & pro dilectione uirtutis diligere uitia, & non leuiter, ſed fortiter, ita ut de nobis poſſit dici: Et poſuit diabolus dilectionem fortem uitiorum ſuorum. a ¶ *Ante faciem eius ibit, etc.*] Pro eo quod nos tranſtulimus mortem, in Hebræo tres literæ poſita ſunt ר ב ד abſq; ulla uocali: quæ ſi legantur דָּבָר uerbum ſignificant: ſi דֶּבֶר peſtem quę Græce dicitur λοιμός. Deniq; & Aquila ita interpretatus eſt: Ante faciem eius ibit peſtis: Symmachus: Ante faciem eius præcedet mors: Quinta editio: Ante faciem eius ambulabit mors: Soli Lxx. & Theodotio, ſermonẽ pro morte interpretati ſunt. Nec non in cõſequenti uerſiculo, ubi diximus: Egredietur diabolus ante pedes eius: & Lxx. aliter tranſtulerũt, iuxta quos poſtea diſputabimus: Aquila pro diabolo tranſtulit uolatile: Symmachus autẽ & Theodotio, & Quinta editio, uolucrẽ: quod Hebraicè dicitur רֶשֶׁף. Tradunt autem Hebræi: quomodo in euangelio, princeps dæmonũ dicitur eſſe Math. 12.d
Beelzebub: ita Reſeph dæmonis eſſe nomen, qui principatũ teneat inter alios, & propter nimiam uelocitatem atq; in diuerſa diſcurſum, auis & uolatile nuncupetur: Ipſumq; eſſe qui in paradiſo ſub figura ſerpẽtis mulieri ſit locutus, & ex maledictione qua à deo condemnatus eſt accepiſſe nomen: Siquidẽ reſeph, reptans uentre interpretatur. Hoc eſt ergo quod dicit: ſtatim cum uenerit dominus & in Iordane fuerit baptizatus: & ad columbæ deſcẽſum uox patris intonuerit: Hic eſt filius Math. 3.d
meus dilectus, in quo mihi complacui: exeũti de aquis occurrit diabolus: & ante pedes illius ſtabat mors, & coluber antiquus, qui quadraginta diebus tẽtauit eum in ſolitudine. Si autẽ iuxta Lxx. legerimus (ante faciem

A eius ibit uerbum, & egredietur in campos poſt pedes
eius) hoc ſignificat, quod ſermo dei ante uiſitationem
eius, quæ nunc allegoricè facies dicitur, præcedat & pre
paret corda credentium: ut praua in rectum & inæqua
lia ſternat in planū. Et auditoris anima quaſi confectus
ager, ſementem poſſit
recipere ſpiritualem.
a ¶ *Stetit & menſus eſt, etc.*] Stans ſaluator &
cuncta perſpiciens, &
oculo ſuo uniuerſita-
tem mundi metiens:
gentium multitudi-
nē diſſipauit: quibus
diſſipatis & diſſolu-
tis: contriti ſunt mon
tes huius ſeculi: & in-
curuati ſunt colles hu
ius mūdi. Sunt enim
& alij montes & col-
les, quos ſalit & tranſi
lit ſponſus in cantico
Cant. 2.b canticorum: de qui-
bus & in ſecundo gra
duum pſalmo dicit:
Pſal. 120.a Leuaui oculos meos in montes: unde ueniat auxilium
mihi. Montes autem ſeculi ipſi ſunt qui & montes tene-
Hiere. 31.b broſi: de quibus Hieremias præcepit: ne impingant pe-
des noſtri ſuper eos. Iſti ſunt colles in quibus regnabat
1. Reg. 22.c גבעה Saul, quando interficiebat ſacerdotes dei: Gabaa quip
pe collis interpretatur. Et eleganter incuruati ſunt, in-
quit, colles mundi. Ante aduentū quippe ſaluatoris e-
recta ceruice gradiebantur, & ſuperbia eorū humiliare
nemo poterat. Contriti autē ſunt & incuruati ab itine-
B ribus æternitatis eius, id eſt dei: quia æternitas illius ad
nos uenire dignata eſt, ſiue quod ſemper à principio
mundi uſq; ad incarnationē ſuam uenerit ad ſanctos,
& factus ſit in ſingulorū manus ſermo dei: atq; in uni-
uerſis uincentibus ipſe ſuperarit, & æternū eius iter in-
curuauerit: colles monteſq; contriuerit. Hæc per meta-
phorā iuxta Hebraicū dicta ſint: Porrò ſecundū Lxx.
poſtq; faciem dei ſermo præceſſerit, & egreſſus fuerit in
plana: deus pater uenit illuc, ubi ei ad ſermonem ſuum
regio præparata eſt: & uenit poſt pedes ſermonis ſui, &
ſtat: nunq; ante præcedens, ſed ſemper expectans, ut ille
ſibi muniat uiam. Vbi autē ſteterit iuxta pedes ſermo-
nis ſui: ibi ſtatim terra, opera uidelicet carnis & corpo-
rum, non ualentia ſuſtinere dei præſentiam cōmouen-
tur: Cumq; cōmota fuerint: uirtus ſermonis & præſen-
tia dei reſpicit cunctas animæ gentes: quas cogitationes
& multiplices in diuerſa ſententias poſſumus intellige-
re, quæ ilico diſſoluuntur ac tabeſcūt: Si quid etiam ad-
uerſum ſcientiam dei ſe exaltauerat in terra, & ſenſum
occupauerat audientis: hoc præcedente ſermone, & ad-
uentu dei confringetur atq; conteretur. Montibus au-
tem confractis contritiſq; ad aſpectum dei, colles li-
quido conſumentur, & redigentur ad nihilum. Non e-
nim ſunt montes dei, ſed montes ſeculi. Sempiternū e-
nim iter dei reſpiciens ad ea quæ ſuus ſermo præcedit:
& fortius collibus ſeculi, conſumet & deſtruet eos. Poſ-
ſunt autē montes & dæmones intelligi, qui uerſantur in
hæreticis: & eleuant ſe contra ſcientiā dei: colles quoq;
aliæ dæmonū fortitudines, quæ faciunt homines, cor-
porum pulchritudinē, dignitates, diuitias nobilitatem
generis, cæteraq; mundi bona admirari. Licet uidere
poſt aduentum ſermonis dei, & dei patris præſentiam:
quomodo humanæ animæ cōmoueantur, & omne qđ
terrenum eſt diſſoluatur, & cogitationes priſtinæ redi-
gantur ad nihilum. Tunc deſtruuntur dæmones, tunc

HEB. eius. Stetit & menſus eſt terram: aſpexit & diſſoluit gētes, & cōtriti ſunt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius. Pro[b] iniquitate uidi tētoria Aethiopiæ: turbabunt pelles terræ Madian. Nūnqd in fluminibus iratus es dñe: aut in fluminib. furor tuus: uel in mari indignatio tua? qui

SEPTVAG. tur in campum poſt pedes eius. Stetit & commota eſt terra: Aſpexit & diſtabuerunt gentes: contriti ſunt montes uiolentia: tabuerunt colles ſeculi itineris ſempiterni eius. Pro laboribus uidi tabernacula Aethiopum: pauebūt & tabernacula terræ Madian. Nunquid in fluminibꝰ iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus: uel in mari impetus tuus? Qui

ſeculi altitudines ad nihilum deducuntur, & omnes hæ C
retici, quorum ſcientia, quæ primum tumebat ad dei
ſermonis aduentum humiliatur, conteritur atq; conſu
mitur. Et quod prius pulchrum & maximum uideba-
tur, quaſi deſpectum abijcitur & paruū, Et hoc fit pro-
pter aduentum dei &
hoſpitiū Chriſti: iux-
ta quod alibi ſcriptū
eſt: Inhabitabo in eis, Leuit. 26.b
& inambulabo, & ero
deus eorum, & ipſi e-
runt mihi populus.
b ¶ *Pro iniquitate uidi tentoria, etc.*] Aethiopes
tetri & amantes tene-
bras, & ab omni luce
alieni: qui draconis
carne ueſcuntur: de
quo ſcriptum eſt: De- Pſal. 73.c
diſti eum eſcā popu-
lis Aethiopibus: dæ-
mones intelliguntur:
quorum fit taberna-
culū quicunq; in hoc
ſeculo propter hono
res & diuitias laborarit: quod ſignificāter ſub uno uer-
bo iniquitatis oſtēdit: omnis enim diues, aut iniquus,
aut hæres iniqui eſt. Vide homines maria tranſire: ante
potentum excubare fores: pati omnia quæ ſeruorum
conditio uix patitur: ut diuitias cōgregent, ut aliquam
accipiant dignitatem: Et poſtq; hoc fuerint cōſecuti, tra
dere ſe luxuriæ & uoluptatibus & omni iniquitati: ut
quod auaricia congregauit, luxuria conſumat. Iſti ergo
pro laboribus ſuis efficiuntur hoſpitium dæmonū, &
qui templum dei eſſe debebant, fiunt tabernaculū Ae- D
thiopum. Sed & hoc quod ſequitur: Turbabuntur pel-
les terræ Madian: ſiue pauebunt & tabernacula terræ
Madian: eoſdem intellige tabernacula Aethiopū & ta-
bernacula terræ Madian. Poſtq; enim ditati fuerint, &
per fas ac nefas ad altiſſimū gradum conſcenderint, tūc
conſcientia peccatorum ſuorum ſemper mortem, ſem-
per iudicium formidabunt, & ad leuem febriculā quaſi
latrones in carcere: ita de æternis ſupplicijs ſuſpirabūt.
Madian autem in lingua noſtra ſonat, ex iudicio: id eſt מדין
in condemnationē, & oſtenditur quod metu iudicij æ-
ternarumq; pœnarū ſemper in formidine ſint: & crucia
tus quos ſentiunt ſe mereri, pauore quotidiano ſuſti-
neant. c ¶ *Nunquid in fluminibus, etc.*] Vbi Lxx. diapſal-
ma: & Aquila, ſemper: cæteri ut ſupra ſimiliter tranſtule
rūt. Et quia ad tropologicā interpretationē feſtinat ora
tio: breuiter ſecundū literā ſenſum capituli cōprehen-
dens, pergā ad reliqua. Sicut Iordanē & mare ſiccaſti ru
brū pro nobis dimicans: non enim fluminibus & mari
iratus es, aut quicq; inſenſibilia offenſionis contrahere
potuerunt: ita nunc quadrigas conſcendes tuas, arcūq;
corripiens, ſalutē dabis populo tuo, & iuramenta quæ
iuraſti patribus noſtris, & tribubus explebis in ſempi-
ternū. Quod autē dicit: Nunquid in fluminibus iratus
es dñe, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari impe-
tus tuus: dicit ambiguè, & interrogātis magis eloquio
q̄ probantis. Sunt enim & bona flumina, ſunt & mala.
Eſt mare peſſimū, & eſt mare optimū. Bonorum flumi-
num illud exemplum eſt: Fluminis impetus lætificat ci
uitatem dei: Et quod qui de aqua domini biberit: fluēt
de uentre eius flumina aquæ ſalientis in uitā æternam.
Malorum illud quod Pharao loquitur in Ezechiel:
Mea ſunt flumina, & ego feci illa: in quibus draco ha-
bitat: & multa his ſimilia. Quod autem mare in bonam
partē accipiatur: pſalmus uiceſimus tertius teſtimonio



A eſt, in quo tropologice de eccleſia dicitur, ἡ οἰκουμένη,
id eſt orbis terrarum: Domini eſt terra, & plenitudo or
bis eius: orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo:
ipſe ſuper mare fundauit eum, & ſuper flumina præpa-
rauit illum, id eſt orbem. Quod autem à domino fun-
datur ſuper flumina,
& præparat ſuper ma
re, utiq; in bonā par-
tem accipitur. Necnō
& illud quod de ui-
nea dicit quę transla-
Pſal. 79.b ta eſt de Aegypto: Ex-
tendiſti propagines
eius uſq; ad mare, &
uſq; ad flumina flagel
la eius: uſq; ad mare,
puto quod in bonam partem poſſit accipi. Et dicimus
uerba diuina quæ manifeſtiora ſunt, & quaſi potum ſi-
tientibus præbent, hæc dici flumina. Ea autem quæ ple-
na ſunt ſacramentis, & in profundo poſita, de quibus
Rom. 11.d dicit Apoſtolus: O profundum ſapientiæ & ſciētiæ dei:
Pſal. 129.a Et propheta conſonat: De profundis clamaui ad te do-
mine: mare in ſcripturis appellari. Hoc de eo quod poſ-
ſit & mare in meliori parte ſentiri. Quod autem accipia
tur & in contrario, multa teſtimonia ſunt: de quibus il-
Pſal. 103.c lud in pſalmis eſt: Hoc mare magnum & ſpacioſum: ibi
naues pertranſibūt: animalia parua cum magnis: Dra-
co iſte quem formaſti ad illudendū ei. Et in Euangelio
quando ſaluator increpauit uentos & mare, & dixit ei:
Mar. 4.d Tace & obtumeſce. Quod enim increpat malum eſt iux
Zach. 3.a ta illud Zachariæ: Increpet dñs te diabole. Et ad Timo-
2 Tim. 4.a theum: Argue, conſolare & increpa. Propheta itaq; ſci-
ſcitante, Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut
in fluminib. furor tuus, uel in mari impetus tuus? nos
B dicamus, ſi Aegypti flumina ſunt: & mare rubrum atq;
ſanguineū, iraſcitur dominus & percutit ea, & toto im-
petu fertur in gurgites eleuantes ſe contra ſcientiā dei.
Pſal. 113.a Vnde mare uidit & fugit, pręſentiam dei ferre nō ſuſti-
nens: Et Iordanis reuerſus eſt retrorſum, cedens gloriæ
populi tranſeuntis, qui & ab Helia ſcinditur & ab Heli
ſeo. Vt autem manifeſtius loquar, hæreticorū eloquen
tiam quæ contra ueritatem & eccleſiam fluit intellige flu
mina quibus iraſcit dominus. Animas uero eorū quæ
circunferūtur omni uento doctrinæ, & ſemper malicia
fluctuant, & falſis gurgitibus obruuntur, animaduerte
mare: ſuper quod impetus domini fit: ut ſentiat eius ad
uentum, & ſciat quibus terminis & obice concludatur,
& audiat: In te conterent fluctus tui. Quod ſi bona ſunt
flumina & bonū mare, lauatur in illis Ieſus, & eccleſiam
ſuam ſuper huiuſcemodi mare collocat. Poſt hæc ſequi-
tur: Qui aſcendes ſuper equos tuos, & equitatio tua ſa-
lus. Quæro equos ſuper quos aſcendat dominus: & pu
to non eſſe alios niſi ſanctorū animas: ſuper quas aſcen
dit ſermo diuinus: ut ipſas ſaluet, & alios per eas. Pona-
mus equorum exempla: Sponſus loquitur in Cantico
Cant. 1.a canticorū: Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimi
laui te proxima mea. Non quod Chriſtus eccleſiam uel
ſermo dei animā quā ſponſam ſuam uocat, quadrigis
comparet Pharaonis: ſed quod omnis anima quāuis
ſancta ſit atq; perfecta, ad deū comparata, quaſi currus
Pharaonis ſit & iumentū. Vnde & Moyſes loquitur ad
Exo. 4.c dominum: Ego autem ſum ἄλογος, id eſt irrationalis.
Et Dauid: Vt iumentum factus ſum apud te. Non quod
abſolute iumentū ſit, ſed quod apud deum iumentum
ſit. His equis illi cōtrarij ſunt quos habet Pharao, & de
Exo. 15.a quibus dicitur: Equum & aſcenſorem proiecit in mare:
huiuſcemodi equitatio nō eſt ſalus, ſed perditio. Quęra
mus & alios equos, in quib. aſcendit dominus: In quar
4 Reg. 3.c to Regnorū libro legimus ſurrexiſſe mane miniſtrum

HEB. qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuū: iuramēta tribubus quæ loquutus es. Sēper. Fluuiōs ſcīdes terrę. Viderunt

SEP. Qui aſcendes ſuper equos tuos: et equitatio tua ſalus: intendens extendes arcum tuū ſuper ſceptra, dicit dominus. Diapſalma. Fluuijs ſcindetur terra. Videbunt

Heliſæi, & egreſſum uidiſſe exercitum ambientem ciui- C
tatis muros, & equos & currus. Et poſtquam ad preces
prophetæ aperti ſunt oculi eius: Aſpexit, inquit, & ecce
mons plenus equis, & quadrigæ igneæ in circuitu He-
liſæi. Diligenter attende quod equi uideātur & currus,
& tamen in tantis mi-
libus equorum et cur
ruum nullus aſcēſor:
horum equorum ille
erat auriga, & ille re-
ctor, de quo pſalmi-
ſta canit: Qui ſedes ſu Pſal. 97.a
per Cherubim oſten-
dere. Talibus equis, 4 Reg. 2.b
taliq; curru & Helias
raptus ad cœlum eſt.
Si quis autem de Zacharia uult diſcere qui ſint equi ru Zach. 1.b
fi, & qui nigri, & qui uarij, & qui albi egrediētes de myr
tetis, & de montibus in profundo poſitis, ſiue ut in Se-
ptuaginta ſcriptum eſt, æreis: In ipſo propheta, ſi domi
nus uitæ ſpacium dederit, conabimur explanare. Vidit Apoc. 6.a
& Ioānes equos candidos, & ſeſſores eorum: è quibus
corpora in gloria reſurgentium puto eſſe equos candi-
dos: ſeſſores aūt ſanctorū animas. Si quis uero peccator
eſt & mei ſimilis, ſedebit in equo nigro, & dicitur de eo:
Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos. De tali Pſal. 75.b
bus equis ſcriptum eſt: Fallax equus ad ſalutem. Caro Ibid. 23.d
enim concupiſcit aduerſus ſpiritū, & ſapientia eius ini- Gal. 5.c
mica eſt deo. Hoc dictum ſit de his qui corpora diligūt,
& in nigris ſedent equis. Nos autē animas noſtras in e-
quos, & in currus domini præparemus: qui aſcendit in
Paulo, aſcendit in Petro: & in huiuſcemodi currib. equi
tans, totum luſtrauit orbem. Intendens quoq; arcum ſi
ue ſagittas, ſceptra, id eſt regna aduerſum quæ Hiere- Hier. 18.a
mias miſſus eſt, eradicauit, deſtruxit & perdidit: fecitq; D
ut non regnaret peccatū in mortali noſtro corpore. Sce
ptra autē, id eſt regna diaboli quæ oſtendit & domino,
intellige diuerſa peccata, auaritiā, luxuriā, iracundiā,
detractionem, furta, periuria: aduerſum quæ ſermo dei
ſedens in equis, & in curribus ſuis intendit fulgoris ſui
contorta ſpicula: & interim non emittit: ut qui ad exten
tum arcū territus fuerit emiſſionē non ſentiat ſagittarū.
Et hoc facit ſemper: quod Aquila interpretatus eſt pro
diapſalmate. Semper enim ſedit in ſanctis ſuis, ſemper
armatus eſt. Et acutas ſagittas in linguis eorum præpa-
rans equitat, & huc illucq; diſcurrit in orbis ſalutem.
a ¶ *Fluuios ſcindes terræ, etc.*] Quia ſuſcitauit domi-
nus arcum ſuum, ut tribubus iuramenta redderet,
quæ loquutus eſt. Conſequenter dicitur fluuios ſcin-
des terræ, id eſt, reges terræ aduerſum tuum popu-
lum dimicantes, diuides atque diſperges. Iuxta Se-
ptuaginta autem, qui dixerunt: Fluuijs ſcindetur ter-
ra, primum ponamus exemplum, ut hoc quaſi gradu
ad altiora ueniamus. Legimus in his qui de mirabili-
bus confecerunt uolumina, & qui Olympiadas Grecię
ad noſtram uſque memoriam perduxerunt, exponen-
tes quid in ſingulis annis noui acciderit in mundo: q̄
inter cætera terræ motu eruperint flumina, quæ ante
non fuerant: & rurſum alia abſorpta ſint & peſſum ie-
rint: quod ſcilicet omnes terrarū uenæ, quaſi in huma-
no corpore ſanguinem, ita in ſe habeāt latentes aquas,
quæ terræ concuſſione rumpantur, & manent flumina.
Hoc ſi intelligamus, uideamus animam humanam ha-
bere naturaliter aquas & fluuios, & per ſocordiam no-
ſtram eos eſſe abſconditos, & non fluere. Cum autem
ad prædicationem ſermonis dei concuſſa fuerint, & de
priori ſtatu mota, tunc erumpere quod latebat, & in re
fectionē potantium fluere. Hoc ipſum reor & illud ſigni
ficare in Geneſi, quod fodiunt putei à ſeruis Iſaac, quos Gen. 26.c

Universidad de Deusto Biblioteca

A ab Abraham factos Philiſtijm terra obruerant. Quàm diu uiuit Abraham, putei illius non clauduntur: illo autem mortuo, & puteis obturatis, ſi ſerui fodiant contradicunt Philiſtijm, & iurgium eſt. Si uero ipſe ueniat Iſaac & fodiat puteum, & inueniat aquam, Philiſtijm non ualent contradicere. Vide Petrum & Paulum, & de puteis Chriſti fluuijſq; non ambiges. Cerne omnes apoſtolos: & iam nō quatuor flumina, ſed duodecim fluuios intelliges exire de paradiſo ſcripturarū.

HEBRAEI. Viderūnt te & doluerunt montes: gurges aquarum tranſijt: dedit abyſſus uocem ſuam: alti-

SEP. Videbunt te & [b] dolebūnt ſiue parturient populi. [c] Diſpērges aquas itineris. [d] Dēdit abyſſus uocē ſuā altitu

Iſti fluuij antequam terra commoueretur latebant. Et cum eſſent in terræ uenis, ſitientibus pocula non præbebant. Poſtquam uero ad aduentum Chriſti orbis, & omnis terra concuſſa eſt, ſubito proruperunt: tunc completum eſt: Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim: terram fructiferam in ſalſuginem: à malicia habitantium in ea. Poſuit deſertum in paludes aquarum, & terram ſine aqua in fontes aquarum, & habitare fecit ibi eſurientes, & conſtituerunt ciuitatem ad habitandū. Poſtquam enim dominus uenit in mundo, & completum eſt illud quod dixit in Euangelio: *Matt. 11.b* In iudicium ego in mundum iſtum ueni, ut qui nō uidebant uiderent, & qui uidebant cæci fierent: Tunc terra Iſrael de qua fluuij ante manabant, & irrigabant uniuerſum Iudææ populum aruit, & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus autem orbis qui erat deſertus & ſterilis, & aquas prædicationis dominicæ non habebat: uerſus eſt in paludes aquarum, & quot doctores emiſit, tot habuit & fontes. Nec ſufficit eis, fontibus uidelicet atque fluminibus, irrigare orbis populos: ſed in unaquaque prouin-
B cia eos qui eſuriebant & patiebantur famem ſermonis dei in unum populum congregantes extruxerunt eccleſiam: quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum, & quam lætificat impetus fluminis. a *Viderūt te & doluerūt montes, etc.*] Solam noſtram editionem poſuimus, ut iuxta eam, id eſt, iuxta Hebraicum texentes conſequentiam loci, poſtea Septuaginta commatice per capitula diſſeramus. Viderunt te deus & doluerunt montes: excelſa ſcilicet regna, & ſublimes huius ſeculi poteſtates: & quadrigæ quatuor in Zacharia, *Zach. 6.a* quæ egrediuntur de montibus æreis: hæ te uiderunt & intremuerunt. Et gurges aquarum tranſijt: hoc eſt, omnis eorum impetus, & perſecutio qua uexabant populum tuum, poſtquam te uiderunt tranſijt. Tunc abyſſus, hoc eſt inferi laudauerunt te: tunc etiam ſuperi, id eſt angeli plauſum ſuis manibus concrepabūt, ut uictorem ueluti geſtu quodam & tripudio eleuatarum manuum demonſtrarent. Sol tuus & luna, & omnis ſplendor quo prius illuxeras populo tuo, & malorum poſtea pondere uniuerſa fuerant tenebrarum horrore cooperta, receperunt lumen ſuū, & priſtinum habuere fulgorem. Sagittæ tuæ & fulgurās haſta tua, id eſt plagæ tuæ & eruditio tua, lumen tuo populo præbuerunt. Denique in luce ſagittarum tuarum, & in ſplendore haſtæ tuæ, quæ eos ad hoc corripit ut emēdaret, ambulauit populus tuus in furore tuo. Quando ergo populi tui uindicabis iniuriam terrena regna calcabis, & omnes gentes admirari facies: quia egreſſus es in ſalutem populi tui, & ueniſti ad eos cum Chriſto tuo: licet in Hebraico ſcriptum ſit: Egreſſus es in ſalutem populi tui, cum Ieſu Chriſto tuo: ſiue cum ſaluatore Chriſto tuo: ישע enim ſaluator interpretatur. Veniente autem Ieſu Chriſto filio tuo, percuſsiſti Antichriſtum de domo impij, hoc eſt in hoc ſeculo, quod in maligno poſitum eſt: ſiue ipſum diabolum percuſsiſti, qui impietatis caput eſt, & denudaſti fundamentum eius

uſq; ad collum, id eſt, abſcondita eius aperta feciſti, nō C ad breue tempus, ſed in perpetuū: hoc enim ſignificat סלה id eſt ſemper. b ¶ *Et dolebunt, etc.*] ὠδινήσουσι quippe utrūq; ſignificat. Conſequēter rupta terra & fluuijs manantibus populi qui de fluminibus dei biberant, uidebunt deum atq; parturient. Ex hoc enim ipſo quod uidēt deum, ſtatim dei uerbo concipiūt & dicūt: A timore tuo domine *Eſaiæ 26.c* in utero ſuſcepimus, & parturiuimus, & peperimus: ſpiritū ſalutis tuæ faciemus ſuper terrā: Beati, *Matt. 5.a* inquit, mundo corde, quoniā ipſi deū uidebūt. Iſti itaq; populi loti à fluminibus, nō iā uiderūt, ſed uiſuri ſunt deū: & cū uiderint concipient, ut poſſint fructus parere doctrinarū. Sed quia dicunt populi, & populorū nō eſt uidere faciē dei, licet in futurū extendat oratio, uidebūt & pariēt, tamē iuxta tropologiā magis Hebraicū ſequēdū eſt, ubi dicit: Viderūt te & pepererūt mōtes. Montiū enim eſt uidere deū & parere filios, quos de dei cōcipere ſermone. c ¶ *Diſperges aquas itineris, etc.*] Diuerſæ aquę ſunt: aliæ ſempiternæ, aliæ breues. De ſempiternis aquis & quę fluunt de fontibus Iſrael, dictum eſt: Fluminibus ſcindetur terra. De ſubitis & ad tempus currētibus: Omnes torrentes uadunt in mare. Talium enim aquarum finis perditio eſt. Deus ergo omnes aquas quę à peruerſis dogmatibus conculcatæ ſunt diſperget: cum diſſipauerit conſilia principum, & ſapientiam mundi huius. Si quando uideris ad breue aliquam hæreſim floruiſſe, & poſtea dei gratia diſſipatam: dicito eſſe completum: diſperges aquas itineris: Poteſt autem hoc quod dicit itineris, ſubaudiri diabolici, ut ſit ſenſus: Aquas quas diabolus conculcauit, & quæ multis in ſe præbuerunt D iter, id eſt multis patuerunt erroribus: diuidet dominus atq; diſperget. Vnde & cæteri interpretes furorem uolentes hæreticum deſcribere, tranſtulerunt. Illiſio uel impetus aquarum tranſiet. Feruntur enim prono eloquentiæ curſu & præcipites: ut quemcunq; obuium & leuem inuenerint, ſecū trahant. d ¶ *Dedit abyſſus, etc.*] Abyſſus ſæpe in bonā partem, ſæpe in malam, interdū indifferēter accipitur. In bonā partē: Iudicia tua abyſſus *Pſal. 35.b* multa. Et abyſſus abyſſum inuocat: & reliqua. *Ibid. 41.b* In malā: Viderunt te aquæ deus, & reliqua. *Pſal. 70.d* Sed & dæmones deprecantur ne mittantur in abyſſos, & in Geneſi abyſſus *Gen. 1.a* ſuper quam tenebræ erant, neſcio an in bonam partem poſſit accipi. Indifferēter autem ibi ponitur: Rupti ſunt *Ibid. 7.b* fontes abyſſi, & cataractæ cœli apertę ſunt: & illud in cēteſimo quadrageſimo octauo pſalmo: Dracones & omnes abyſſi: ignis & grando & ſpiritus procellarum: niſi fortè ex eo quod inter dracones, & ignem & grandinē ponitur, in malam partem trahendum ſit: quod neſcio utrum poſſit dicere, qui eam uiderit cum cæteris in laudem domini concrepare. Si igitur in bonam partem acceperimus abyſſum, dicamus, diſperſis aquis itineris peſſimis, uiderunt te ſapientes tui, & altitudinē ſcientiæ, quam habebant ex tuo aſpectu mutuantes, quia uiderunt te & parturierunt montes: quicquid de te prius opinati ſunt, in uocis ſuæ laudibus protulerunt. Et pulchre opinationē phantaſiæ, altitudinem uocat: iuxta Ieſum filium Sirach, qui ait: *Eccl. 1.a* Abyſſum & ſapientiam quis inueſtigabit? *Pſal. 41.b* Vnde & monte modico, id eſt aſſumptione humani corporis, *Dan. 2.f* quam Daniel lapidem abſciſſum de monte ſine manibus, id eſt, ſine opere nuptiali uocat: Chriſtus abyſſus inuocat patrem alteram abyſſum in uoce cataractarum ſuarum, ut det euangelizantibus uerbum uirtute multa. Vel certe abyſſus nouum teſtamentū, in teſtimoniū montis modici, à quo uulneratus



A ratus eſt princeps Tyri: inuocat abyſſum ueteris teſtamenti, ut per cataractas Chriſti, id eſt apoſtolos firmior fiat prædicatio. Si quis autem uoluerit hoc quod dicitur: Dedit abyſſus uocem ſuam, altitudinem phantaſiæ ſuæ, in malam partem accipere: illo utetur argumento, quod poſt diſperſas aquas itineris, quę utique in malam partem acceptæ ſunt: & hoc recte in contrario ſentiatur. Simulq; cerne quod non dixerit altitudinem ſuam, ſed altitudinem phantaſię ſuę, id eſt umbrę et imaginis. Videntur enim habere altitudinem & ſcientiam ſcripturarum: ſed omnis eorum altitudo ueritati comparata, phantaſia eſt, & fruſtra extollit uocem, quia aquæ itineris iam diſperſæ ſunt.

HEB. altitudo manus ſuas leuauit: ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarū tuarum ibūt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies gentes: egreſſus es in ſalutē populi tui: in ſalutē cum Chriſto tuo

SEPT. altitudinem phantaſiæ. Eleuātus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo. In [b] lūce iacula tua ibūt in ſplendore coruſcationis armorum tuorum. In cōmmina tione imminues terram, & in furore detrahes gentes. [d] Egrēſſus es in ſalutē populi tui, ut ſaluares Chriſtos tuos

Quæramus in ſcripturis ſicubi phantaſiam in bonam partem inuenire poſſumus, & cum raro uel nunquam fuerit inuenta, firmius abyſſum, & phantaſiam eius in malam partem interpretabimur. a ¶ *Eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.*] Si ſimplicem interpretationē ſequimur, ex præſentibus uerbis profectus ſolis demonſtratur & lunæ: *Eſaiæ 30.f* quod iuxta Eſaiam in futuro ſeculo ſeptuplum ſol luceat, & luna ſolis fulgeat claritate. quia enim creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei, quæ nunc uanitati ſubiecta eſt: propter eum qui ſubiecit eam in ſpem libertatis: cum
B in conſummatione mūdi omnis creatura fuerit liberata, liberabitur & ſol & luna, & in ſuo ſtabūt ordine. Quod ſi uoluerimus ſolem iuſtitiæ Chriſtum accipere: in cuius pennis ſanitas eſt: & lunam, quæ huius ſolis ſplendore illuminatur, eccleſiam: nō difficile eſt dicere, quod lux uera, & lux hominū, & ſplendor gloriæ dei, & ſplendor lucis æternæ eam illuminet: quę nunc in iſto ſeculo iuxta proſpera atq; preſſuras creſcat atq; decreſcat. Cū *Philip. 2.b* autem ſol fuerit eleuatus, & iuxta Apoſtolum, exaltauerit eum deus, & donauerit ei nomen ſuper omne nomen: tunc etiam eccleſia quæ in præſenti ſeculo tenere ſuum ordinem non poteſt, ad ordinem debitum reuertetur: & nequaquam mutabitur, ſed fixo ſtabit gradu, & audiet cum Moyſe: Tu autem hic ſta mecū. b ¶ *In luce iacula tua ibunt, etc.*] Iacula dei, id eſt ſagittæ euntes atque pergentes, non ad hoc mittūtur ut interimant, ſed ut illuminent. Ad harum ſagittarū iaculorumq; diſtinctionem Chriſtus electum iaculum dicitur, per Eſaiam *Eſaiæ 49.a* uociferans: Poſuit me ut iaculum electum & in pharetra ſua abſcondit me, & dixit mihi: Magnū eſt tibi hoc, uocari te ſeruum meum. Hæc ſagitta plures habebit ſagittas quas mittat in uniuerſum orbem. Vnde & ſponſa electo iaculo uulnerata dicit: Vulnerata charitate ego: iuxta quod & nos poſſumus dicere: Vulneratus ca- *3 Reg. 10.a* ritate ego: uulneratus ſapientia ego. Quo ſapientiæ iaculo uulnerata & regina Auſtri non erat in ſe, & obſtupefacta plus inuenerat in uerbo Salomonis, q̃ ei fama narrauerat. Hæ igitur ſagittæ quæ mittuntur in lucē, pergunt etiam in ſplendore coruſcationis armorum eius, id eſt dei. Quicunq; enim armatus fuerit, ut ſtet contra *Epheſ. 6.b* uerſutias diaboli, & accinctus armatura Apoſtoli, *Matt. 5.b* uenient ad illum iacula lucis, ut ad ipſum poſſit dici: Vos eſtis lux mūdi. Si quis aūt peccator eſt, & ingemiſcit q; *Pſal. 119.b* habitet in tabernaculis Cedar: mittunt ei ſagittæ potentis acutæ cū carbonibus deſolatorijs: ut primū cōpun-

gatur ſermonibus dei, & dicat: Verſatus ſum in miſeria C cum infigitur mihi ſpina. Et poſtquā compunctus fuerit, *Ibid. 31.a* tunc ei deſolatorius per Seraphim, id eſt ardentē ſermonem dei, carbo mittatur: qui non ſolum labia, quæ Eſaias *Eſaiæ 6.c* tantū habebat immunda: ſed omnes partes membrorū eius excoquat, & ad ſolitudinē peccatorū reducat. c ¶ *In cōmminatione, etc.*] Poteſt & hoc in conſummatione mūdi accipi: quando frequentibus bellis interfecta multitudine rari homines reperientur: & hi qui noluerunt eſſe de populo dei, ſed gētes & ethnici permanſerint, furore domini deducantur ad tartarū. Sed melius eſt ut imminutā cōminatione terrā interpretemur opera terrena: & eos qui cōſtituti in eccleſia peccatores non expectant, ut furore dñi corripiantur: ſed audientes in ſcripturis, quæ ſupplicia impendeant peccatoribus agunt pœnitentiā: & paulatim imminuūt terrā ſuā, ad cœlumq; proficiunt. Si quis noſtrū cōminationē domini reformidat, huic terra imminuitur: qui aūt perſeuerat in gentiū numero, & non uult eſſe de his quorū terra decreſcit: nec de populo dei, de quo dicitur: Videbunt te & parturient populi: iſte cum gentibus detrahentur in pœnā. d ¶ *Egreſſus es in ſalutem populi, etc.*] Primum uideamus quot ſint genera Chriſtorū, & poſtea tractabimus, quomodo egreſſus ſit dominus in ſalutem Chriſtorum ſuorū. Chriſti in ueteri teſtamento di- D cebantur & patriarchæ: de quibus ſcriptum eſt in pſalmis: Corripuit reges ꝓ eis: nolite tāgere Chriſtos meos: *Pſal. 104.b* & in prophetis meis nolite malignari. Et in primo Paralipomenon libro, omnes qui de Aegypto egreſſi ſunt, Chriſti uocantur. Chriſma quoq; in Exodo ſacerdotale *Exo. 30.c* conficitur, quo poſtea ſacerdotes in Leuitico referuntur un- *Leuit. 8.b* cti. Eſt & aliud unguentū quo reges unguūtur in regno, quod in duo ſcinditur: Si enim Dauid eſt & Salomon, *1 Reg. 16.c* id eſt fortis manu & pacificus, cornu unguitur. Si uero Ie- *4 Reg. 9.a & 19.c* hu & Azahel ſunt, perfunduntur lenticula: uas autē fictile ſic uocatur, id eſt phacos. Sed & Cyrus Perſarum rex atq; Medorum, qui de captiuitate populum relaxauit, licet multi errent, & de domino ſaluatore dictum putent, audit per Eſaiam: Hæc dicit dominus Chriſto meo *Pſal. 45.a* Cyro, cuius tenui dexteram, ut audirent coram eo gentes, & cætera. Et ad extremum dicitur: Tu autem non cognouiſti me: quod de ſaluatore nefas eſt intelligere. Eſt unguentum propheticum, quo præcipitur Heliæ ut Heliſæum unguat in prophetam. Et ſuper omnia unguentorum genera, eſt unguentum ſpirituale quod uocatur oleum exultationis, quo unguitur ſaluator, & dicitur ad deum: Propterea unxit te deus tuus oleo exultatio- *Pſal. 44.b* nis præ participibus tuis. Participes autē eos puto, ad quos loquitur & Ioannes: Et uos unguentum habetis *1 Ioan. 2.c* à ſancto. Et poſt modicum: Hæc ſcripſi uobis de his qui ſeducunt uos: & chriſma quod accepiſtis ab eo maneat in uobis: Et non neceſſe habetis ut aliquis doceat uos, ſed ipſum chriſma docebit uos de omnibus: & uerum eſt, & nō mendacium: & ſicut uos docuit manete in eo. Ac ne fortè qui chriſma baptiſmi perdiderunt, deſperēt de chriſmate reparando: ſcriptum eſt in Leuitico: quod *Leuit. 14.a* leproſus extra caſtra proiectus cum ad ſacerdotē uenerit, & lepra ipſius fuerit emundata: mittat ſibi ſacerdos oleū in manu ſiniſtra: & intincto digito ſepties aſpergat oleum

Universidad de Deusto Biblioteca

A oleum coram domino, & tangat eodem oleo auriculam eius qui leproſus fuerat, & dextram manũ, & dextrum pedem: & quod remanſerit de unguento, totum mittat in caput eius. Cumq; omnia hæc rite compleuerit, tunc immolet holocauſtum pro eo: & ipſe Chriſtus uocetur dei. Volo aliquid dicere: ſed timeo ne negligẽtibus occaſionem ruinæ tribuã: quod in ſcripturis ſanctis idem homo frequenter unctus inueniať. Deniq; Dauid tertio unctus eſt: quod nos non intelligimus ſuper eo qui peccauit, & iterũ unguitur: ſufficit enim leproſo ut poſt primũ unguentũ perditum unguatur ſecũdo: ſed ſuper eo qui per dies ſingulos proficit, & ſemper eius augetur unctio: & de leproſi oleo migrat ad oleum populi atq; ſanctorum: & de oleo populi ad oleum peruenit ſacerdotum: & à ſacerdotibus tranſcendit ad chriſma pontificis, à pontifice quoq; ad regem, à rege ad patriarchas, & à patriarchis pergit ad Chriſtum: & ungitur oleo exultationis: quo qui fuerit linitus, unus cum deo efficitur ſpiritus: & ubi pater & filius eſt, ibi etiam ille erit. Cæterum neſcio an ſequatur effectus. Dicitur enim: Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ, & reliqua: hoc eſt, eo oleo quod hi qui tui participes ſunt, aut raro, aut nunquam poterunt inuenire. In horum igitur Chriſtorum ſalutẽ egreſſus eſt deus de loco ſuo: ſicut enim Mi- Mich. 1.d cheas loquitur: Et egreditur de loco ſuo ut ſaluet: quia enim hi qui indigebant ſalute, ad eum intrare noluerunt: ipſe egreſſus eſt de maieſtate ſua & de loco ſuo: ut eos qui foris erant duceret in terram manſuetorum re- Gen. 3.d.4 gionemq; uiuentium, de qua Adam fuerat expulſus: de B qua egreſſus Cain inhabitauit in terra Naid. Sciẽdum autem, ut ſuprà diximus, quod ubi poſuerunt Septuaginta plurali numero, Vt ſaluares Chriſtos tuos: ibi eſſe in Hebraico לְיֵשַׁע אֶת־מְשִׁיחֶךָ quod Aquila tranſtulit, in ſalutem cum Chriſto tuo: non quod deus egreſſus ſit ut ſaluaret populum, & ſaluaret Chriſtum ſuum, ſed quod in ſalutem populi uenerit cum Chriſto ſuo, Ioan. 14.b iuxta illud euangelij: Pater in me, & ego in patre, & pater in me manens, ipſe facit opera ſua. Sed & quinta editio ſimiliter tranſtulit: Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo. Theodotio autem uere quaſi pauper & Hebionita, ſed & Symmachus eiuſdem dogmatis, pauperem ſenſum ſecuti Iudaice tranſtulerunt: Egreſſus es in ſalutem populi tui, ut ſaluares Chriſtum tuum: & egreſſus es ſaluare populum tuum, ſaluare Chriſtum tuum. Rem incredibilem dicturus ſum, ſed tamen ueram. Iſti ſemichriſtiani Iudaice tranſtulerunt: Et Iudæus Aquila interpretatus eſt ut Chriſtianus. Sexta editio prodens manifeſtiſsime ſacramentum, ita uertit ex Hebræo: Egreſſus es, ut ſaluares populum tuum per Ieſum Chriſtum tuum: quod Græce dicitur, ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ ἰησοῦ τὸν χριστόν σου. Cui ſenſui poteſt illud aptari, quo egreſſus ſit pater cum fi- Luc. 13.g lio de templo & de ceremonijs Iudæorum, dicens: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta, & uenerit ad ſalutem gentium, ut ſaluaret credentes per Ieſum Chriſtum filium ſuum. a ¶ *Miſiſti in caput impiorum mortem, etc.* ] Non putemus de hac dici morte cõmuni qua om- Gen. 25.a nes morimur: Et mortuus eſt Abraham, & appoſitus eſt ad patres ſuos: & prophetæ, & ipſe Chriſtus eſt mor- 1 Pet. 2.d tuus, ſed mors miſſa eſt in iniquos: ut qui prius uiuebant iniquitati, mortui peccato, uiuerent iuſtitiæ. quod 1 Reg. 2.a quidem & Anna in oratione ſua ſignificat: Dominus occidit & uiuificat. Occidit enim peccatores mittens in capita impiorum mortem, ut uiuificaret iuſtitię. Dicam

HEBR. tuo percuſsiſti caput de domo impij: denudaſti fundamẽtum uſq; ad collum, ſemper. Maledixiſti

SEPT. tuos. Miſiſti in ca[a]put impiorum mortem. [b]Suſcitaſti uincula uſque ad collum in finem.

C aliquid audacius: Chriſtus ad hoc uenit in mundum, ut in capita iniquorum mitteret mortem. Et ſicut ipſe 1 Pet. 3.c peccato mortuus eſt ſemel, ſic & illi morerentur iniquitati: & qui facti fuerant participes mortis huius, uitæ quoque participes fierent. Iuxta Hebraicum autem ubi ſcriptum eſt: Percuſſiſti caput de domo impij: caput, ut dixi, principẽ huius mundi accipiamus: & domum ipſius mundũ, omnemq; animã peccatoris, in qua diabolus habebat hoſpitium. Idcirco autem percutitur caput in domo impij, ut illo percuſſo atque eiecto fiat domus dei, & habitet ibi iuſtitia, & ambulet in ea. Et hoc dignum eſt ſentire de deo, qui egreſſus eſt in ſalutem populi ſui cum Chriſto ſuo, ut percuſſo huiuſcemodi capite, ille fiat in nobis caput, qui eſt omnis uiri caput & eccleſiæ ſuæ. Si quis ergo impij ſe adhuc ſentit domum, filij dei deprecetur aduentum, ut conteratur in ſe impij caput. b ¶ *Suſcitaſti uincula uſque ad collum in finem.* ] Suſcitauit dominus uincula charitatis, ut priori onere depoſito, & grauiſſimo iugo quo premebamur abiecto: leue Chriſti ſuſciperemus iugum: & in curru illius poſiti, aurigam optimum portaremus. Quod quidem & Theodotio in bonam partem accipiens ait: Ornaſti fundamentum uſq; ad collum. Quinta editio: Denudaſti ſiue euacuaſti fundamentum uſq; ad collum ſela, id eſt ſemper. Quia enim fundamentum Chriſti, quod erat in anima ſingulorum, Allophyli terra obruerant: egeritur congeſta humus, & nudatur optimum fundamentum, & ornatur: ut quod latebat appareat, & ſuam recipiat claritatem: & hoc ſit in ſempiternum, quod Hebraice di- D citur סֶלָה Simulq; conſidera, quod ipſi Septuaginta rerum neceſsitate compulſi, qui ſemper ſela interpretabantur diapſalma, nunc tranſtulerint in finem. c ¶ *Maledixiſti ſceptris eius, etc.* ] Et nunc tantum Hebraicum diſſerimus, ut ſeparatim de editione Septuaginta diſſeramus, multum enim ab omniũ translatione diſcordat. Maledixiſti, inquit, ſceptris, id eſt regnis eius: haud dubium quin impij, de quo ſuprà dixerat: Percuſsiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum uſque ad collum. Intelligimus autem impium, uel Nabuchodonoſor, uel omnem aduerſarium populi dei. Et non ſolũ ſceptris eius, ſed etiam capiti bellorũ quod percuſſeras, qui uenerũt ut turbo: ut diſpergerent me, id eſt ut euerterent Iſrael: & in diuerſum captiuũ deducerent. Ita autem exultabant deuorantes pauperẽ, & ſubiectum ſibi Iſrael: quaſi hoc in abſcondito facerent, & nos ignorante te deuorarent. Veniſti itaque ad prælium pro populo tuo, & quadrigas tuas immittens in aquas, hoc eſt, in gentes multas: feciſti eis uiam in luto aquarum multarum, id eſt ut conculces eos, & quaſi lutum equorum tuorum & curruum ungula & rota conteras. Quod autem ſequitur: Audiui & conturbatus eſt uenter meus, ad uocem, ut ſubaudiatur tuam: contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſsibus meis, & ſubter me ſcateat: ut requieſcam in die tribulationis, ut aſcendam ad populum accinctum noſtrũ: hic eſt ſenſus: Nunc libenter omnes patimur anguſtias, & ad cõminationem tuã totis uiſceribus cõtremiſcimus. Nunc tremũt labia mea, & pauor mentis trepidę in ore ſignatur: & nõ ſolũ iſtud, ſed etiam aliud ultro appeto & ultro deſidero: ingrediať putredo in oſſib. meis & ſubter me ſcateat: hoc eſt libenter patior quod paſſus eſt Iob: nõ ſolum carnes meas, ſed medullas quoq; oſſium cupio tabeſieri: & ſtratum meũ putredine corporis & innumeris ſcatere uermibus: ut poſtquam hic pro peccatis meis hæc ſuſtinue





A ro, requieſcam in die amara, in die tribulationis, in die neceſsitatis & anguſtiæ. Et aſcendam ad populum accinctum noſtrum, fortem uidelicet, bellatorem atque pugnacem. Et pulchre aſcendam: Ad accinctum enim populum ſemper aſcẽditur. Eleganterq; noſtrum: Qui enim tribulatus eſt, & preſſuras libenter ſuſtinuit, & præſentibus malis futura præmia compẽſauit: noſtrum audacter loquitur, ut iuxta Abraham, Iſaac & Iacob, & ipſe dormiat in ſenectute bona plenus dierum, & apponatur ad patres ſuos. Quod ſi quis dixerit: Ecce in hiſtoriæ expoſitione dum neſcis, allegorię clauſus es retibus, & tropologiã hiſtorię miſcuiſti. Audiat non ſemper metaphorã hiſtoriæ & allegoriam conſonare: quia frequenter hiſtoria ipſa metaphorice texitur: & ſub imagine mulieris, uel unius uiri de toto populo prædicatur. Et nunc ergo poſſumus dicere ex perſona populi: libenter captiuitatem ſubeo, æquo animo anguſtias ſuſtineo, & grauiſsimo Babyloniorum premor iugo. Et quicquid ultimæ & duræ neceſsitatis eſt, gaudẽs patiar: tantum ut eo tempore requieſcam quo maledices ſceptris impij: & equi tui calcabunt lutum aquarum multarum: ut poſtea cum ſanctis tuis Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech, & Eſdra ſacerdote, & Neemia in terram repromiſsionis reuertar. Hucuſque ne omnino prætermittere hiſtoriam uideremur, quodammodo uim fecimus intellectui: & in captiuitatem traximus ſententias non ſequentes: nunc ad LXX. tranſlatores, & B ad expoſitionem tropologicam reuertamur. a ¶ *Di- 1 Cor. 11.a uiſiſti in ſtupore capita potentium.* ] Sicut eccleſiæ & omnis ui- Tropologia ri Chriſtus eſt caput, ita cunctorum dæmonum qui in hoc ſeculo debacchãtur, caput eſt Beelzebub princeps dæmoniorum: & ſingulæ eorum turmæ habent capita & principes ſuos. Verbi gratia: Spiritus fornicationum habent præpoſitum ſuum: ſpiritus auaritiæ habent ἄρχον ſuum: ſpiritus uanæ gloriæ, ſpiritus mendacij, ſpiritus infidelitatis habent præſides malicię ſuæ. Deus itaq; clementiſsimus qui miſerat in capita iniquorum mortem, qui ſuſcitauerat uincula uſque ad collum: in finem diuidit etiam capita potentium in ſtupore: ut primum principes ſeparet à ſubiectis, & quaſi corpus decollet à capite, & ubi caput peſsimũ fuerat, ibi caput optimum reputatur. Ponamus exemplum, ut quod dicimus manifeſtius fiat: ſi quando tyrannus detruncatur, imagines quoq; eius deponuntur & ſtatuæ: & uultu tantummodo cõmutato ablatoq; capite, eius qui uicerit facies ſuperponitur, ut manente corpore capitibusq; præciſis, caput aliud commutetur. Hoc mihi intelligere libet de hæreticorũ conciliabulis, quod capitibus hæreſeon à cæteris populis ſeparatis, in loco eorũ caput eſſe Chriſtus incipiat. Simulq; conſidera ſcripturæ ſanctæ ſignificantiam, quod non dixerit, præcidiſti uel ſuccidiſti capita potentium, ſed diuiſiſti: quod enim diuiditur, non tam amputatur & perditur, quàm ſeparatur in partes: Vt quomodo in fabricatione turris, lingua quæ male unita fuerat, ſeparata eſt, & peſsimum fœdus utili diuiſione conſciſſum: ſic & capita hæc quæ cum corporibus ſuis inter ſe uidebantur habere conſenſum (plura enim hæreticorum capita ſunt, quæ cum diuerſos oculos habeant, tamen in una, ut ita dicã, lingua blaſphemiæ, aduerſum eccleſiam latrant) diuiderẽtur in partes, & à deceptis corporibus ſeparata, bono capiti locum facerẽt. Poſſumus hoc uerſiculo uti, ſi quando reges & duces

HEBRAEI. dixiſti ſceptris eius, capiti bellatorũ eius: uenientibus ut turbo ad diſpergẽdum me. Exultatio eorum ſicut eius qui deuorat pauperẽ in abſcondito. Viã feciſti ĩ mari equis tuis, in luto

SEPT. Diuiſiſti in ſtupore capita potentium. [b]Commouebuntur in ea, aperient frænos ſuos ſicut comedens pauper in abſconſo. Et ſuper[c]duxiſti in mari equos tuos conturbantes

C eorum Chriſtianum uiderimus ſanguinem fundere, & poſtea ultionem domini conſecutam. Quod dudum in Iuliano, & ante eum in Maximiano, & ſuprà in Valeriano, Decio, Domitiano, Nerone perſpeximus: & dicere ad dominum cum exultatione & oratione in cantico: Diuiſiſti in ſtupore capita potentiũ: hoc eſt, in ſtupore credentiũ: uel in ſtupore cunctarum nationũ quę eos non putabant tam cito poſſe cõcidere. Cũ adhuc eſſem puer, & in grammaticæ ludo exercerer, omneſq; urbes uictimarũ ſanguine pollueręntur, ac ſubito in ipſo perſecutionis ardore, Iuliani nunciatus eſſet interitus, eleganter unus de ethnicis: Quomodo, inquit, Chriſtiani dicunt deum ſuum eſſe patientem & ἀνεξίκακον: nihil iracundius, nihil hoc furore præſentius: ne modico quidem ſpacio indignationẽ ſuam differre potuit: hoc ille ludens dixerit. Cæterum eccleſia Chriſti cum exultatione cantauit: diuiſiſti in ſtupore capita potentium. Loquar & ego aliquid huic ſimile: diuide domine in ſtupore omnium, Achab & Hiezabel. nõ quidem ego Helias: ſed tamen illi Achab & Hiezabel interfecerunt Naboth: & tulerunt uineam eius, & hortum ſuæ fecerũt luxuriæ. Inueniatur aliquis ſeruus tuus Abdias, qui paſcat pauperem tuum atq; mendicum, fornicariæ ſanguis detur canibus: Achab impius & auarus iaculo domini trucideť. b ¶ *Commouebuntur in ea, etc.* ] Capita cum diuiſa fuerint à corporibus ſuis, & diuiſa non aliter niſi in ſtupore, quod Græce dicit ἐν ἐκστάσει. Vnde ſecundum eam declinatur & dicitur ἐν αὐτῇ, hoc D eſt in ea, aperient etiam frænos ſuos, ſiue eorũ: utrunq; enim intelligi poteſt: Vt illud imperium quo prius dominabanť in ſubiectis ſibi corporibus, relaxantes dent locum meliori equiti, & meliori aurigæ. Et hoc faciant quaſi comedentes pauperes in abſcondito: non habentes libertatẽ, nec ciborũ aliquam abundantiã, ſed eſcas modicas, quibus ueſcentes abſconditẽ, nullum uellent uidere quod faciũt. Poteſt aliter interpretari: Capita cũ diuiſa fuerint ſtupore, quaſi à cætero corpore decollata aperient os ſuum, quod quaſi chamo condemnationis fuerat infrænatũ, & in ſimilitudinem ueſcentiũ illiſis in ſe dentibus cõcrepabunt, uolentia rurſum comedere, ſed uim deuorandi non habentia: intellige quomodo poſt aduentũ Chriſti capita dæmonũ à nationibus quę ſibi prius ſubiectæ fuerant ſeparata, uelint rurſum antiquam exercere potentiã. Sed quia amputata à corporibus plenam ueſcendi nõ habeant libertatẽ, comedunt quaſi pauperes: & non ſolum pauperes ſunt, ſed pauperes in abſcõdito. Pauperes ſunt, quia priſtinas diuitias perdiderunt: comedunt abſcõdite, quia ſemper ſedent in inſidijs, ut in occultis interficiant innocentẽ. Hæc capita eoſdem habent dentes quos & ſagittas: Et q̃uis ante dixerit, ſuper ſidera cœli aſcendã, ponã in excelſum nidum meũ: & uniuerſum orbem quaſi oua continebo in manu mea: tamẽ detrahentur de ſublimibus, & perdentia ſuppellectilẽ priſtinã, omnẽq; ſubſtantiã domus ſuæ, uix quaſi pauperes clàm comedere & mordere tentabũt. Scio multũ Hebraicũ ab his quæ dicta ſunt diſcrepare, ſed facere quid poſſum, cui ſemel propoſitũ eſt, & ipſum Hebraicũ, & uulgatas in toto orbe ſcripturas interpretari. c ¶ *Et ſuperduxiſti, etc.* ] Poſtq; miſerat deus in capita iniquorũ mortẽ, & cõciderat capita potentiũ in ſtupore, & confregerat ea in mari (ſcriptum eſt enim in pſalmis: Tu cõfregiſti capita draconis) principib. interfectis

Universidad de Deusto Biblioteca

A ſecus ſiue contractis, & uicto forti uenitur ad domum eius, & uniuerſa illius uaſa diripiuntur. Vaſa autē & domum fortis & ſupellectilem principis, quid aliud poſſumus interpretari, niſi mare huius ſeculi, in quo habitat draco? Superinducit ergo deus egregius eques & auriga præcipuus equos ſuos angelos uidelicet ſublimesq; uirtutes ſuper mare huius ſeculi: ut turbent aquas multas, dæmonia & contrarias poteſtates. quod ſi noluerimus de aduētu Chriſti interpretari iuxta illud quod in Apocalypſi ſcribitur: quod ſermo dei ſedeat in equo albo: & omnis exercitus in equis albis ſequatur eum: uidebimus quomodo Chriſtus aſcenderit in apoſtolis ſuis, dicens eis: Ecce ego uobiſcū ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi. Et: Euntes ite baptizate omnes gentes, & reliqua. Et poſtea conſcēderit in uno equo cādido, quem aliū non puto eſſe niſi apoſtolum Paulum ſuper quē equitans, omnē orbem circuierit. Aſcendit aūt ſermo dei in equis ſuis, ut turbarentur
B aquæ multæ: hoc eſt, uel populi multi, qui ante in mari erant, & à dracone tenebant obnoxij: Lata enim & ſpacioſa uia eſt quæ ducit ad mortem: & turbarentur, primum errorē priſtinū deſerentes: deinde conturbati uenientem equitem ſuſciperet. Vel certe de quibus ſuprà diximus: dæmonū cateruę nequaquam ita dominarentur in mari, ſed turbatæ cederēt & equitis præliantis uulnera formidarent: atq; utinā & in me aſcendat uerbum dei, & per lanceā oris mei interficiat eum qui regnat in aquis multis: ut ad regis interitū quæ illi ſubiectæ fuerant, conturbatæ præbeant colla equiti meo: & redacti in unam quadrigā, efficiamur dñi Cherubim: quod interpretatur ſcientiæ multitudo. כרובים Nunquā enim auriga ſic compoſitus, & ſic fertur ornatus, ut in his qui ſcientiæ multitudine & habenis inter ſe patientiæ copulantᵉ. a ¶ *Cuſtodiui, et extimuit uēter, etc.*] Siue ut alibi ſcriptū reperimus, ἡ ἕξις μου, quod nos poſſumus dicere habitatio mea: diuerſa quippe exemplaria reperiuntur. Poſſunt autē hæc & ex perſona prophetæ dici ſuperioribus cohærentia: quia miſiſti ô domine in capita iniquorum mortem: & ſuſcitaſti uincula uſq; ad collum: & diuiſiſti in ſtupore capita potentiū: & induxiſti in mare equos tuos conturbantes aquas multas: Propterea ego omni cuſtodia ſeruaui cor meū: & contremuerūt uiſcera mea, & tota mea uel fortitudo uel habitudo turbata eſt, ne ſimilia ſuſtinerē. Poteſt quoq; & quaſi ſuū habere principiū, narrante propheta timorē ſuū, & quomodo nō formidaret ne peccaret in aliquo: & ad uocē orationis labiorū ſuorū cōmonitus, tantū timuerit deū, ut ingreſſus ſit tremor in oſſa eius: & ſub excelſa manu domini poſitus, omni animæ ſuæ fortitudine uel habitu cōturbatus ſit. Quod aūt ait: Ingreſſus eſt tremor in oſſa mea: ἐμφατικώτερον accipiendū, ut uideamus magnitudinem timoris dei penetrantis uniuerſitatē animæ: & totū hominē cōmouentis, ne quicquā faceret quod diſplice

HEBRAEI. in luto aquarum multarum. Audiui & conturbatus eſt uēter meus: ad uocem contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: ut requieſcam in die tribulationis meæ: ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ficus enim non florebit: & non erit germen in uineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus. Ego

SEP. bantes aquas multas. Cuſtodiui, & extimuit uenter meus à uoce orationis labiorum meorum: & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me conturbata eſt fortitudo mea. Re-ᵇquieſcam in die tribulationis meæ, ut aſcendam ad populum peregrinationis meæ. Quia ficus nō afferet fructum: & non erunt germina in uineis: mentietur opus oliuæ, & campi non facient eſcas: defecerunt eo ꝗ comederent oues, & nō ſunt boues in præſepibus. Ego

C ret deo. Et quia allegorice iuxta membra corporis, animæ quoq; membra ſcriptura cōmemorat: uentrem pauentem, eam uirtutem accipiamus animæ, quę ſpirituales cibos recipit: & labia, quibus ſecū mens loquitur: & oſſa, robuſta & ſolida dogmata, quibus tota animę cōpago ſolidatur. Hæc à me breuiter dicta ſūt. Si quis autem his ſagaciora & ueriora repererit, illi magis explanationi prębete cōſenſum. b ¶ *Requieſcam in die tribulationis, etc.*] Quia omni cuſtodia ſeruaui cor meum, & extimuit uēter meus à uoce oratiōis labiorū meorū, & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me conturbata eſt fortitudo uel habitudo mea: & propter tantam cuſtodiam à peccatis alienus effectus ſum: Idcirco nunc confidenter dico: requieſcam in die tribulationis, ut aſcendam ad populum peregrinationis meæ: id eſt, qui æquè ut ego in hoc mundo peregrinatus eſt. Aſcendā autem deorſum poſitus: & quaſi de ualle ad ſublimiora nitēs tota auiditate contendā: ut tempore quo cæteri in tribulatione ſunt & anguſtia: mihi cura ſit de aſcēſu, quomodo cum populo peregrinationis meæ requieſcā in altioribus locis. D *Eſaiæ 13.b* Diē aūt tribulationis puto conſummationē eſſe mundi: de quo & Eſaias ait: Dies dñi inſanabilis furoris & iræ, ponere orbē terræ uniuerſum in deſertū, & peccatores perdere. c ¶ *Ficus enim, etc.*] Iuxta Hebraicū in quo ſuprà diximus: Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcā in die tribulationis, ut aſcendā ad populū accinctū noſtrū: Ita quæ præceſſerūt copulabunᵗ ſequentibus: Ideo tribulationē ad præſens uolui ſuſtinere: & poſtea ad populū fortē aſcendere: quia uenier dies tribulationis & neceſſitatis: & cæteris in anguſtia cōſtitutis, ego in tua maieſtate lętabor. Ficus enim nō florebit, & nō erit germē in uineis: mentieᵗ opus oliuæ, & arua nō afferēt cibum, & cætera. Quæ quia nō multū diſtāt à Lxx. cū interpretatione eorū pariter diſſeramus: Cū uenerit dies tribulationis, & aſcendero ego ad populū qui mecū aliquādo peregrinatus eſt: uel certe cū uenerit dies euerſionis Iudaicæ, & populi prioris, & derelicta fuerit filia Sion ſicut tabernaculū in uinea, & ſicut caſula in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ expugnaᵗ: ego qui de pereunte electus ſum populo, de quo dictū eſt: *Eſaie 1.b* Niſi dñs reliquiſſet nobis ſemē, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus: copulabo me diſcipulis Chriſti: quos quia in mōte docet, turbis & debilib. deorſum relictis: ego ad montana conſcendā: Ficus enim nō dedit fructū, ad quā uenit in Euangelio eſuriēs dñs, & nō inuenit in ea poma: & maledixit ei dicēs: *Matt. 21.b* Nō afferes fructū uſq; in ſeculū. Et diligenter conſidera quid dixerit: Non afferes fructum in ſeculū: non ait, uſq; in ſecula ſeculorū. Sed cum ſeculum iſtud pertranſierit, & intrauerit plenitudo gentiū, tunc etiam hæc ficus afferet fructus ſuos: & omnis Iſrael ſaluabitur. *Luc. 13.b* Hæc eſt ficus ad quam tertio uenit paterfamilias, & quaſi nō facientē fructus uult ſubuertere: pro

qua



A qua agricola, cui commiſſa fuerat, deprecatur ut det ei ſpacium, & dicit: Domine dimitte eam & iſtū adhuc annum donec fodiā circa eam, & mittam ſtercus: & ſiquidem fecerit fructum: ſin autē, tunc ſuccides eam. Agricola iſte uel Gabriel eſt, uel Michael cui cōmiſſus eſt populus Iudæorū qui dominū deprecatur in paſſione, & dicit: Domine da ei ſpaciū pœnitentiæ: & noli eos ſubuertere, & ſi quidem fecerint fructū: ſin autē tunc ſubuertes eos. Si fecerint, inquit, fructum: non dixit quid ſuſtinerent, neq; dixit, ſi fecerint fructum permanebūt ut erant: ſed ſi fecerint fructum ſuſpenſa ſententia eſt, ut ſubaudiatur transferes eos in eccleſiam gentiū: & in alteram uineam tranſplantabis. Venit dominus tertio, & nō inuenit in eis fructum. Dedit primū legem per Moyſen: ſecundo locutus eſt per prophetas: tertio ipſe deſcendit. Et poſt paſſionem datis ad pœnitentiā quadragintaquatuor annis: quia nō fecerunt fructum: quarto ſubuerſi ſunt. Quod tamē noſtræ intelligentiæ derelinquitur. In parabola enim non ſcribitur, quid poſtea fecerit paterfamilias: ſed quid tātum agricola deprecatus ſit. Ex qua animaduertimus eos qui de hac ficu fecerint fructus ad populū gentium eſſe tranſlatos: ad quē aſcendit & propheta, dicens: Requieſcam in die tribulationis, ut aſcendā ad populum peregrinationis meæ. Eos aūt qui non fecerunt fructus & permanſerunt in duritia ſua, eſſe ſubuerſos. Hoc ipſum ſignificat & Ioannis uox in euangelio: Ecce ſecu-
B ris ad radices arborū poſita eſt: Omnis arbor quæ non
Matth. 3.c fecerit fructū, excidetur & in ignem mittetur. Diximus
Luc. 3.b de ficu, monſtrantes eam eſſe populū Iudæorum: dicamus & de uinea: quod quidē facile intelligit qui Eſaiam
Eſa. 5.a legerit: Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco uberi: Et poſtea: Et expectaui ut faceret fructū: fecit autem ſpinas,
Hier. 2.d & non iudiciū, ſed clamorem. Et in Hieremia: Ego autē plantaui te uineā fructiferam totam ueram: quomodo uerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Et manifeſtius
Pſal. 79.b in pſalmis: Vineam de Aegypto tranſtuliſti: eieciſti gen
Matt. 21.d tes & plantaſti eam. Hæc igitur uinea ad quā paterfamilias ſæpe miſerat ſeruos, ut acciperet de ea uinū, quod lætificat cor hominis: quia uerſa eſt in amaritudinem: & nouiſsime etiam patrisfamiliæ filiū auſa eſt interfice-
Ioan. 19.c re: non uuas faciens, ſed ſpinas: & non iudiciū, ſed cla-
Pſal. 79.b morem, crucifige, crucifige eum: &, non habemus regem, niſi Cæſarē: Propterea exterminauit illam aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Oliuā quoq; populum ſynagogæ liquido comprobabit: qui in apo-
Rom. 11.c ſtolo fractos oliuæ ramos legerit, & nos de oleaſtro inſertos: ut in ramis intelligamus multitudinē Iudaicam fuiſſe ſucciſam: in radicibus apoſtolorū electionem eſſe ſeruatam: in quibus nos inſerti manebimus, ſi feceri-
Pſal. 127.a mus fructum, & dicetur de nobis: Filij tui ſicut nouellæ oliuarū in circuitu menſæ tuæ. Multi putant ficū, & uineam & oliuam in myſterio accipi trinitatis: quod ficus propter pomorū dulcedinem ſpiritus ſanctus intelligatur: Vinea ipſe dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui dicit
Ioan. 15.a in euangelio: Ego ſum uitis. Oliua autē deus pater omnipotens, à quo cuncta illuminentur: & de quo egrediatur lux: & ad quem poſſumus dicere: O oliua in lumine tuo uidebimus lumē, id eſt in filio uidebimus ſpiritum ſanctū. Ad has fructuoſas arbores, & uberrimam uineā, ueniunt infructuoſa ligna in Iudicū libro: & ro-
Iudic. 9.b gant ut regnent ſuper ſe. Sed nunq; ſuper ligna ſylua-

HEB. Egō aūt in dño gaudebo: & exultabo in deo leſu meo. Deus dñs fortitudo mea, et ponet pedes meos quaſi ceruorū. Et ſuper excelſa mea deducet me uictori in pſalmis canentem.

SEP. Ego aūt in dño exultabo: gaudebo ſuper deo ſalutari meo. Dñs deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in conſummationē: ſuper excelſa imponet me: ut uincam in cantico eius.

rum, quæ debentur incendio, regnat oliua, ficus, & ui- C
nea: ſed magis imperat eis ramnus plena ſentibus, & hericio ſimilis, qui habitat in Babylone: & ſemper uerſaᵗ in foueis. Quæ arbuſcula non ſolū ſpinas habet, ſed & ignem: uulnerans & comburēs quicquid attigerit. Deniq; egreſſus eſt ignis & cōſumpſit ligna ſyluarum. Vt aūt ſcias ſecundū ſuperiorem intelligētiam, in qua de ſynagoga dictum accepimus: Ficus nō faciet fructū: & nō erūt genimina in uineis: non de fructibus dici, ſed de operib. bonis, In oliua manifeſte ænigma aperitur, & dicitur: Mentietur opus oliuæ. Fructus enim quos afferre debuerant, in operibus demonſtrantur: mentietur aūt opus oliuæ: aliud promittentis & aliud facientis, dicentes ad Moyſen: Oīa quę Exod. 24.b
cunq; dixerit dominus faciemus, & nolentes in eū credere, qui à Moyſe prædicatus eſt. Campi quoq; non facient fructū. Conſidera quod Hieruſalem quæ quondam ſita erat in montibus, & montes in circuitu eius, & fundamenta eius in montibus ſanctis: Nunc humilis appelletur atq; campeſtris, quæ non ſolū homines, id eſt rationabilia non alit animalia: ſed nec pecora quidem & boues: de quibus & Salomon loquitur in prouerbijs: Adhibe curam his quæ in campo ſunt regionibus: & attonde herbā & congrega fœnū: ut habeas oues ad ueſcendū. Boues quoq; non erunt in præſepi- Prou. 14.a
bus: quia ubi plena ſunt præſepia, manifeſta eſt fortitudo bouis. Bos operarius eſt: bos domini ſuſtentans iugum, bos in cuius ueſtigiū qui ſeuerit beatus eſt. Om- D
nia hæc auferentur à populo: quia inique egit in deum creatorem ſuum. Quod ſi nolueris diem tribulationis diem conſummationis accipere: ad eōs referes omnia qui dicunt ſe eſſe de eccleſia, & non habent opera iuſtitiæ. Et ficus, & uinea & oliua, myſteriū uidelicet trinitatis, non afferunt in eis fructū ſuum: & non ſolū frumenta & eſcas rationabiliū: ſed nec cibum quidē habent in campis ſuis pecorū & iumentorū: & præſepia eorū uacua ſunt: & pro excelſis montib. in planis humilibusq; uerſantur. a ¶ *Ego autem in domino gau. etc.*] Ficu & uinea & oliua, iuxta quod expoſui, non facientibus fructū ſuum: & Iudæorū agris non afferentibus cibos: abſciſsis quoq; de ouili pecoribus, & armentis de præſe-
pibus: poſtquā audierunt à domino: Relinquetur uo- Math. 23.d
bis domus ueſtra deſerta: populo etiam captiuitati tradito, & in toto orbe diſperſo: propheta de populo Iudæorū qui interpretatur amplexatio, eo quod amauerit dominū, & adhæſerit ei illicq; ſe iunxerit, ex perſona apoſtolorū & populi credentis in Chriſto loquitur: Ego uero in domino gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo: Pro quo Lxx. tranſtulerunt τῷ σωτῆρί μου, id eſt ſaluatore meo: Idipſum & Gabriele interpretante: Et Luc. 1.c
uocabitur Ieſus: ipſe enim ſaluabit populū ſuum. Deus dominus fortitudo mea: nullā enim aliam, niſi in Chriſto habebo uirtutem, & cunctas legis iuſtitias quiſquilias computabo. Et ponet pedes meos quaſi ceruorū: ut calcem ſuper aſpidē & baſiliſcum, & quaſi puer paruulus mittam manū in foramen, & extraham ſerpentē Cant. 2.c
ludamq; de colubro. Similis enim eſt fratruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorū. Et quia ipſe eſt ceruus, mihi quoq; donauit, ut ceruus eſſem ſublimis cornibus: findens ungulas, cibos ruminans, & ad odorē meum ſerpentes fugās: de quo dicitur in decimoſeptimo pſalmo: Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorū, & ſu-

Universidad de Deusto Biblioteca

A per excelſa ponet me. Et in uiceſimo octauo: Vox domini perficientis ceruos. Ponet ergo pedes meos inter cæteros ceruos ſuos: & ad cœleſtia perducet me: ut inter angelos canã gloriam dñi, & ſuper terrã pacem hominibus bonæ uoluntatis annunciẽ. Canam aũt uictoriam eius & triumphũ & trophæum crucis. Hoc iuxta Hebraicum & quintã editionem, ad tempus Iudaicæ euerſionis, & ad aduentum dñi cuncta referamus. Si autem uoluerimus de conſummatione mundi accipere: ſic exponendũ eſt: quomodo in Exodo quando per-
Exod.9.f cuſſa eſt Aegyptus: & percuſſit deus uineas eorum, & ficus eorũ: & occidit primitiua hominũ, & iumentorum in grandine: & Aegyptias fruges, bruchus locuſtaq; cõſumpſit: ficus in Aegypto non attulit fructum nec erant genimina in uineis eorũ: mentiebatur (ſicubi tamẽ poterat reperiri in Aegypto) opus oliuæ & campi eorum non dabant eſcas, & deficiebant eo quod nõ haberent cibos pecora eorũ: & non erant boues in præſepibus. Populus aũt Iſrael exultabat in dño & gaudebat in deo ſalutari ſuo. Sic in conſummatione mundi quãdo multiplicata iniquitate, refrixerit charitas, & ficus nõ attu- C
lerit fructus, & uineæ non habuerint uuas: & mẽtitum fuerit opus oliuæ: & campi nõ germinauerint cibos, & cætera quæ ſequuntur: Tunc quicũq; iuſtus & electione dei dignus fuerit inuentus, loquetur exultans: Ego autem in dño exultabo, gaudebo in deo ſalutari meo: Dominus deus fortitudo mea. Et quaſi poſitus à deo ſuper conſummationẽ ſeculi: ut poſtea ad ſuperiora conſcendat, & à deo educatur ad ſummũ, dicit, & ponet pedes meos in conſummationẽ, ſuper excelſa imponet me: ut cum ἀγωνοθέτῃ Ieſu qui primus in agone ſuperauit, præmiũ fuerit cantantibus poſitum: ego uincã in carmine eius, & manus meæ componant citharam & pſalterium, & omne organorũ genus: ſcribamq; panegyricum triumphanti. Et qui in principio locutus ſum: Vſquequo clamabo & non exaudies? uociferabor ad te uim patiens, non ſaluabis? & de iuſtitia eius iudicioq; cauſatus ſum: poſtea laudabo æquitatem eius, & cantores cæteros meo carmine ſuperabo.

¶ Commentariorum in Habacuc finis.

## IN HABACVC PROPHETAM COMMENTARII, SIVE QVAESTIONES.

ONus quod uidit Habacuc, etc.] Vbicunq; onus uerbi dñi ponitur, grauedo in prophetia illa ſignatur. Quæritur propheta ad dominũ: cur impij præualeant aduerſus iuſtos & laceret lex à detrahentibus: qui dicunt eam non eſſe ueracẽ: dum iuſtos uidet opprimi, & impijs bonos exuperari: quod propriè tunc Habacuc agebat, quando Vriam prophetã de Aegypto reductũ, Ioachim rex Iuda interfecit. Vox dñi reſpõdentis & dicentis: ¶ Aſpice in gentibus, quia opus factum eſt:] id eſt, fiet. ¶ Quod nemo credet cũ narrabitur:] ut domus dñi ſit diruta, & ſancta ſanctorũ ſint incenſa. ¶ Horribilis & terribilis
B eſt.] Gentem Chaldæã dicit. ¶ Ex ſemetipſa iudicium & onus eius egredietur:] quia putabat ſe ſuis uiribus facere quod dñi permiſſu factura erat. ¶ Leuiores pardis equi eius: & ueloci ores lupis ueſpertinis.] In pardis, Macedones: in lupis, Romanos uult intelligi. ¶ Facies eorũ uentus urens:] id eſt, terribilis. ¶ Congregauit quaſi arenam captiuitatem:] & cætera quæ ſequuntur, de Nabuchodonoſor uult intelligi: ¶ Qui de regib. triũphabit & tyranni eius ridiculi.] Quod plene liber Paralipomenon, & Regũ demonſtrant: quod de Sedechia & cæteris regibus factũ eſt. ¶ Ipſe ſuper omnẽ munitionẽ ridebit.] Ciuitates dicit: quæ ab illo capiẽdæ erant. In Hebræo ipſe non habetur. ¶ Tunc mutabitur ſpiritus:] id eſt ſpiritus dñi, quando de ſeueritate ad miſericordiam rediet: & pertranſibit Nabuchodonoſor & regnum eius corruet. ¶ Hæc eſt fortitudo dei ſui:] id eſt, qui deum ſe putabat, intelliget inquantũ ſit infirmatus. Propheta qui querebatur quod diu differret iudiciũ, poſtquam uidit iudiciũ, & exterminationẽ faciam à Chaldæis in populo ſuo: conuertit ad preces, & dicit: ¶ Nunquid non à principio ſancte meus?] Ac ſi dicat, nunquid non tu es qui à principio protexiſti & gubernaſti genus noſtrum? ¶ Non moriamur.] id eſt nõ ueniat finis noſter in his tribulationibus quas patimur. ¶ In iudicium poſuiſti eum:] id eſt Nabuchodonoſor ad correptionem dediſti, non ad conſummationẽ. ¶ Et fortis:] id eſt ô dñe fortis: ¶ Vt corriperes:] id eſt flagellares nos per eum, dediſti nobis eum. ¶ Mundi ſunt oculi tui:] Cum oculi tui ſint mundi, & nõ poſſis reſpicere ad iniquitate. ¶ Quare reſpicis:] id eſt cur uides iniqua agentes & taces, deuorante impio iuſtiorem ſe? ¶ Et facies homines quaſi piſces maris:] id eſt, ſicut piſces deuorantur minores à maioribus, & reptilia deuorantur ab auibus ſiue à beſtijs. ¶ Totum in hamo ſubleuabit:] id eſt Nabuchodonoſor, & dat ſumus ei in pabulum: ¶ Propterea immolabit ſagenæ ſuæ & ſacrificabit reti ſuo:] id eſt idolis ſuis tribuet quod non eorũ, ſed tua poteſtate facit. ¶ Quia in ipſis incraſſata eſt pars eius:] id eſt putat ſe ab idolis uictorẽ factum: & ſubditas gentes accipere in cibum electũ: ¶ Propter hoc expandit ſagenam ſuam:] quia tu das ei ſpaciũ & pateris uidere mala quæ agit. ¶ Super cuſtodiam meam ſtabo.] Vox prophetæ eſt: qui in oratione ſua dicebat ſe pmãſurũ: donec audiat quid reſpondeatur ei à dño: ¶ Quid reſpõdeam ad arguentẽ me?] Tale eſt, ac ſi dicat: quid reſpondeat mihi quem ego arguo, per tropum antiphraſim: quale eſt illud: bene dic deo. ¶ Et reſpondit mihi dominus: ſcribe uiſum.] Qui te dixiſti permanſurũ in munitione donec reſponſum acciperes, ſcribe quod auditurus es: ut qđ ego dicturus ſum perueniat ad noticiã legentiũ. ¶ Quia adhuc uiſus procul:] D
id eſt, quod ego dicturus ſum & tu ſcripturus in longũ tẽpus adimplebitur. Nec mouearis quia differtur, ſed certus eſto, quia futurũ eſt. Qui enim crediderit quod ego hæc facturus ſum, in ſua fide uiuet, incredulorum animabus in peruerſitate morientibus. His præmiſſis: incipit dicere: quod propheta ſcripturus eſt. ¶ Quomodo uinũ potantem decipit, ſic erit uir ſuperbus:] id eſt Nabuchodonoſor. Qui dilatauit quaſi infernus animã ſuam: & quaſi mors non adimplebitur: capturis prædarũ, & euerſionibus urbiũ, & interemptionibus hominum inhians. Quamuis eñ omnes gentes congreget ad ſe, & Eſa.14.f
coaceruet omnes populos, iſte eſt ſuper quem omnes parabolam ſument cum uiderint interitũ eius: ſicut eſt illud in Eſaia: Et tu uulneratus es, ſicut & nos, & cætera. ¶ Væ ei qui multiplicat non ſua uſq; quo?] Quamdiu multiplicat non ſua: & quãdiu inſtat prædis & rapinis? ¶ Nunquid non repente conſurgent qui mordeant te?] Medos dicit & Perſas, qui euerſores regni illius fuerunt. ¶ Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis:] Perſas & Medos dicit, qui cum filij ſint Iaphet, relicti ſunt & habitauerunt in terra Sem. ¶ Propter ſanguinem hominis:] id eſt populi Iudæi. ¶ Et iniquitatem terræ Iudæ ciuitatis:] Hieruſalem & omnium habitantium in ea. ¶ Væ qui congregat auaritiã malam:] uaſa ſancta dicit de Hieruſalẽ tranſportata. ¶ Vt ſit in excelſo nidus eius:] id eſt per ſuperbiam putat ſe iam cœlos conſcendiſſe. ¶ Et liberari ſe putat de manu mali?] Interrogatiue legendũ eſt: ut ſubaudiaĩ: ¶ Nunquid cogitaſti confuſionem domui tuæ:] id eſt quicquid male egiſti, ad confuſionẽ domus tuæ feciſti: & ſi fieri poſſet, lapides de pariete, & ligna quæ inter iuncturas ædificiorum ſunt: narrarent iniquitatem tuã. Iuxta illud: Reuelabunt cœli iniquitatem eius. ¶ Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus:] & cætera quæ ſequuntur, ad eundem Nabuchodonoſor referuntur. ¶ Nunquid non

hæc



A hæc à deo ſunt exercituum] id eſt, non tuis uiribus depopulatus es urbes & regiones, ſed peccatis eorum & indignatione mea. ¶ Laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in uacuum deficient:] id eſt, ſiue Macedones ſiue Romani, exempla crudelitatis tuæ ſecuti tormentorum tuorum conſortes efficientur: & hoc tunc fiet, quando replebitur terra, ut cognoſcat gloriam domini. ¶ Væ qui potum dat amico ſuo:] de eodem Nabuchodonoſor dicitur, qui inebriatis regibus, ignominioſa in eis opera & ludibria exercebat. ¶ Repleta eſt ignominia pro gloria.] Qui ſe putabat à te gloriam accipere, ignominiam accepit. ¶ Bibe tu quoq; & conſopire:] id eſt ſimilia patere his quæ feciſti. ¶ Quia iniquitas Libani operiet te:] id eſt templi C
dei cui dicitur: Aperi Libane portas tuas. ¶ Et uaſtitas animalium:] id eſt duorum Cherubim & propiciatorij & Zach.11.a
arcæ: cuius ornatu locus ille priuatus eſt, & in uaſtitatẽ redactus. ¶ De ſanguinibus hominum & iniquitate terræ: ciuitatis & habitantium in ea.] Ita eſt intelligẽdũ ut ſuperius dictum eſt. ¶ Quid prodeſt ſculptili, quia ſculpſit illud fictor ſuus?] Hoc iam non ſpecialiter de Nabuchodonoſor, ſed generaliter de omnibus gentibus idola colentibus dicit, uſq;, omnis ſpiritus non eſt in uiſceribus eius: Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra cum uenerit ad iudicandum.

## CANTICVM HABACVC.

DOmine audiui.] Omnia, diſcipulis inquit ſaluator, quæ à patre audiui annunciaui uobis: id eſt probroſa diuerſa, quæ car-
Ioan.15.b ne aſſumpta pro humano genere patiar: & poſt uicta morte intrabo in gloriam meam. Hanc auditionem audiuit propheta in ſpiritu & timuit. ¶ Domine opus tuum.] Ait ergo: deprecor domine ut quod promiſiſti explices: finitoq; tempore reddas Chriſtum tuum, & opus quod pollicitus es uiuifica, hoc eſt tuum imple promiſſum. ¶ In medio annorum:] Cum uenerit, inquit, plenitudo temporis & opere promiſſa impleueris, monſtrabis uera eſſe quæ pollicitus es, & cum peccantibus nobis iratus fueris: pœnitentiã autẽ agentibus miſericordiæ tuæ recordaberis. ¶ Deus ab auſtro ueniet ad montem Pharam.] Pharam locus eſt uicinus monti Sina, in quo ipſe dominus legem dedit, qui per uirginẽ in Bethlehem naſci dignatus eſt: & inde, id eſt ab auſtro ueniens Hieroſolymam, à parentibus ductus eſt: ut pro eo hoſtia ſecundũ legem daretur. ¶ Operuit cœlos.] In aduentu eñ ſaluatoris cuncta repleta ſunt
Luc.2.b gloria: Vt in euangelio: Gloria in excelſis deo, & in ter-
B ra pax hominibus. Et alibi: Domine dominus noſter,
Pſal.8.a uſq;, in uniuerſa terra. Et rurſum: In omnem terrã exi-
Ibid.18.a uit ſonus eorum. ¶ Splendor eius quaſi ſol:] iuſtitiæ clara luce radiabit. ¶ Cornua:] id eſt uexilla ac trophæa crucis in manibus eius. ¶ Ibi abſcondita.] In cruce abſcondita eſt fortitudo eius, quãdo dicebat: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: Et in manus tuas domine commẽdo ſpiritum meum. ¶ Et egredietur diabolus:] Excũte autem domino de aquis baptiſmatis, occurrit mors: id eſt diabolus, & ante pedes illius ueniebat coluber antiquus quando tentauit eum in deſerto: Aſpexit & diſſoluit: Stans ſaluator cuncta proſpiciens, & intuitu uniuerſitatem mundi metiens gẽtium infidelitatem diſſipauit: montes, id eſt ſuperbi per pœnitentiam humiliati ſunt: Incuruati ſunt colles. Qui ante aduentum ſaluatoris ſuperbierant, & flecti non poterant, ab itineribus æternitatis eius, quæ ad nos uenire dignata eſt, humiliati ſunt pro iniquitate. Qui templum dei eſſe dicebantur: propter iniquitatem autem auaritiæ, luxuriæ, & omnis malitiæ fiunt tabernaculum Aethiopum, id eſt dæmonũ: Tabernaculum terræ Madian atq; Aethiopum eoſdem intellige: hi in nouiſſimo conſcij peccatorũ ſuorum pauebunt iudicio. ¶ Nunquid in fluminibus.] Fluminũ & maris uocabulo corda exprimuntur infidelium, quæ toto intentionis impetu ad inferiora deſcendunt. ¶ Qui aſcẽdes ſuper equos:] non illorũ quorum ſuperius, ſed in corda electorũ tuorum aſcendes per illuminationem gratiæ tuæ. ¶ Suſcitans ſuſcitabis arcum:] Arcum dicit improuiſum aduentum, in quo regna mundi examinanda eſſe præuidit: & quæ iuraſti patribus noſtris & tribubus, ex plebis in æternũ. ¶ Fluuios ſcindes terræ.] id eſt reges terræ aduerſus tuum populum dimicantes, diuides atq; diſperges. ¶ Te uiderunt] excelſa regna, & ſublimes huius ſeculi poteſtates, ac tremuerunt. ¶ Gurges:] id eſt perſecutio eorum, qui uexabant populũ tuum, tranſijt. ¶ De dit abyſſus:] hoc eſt inferi laudauerunt te, & angeli te reſonabunt eſſe uictorem. ¶ Sol & luna.] Poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam eleuatus eſt dominus, ſol uidelicet iuſtitiæ, in cœlum, & emiſſo ſpiritu ſancto illuſtrauit eccleſiam. ¶ Sagittæ tuæ:] id eſt plagæ tuæ & eruditio, populo tuo lumen præbuerunt: In ſole enim Chriſtus, in luna eccleſia deſignatur. ¶ In fremitu conculcabis:] Quã- 2.Cor.5.d
do ergo populi tui iniuriam uindicabis, terrena regna calcabis, & omnes gentes admirari facies. ¶ Egreſſus es:] Hoc patri dictum intelligitur, quia exierit ad ſaluandũ populum ſuum per Ieſum Chriſtum filium ſuũ: Deus enim erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians. ¶ Percuſſiſti caput.] Veniente aũt filio tuo percuſſiſti antichriſtum de domo impij, id eſt in hoc ſeculo, quod in maligno poſitum eſt, & abſcondita eius aperta feciſti uſq; in ſempiternum. ¶ Maledixiſti ſceptris eius.] Non ſolum ſceptris, id eſt regno diaboli maledixiſti: uerum etiam capiti bellatorũ quod percuſſeras: qui uenerunt ut turbo ut euerterent populũ tuum. Secundum literam autem intelligimus impium Nabuchodonoſor uel omnes aduerſarios, qui uenerunt ut turbo ut diſpergerent me, id eſt ut euerterent Iſrael. ¶ Exultatio eorum.] D
Exultabunt pauperem deuorantes, & ſubiectum ſibi populum: & hoc quaſi in abſcondito facient. ¶ Viam feciſti in mari equis tuis:] Equi ſunt ſancti prædicatores, quibus feciſti uiam in populis nationum, & in quorum prædicatione turbatæ ſunt aquæ: hoc eſt gentium corda. ¶ Audiui & conturbatus eſt.] Ad comminationem, inquit propheta, tuam, toto uentre, id eſt animo contremiſco: In labijs enim deſignatur pauor trepidæ mentis. ¶ Ingrediatur putredo:] Non ſolum hunc tremorem libenter patior: uerumetiam quod Iob paſſus eſt, hoc libenter ſuſtineo, id eſt putredinem corporis: ita ut innumeris ſcateat uermibus. ¶ Vt requieſcam:] id eſt ut hic à meis expier peccatis, & in die tribulationis requieſcam atq; aſcendam ad conſortium eorum, qui in Chriſto præceſſerunt. ¶ Ficus enim non florebit:] Ficus, uinea & oliua erat ſynagoga Iudæorum, quando dulcedinem bonæ operationis proferebat, ſed domino ad eam ueniente uirtutis fructum ferre neglexit. ¶ Mẽtietur opus oliuæ:] Aliud enim promittentis, & aliud facientis: dicentis ad Moyſen: Omnia quæcunq; dixerit Exod.24.b
dominus faciemus: & nolentis in eum credere, qui à Moyſe prædicatus eſt. ¶ Abſcindetur:] Apud Iudæos ſunt præſepia cœleſtium literarum, ſed quia pabulum cœleſtis intellectus in his non ſapiunt, qui iugum euangelij baiulent abſunt. ¶ Ego autem in domino:] id eſt non in mea iuſtitia, ſed in fide diuinæ protectionis gloriabor: & exultabo in ſalutari meo, quia in illo ſalutare meum pono. ¶ Deus dominus fortitudo:] In illo quippe me uirtutem facere confido: & ſicut cerui ſpinoſa tranſiliũt, ita ego pericula delictorum domini uirtute tranſcendo. ¶ Et ſuper excelſa.] Omnem mundanam ſolennitatẽ cõtemplatione cœleſtiũ tranſcendere me fecit, uictoriã eius & triumphum atq; trophæum canentem.

¶ Quæſtionum in Habacuc prophetam finis.

Universidad de Deusto Biblioteca

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SOPHONIAM C
prophetam ad Paulam & Euſtochium prologus.

ANtequam Sophoniam aggrediar, qui nonus eſt in ordine duodecim prophetarum: reſpondendum uidetur his qui me irridendum exiſtimant, quod obmiſsis uiris ad uos ſcribam potiſsimum ô Paula & Euſtochium. Qui ſi ſcirent Holdam uiris tacentibus prophetaſſe: & Deboram iudicem pariter & prophetam, hoſtes Iſrael Barach timente ſuperaſſe: & Iudith & Heſter in typo eccleſiæ, & occidiſſe aduerſarios, & periturum Iſrael de periculo liberaſſe: nunquàm poſt tergum meum manum incuruarent in ciconiam. Taceo de Anna & Heliſabeth, & cæteris ſanctis mulieribus: quarum uelut ſiderum igniculos, clarum Mariæ lumen abſcondit. Ad gentiles fœminas ueniam: ut & apud ſeculi philoſophos uideant animorum differentias quæri ſolere, non corporum. Plato inducit Aſpaſiam diſputantem: Sappho cum Pindaro ſcribitur & Alcæo, Themiſto inter ſapientiſsimos Græciæ philoſophatur: Corneliam Gracchorum, id eſt ueſtram, tota Romanæ urbis turba miratur: Carneades eloquentiſsimus philoſophorum, acutiſsimus rhetorum: qui apud conſulares uiros, & in Academia plauſus excitare conſueuerat, non erubuit in priuata domo audiente matrona de philoſophia diſputare. Quid referam Catonis filiam, Bruti coniugem: cuius uirtus facit ne patris maritiq́; conſtantiam tantopere miremur? Plena eſt hiſtoria tam Græca quàm Latina uirtutibus fœminarum: & quæ integros libros flagitet. Mihi tantum, quia aliud operis incumbit, in fine prologi dixiſſe ſufficiat: dominum reſurgentem primum apparuiſſe mulieribus: & apoſtolorum illas fuiſſe apoſtolas: ut erubeſcerent uiri non quærere, quem iam fragilior ſexus inuenerat.

COMMENTARIVM HIERONYMI in Sophoniam prophetam.

SOPHONIAS

VERBVM domini quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ: in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda.

*Verbum domini quod factum eſt ad, etc.* ] Tradūt
Hebræi cuiuſcunq; prophetæ pater aut
auus ponatur in titulo: ipſos quoq; pro-
B phetas
fuiſſe.
Vnde & Amos unus
de duodecim pro-
phetis qui dixerat:
Non ſum propheta,
nec filius prophetæ:
ſed paſtor caprarum
uellicans ſycomoros:
patris nomen in titu-
lo non habet. Hoc ſi
uerum eſt: Sophonias propheta, quem nunc conamur
exponere: qui nomine ut ita dicam prophetico, & glo-
rioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt: habuit e-
צְפַנְיָה nim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Ama-
riam, atauum Ezechiam: & talem quadrigam ipſe ue-
lut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ a-
lij ſpeculam: alij arcanum domini tranſtulerunt. Siue
igitur ſpecula, ſiue abſconditum domini interpreta-
tur: utrunq; prophetæ conuenit: Dicitur enim ad Eze-
Ezec. 3.d chiel: Fili hominis ſpeculatorem te poſui domui Iſrael.
Amos 3.d Et in alio loco: Non faciet dominus quicquam niſi re-
uelarit diſciplinam ſuam ſeruis ſuis prophetis. Et noni
pſalmi titulus, pro abſconditis filij interpretatur. Iſte er
go propheta qui erat in ſpecula & in ſublimibus con-
כּוּשִׁי ſtitutus, & nouerat myſteria domini: filius erat Chuſi,
גְּדַלְיָה qui interpretatur humilitas uel Aethiops meus: de quo
אֲמַרְיָה poſtea tractabimus: habebat quoq; auum Godoliam,
חִזְקִיָּה qui dicitur magnitudo domini: & proauum Amari-
am, qui & ipſe uertitur in ſermonem domini: & ata-
uum Ezechiam, qui ſonat fortitudinem domini. De
fortitudine itaq; domini natus eſt ſermo domini, & de
ſermone domini nata eſt magnitudo domini, & de ma
gnitudine domini, nata eſt humilitas: ut cum perue-
nerit aliquis ad perfectum dicat: Non ſum dignus uo- 1. Cor. 9.d
cari apoſtolus. Et illud in pſalmis: Domine non eſt ex- Pſal. 130.a
altatum cor meum, neq; elati ſunt oculi mei. Hucuſq;
quaſi prono lapſu, & per plana currentes, in eo quod
Chuſi etiam Aethiops meus interpretatur impegimus.
Nam poſt tantas uir- D
tutes quomodo no-
men Aethiopis ſona-
re poterit in laudem?
Et ſi quidem ſcriptu-
ra dixiſſet Chus, id
eſt, Aethiops: uideba
tur indiſſolubilis quę
ſtio: Chus quippe na
tus eſt de Cham. Sed
in eo quod ait, Chu-
ſi: hoc eſt Aethiops meus, uidetur ſonare myſterium:
quod ille qui quondam Aethiops, fuerat uerſus in pœ
nitentiam ſecundum illud quod dicitur: Aethiopia prę Pſal. 67.d
ueniet manus eius deo. Et in alio loco: In conſpectu e- Ibid. 71.b
ius procident Aethiopes, dicat cum ſponſa in Cantico Cant. 1.c
canticorum: Nigra ſum, ſed ſpecioſa filia Hieruſalem.
Legimus & in Hieremia Abdimelech eunuchum Ae- Hier. 38.b
thiopem placuiſſe deo: Et in Actis Apoſtolorum Ae- Act. 8.c
thiopem eunuchum reginæ Candacis tantum habuiſ-
ſe ſtudium ſcripturarum & legis dei, ut in uehiculo le-
geret: & ad adorandum dominum in templo eius ue-
niret Hieruſalem. Vnde talis fides digno præmio coro-
natur, & mittitur ad eum Philippus euangeliſta, ſta-
timq; docetur, credit, baptizatur, & ſaluus eſt. Et non
ſolum eunuchus, ſed cum additamento uiri ponitur,
eunuchus uir Aethiops. Quia enim eunuchus erat
Chriſti, & ſe eunuchizauerat propter regnum cœlo-
rum: propterea uiri uocabulum non amiſerat. Recte
quoq; Sophonias quaſi filius Chuſi: id eſt Aethiopis,
in conſequentibus libris de pœnitentia ſcribit Aethio-
pum: Trans flumina, inquit, Aethiopiæ, inde deferent
hoſtias mihi. Hæc de genealogia Sophoniæ, qui pro-
phetauit in diebus Ioſiæ. Quomodo autem dies dicun





HEBR. Côngregans congregabo omnia à facie terræ dicit dn̄s: congregans hominem & pecus: cōgregans uolatile cœli: & piſces maris: & ruinæ impiorum erūt: & diſperdā homines à facie terrę, dicit dominus. Et [b] extendam manū meam ſuper

A tur Heliæ hi qui ab eo illuminati ſunt: ita & dies Ioſiæ
qui ſe leuauerat ad dominum, quia Ioſias interpreta-
tur eleuatio domini: & fuit uir iuſtus, & de laudibus e-
יֹאשִׁיָּהוּ ius, regnorum quoq; & Paralipomenon ſcribit hiſto-
4. Re. 23.a ria. Et habuit patrem Amon, auum Manaſſen. Legi-
mus Manaſſen poſt
multa ſcelera, & poſt
captiuitatem in Baby
lone egiſſe pœniten-
tiam, & ad meliora
cōuerſum domini mi
ſericordiam conſecu-
tum. Vnde & fidei
ſuæ per quam credi-
derat deo, filium uo-
cauit אָמוֹן id eſt A-
mon: Siquidem A-
mon fides interpre-
tatur. Simulq; conſi-
dera quod nequa-
quam ut ſupra reges decem tribuum, id eſt reges Iſra-
el ponantur: ſed reges tantum Iudæ. Iam enim decem
4. Re. 17.d tribus ab Aſſyrijs ſub rege Ezechia patre Manaſſe de-
ductæ fuerant in captiuitatem. Hoc in prooemio & in
titulo Sophoniæ generationis & temporis: Nunc ui-
deamus quid ipſa quoq; prophetia contineat. a ¶ *Con
gregans congregabo omnia à facie terræ dicit dominus, etc.* ] Hoc
quod poſuimus, & ruinæ impiorum erunt, & in Se-
ptuaginta infirmabuntur impij, de Theodotionis trāſ-
latione additum eſt: pro quo Symmachus interpreta-
tus eſt, & ſcandala cum impijs: ut ſubaudiatur congre-
gabuntur, ſiue deficient. Quinta autem editio, & infir-
mitas cum impijs deficiet. Debemus ergo conſuetudi-
nem noſtram ſequentes primum hiſtoriam texere: &
B poſtea de ſublimioribus diſputare. Extremum quippe
regnum duarum tribuum quæ uocabantur Iuda & Be
niamin: ſub Ioſia fuiſſe nulli dubium eſt: Illo enim in-
terfecto, filij eius qui poſtea regnauerunt & nepotes,
non tam regnaſſe credendi ſunt: quàm ludibrio habi-
ti fuiſſe ab Aegyptio rege, & Chaldæis, & uarijs capti-
uitatibus mortibusq; cruciati. Quia igitur populus po
terat ſe excuſare in regibus malis & dicere: nos uolu-
mus ſeruire deo, ſed prohibemur à regibus, datur rex
iuſtus: quo zelante zelum domini, & populo nihilomi
nus in idolorū cultu perſeuerante, iuſta iræ cauſa pro-
fertur à domino, & prophetatur de euerſione Hieruſa-
lem & captiuitate Iuda & uictoria Nabuchodonoſor:
Dicitq; dominus per prophetam: Nequaquā ultra tri-
buam pœnitentiam, ſed à facie terræ uniuerſa conſu-
mam: non homo, non iumentum, non uolatile, non pi
ſces maris remanebunt. Iram quippe domini etiā bru-
ta ſentiunt animalia. Et uaſtatis urbibus hominibusq;
interfectis: ſolitudinem & raritatem beſtiarum quoq;
fieri & uolatilium piſciumq;: teſtis Illyricum eſt, teſtis
Thracia, teſtis in quo ortus ſum ſolum: ubi præter cœ-
lum & terram & creſcentes uepres, & condenſa ſylua-
rum cuncta perierunt. Hoc autem, inquit propheta, ac
cidet: quia impiorum fuit nimia multitudo. Corruent
itaq; impij & diſperdentur homines: & erit ſolitudo ſu-
per faciem terræ. Sed & de conſummatione mundi idi-
pſum accipere poſſumus: quod & homines, & pecora
& uolatilia, & piſces maris: & uniuerſa deficient: & infir
mentur impij: & tollatur iniquitas à facie terræ. Quod ſi
uoluerimus & altius aliquid intelligere: propter hoc
quod dicitur à Lxx. Defectione deficiat à facie terræ: &
defectionem in bonam partem accipere: iuxta illud: Et
Gen. 25.a deficiens mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſe-
nex & plenus dierū: & appoſitus eſt ad populum ſuū:
& de his quæ de Iſaac & Iacob ſcriptura refert: Videbi-

SEPTVAGINT. Defectione deficiat à facie terræ, dicit dominus: deficiat homo & iumenta: deficiant uolatilia cœli: & piſces maris, & infirmabuntur impij: & auferā iniquos à facie terræ: dicit dominus. Et extendā manū meā ſuper

mus quomodo defectione deficiant à facie terræ: & hoc C
eos implere præceptum: Qui habentes cōuerſationem
in cœlis, & in carne non ſecundum carnem militantes,
eo quod ſciant illos qui in carne uiuunt deo placere nō
poſſe: quantum in ſe eſt omnia agunt ne ſint in carne,
ſed in ſpiritu: & à ter-
ra recedentes aiunt:
Conſuſcitauit & con- Rom. 8.b
ſedere nos fecit in cœ
leſtibus in Chriſto.
Qđ ſi aliquis oppo-
ſuerit aduerſum hoc
quod in bonam par-
tem accepimus: defe-
ctione deficiat à facie
terræ: illud quod de
Iſmahel ſcriptum eſt: Gen. 25.d
Hi ſunt anni uitæ Iſ-
mahel centum trigin
taſeptem: & deficiens
mortuus eſt, & eſt appoſitus ad genus ſuum. Reſpon-
debimus ei primum, & ipſum Iſmahel filium eſſe Abra
ham: & accepiſſe dona & partes à patre ſecundum mē-
ſuram ſuam: deinde abſolute ſcriptum: deficiens mor-
tuus eſt, & non addi quod ſcriptum eſt de Abraham, in
ſenectute bona, ſenex & plenus dierum, & appoſitus
eſt ad populum ſuum. Siue de Iſaac: Fuerunt aūt dies Ibid. 25.b
Iſaac quos uixit anni centum octogintaquinq;, & defi-
ciens Iſaac mortuus eſt, & appoſitus eſt ad genus ſuum
ſenex & plenus dierum: Necnon & de Iacob: & ceſſauit Ibid. 49.d
Iacob præcipiens filijs ſuis, & leuans pedes ſuper lectū
defecit, & appoſitus eſt ad populum ſuum. Ex quo in-
telligimus, aliud eſſe tantum deficere, & aliud cum de-
fectione plures pariter habere uirtutes. Quod autem
primum dixerat generaliter: defectione deficiat à facie D
terræ: poſtea in partes diuiſit ſcriptura diuina, deficiat
homo & iumenta: deficiant uolatilia cœli & piſces ma-
ris. Quatuor ſunt quæ iubentur deficere: primum ho-
mo rationabilis: deinde tria quæ ſubiecta ſunt homi-
ni, iumenta & uolatilia & piſces, quæ puto & in octauo
pſalmo poni: Inſuper & pecora campi: Volucres cœli &
piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Quod
autem primum dixerat, oues & boues uniuerſas, quę-
ſi præcipua de iumentis ſeparauit, & cum his quæ mari
fere iumenta numerare ea noluit. Deficiat itaq; homo,
deficiant iumenta, deficiant uolatilia, deficiant piſces:
& non dixit, deficiant beſtiæ, deficiant reptilia terræ.
Hæc enim non debent deficere, ſed perire: uerum defi-
ciant ea quæ poſſunt habere correctionem: Quomo-
do defecerunt Saræ muliebria: & iubetur Abraham ut Gen. 18.b
audiat quæcunq; Sara præceperit. Deficit quis ut ho-
mo, ſi contemnat humana, & non ultra moriatur ut ho
mo, & audiat: Ego dixi dij eſtis. Deficit alius ut iumen- Pſal. 81.b
tum, qui ad altiora conſcēdens accuſatur ſermone pro-
phetico: Homo cum in honore eſſet nō intellexit, com- Ibid. 49.d
paratus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt
illis. Defecit quaſi uolatile cœli qui facit ſibi pennas a-
quilæ: & reuertitur ad domum præceptoris ſui diues,
& omnem deferens paupertatem. Deficit quaſi piſcis
maris, qui comprehenſus ſagenis domini, cum bonis
piſcibus ſeparatur. Cum hæc iuxta præceptum domini Matt. 13.b
fuerint perpetrata: infirmabuntur impij non habentes
tantū roboris quantū prius. Sed & tollentur iniqui, nō
dixit occidentur ſed tollentur: ut ad meliora conuerſi,
de impietate & iniquitate, ad pietatem iuſtitiamq; trāſ-
lati, incipiant eſſe quod ante non fuerant. Hæc ſecundū
tropologiā: Debemus enim & maiorū interpretationē
ponere. Iam in lectoris arbitrio erit: utrū ſeueritatem an
clementiā uelit ſonare quæ dicta ſunt. b ¶ *Et extendam*

A *manum meam, etc.* ] Poſt impiorum ruinas & iniquorum ablationes à facie terræ, conſequenter aduerſus Iudam & aduerſus Hieruſalem ex perſona domini dicitur: Et extendam manum meam ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Hieruſalem, extenſio quippe manus geſtum percutientis oſtendit. Et diſperdam de loco hoc reliquias Baal: Non quod ſecundum Lxx. nomina Baalim penitus eradēda ſint, ſed quod iuxta Hebraicum cultores eius è populo qui pauci de cæde hoſtium remanſerant in Iuda & Hieruſalem ſe comminetur auferre. Nomina quoq; ædituorum cum ſacerdotibus: quia in tantam Iudas & Beniamin uenerant impietatem: ut in templo domini,

Ezec. 8. b iuxta quod ſcribit Ezechiel, & regnorum

4. Re. 10 & 17. c quartus liber oſtendit, ſtatuam Baal quā imaginem cœli dominus uocat, ſtatuerint: & in eodem ſanctuario idola & dominū pariter uenerati ſint: Vnde ſignanter idolorum ſacerdotes: non ſacerdotes, ſed id eſt ædituos uel phanaticos appellauit: quod Hebraice dicitur הַכְּמָרִים. Et ædituos ergo & ſacerdotes quondam dei & eos qui

Forſan legendū ἱεροφάντας

B in domatibus adorabant militiam cœli, ſolem & lunam & aſtra reliqua. Et qui iurabant in nomine domini: & in nomine idoli Ammonitarum Melchom, quod à Septuaginta in regem uerſum eſt: auferet dominus de loco Hieruſalem ſiue diſperdet: ἀπὸ κοινοῦ enim ſubauditur: Et diſperdam de loco hoc reliquias Baal: & diſperdam nomina ædituorum cum ſacerdotibus: & diſperdam eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli: & diſperdam eos qui adorant & iurant in domino & iurant in Melchom: & diſperdam eos qui auertuntur ſiue declinant de poſt tergum domini: & qui non quærunt eum ſiue non retinent. Auertuntur autē poſt tergum domini: qui relinquentes cultum eius iurant in Melchom & adorant militiam cœli, & uenerantur Baal idolum Sidoniorum. Hucuſq; hiſtoriæ ſenſus expoſitus eſt: Videamus & Anagogen. Propter dominum qui de tribu Iuda ortus eſt, & propter Hieruſalem in qua regnauit Iudas, hoc eſt dominus atq; ſaluator:

Anagoge

Mat. 24. a dicamus quando multiplicata fuerit iniquitas: & refrixerit charitas multorum: & ueniente domino rara fides

Luc. 18. b apparuerit in terra, intantum ut tententur etiam electi dei: tunc extendere dominum ad ſupplicia peccatorum manum ſuam ſuper Iudam, qui ſibi uidetur nomen domini confiteri, & ſuper Hieruſalem eccleſiam quæ ex pace ſortita uocabulum eſt: & auferre de eccleſia nomina Baalim, quod interpretatur in ſublimioribus. Auferet autem dominus nomina uanæ gloriæ & admirationis falſæ: quæ uerſantur in eccleſia: In qua iuxta Iacobū ueneratur anulum aureū habens: & cōtemnitur pauper cum ad aduentū iudicis & ſenatoris, & in commune omniū diuitum plebs uniuerſa conſurgit: & ſancto pauperi ne ſtandi quidem inter cateruas potentū, & confeſſionis eorum tribuitur locus: Sed & nomina ſacerdotū cum ſacerdotibus qui fruſtra ſibi applaudunt in epiſcopali nomine & in presbyterij dignitate, & non in opere. Vnde ſignanter non ait: & opera ſacerdotū cum ſacerdotibus: ſed nomina qui tantūmodo falſa nomina præferunt dignitatū, & malis operib. ſua nomina deſtruūt: & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli: qui eleuantur aduerſus ſcientiam dei: & omne quod geritur in ſeculo fictam ſibi ſcientiam pollicentes referunt ad ortus ſtellarū & occubitus, & mathematicorū ſequuntur errores: & eos qui adorant dnm & Melchom, qui ſeculo pariter & dño putant ſe poſſe ſeruire, et duobus dominis ſatisfacere, deo & mammonæ: qui militantes Chriſto obligāt ſe negocijs ſecularibus: & eandem imaginē offerunt deo & Cæſari: & cum Chriſti ſacerdotes ſe eſſe dicant, filios ſuos conſecrant Melchom, id eſt regi ſuo.

C

2. Tim. 2. a

HEBRAEI, ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Hieruſalem: & diſperdam de loco hoc reliquias Baal: & nomina ædituorū cum ſacerdotibus, & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli: & adorant & iurant in domino, & iurāt in Melchom: & qui auertuntur de poſt tergum domini: & qui non quæſierunt dominum: nec inueſtigauerunt eum. Silēte à facie domini dei: quia iuxta eſt dies domini: quia præparauit dominus hoſtiam: ſanctificauit uocatos ſuos. Et erit

SEP. ſuper Iudam: & ſuper omnes qui habitant Hieruſalem: & auferam de loco hoc nomina Baalim: & nomina ſacerdotum cum ſacerdotibus: & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli: & eos qui iurant in domino, & iurant in rege ſuo: & eos qui declinant à domino: & qui non requirunt dominum: & qui non retinent dominum. Timete à facie domini dei: quia iuxta eſt dies domini: quia præparauit dñs uictimam ſuam: ſanctificauit uocatos ſuos. Et erit

Recte enim habent regem hominē, qui regem dñm perdiderunt, & qui per mala opera declinant à dño: & non requirunt eū, nec retinent ſua peccata fugientē. Si quis

D aūt uoluerit iuxta interpretationē nominū Iudæ & Hieruſalē ſuper anima uniuſcuiuſq; hoc ipſum intelligere: non errabit quod auferat dñs uniuerſa quæ diximus, uel in conſummatione mundi uel in ſingulorū exitu, quando audient: Stulte hac nocte auferetur anima tua à te. Et extendat manū ſuam ſuper eum, qui dñm non confitetur: & ſuper eum qui ſenſum pacis ſe habere iactat, ut auferat atq; diſperdat de tali Hieruſalē omnem ſuperbiā, & falſos in deū cultus: & uariorū errores dogmatum: & ſeruitutem in deū pariter & mundū: & per quotidiana peccata, auerſionem à dño & neglectum in deum. a ¶ *Silete à facie domini dei: quia, etc.* ] Pro eo quod Lxx. tranſtulerūt εὐλαβεῖσθε, id eſt timete: & nos poſſumus ſilere: in Hebræo הַס interiectio eſt imperātis ſilentiū: qua ſæpe utuntur & comici: ſed abſolute præcipitur in cunctis ſilentiū, quod dies uentura ſit dñi. Diem autem dñi, diem intelligamus captiuitatis & ultionis in populū peccatorem, & hoſtiā ſubuerſionis Hieruſalē, & ſanctificationem eorū quos dedicauit interfectioni: ſecundū illud quod dicitur in Hieremia: Sanctifica eos in die interfectionis eorū. Et eſt ſenſus: Venit contra impiū populū olim prædicta captiuitas: iā propè eſt. Sub Ioſia enim rege prophetia texit: hoc interfecto uaſtitas uenit: de qua & in Ezechiel: Venit, inquit, finis: finis uenit, &c. Hæc mihi uictima placet: has mihi hoſtias ſanctificaui. Poteſt autem hoc quod ait, ſanctificauit uocatos ſuos, & de Babylonijs accipi: quos in ultionem populi etiam ſeruos ſuos uocat uindicantes iniuriam ſuam. Vocaui, inquit, Nabuchodonoſor ſeruum meum. Et in eodem uolumine, non ſolum ſeruum, ſed columbam eum quoq; uocat: A facie gladij columbæ. Porrò ſecundum tropologiam quia facies domini eſt ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum: & propè eſt dies iudicij: quia ad comparationem æter

Luc. 12. c

Hier. 12. a

Ezech. 7. a

Hier. 25. b

Ibid. g Tropologia



A æternitatis omne huius ſeculi tēpus breue eſt, ſiue exitus ſingulorū: timeant oēs & ſileant, ne facies domini

Pſal. 4. b de qua ſanctus ait: Signatū eſt ſuper nos lumen uultus tui domine: peccatorum fœnum, ſtipulam, ligna cōſumat: Præparauit enim dominus hoſtiā ſuam, totū Leuitici myſteriū: quādo per ignem & effuſionē ſanguinis, & uerā oblationem ſalui fiēt qui ſaluandi ſunt, & ſanctificabuntur uocati. Quidam de noſtris, diem domini & hoſtiam eius, & ſanctificationem uocatorum, in aduentu ſaluatoris intelligunt, quando immolatus eſt agnus, & ſanguine eius ſanctificati ſunt apoſtoli: & cæteri qui per eos uocati ſunt. a ¶ *Et erit in die hoſtiæ, etc.* ] In die Iudaicæ captiuitatis qñ totus populus immolādus eſt, uiſitabit dominus, & ſuper principes qui mane bibebant ſicerā, & ſuper filios regis uel oēs de ſtirpe regia, uel certe propriè filios Ioſiæ quos uel occiſos uel captos legimus, & ſuper oēs qui induti ſunt ueſte peregrina: hoc eſt, qui pro dei cultu uenerati ſunt idola. Et ſuper omnes qui arroganter ingrediuntur ſuper limē in die illa, hoc eſt aduerſum ſuperbos: qui cum quodā faſtu & dignitatis

B ſupercilio, gradus templi & ſanctuarij limen aſcēdunt. Porrò quia in eo ubi nos interpretati ſumus: qui arroganter ingrediūtur ſuper limē, poteſt intelligi ſecundū Hebraicū, qui tranſiliūt limen, & hoc hiſtorice ſentiendū eſt, uindicabo ſuper eos. Qui iuxta Regnorum primum librū nō calcant limen idolorū ſuperſtitionibus ſeruientes, qui repleuerunt domū dñi dei ſui, non ſolū idolorū cultu, ſed iniquitate & ſcelere & omni mendacio, ut ad errorem religionis iniquitas quoq; in ſubiectos, & in proximos mendaciū iungeretur. Sed quia ſemel & Tropologice exponere cœpimus: Viſitabit dñs in aduentu & paſſione ſaluatoris, id eſt in die hoſtiæ filij ſui ſuper pōtifices & ſacerdotes populi Iudaici, & ſuper domū regiam, Vſq; ad illud enim tēpus perſeuerauerunt reges Iudæ de ſtirpe Dauid: ſecundū prophetiā

1. Reg. 5. b

Tropologia

Gen. 49. b Iacob, nō deficiet princeps ex Iuda neq; dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repoſitū eſt, & ipſe erit expectatio gētium: Poſt hoſtiam enim domini ablatū eſt regnū à Iudæis: Et ſuper omnes, inquit, qui induti ſunt ueſtimentis alienis: qui rēceſſerunt à protectione & indumento dei, & ſuo errore cooperti ſunt. Et ulciſcar ſuper omnes manifeſte qui ſunt in ueſtibus, hoc eſt qui egreſſi ſunt de tēplo dei, & cum deberēt eſſe intrinſecus propter peccata ſua egreſſi ſunt foras, & de eccleſia dei receſſerunt, adimplētes templum eius impietate & dolo. Hoc intellectū ſit in primo ſaluatoris aduentu. Quia aūt de conſummatione mundi & die iudicij, quē omnes in die interpretantur domini, ſemel expoſuimus: Scire debemus quod illo tempore uiſitet dominus ſuper principes, & ſuper paſtores qui lac de ouibus comedunt, lanasq; tondentes non curant de contritione gregis, & ſuper filios regis qui ſe iactāt Chriſtianos, & quod regis Chriſti ſint filij gloriant̄, & ſuper oēs qui induti ſunt ueſtibus alienis. Veſtis filiorū regis & principum indumentum Chriſtus eſt: quod accipimus in baptiſmo: iuxta illud: Induite uos Chriſtum Ieſum. Et induite uos uiſcera miſericordiæ, bonitatis, humilitatis, manſuetudinis, patiētiæ, & cætera: In quibus præcipit: ut induamur nouo homine cœleſti iuxta creatorē noſtrū, & projciamus indumentū ueteris hominis cū operibus eius. Cū ergo debeamus talibus indui ueſtimētis, pro miſericordia induimur crudelitate: pro patientia, impatiētia: pro iuſtitia iniquitate. Et ut ſemel dicam, pro uirtutibus uitijs, id eſt pro Chriſto Antichriſto. Vnde dicitur de iſtiuſmodi homine: Et indutus eſt maledictiōe ſicut ueſtimento. Vindicabit quoq; dominus maniſeſtiſſime in aduentu ſuo, etiā ſuper eos qui cum bonis operibus in eccleſia eſſe deberent, eiecerūt ſe ob conuerſationē peſſimā, & traditi ſathanæ uerſantur in ueſtibulis: imò nec in ueſtibulis, ſed ante ueſtibula: quod ſignificātius Græce dicit̄ ἐπὶ τὰ πρόπυλα. Et ſuper oēs uindicabit qui uarijs iniquitatibus atq; peccatis implēt eccleſiā, & impietatibus atq; mendacio, & miſcēt ſanguinē ſanguini. Quod ſi uoluerimus hoc ipſum accipere ſuper animabus ſingulorū, principes & domū regis intelligamus λογισμοὺς καὶ αἰσθήσεις, id eſt cogitatiōes & ſenſus, & ipſam animā quæ debet eſſe hoſpitiū regis: & iuxta ſuperiorē expoſitionē indumenta quoq; aliena, & omnia quæ ſequunt̄, referamus ad unumquēq; credentiū: qui cum debuerāt induti eſſe Chriſto, & ſemper uerſari intrinſecus, uarijs ſe peccatorū operuerūt ueſtimentis: & egreſſi de eccleſia, id eſt, cōgregatione ſanctorū, pro uirtutibus impleuerunt templū corporis ſui iniquitate & dolo. b ¶ *Et erit in illa die, dicit, etc.* ] In die hoſtiæ domini quando extenderit manum ſuam ſuper Iudā & ſuper omnes habitantes Hieruſalē, & hoſtilis eam uallauerit exercitus: erit uox clamoris à porta piſciū & ululatus à ſecunda, & contritio magna à collibus. Portam piſciū eam uocabant quæ Dioſpolim ducit & Ioppē, & uicinior mari erat inter cunctas uias Hieruſalē, de qua & Eſdras refert. Portā uero piſcium ædificauerunt filij Aſnaa, ipſi texerunt eam & ſtatuerūt ualuas & ſeras & uectes. Quod aūt ait, & ululatus à ſecunda, ſecundi muri in eodē climate portam ſignificat: de qua & in regnorum libro ſcriptum eſt: Et iuit Helchias ſacerdos & Ahiham, & Achabor, & Saphan & Aſaias ad Holdam prophetē uxorem Sellum filij Thecuæ filij Haras cuſtodis ueſtium, & hæc habitabat Hieruſalē in ſecunda. Contritionē aūt magnam à collibus de monte Sion & excelſiore urbis parte loquitur, quia cū altiora & arx ciuitatis fuerint occupata, facilior eſt in prona deſcenſus. Si aūt diem illā quam dominus cōminatur, diem iudicij ut ſupra uoluerimus accipere: eo tēpore quando uetuſtus dierū ſeſſurus eſt, & aperiēdi libri & pandendæ cōſcientiæ ſingulorū: tūc implebitur uox clamoris à porta cōpungentiū. Prima enim porta oculorum erit: qua exhibebūtur nobis peccata ante oculos noſtros: & omnis pompa & imago antiquorum ſcelerum & uitiorū atq; luxuriæ proferetur in medium. Tunc illud erit uerū quod ſcriptū eſt: Ecce homo, & opera eius ante faciē

C

Gal. 3. d

Coloſ. 3. b

Ephe. 4. f

Pſal. 108. c

D

Nee. 3. a

4. Reg. 22. c

HEB. Et ērit in die hoſtiæ domini: uiſitabo ſup principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt ueſte peregrina: Et uiſitabo omnem qui arroganter ingreditur ſuper limen in die illa: qui complent domum domini dei ſui iniquitate & dolo. b Et ērit in die illa, dicit dominus, uox clamoris à porta piſcium & ululatus à ſecunda: & contritio magna à collibus. Vlulate

SEPTVAGINTA Et erit in die hoſtiæ domini, & ulciſcar ſuper principes & ſuper domum regis, & ſuper omnes qui induti ſunt ueſtimentis alienis, & ulciſcar ſuper omnes manifeſte qui ſunt in ueſtibulis in die illa: qui complent domum domini dei ſui impietate & dolo. Et erit in illa die, dicit dominus: uox clamoris de porta compūgentiū & ululatus à ſecūda, & cōtritio magna à collib. Plan

Universidad de Deusto Biblioteca

HEBREI. Vlulate habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanaan. Diſperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo, ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & uiſitabo ſuper uiros defixos in fecibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: non

SEP. Plangite qui habitatis cōciſſam: quia aſsimilatus eſt omnis populus Chanaan. Diſperierunt omnes qui erecti ſunt argento. Et erit in die illa, ſcrutabor Hieruſalem cum lucerna & ulciſcar ſuper uiros qui contēnunt cuſtodias ſuas, & dicunt in cordibus ſuis, non

[A] cius. Torquebit igitur eum conſcientia, & poſtq; conpunctus clamauerit à prima oculorū porta: ululabit etiā ſecunda, quam & aures intelligere poſſumus. Per hos enim uel maxime ſenſus quibus uitia illapſa fuerant, eorū pœna ſentietur: quando cernemus quod fecimus, & audiētes ſermonē, docti, totumq; ordinem peccatorū in ululatū compellimur, & cōterit in nobis quicquid fuerat excelſum, & propter cæcitatē & ſurdas aures ignorabatur à nobis: Vel certe cū uerba ſublimia & eruditio de excelſo ueniēs cōteret nos atq; confringet, & opere complebit: [Pſal.37.b] Rugiebā à gemitu cordis mei: [Ibid.50.d] ut ſit ſacrificiū deo ſpiritus cōtribulatus: in nobis qui homines ſumus, & non tam grandia peccata fecimus, ut mōtibus cōparentur: colles cōtriti ſunt. In diabolo autē & angelis eius excelſa montiū conterentur. Multi putant iuxta hiſtoriā qđ ad Babyloniorū tēpora retulimus, intelligendū eſſe de primo ſaluatoris aduentu: quādo propter peccata nimia, & clamorē populi concrepantem: [Matt.27.c] Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, circundata eſt ab exercitu Hieruſalē, & à duobus urſis Veſpaſiano uidelicet & Tito, irridentiū puerorū turba cōſumpta eſt. Quæ quidē intelligentia magis fidei noſtræ conuenit: ſed ita ut ſciamus & priori hiſtoriæ poſſe congruere: uel certe priorem captiuitatē typum eſſe ſecundæ & perfectæ euerſionis Hieruſalē. [B] Necnon & hoc animaduertendū quia שער הדגים manifeſte in Hebræo non portā cōpungentiū, ſed portā piſcium ſonat. [Allegor.] Allegorice portā piſcium eſſe in Hieruſalē, per quā inferuntur boni piſces qui à malis fuerint ſeparati: & lugebunt cæteris introeūtibus, qui foris remanſerint. Vel certe in fine mūdi & in cōſummatiōe, lugebūt à porta piſcium prima qui ſuū baptiſma nō ſeruauerunt: lugebunt à ſecunda, qui nō egerūt pro peccatis dignā pœnitētiam. Et erit magna cōtritio ſuper colles, qui nec pro peccatis incuruati ſunt ut ceruicē ſuā ſubmitterent & ſua ſcelera deplorarēt. Per has enim duas portas baptiſmi & pœnitētiæ in Hieruſalē, id eſt in eccleſiam dei uel introitus uel reditus eſt. a ¶ *Vlulate habitatores, etc.*] Pila quæ Hebraice dicit̄ מכתש & ab Aquila uerſa eſt εἰς τὸν ὅλμον, nō per breuē ſyllabā primā legēda eſt: ne σφαῖραν putemus: ſed productā: ut de pila ſciamus dici, in qua frumēta tundūtur, uas cōcauū, & medicorū aptū uſui: in quo propriæ ptiſanæ feriri ſolēt. Dicat aliquis intellexiſſe quid ſignificat pila: ſed ſcire uelle cur in præſenti loco aſſumpta ſit. Quia ſemel deſcriptio eſt captæ urbis, & dicit̄: Vox clamoris à porta piſciū & ululatus à ſecūda, & cōtritio magna à collibus: Nunc idē deſcriptionis ordo ſeruat̄, & de ululatu dicit̄ eorū qui habitāt in ualle Siloe. Et pulchre ſcriptura nō dixit: qui habitatis in ualle, qui habitatis in gurguſtio: ſed qui habitatis in pila: quod ſcilicet quō frumenta feriente deſuper uecte cōtundunt̄: ita de porta piſciū, & de porta ſecūda & de collibus proruēs in uos decurret exercitus. Populum aūt Chanaan appellauit populū Iudæorū: iuxta illud [Dan.13.f] quod legimus in Daniele: Semē Chanaā & nō Iuda. Et [Ezech.16.a] ad Hieruſalem: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. [Oſee 2.b] Et in alio loco: Chanaā in manu tua ſtathera iniquitatis. Quod ſi uoluerimus iuxta utrāq; trāslationē Tropologiā texere: rectè ad ululatū & planctū cōcitant̄ [C] qui in extremis peccatorū fecibus habitant, & in ſcelerum ſuorū ima dimerſi dicūt: Infixus ſum in limo profundi, & nō eſt, inquit, ſubſtantia. Vnde & additur: qui habitatis cōciſſam, hoc eſt animā multis iniquitatibus uulneratā: ſiue eccleſiam, quæ ſciſmatibus hæreſibusq; lacerata eſt, & ad ſingula uulnera plangit filios interfectos. Qđ autem dicit: Cōticuit, ſiue aſſimilatus eſt omnis populus Chanaan: blaſphemiā eorū in die iudicij ceſſare ſignificat, & os qđ in altū poſuerunt linguamq; ad terrā uſq; penetrantē, æterno ſilentio conticeſcere. Et quia peccatum peccauit Hieruſalē, & ideo in commotionē facta eſt: populus dicitur Chanaan, quod interpretat̄ cōmotio. Non enim poteſt dicere: [Pſal.39.a] Statuit ſuper petrā pedes meos: ſed incertus & fluctuās ſemper in motu eſt. Vnde & Noe uir ſanctus poſtq; euigilauit è ſomno: ex maledictione nomen impoſuit Chanaan, dicens: Maledictus Chanaan puer famulus erit fratrum ſuorum. [Gen.9.d] Nō ſolū aūt Chanaan aſſimilantur peccatores, ſed pro qualitate & diuerſitate peccati: alius aſſimilatur Pharaoni: alius Nemroth giganti. Et econtrario per bona opera atq; uirtutes: quia & uirtutū itinera ſunt diuerſa: ille ſpiritum aſſumit Abrahā, hic Moyſi, alius Heliæ. quamobrē [1.Cor.12.d] ab Apoſtolo dicitur: Aemulamini chariſmata meliora. Qui uero perfectus eſt, iuxta eā tamē perfectionem quā humana conditio poteſt capere, ſimilitudine dei ſignatur. [D] b ¶ *Diſperierunt omnes inuoluti, etc.*] Qui ſibi, inquit, in diuitijs confidebant, & tantas habebāt opes ut ſe quaſi inuolutos & ſeptos ſuis diuitijs æſtimarent. Vel certe ſecundū LXX. qui erecti erant in ſuperbiā & pauperes deſpiciebāt: ira ueniēte uaſtati ſunt. Simulq; conſidera quod non dixerit: peribunt qui erecti ſunt argento: ſed iam nunc anteq; eis ueniat ſupplicij dies, in eo ipſo quod ſuperbiant, & ſemper de theſauris ſuis cogitent & ſeruiāt eis, perierint atq; corruerint. Quod qui intellexerit, puto eum non ſatis cupere diuitias: in quibus non peribunt, ſed perierunt qui erecti ſunt. Neque uero æſtimandū eſt eos ſolos periſſe qui argento erecti ſunt: ſed iuxta hanc diffinitionē peribit & ille qui in generis nobilitate ſe iactat. Qui gloriat̄ in dignitatibus peribit, qui inflatur peribit, qui in fortitudine corporis gloriat̄ peribit: peribit qui in fœmineo languore mollitus comā nutrit, uellit pilos, cutem polit, & ad ſpeculum comitur, quæ proprie paſſio & inſania fœminarū eſt. Si quis autē uult erigi, & ſuperbire ſancta ſuperbia, erigatur cum Apoſtolis, quādo dignus fuerit pro [Act.5.g Rom.5.a] nomine Ieſu Chriſti contumeliā pati: glorietur cū Apoſtolo: qui exultabat in tribulationibus ſciens quod tribulatio operaretur patiētiam: patientia ſpem: ſpes aūt non confundat. c ¶ *Et erit in tempore illo ſcrutabor, etc.*] In tempore & in die captiuitatis Hieruſalem: uel à Babylonijs uel à Romanis quia dereliquit legem domini, & impie egit in dominum creatorem ſuum: ſcrutabitur dominus cum lucerna omnia abſcōdita Hieruſalem, & nullum inultum patietur effugere. Legamus Ioſephi hiſtorias & ibi reperiemus ſcriptū, de cloacis quoq; & ſpeluncis & antris & ſepulchris, extractos principes & reges & potentes & ſacerdotes: qui ſe in eis metu mortis abſconderant. Et uiſitabo, inquit, ſuper eos: qui confidunt in corporibus ſuis & in uiribus ſuis quas

διασυρ



HEB. non faciet bene dominus, & non faciet male. Et ērit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in deſertum. Et ædificabunt domos & non inhabitabunt, & plantabunt uineas, & non bibent uinum earum: Iuxta eſt dies domini magnus: iuxta eſt & uelox nimis. Vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis:

SEPTVAG. non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit fortitudo eorum in rapinam: & domus eorum diſsipabuntur. Et ædificabunt domos, & nō habitabunt in eis, & plantabunt uineas, & non bibent uinum eorum: quia iuxta eſt dies domini magnus, iuxta & uelox nimis. Vox diei domini amara & dura poſita eſt fortis:

[A] διασυρτικῶς feces uocat: ſiue peccata in quibus penitus fuere defixi: qui tollentes prouidentiam, nec boni nec mali deum autorem eſſe dixerūt: hoc eſt quod nec bonis bona, nec mala malis redderet: ſed quod fortunæ cuncta regerentur arbitrio, & caſu ferrentur incerto. In cōſummatione autem mundi, quia dies domini ipſa intelligitur: ſcrutabitur dominus Hieruſalē, id eſt eccleſiam ſuam cum lucerna, & ulciſcetur ſuper uiros cōtemptores: qui noluerunt ſuas ſeruare cuſtodias, id eſt mandatà domini contempſerunt, & inſuper ratione ſe peccare dicētes, blaſphemauerūt in cordibus ſuis: qđ nihil prodeſſet bene facere, nec obeſſet male agere: quia nec bonorum operū præmium, nec malorum pœnā reſtitueret deus. Recte autem Hieruſalem, id eſt eccleſia quæ prius Iebus uocabatur quod dicitur conculcata: quando conculcabatur à gentibus & dæmonum ludibriū erat, dicta eſt Iebus: & poſtquam cœpit in ea pax habitare domini, & factus eſt in pace locus eius, nomē Hieruſalē ſortita eſt. Quia igitur in nouiſſimo tēpore, quod ſæpe iā diximus, multiplicata iniquitate, refrigeſcet charitas, & ſolis lumē recedet ab Hieruſalem, & tanta erit uaſtitas ut difficile ſaluentur [B] etiam electi dei: Tunc in lucerna ſermonis ſui atque rationis omnia uitia ſcrutabitur dominus in Hieruſalem, & in mediū proferet, & de ocioſo quoq; uerbo fiet iudicium & uindicta, non in peccatores: poterat enim & peccatū ueniam promereri: ſed in contemptores, [Abac.1.b] de quibus dicitur in Habacuc: Videte contemptores & aſpicite. Et in alio loco: Quare reſpicis ad contemptores? Ac deinde: Qui autem arrogans eſt, & contemptor uir ſuperbus, & cætera. Super his fiet ultio qui cuſtodias domini non ſeruauerunt, & dicunt in cordibus ſuis: Non faciet dominus bene, & non faciet male: nō quod male deus faciat: ſed quod mala uideatur pœna eſſe ei qui patitur. Alioquin & ſcalpellus medici malus erit: quia reſecat uulnera, & putridas amputat carnes: Et pater malus, cædens filium ut à uitijs corrigat, & magiſter malus corripiens diſcipulū ut erudiat. Omnis enim diſciplina ad præſens non uidetur gaudij eſſe, ſed triſtitiæ: poſtea autem fructum pacificū his qui per eam eruditi ſunt reddet. a ¶ *Et erit fortitudo eorum in direptionem, etc.*] Manifeſtum eſt quod iuxta utranq; captiuitatem omnis eorum ſit cæſus exercitus, & domus dirutæ, & agri uineæq; uaſtatæ ſint: nec ultra eos dei diſtulerit patientia: Sed cum diceret ad prophetas: hoc in tēpus erit & in dies longos: uenerit eis dies domini magnus & uelox nimis: [Tropologia] Iuxta Tropologiam autem cum uenerit tempus iudicij ſiue uniuſcuiuſq; mortis & egreſſionis à ſeculo: tunc omnis fortitudo eorum in direptionem erit, ut quod male ualebat, & erigebatur aduerſus dominum, infirmum fractumq; uertatur ad melius. Velut ſi quis fortitudinem latronis & piratę & furis diripiat, infirmoſq; eos reddat: prodeſt illis ſua infirmitas: debilitata enim membra quibus prius non bene utebantur à malo opere ceſſabunt. Quod autē ſequitur: Et domus eorū in deſertū: Multi ſunt in eccleſia ædificantes Sion in ſanguine & Hieruſalē in iniquitate: [C] quibus prodeſt tales domus deſtrui. Legamus Leuiticū, [Leui.14.e] ubi leproſa domus deſtrui iubetur. Et quia lepra permanens eſt & diffunditur: lapides eius & ligna & omnis puluis extra ciuitatē in locum immundū proijci iubentur. Sed & in Hieremiæ principio tale quid ſcribitur: [Hiere.1.b] Ecce dedi ſermones meos in os tuum: ecce conſtitui te ſuper gētes & regna: eradicare & ſuffodere & diſperdere, & ædificare & plantare. Deſtruitur ædificatio peſſima, ut poſtea ædificatio bona conſtruatur. eradicatur iniqua plantatio, ut plantatio iuſta ponatur. Vnde & in Salomone legimus: Melius eſt habitare ſub diuo quām in calce litis cum iniquitate & in domo noua. Quaſi bonus ergo deus, domus eorum qui erant defixi in fecibus ſuis: & dixerant in corde ſuo, non faciet bene dominus, & nō faciet male: deſtruit, nec eos in leproſis & immūdis domibus habitare permittit: nec facit ut bibant uinum de uineis quas plantauerant. Si enim plantaſſent uineam Sorech, & uineam electam totam ueram: bibiſſent uinum ſuum, & inebriati eſſent cū patriarcha Noe & Ioſeph in meridie: ſed quia dixerunt: non faciet bene dominus & non faciet male, & de uinea Sodomorum erat uinea eorum & propago eorum de Gomorra: [D] uua eorū uua fellis, & botrus amaritudinis eis: [Hier.9.c & 23.c] Furor draconum uinū eorum: & furor aſpidum inſanabilis: propterea plantauerūt uineas, & nōn bibent uinū earum. Et myſtice dicitur de Sodoma & Gomorra, quod omnis plantatio eorū perierit. Si enim permāſiſſent in eo quod cœperant, ut eſſent quaſi paradiſus dei, & non finiſſent in malo, ut eſſent quaſi terra Aegypti, plantatio eorum utiq; permanſiſſet. Tale quid & illud ſuper Aegyptijs ſonat in pſalmis: [Pſal.77.c] Occidit in grādine uineas eorum: & moros eorum in pruina. Quaſi clemētiſſimus quippe deus omnem Aegyptiam plantationem & arbuſculas, quę in Aegypto radicatæ ſanguineos habent fructus, interfecit & ſubuertit ne bibant qui male plantauerunt, & comedant ex eis fructum. Prope eſt dies domini magnus & uelox nimis, cui reſiſtere nemo poteſt. Prope autē eſt uel propter æternitatē: quia nihil ei longū eſt: uel propter pœnæ magnitudinē, quia patienti nunq; longe uidetur ſuppliciū quod inferendum eſt: Siue prope ut ſupra diximus: cū exierimus à ſeculo, & uniuſcuiuſq; mors cōſummationē mundi fecerit, & nō ſolum prope: ſed etiā uelox nimis, ut uelocitas aduentus eius in eo quod additur nimis oſtendat̄. b ¶ *Vox diei domini, etc.*] Iuxta ſuperiora: uel de Babylonica captiuitate accipe, uel de extrema quam paſſi ſunt à Romanis: ſuper quā & dominus fleuit Hieruſalē, dicens: [Matt.23.d] Hieruſalē Hieruſalē quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: & cætera. Vere enim expetita uindicta eſt à ſanguine Abel iuſti uſq; ad ſanguinem Zachariæ, quē occiderūt inter templū & altare, & ad extremū de dei filio dicētes: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, experti ſunt diem amaram: quia ad amaritudinem dominū prouocauerant: diem à domino cōſtitutam, in qua nō imbecillis quilibet, ſed fortiſſimi uiri deprimentur, & ueniet ſuper eos ira in finem. Sæpe

quippe

Universidad de Deusto Biblioteca

A quippe & ante iram domini ſuſtinuerũt, ſed ira illa nõ fuerat conſummationis & finis. Quid neceſſe eſt nunc deſcribere quãtas in utraq; captiuitate ſuſtinuerint calamitates, & quomodo qui lucẽ domini reſpuerunt, in tenebris & caligine uerſati ſint, & qui noluerunt ſolennium dierum audire tubas, audierint clamorem bellantium? De ciuitatibus autem munitis et excelſis angulis Iudææ qui ad ſolum uſq; ſunt diruti: puto oculorũ magis eſſe quàm auriũ iudicium: nobis præſertim qui nũc in iſta ſumus prouincia, licet uidere, licet probare quæ ſcripta ſunt. Vix ruinarũ parua ueſtigia in magnis quondã urbib. cernimus. Silo tabernaculum et arca teſtamenti dñi fuit, uix altaris funda-
c 18.a menta monſtrant: Gabaa illa ciuitas Saulis uſq; ad fundamenta diruta eſt. Rama & Bethoro, & reliquæ urbes nobiles à Salomone cõſtructę: parui uiculi demõſtrantur. Legamus Ioſephũ & prophetiam Sophoniæ, illius cernimus hiſtoriã: & hoc non tantũ de captiuitate dicẽdum eſt, ſed uſq; ad præſentẽ diem, perfidi coloni poſt interfectionem ſeruorũ, & ad extremũ filij dei: excepto planctu prohibentur ingredi Hieruſalem: & ut ruinam ſuæ eis flere liceat ciuitatis, precio redimũt: ut qui quõ-
B dam emerant ſanguinẽ Chriſti, emant lachrymas ſuas, & ne fletus quidẽ eis gratuitus ſit. Uideas in die quo capta eſt à Romanis & diruta Hieruſalẽ, uenire populum lugubrem: confluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis annisq; obſitos: in corporibus & in habitu ſuo irã domini demonſtrantes: Congregatur turba miſerorum, & patibulo domini coruſcante ac radiante ἀναστάσει eius: de oliueti monte quoq; crucis fulgẽte uexillo, plangere ruinas tẽpli ſui populũ miſerũ: & tamen non eſſe miſerabilẽ: adhuc fletus in genis & liuida brachia, & ſparſi crines, & miles mercedẽ poſtulat, ut illis flere plus liceat. & dubitat aliquis, cum hæc uideat, de die tribulationis & anguſtiæ, de die calamitatis & miſeriæ: de die tenebrarũ & caliginis: de die nebulæ & turbinis: de die tubæ & clangoris? Habent enim & in luctu tubas, & iuxta prophetiã, uox ſolennitatis uerſa eſt in planctum. Vlulãt ſuper cineres ſanctuarij & ſuper altare deſtructũ, & ſuper ciuitates quondã munitas, & ſuper excelſos angulos tẽpli: de quibus quondã Iacobũ fratrẽ dñi præcipitauerũt. Hæc de captiuitate dicta ſint Iudęorum. Cæterũ ſi diẽ domini, ut ſupra, referamus ad conſummationẽ mundi: ſiue ad uniuſcuiuſq; exitum uitę: manifeſta erit interpretatio qđ uox diei domini amara ſit, & neceſſitate plena & ira, & tribuletͅ ibi fortis, cũ etiam qui ſancti ſunt ſaluent̃ quidem, ſed tamen ſic quaſi per ignem. Dies illa dies tribulationis & anguſtiæ & calamitatis & miſeriæ: in qua dicent: Vę nobis, quia miſeri facti ſumus. Dies tenebrarũ: Omnis enim qui male operatur odit lumẽ, & nõ uenit ad lucem, & neceſſe eſt ut qui lumẽ oderit eum tenebræ conſequãtur: Dies erit nebulæ & turbinis: ueniet enim ſuper eum tẽpeſtas domini: & clãgor tubæ quam Apoſtolus ſignificat, dicẽs:
1.Cor.15.g In nouiſſima tuba. Erit enim dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, quas ſibi in multitudine peccatorum cum Cain ædificauerant: Et ſuper angulos excel

HEB. tis: dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ: dies calamitatis & miſeriæ: dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Et tribũlabo homines, & ambulabũt ut cæci: quia dño peccauerũt, & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorũ ſicut ſter-

SEP. tis: dies iræ, dies illa, dies tribulationis & neceſſitatis: dies miſeriæ & perditiõis: dies tenebrarũ & turbinis: dies nebulæ & caliginis: dies tubæ & clamoris: ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Et tribulabo homines & ambulabũt ut cæci: quia dño peccauerũt: & effundet ſanguinem eorũ ſicut puluerem, & carnes eorum ſicut ſter-

ſos, opera peruerſa & à recta uia dñi declinantia. Vnde C
& à ſaluatore arguuntur ὑποκρίται phariſæi qđ ado- Matt. 6.a
rent in angulis platearum. Via enim recta & tendẽs ad paradiſum arta & anguſta eſt quæ ducit ad uitam. Via ibidem 7.b
autem fracta habens angulos & tortuoſa, lata & ſpacioſa eſt quæ ducit ad mortẽ. Simulq; inter uerba ſeueritatis domini cerne clementiam: quod propterea amara ſit dies, & dies iræ dies tribulatiõis, & dies tubæ & clãgoris: ut ciuitates male munitæ & peruerſi anguli deſtruantur. a ¶ *Et tribulabo homines & ambulabunt, etc.* ] Nõ eſt difficile iuxta priorem ſenſum hæc fuiſſe perpeſſam dicere Hieruſalẽ, quę propter crucem domini ſuſtinuit: receſſit enim ab ea uiſitatio dñi, & tribulati ſunt omnes homines in tota Iudæa, & propter magnitudinẽ preſſuræ ambulauerunt ut cęci, quid agerent ignorantes. Et hæc paſſi ſunt, quia domino, id eſt, dei filio peccauerũt. Nam quia fuderunt ſanguinẽ prophetarũ & ſanguinẽ Chriſti, fuſus eſt ſanguis eorum ſicut humus in tota regione, & corpora eorum remanſerunt inſepulta ſicut ſtercora ſuper faciem terræ. Diuites D
quoq; eorum qui argentũ & aurũ iniquitate nimia cõgregauerunt: opibus ſuis de die iræ domini nõ potuerunt liberari: Ignis enim zeli domini ſuccenſus aduerſus eos, deuorauit omnẽ prouinciam. Nec grande fuit tẽpus in medio. Nam poſt quadraginta & duos annos dominicæ crucis circũdata eſt ab exercitu Hieruſalẽ, & cõſummatio illius facta eſt cũ feſtinatione, & nõ ſolum illius, ſed cunctis terræ Iudææ habitatoribus. In cõſummatione aũt uel mundi uel uniuſcuiuſq; tribulabũtur omnes homines: qui homines permanſerunt & mortui ſunt quaſi homines. Et ambulabunt ut cæci: quia lumen perdidere uirtutum, & locum pœnitentiæ non habebunt, & hæc patientur quia domino peccauerunt. Si enim dñs iuſtitia eſt, ueritas, ſanctitas, cæteræq; uirtutes, quiſquis iniuſte fecit & mẽtitus eſt, & ſcorta uitiaq; ſectatus eſt, dño peccauit. Sed quod ſequitur. Et effundetur ſanguis eorũ ſicut humus, & corpora eorũ ſicut ſtercora boum: Videtur abſurdum ut in reſurrectione mortuorũ, & in cõſummatione mundi atq; iudicio, dicamus effundi ſanguinẽ & corpora iacere quaſi ſtercora. Igitur illud quod ad Noe dicitur: Et ſanguinem ani- Gen. 9.a
marum ueſtrarum requiram de manu omnium beſtiarum, & de manu hominis & de manu fratris requiram animam hominis: qui effuderit ſanguinem hominis, pro ſanguine eius effundetur ſanguis illius: Et in reſurrectione credere ridiculum eſt: & in uita hac ſtare non poteſt. Quanti enim effuderunt ſanguinem, & ſanguis eorum effuſus non eſt? & alij occiderunt hominem ueneno uel ſuſpendio, & tamen cum homo mortuus ſit, non eſt ſanguis effuſus? Quomodo ergo dominus eſt effuſurus ſanguinem eorum in talionem: cum ille qui occidit ſanguinem non effuderit? Sanguis igitur hominis, ζωτικόν, id eſt uitale quo uegetatur & ſuſtentatur & uiuit, debet intelligi: quod qui effuderit, ſiue per ſcandalum ſiue peruerſitate doctrinæ, in die iudicij effundetur ab eo: id eſt quod ſibi uidebatur habere uitale, cogetur amittere. Iuxta huiuſcemodi ſanguinem,

&



A & caro intelligitur: de qua & Eſaias ait: Omnis caro fœ- Eſa.40.b
num. Et in Geneſi dominus: Non permanebit ſpiritus Gen.6.a
meus in hominibus iſtis quia caro ſunt. Et Apoſtolus 1.Cor.15.f
de utroq;: Caro & ſanguis regnũ dei poſſidere nõ poterunt: neq; corruptio incorruptionẽ dei hæreditabit. In die ergo conſummationis, uel generalis uel ſpecialis, omnis ſanguis qui effuſus eſt clamabit ad dñm & apparebit in medio, & opera ſanguinis atq; terrena, ſicut puluis iacebũt & ſtercora, & argentũ & aurũ diuites de die iræ non poterunt liberare: audiẽte eo qui moritur: Stulte hac nocte tollet̃ anima tua à te: quæ autem paraſti
Luc.12.c cuius erunt? Nõ qđ negemus aurũ & argentũ diuites liberare de morte, redẽptio enim uiri animę, propriæ diuitiæ: ſed qđ eo tẽpore liberare nõ poſſunt, quãdo diuitias neceſſitate dimit-
Prou.13.b tũt. Omnis enim terra & uniuerſa quę terrena ſunt, zelo domini deuorabuntur. Et quod ait, zelo: intellige adhuc amantẽ dominũ. Niſi e-
B nim amaret humanã animã, nunq; zelaretur eam, & in ſimilitudinẽ mariti, peccatũ ulciſceretur uxoris: qui ſi nõ amaret, nec de adulterio eius iraſceret̃. Et hoc faciet dominus cũ feſtinatione cunctis habitãtibus terrã, his
Pſal.38.c qui ſe penitus terræ dederũt, & nõ fuerũt aduenæ & pe-
Ibid.119.b regrini: ſicut iuſtus qui loquit̃: Aduena ſum ego in terra, & peregrinus ſicut oẽs patres mei. Et rurſum alibi nolẽs diutius in tabernaculo carnis habitare, lachrymabili uoce teſtat̃, dicens: Heu mihi quia peregrinatio
Rom.7.d mea prolongata eſt: Etenim qui ſumus in tabernaculo corporis huius ingemiſcimus cõquerentes: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

HEBR. ſtercora: ſed & argentũ eorũ & aurũ nõ poterit liberare eos in die iræ domini, & in igne zeli eius deuorabitur omnis terra: quia cõſummationẽ cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

Cap. II

CONuenite congregamini gens nõ amabilis: priuſquam pariat iuſsio quaſi puluerẽ tranſeũtem diem: antequàm ueniat ſuper uos ira furoris domini, antequàm ueniat ſuper uos ira indignationis dñi. Quærite dominũ oẽs manſueti terræ: qui iudiciũ eius eſtis operati: quærite iuſtũ, quærite

SEP. ſtercus boũ, & argentum eorũ & aurum eorũ non poterit eruere eos in die iræ dñi: & in igne zeli eius conſumetur omnis terra: conſummationẽ enim & feſtinationẽ faciet ſuper omnes habitantes terram.

Cap. II.

COngregamini & colligamini gens inerudita: antequàm ſitis ſicut flos pertranſiens diem: antequàm ueniat ira domini ſuper uos: antequàm ſuper uos irruat dies iræ furoris domini. Quærite dominum omnes humiles terræ: iudicium operamini, & iuſtitiam quærite: &

CAPVT II.

COnuenite, congregamini gens non amabilis, etc.* ] Poſt deſcriptionem malorum quæ in die uentura ſunt domini: ſecundũ duplicem captiuitatis expoſitionem quam ſupra diximus: populus ad pœnitentiã prouocatur, & dicitur ei: Conuenite & congregamini:
Gal.3.c ſiue ut in Lxx. ſcriptum eſt, colligamini, id eſt eſtote uobis (iuxta Apoſtolum) charitatis uinculo copulati: gẽs
Deut.32.a non amabilis quę amore dei indigna es: ſiue gens ine-
Hiere.13.f rudita: de qua dicitur in Deuteronomio: Populus ſtultus & non ſapiens. Et in Hieremia: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros: diſciplinã nõ recepiſtis: anteq; fiat quod prophetatum eſt: antequàm præceptum ſequatur effectus: quod ita facile ueniet quaſi puluis pertranſiẽs: antequàm ſuper uos furor domini compleatur. Simulq; cerne clementiam, ſuffecerat prudentibus malorũ uenientium impetum deſcripſiſſe: uerum quia nõ uult inferre ſupplicia, ſed tantum terrere paſſuros: ipſe ad pœnitentiam prouocat, ne faciat quod minatus eſt. Generaliter autem tota multitudo credentiũ & eorũ qui dei populus nuncupatur in eccleſiam congregatur & dicitur ei: Conuenite in eccleſiam, ſociamini uobis charita

te & pace, ô gens inerudita quæ non uis dei recipere di- C
ſciplinam, nec habere ſcientiam mandatorum eius: ſed diuitijs & corporis ſanitate & pulchritudine huius ſeculi carnis quoq; uoluptatibus delectaris: quæ tranſit quaſi flos qui in una marceſcit die. Propterea autẽ dico uobis conuenite, ſo- Luc.10.c
ciamini: ne cum iudicij tempus uenerit, & omnis gloria ueſtra tranſierit: tunc uelitis agere pœnitentiam, quando locus nõ erit pœnitẽtiæ ſed pœnarum. Quærat aliquis, quomodo hoc ipſum ſuper unoquoque migrante de ſeculo poſſit intelligi. Dicit ergo ad ſingulos: ô tu qui ſeculi negocijs occupatus, per diuerſa diſcurris, reuertere in ſanctorũ eccleſiam: & iunge te eorũ uitæ & cœtui quos uides placere deo, & diſſoluta mẽbra animæ tuæ nec ſibi cohærentia in unam ſapiẽtiæ coge compagem, & illius hære complexui, & audi myſtice: Cõfortamini manus diſſolutæ, & genua D
debilia ſolidamini: Nec glorieris in bonis carnis & eius flore qui præterit. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni: Aruit fœnum, & flos decidit: uerbum autem domini manet in æternum. Poſſumus hoc capitulo uti pro tempore, ſi quando uiderimus aliquem honoribus ſeculi & congregandis diuitijs occupatum, ad eccleſiam uel raro uel nunquàm uenire, & dicere ad eum: congregare & coniungere populo dei qui domini præcepta non audis, antequàm gloria tua pertranſeat, antequàm dies tibi furoris domini adueniat. b ¶ *Quærite dominum omnes manſueti terræ qui iudicium eius eſtis operati: quærite iuſtum: quærite, etc.* ] Humilis terræ appellatur qui non humilitate quæ uirtutem ſonat, ſed peccatis humiliatus eſt, nec poteſt cum Chriſto dicere: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis cor- Matt.11.b
de. Omnis enim qui ſe humiliat exaltabitur. Et in alio loco ſermo ad ſanctum dirigitur: quanto maior fue- Eccl.3.c
ris, tanto magis humilia teipſum, & coram deo inuenies gratiam. Qui autem peccatis humiliatus eſt, & aggrauatus eſt conſcientia delictorum, ac loquitur: Sicut Pſal.37.a
onus graue grauatæ ſunt ſuper me, iſte debet audire: Matt.11.d
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & reficiam uos. Hoc dictum ſit in principio ſecundum Septuaginta interpretes. Cæterum iuxta Hebraicum alter ſenſus eſt. Dicitur enim ad ſanctos: O uos qui mea præcepta cuſtoditis: qui in terra poſiti, & ſcientes quoniam omnis qui ſe humiliat exaltabitur: imitati eſtis manſuetudinem meam, & iudicium eſtis operati: quærite dominum in manſuetudine ueſtra. Et ſi uultis ſcire, quis iſte ſit dominus: quærite iuſtum, quærite manſuetum: Pater enim omne iudici- Ioan.5.d
um dedit filio: qui iudicaturus eſt. Et quia manſueti eſtis: propterea quærite manſuetum, ut quicquid in ueſtra manſuetudine minus eſt, ab eo qui fons eſt manſuetudinis impleatur. Hoc autem dico uobis: ſi

quo-

Universidad de Deusto Biblioteca

A quomodo abſcõdamini in die furoris domini, hoc eſt
ſi forte poſſitis ex eo, quod quæſiſtis dñm & iuſtitiam
eſtis operati, iram dei uitare uenientis, & effugere capti
uitatem, quæ uel à Nabuchodonoſor uel à Romanis in
ferenda eſt populo Iudæorũ. Si aũt de his dubitat qui
eius iudicia fecit di/
cẽs: Si quomodo ab-
ſcondamini in die fu
roris dñi: quid fiet de
peccatoribus? Tanta
enim uaſtitas Iudææ
terræ ueniet, & tã ſub
limis uictor huc Ba/
bylonius aſcendet ex
ercitus, ut etiam potẽ
tiſſimas urbes Phili/
ſtinorũ quæ ſemper
uobis æquo certami
ne reſtiterunt, eadem
captiuitas apprehen
dat. Gaza enĩ deſtru/
cta erit, & Aſcalõ in ſo
litudinem redigetur,
& Azotum non fur/
to ſed bello, id eſt ma
nifeſta luce atq; uicto
ria in captiuitatẽ tra/
hent, & Accaron quę
interpretatur eradica
tio, hoc ſuſtinebit, ꝙ
in ſuo uocabulo ſo/
nat, id eſt eradicabit.
Hoc iuxta literam &
Hebraicam ueritatem. Iuxta LXX. autem præcipitur hu
B milibus terræ, de quibus ſupra dictũ eſt, ut operent̃ iu
dicium, & quærant iuſtitiã: quã nõ puto aliam eſſe præ
ter Chriſtũ. Et quia omnis qui quærit inueniet, id qđ
Eccl. 20. d inuenerint alijs reſpondeant, hoc eſt alios doceant. Sa
pientia enim abſcondita & theſaurus non cõparens,
quæ utilitas in ambobus? Et hoc, inquit, præcipio uo/
bis, ut in die iræ domini protegamini: uel in cõſumma
tione mundi, uel in exitu uniuſcuiuſq; de ſeculo. Gaza
enim & Aſcalon & Azotus & Accarõ diuerſa ſupplicia
עזה ſuſtinebunt: Gaza enim interpretat̃ fortitudo eius. O/
mnes ergo qui ſibi applaudũt in fortitudine corporis
& potẽtia ſeculari, & dicũt cum diabolo: fortitudinem
אשקלון faciam: diripientur in die iræ domini, & ad nihilũ redi
gentur. Aſcalon quoq; quæ dicitur ponderata uel ignis
homicida, cum uenerit dies iræ domini, ſceleris ſui mẽ
ſuram ſentiet, & eodem quo operata eſt pondere depri
metur. Et quia arſit ad effundendũ ſanguinem, & mul/
Pſal. 54. b tas ſcandalizauit animas, & impletũ eſt in ea: Virũ ſan/
guinum & doloſum abominabit̃ dñs: non diripietur
ut Gaza, ſed in ſolitudinem redacta, gehennæ ignibus
uſq; ad puluerẽ cremabitur. Nec nõ & Azotus quæ He
braice dicitur אשדוד & in lingua noſtra ſonat, ignis ge
nerationis, clara luce uaſtabitur. Arſit enim libidine &
generationis incẽdio debacchata eſt. Et quia oẽs adul/
terantes quaſi clibanus corda eorũ, & ſagittis ardenti/
bus uulnerati ſunt: nõ in tenebris, non in occulto iudi
cio: ſed in meridie, hoc eſt quando ſancti plenã recipiẽt
claritatem proijcientur in tenebras, & ſanctorũ conſor
tium nõ habebunt. Sed Accarõ quæ interpretatur ſteri
עקרון litas uel eradicatio: quia nullos fructus habuit, & per/
uerſitate doctrinæ ſuæ eradicauit plurimos: ipſa quoq;
eradicabitur. Has aũt omnes uarietates intellige in ani
marum uitijs atq; peccatis, & quia uniuſcuiuſq; opus
quale ſit, in die iudicij ignis probabit. a ¶ *Væ qui ha-
bitatis funiculum maris gens perditorum, etc.* ] Quantum ad hi

HEB. quærite manſuetũ,
ſi quomodo abſcondami-
ni in die furoris dñi. Quia
Gaza deſtructa erit, & A-
ſcalon in deſertum: Azotũ
in meridie eijcient & Acca
ron eradicabitur. Væ qũi
habitatis funiculum maris
gens perditorum: uerbum
domini ſuper uos Cha-
naan terra Philiſtinorum,
et diſperdam te ita ut nõ ſit
habitator. Et erit funiculus
maris requies paſtorũ, &
caulæ pecorum: & erit funi
culus eius qui remanſerit
de domo Iuda: ibi paſcen-
tur: in domibus Aſcalonis
ad ueſperam requieſcent:
quia

SEPTVAG. & reſponde
te ea, ut protegamini in die
iræ domini: quia Gaza di-
repta erit, & Aſcalon in de
ſertũ: & Azotus in meridie
proijcietur, & Accarõ era-
dicabitur. Væ qui habitatis
funiculum maris aduenæ
Cretenſium: uerbum do-
mini ſuper uos Chanaan
terra Allophylorũ, & per-
dã uos de habitatione. Et e-
rit creata paſcua gregũ, &
ouile pecorũ, & erit funicu
lus maris his q reliqui ſunt
de domo Iuda: ſuper ipſos
paſcẽtur in domibus Aſca-
lonis: poſt meridiẽ diuertẽt
÷ à facie filiorũ Iuda ∴
quia

ſtoriam, non eſt difficile interpretari: quia in ſuperiori C
bus dixerat: Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertũ:
Azotum in meridie deijcient & Accaron eradicabitur.
Quatuor magnis Palæſtinæ urbibus nominatis nunc
ad ipſam generaliter prouinciam patet ſermonẽ domi
ni fieri & prædici ei:
Væ qui habitatis fu/
niculũ maris, Babylo
nio ueniente: quia &
ipſi qui iuxta mare
habitant perient atq;
tollentur. Quod autẽ
terra Palæſtinorũ ter
ra ſit Chanaan: nulli
dubium eſt. Et diſper
dam te inquit, ita ut
nullus ſit habitator,
& in tantã uenies ua
ſtitatem, quæ lætaba
ris in euerſiõe Iudęę,
ut omnes tuæ urbes
munitiſſimæ in oui/
lia ſint paſtorum. Et
poſtquam dominus
uiſitauerit populum
ſuum, & fecerit eos re
gredi ſub Zorobabel
& Ieſu: & ædificaue/
rint templũ, & extru
xerint Hieruſalem: tu
ita inculta eris & ſic
uepribus urticiſq; o-
perieris, ut paſtores
de reliquijs Iudæorum in Aſcalone poſt meridiem re/
quieſcant, & in urbe quondam nobili greges ſuos fa/ D
ciant accubare: & hoc fiet, quia dominus uiſitabit ple/
bem ſuam, & auertet captiuitatem eius, quod factũ nec
ne ſit, deus uiderit. Neq; enim nunc nobis propoſitum
eſt hiſtoriæ texere ueritatẽ: ſed ea intimare noſtris, quæ
accepimus ab Hebræis. Iuxta ſpiritualem autẽ ſenſum
& tranſlationem LXX. difficilis intelligentia eſt, maxi/
me quia in interpretatione diſcordant. Vbi enim nos
tranſtulimus, gens perditorum: illi dixerunt πάροικοι
κρητῶν, id eſt aduenæ Cretenſiũ, & quod Hebraice ſcri
ptum eſt גוי כרתים Pro גוי id eſt, gente: legerũt גר hoc
eſt, aduenam: & pro כרתים quod dicitur, perditorem,
nomen Cretæ inſulæ putauerunt. Deniq; & Aquila &
quinta ęditio interpretati ſunt, γένος ὀλέθριον: Et Theo
dotio γένος ὀλεθρίας: Symmachus quoq; γένος ὀλε/
θρευόμενον, quæ omnia cum interpretatione noſtra fa
ciunt. Rurſum ubi nos diximus: Et erit funiculus ma/
ris requies paſtorum, & omnes interpretes huic trans
lationi congruerunt: ſcribitur in LXX. καὶ ἔσται κρήτη νο
μὴ ποιμνίων, καὶ μάνδρα προβάτων, id eſt, & erit Creta
paſcua gregis & ouile pecorum. Igitur ſpiritualibus ſpi
ritualia comparantes, & uulgatæ æditionis cœptam ſe/
mel tenentes ſemitam quærimus an alibi in ſcripturis
ſanctis nomẽ Cretæ legerimus. Et ni fallor, illud in prõ
ptu eſt: Cretenſes ſemper mendaces: malæ beſtiæ, uen/ Tit. 1. c
tres pigri: teſtimoniũ hoc uerum eſt. Qui fluctuãt & cir
cunferuntur omni uento doctrinæ in deceptione ho/
minum, in uerſutia erroris: iſti cum debuerint in terra
confeſſionis, hoc eſt, in terra habitare Iudææ: uoluerũt
magis aduenæ eſſe Cretenſium: qui diuerſis maris flu/
ctibus hinc inde tunduntur, & ſonant ære Corybanti/
co, & ſunt iuxta Apoſtolum quaſi cymbalum tinniẽs. 1. Cor. 13. a
Et quia aduenæ ſunt Cretenſium: ideo ſermo dei, hoc
eſt, comminatio fit ad illos. Et dicuntur terra Chanaan
ſemper in fluctu, ſemper in motu, & terra Allophylo/
ru m:



A rum: alieni enim à deo, in funiculo maris & in Cretæ re
gione uerſantur. Fit itaq; ad eos ſermo dei uel in con/
ſummatione & fine mundi, uel quotidie per eccleſiaſti
2. Cor. 13. a cos uiros, & qui poſſunt cum Apoſtolo dicere: An ex/
perimẽtum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus:
ut eijciantur de Cre/
ta, & perdãtur de pri
ſtinis habitatiõibus
ſuis, & illa regio quæ
prius gregem perdi/
tum continebat, inci
piat eſſe ouile peco/
rũ Chriſti: & Iudas,
id eſt uera confeſſio,
habitet in funiculis
maris. Cũq; iam cœ/
perit eſſe mundus ad
ueſperam, & de mul/
tis uocatis pauci electi, qui nunc reliqui uocãtur de do
mo Iuda, pauerint eos qui primum in mari, & in Cre/
ta, & in mendacio paſcebantur: declinabunt in domi/
bus Aſcalonis, id eſt ubi prius ignis diaboli & interfe/
ctorum manabat cruor: Aſcalon enim interpretatur ig
nis homicida. Et hoc fiet: quia uiſitabit dominus popu
lum ſuum, & hi qui ante facile capiebantur ſophiſmati
bus hæreticorum, quaſi de captiuitate uenientes, uin/
cent aduerſarios ſuos, & habitabũt in tabernaculis eo
rum. Quod autem legitur in Septuaginta, A facie filio
rum Iuda, obelo prænotauimus: nec in Hebræo enim,
nec apud ullum fertur interpretum, & contextum capi
tuli ſenſumq; conturbat: non quod difficile fuerit quo
modocunq; & hoc poſito ſententiam texere, ſed ſemel
decreuimus ueritatem interpretationis, & lectoris ma
gis eruditi, quàm uulgi iudicium ſequi. a ¶ *Audiui op
B probrium Moab & blaſphemias filiorum, etc.* ] Quod excepto
Dan. 7. f Daniele propheta qui quatuor regnorum ſæpius cer/
nit uiſiones, & eorum differentias ſub alijs atq; alijs i/
maginibus exponit, Eſaias, Hieremias, Ezechiel faciũt,
ut poſt uiſionem Iudæ aduerſum cæteras natiões, quæ
in circumitu eius ſunt, uertant uaticiniũ, & iuxta ἰδιώ/
ματα ſingularum, quæ eis uentura ſunt nuncient, atq;
in deſcriptione earum diutius immorentur: hoc nunc
propheta Sophonias quanquàm breuiter, eodem ta/
men ordine facit. Poſt Philiſtijm enim contra quos ſu
pra comminatio præcurrit, Gaza, inquit, deſtructa e/
rit: & Aſcalon in deſertum, Azotum in meridie eijciẽt:
& Accaron eradicabitur. Nunc aduerſus Moab & fili/
os Ammon: ſiue ut in Septuaginta additum eſt, contra
Eſa. 17. a Damaſcum, quæ in Eſaia dicitur Aram, texitur prophe
tia, eo quod præbentes auxilia Nabuchodonoſor, ua/
ſtauerint Iudam: conculcauerint ſanctuariũ eius: tem/
plum quoq; ſubuerterint: & ſubiugato populo Iſrael
dominum blaſphemauerint. Nabuchodonoſor quip
pe atq; Chaldæi Iudæorum urbibus ſubrutis cæteras
gentes oppreſſerunt: & ita factum eſt, ut qui inſultaue/
rant populo dei, ipſi quoq; eadem malorum anguſtia
premerentur: & haberent conſeruum Iudam, quẽ pu/
tauerunt ſe habere ſubiectum. Igitur antequàm ueniat
captiuitas ſub Ioſia adhuc rege, nec dum Hieroſoly/
mis temploq; ſubuerſis, dirigitur aduerſum inſultan/
tes prophetia: ut mala quondam populi dei, cætera/
rum gentium leuarentur malis. Audiui, inquit, oppro
brium Moab, quæ nunc Areopolis appellatur, & bla/
ſphemias filiorum Ammon, quæ & ipſa urbs Arabiæ
ſecunda poſt Boſram Philadelphia dicitur: in quibus
exprobrauerunt populo meo, & eiectis Iudæis, dilata/
uerunt in terra eorum fines ſuos. Propterea quia bla/
ſphemauerunt me & exprobauerũt populo meo: Ego
dominus exercituum qui poſſum implere quod com

HEBR. quia uiſitabit eos
dñs deus eorum, et auertet
captiuitatẽ eorum. Audiui
opprobriũ Moab & bla-
ſphemias filiorum Am-
mon, quæ exprobauerunt
populo meo, & magnifica
ti ſunt ſup terminos eorũ.
Pro/

SEP. quia uiſitabit eos dñs
deus eorũ, & auertet capti-
uitatem eorũ. Audiui op-
probrium Moab, & cõtu-
melias filiorũ Ammon: in
quibus exprobrauerũt po-
pulo meo, & magnificati
ſunt ſuper terminos meos.
Pro/

minor, & deus Iſrael qui in populo meo ipſe patior in C
iuriam, faciam ut ſit Moab quaſi Sodoma, & filij Am/
mon quaſi Gomorra. Legamus huiuſcemodi uiſio/
nes in Eſaia & Hieremia, & eadem quæ nunc hic legi/
mus, reperiemus. Siccitas ſpinarum & acerui ſalis, &
deſertum uſque in æ-
ternum: pro quo ne/
ſcio quid ſibi uolen/
tes Septuaginta Da/
maſcum euulſam &
derelictam interpre/
tati ſunt: niſi fallor,
uerbi ambiguitate de
cepti: ſiccitas enim
quod Hebraice dici/
tur ממשק excepta
prima litera מ ſi mu
tetur & ד accipiatur,
eaſdem literas reliquas habet quas & Damaſcus, & po
teſt legi pro ſuperiori uerbo דמשק. Quæritur autem
quomodo iſtæ urbes, hoc eſt Moab & filij Ammon re/
dactæ ſint in Sodomam & Gomorram, & quaſi ſpina-
rum ariditas & acerui ſalis, uſque in æternum non ædi
ficentur. Et quod quidem uaſtatæ ſint quaſi Sodoma
& Gomorra, exponendi nulla eſt difficultas. Verum
hoc quod ſequitur: Deſertæ erunt uſque in æternum:
aut deſtructionem regni earum interpretabimur: quia
poſtea ſubuerſæ à Chaldæis, regnum ſuum perdide/
runt, & deinceps uel ab Antiochis, uel à Ptolomæis
tentæ, nouiſſime Romano imperio colla ſubmiſerint.
Aut certe ὑπερβολικῶς dici accipiẽdum eſt עולם quip
pe & æternitatem ſonat & ſęculum: ex quo & pro uno
ſeculo, & pro aliquanto tempore, & una ætate accipi D
poteſt. Et qui reliqui fuerint de populo Iſrael, uaſta/
bunt eos, & blaſphemantia quondam Chaldæorum
auxilia poſſidebunt. Hoc autem eueniet eis pro ſuper-
bia eorum, quia blaſphemauerunt, & magnificati ſunt
contra populum domini exercituũ: qui dominus ex/
ercituum erit horribilis ſuper eos, & horror eius non
interficiet ſuperbos: non blaſphemantium ſanguinem
fundet, ſed diſperdet & attenuabit omnia idola eorũ,
ut qui prius tenebant̃ errore, & domini beneficia non
ſentiebant: malorum neceſſitate preſſi, ſciant idola ni/
hil prodeſſe, & adorẽt eum unuſquiſq; de loco ſuo om
nes inſulæ gentium. Hucuſq; iuxta Hebraicum. Nunc
ad LXX. interpretes reuertamur: cogamuſq; Iudæos
qui tantum ſequuntur hiſtoriã exponere nobis: Quã/
do Moab & filij Ammon facti ſunt quaſi Sodoma &
Gomorra: & quaſi acerui ſalis, & deſertæ uſq; in æter/
num: debent mõſtrare ſulphureas pluuias, uineas, ter
ram in cineres fauillamq; cõuerſam: mare ſupra de pu
teis quondam ſalis, quod nunc mortuum dicitur, in/
undaſſe: quando eos diripuerint Iudæi, quando reſi/
duæ gentes Iſraeliticæ poſſederint eos. Aut quæ indig/
natio domini eſt pro blaſphemia & contumelijs atte/
nuare & diſperdere eos: non Moab & Ammon, ſed uni
uerſam terram, ut adorent eum ſinguli de loco ſuo, om
nes inſulę gentium? quod magis pro beneficio tribuet
blaſphemãtibus, ut ab errore redeant ad ſalutẽ. Quod
ſi uoluerint dicere poſt regreſſionem de Babylone has
gentes populo Iſrael fuiſſe ſubiectas: primum autorita
tem poſtulabimus ſcripturarum unde hoc factum pro
bent: deinde cum minime potuerint demonſtrare, cõ/
cedemus eis ex ſuperfluo, atq; dicemus: Eſto accidiſſe
quod dicitis, quæ iuſtitia dei eſſet blaſphemaſſe auos,
& exprobraſſe atauos, & poſtea nepotibus redditum?
Cum utique illa ſententia qua antea dicebatur in lege,
peccata patrum in filios in tertia & in quarta genera/
tione reſtitui, per Ezechiel ſoluta ſit: Viuo ego dicit do/
minus:

Universidad de Deusto Biblioteca

A minus: nequaquàm dicetur hæc parabola, ſed anima
Exod. 20.a quæ peccauerit, ipſa morietur. Et ſimul animaduerte
Ezech. 18.a parabolam eſſe quod dictum eſt: nec id ſonare quod in ſuperficie literæ proferunt. Quod ſi iniuſtum eſt nepotibus reddere quod deliquerint aui: quanto iniuſtius pro ſtultitia Iudæorum hoc ipſum ſperare in cõſummatione mundi fieri, quando non Chriſtus eorum, ut putant, ſed eſt uenturus antichriſtus. Sicubi enim artati fuerint in hiſtoria, ut doceant cõpletum eſſe quod dictum eſt, ſtatim tranſiliunt ad futura Chriſti tempora, & omnia quæ non poſſunt exponere, poſt multa ſecula ſibi repromittunt & dicunt: & Moab, & filios Ammon, & Aegyptum, & Philiſtim, & Idumæam, quæ nũc inſultant Iudæis, eo tẽpore puniendas. Interrogemus ergo eos, quare has potiſſimũ gẽtes deus puniat, & nõ totum orbem in quo Iudæi longe lateq; diſperſi ſunt. Si enim meretur Moab corripi, Iudæis inſultans, & filij Ammon & reliquæ gentes in circumitu: quare Gallia non corripitur? quare Britannias in cõminatione non ponit? cur Hiſpaniæ ab ea pœna alienæ ſunt? q̃ ob cauſam de Italia nihil dicitur? de Aphrica cur tacetur? Et ut ſemel dicam, cum totus orbis Iudæos captiuos teneat: quid ſolæ gentes tantum cõmiſere flagitij, quæ in circuitu eius ſunt, ut ſolæ potiſſimũ nominentur? Hæc cõtra Iudæos & generalẽ in omnibus prophetis ubicunque aduerſum gentes aliqua prophetia dicitur explanationẽ. Nunc quod ſupra diximus, Damaſcũ Hebraice non haberi: nec apud quẽquam alium interpretem etiam ex ipſo ſcripturæ ordine comprobabimus. Ad id enim quod dixerat: Audiui opprobriũ Moab & blaſphemias filiorum Ammon, poſtea retulit: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammõ quaſi Gomorra. Quod ergo ſequit̃: Et Damaſcus deſerta, quaſi aceruus areæ: debuerat & de Damaſco aliquid præmiſiſſe: ut quomo
B do de duabus gentibus dixerat: Moab ut Sodoma erit & filij Ammon ut Gomorra: quarum peccata ante iam dixerat: ſic & Damaſci uel opprobria, uel blaſphemias deſcripſiſſet, ut poſtea digne ſuppliciũ uideretur inferre. Sed & hoc ipſum quod dicitur: Quaſi aceruus areę, quod Græce dicit̃ ὡς θημωνία ἅλωνος, putamus Lxx. ἅλος interpretatos, id eſt ſalis: ſed ab imperitis qui θημωνίαν, hoc eſt aceruum frumenti uel frugum putauerunt, pro ἅλος additis duabus literis ω & ν, quaſi ad cõſequentiam frugũ ἅλωνος, hoc eſt, areæ poſitũ. Hoc de interpretationis uarietate & errore ſit dictũ, & de difficultate hiſtoriæ. Qui autem doctus uir eſt: & ſpiritualibus ſpiritualia comparat: & non quærit quæ deorſum ſunt, ſed ea quæ ſurſum, & cum Chriſto reſurgit ab inferis, & ueterẽ hominem deponens induitur nouo: & opprobria Moab, & blaſphemias filiorũ Ammon ad magiſtros contrariorũ eccleſiæ dogmatũ refert: qui & ipſi uidentur de genere eſſe Abraham, & effugiſſe incẽdium Sodomæ & Gomorræ, & habitare in Segor paruam. Sed quia generatio eorum in tenebris eſt, & lumen ueritatis nõ poſſunt aſpicere: declinauerũt enim à deo patre, quod interpretat̃ ex nominibus Lot & Moab: & dei eſſe filij ceſſauerunt, quod dicitur populus meus: & in tenebroſa ſpelunca cõcepti de inceſtis nuptijs ſubſtiterunt: propterea uſq; hodie ſimplicitati filiorum Iudæ inſultantes, magnificare cupiunt ſuper terminos eius poſſeſſionem ſuam, de quibus in prouerbijs dici-
Prou. 25.d tur. Non transferas terminos ſempiternos quos poſuerunt patres tui. Vide hæreticos in dialectica ſibi & rhetorica & omnium ſophiſmatum dogmatibus applaudentes, contemnere eccleſiæ ruſticitatem, & quaſi indignam myſterijs ſuis, quæ ſibi quaſi idola confinxerũt deſpicere, & habere pro nihilo: & non quæres quæ ſint opprobria Moab & contumeliæ filiorum Ammon, in quibus exprobrauerunt populo dei. Iurauit itaq; dominus per ſemetipſum dicens: Viuo ego dicit domi- C
nus. Et pulchre ad diſtinctionem mortuorum deorũ, quæ appellantur idola, ſe uiuentem dicit deus Iſrael, hoc eſt, populi uidentis deum: quod blaſphemãtes hæ gentes, id eſt Moab & filij Ammon de quibus ſupra diximus, ſicut Sodoma & Gomorra erũt. Videntur quidem ſibi in eo quod gentiles non ſunt, exiſſe de Sodomis & Gomorris, ſed quia blaſphemant populum dei, & contra Iſrael faciunt, in Sodomam reputabuntur & Gomorram, & ita delebuntur ut illæ deletæ ſunt ante, nullum in ſe habentes ueſtigium uiroris & uitæ. Nec mirum ſi hoc de hæreticis intelligamus quod reputantur quaſi Sodoma & Gomorra, cum etiam ad eccleſiaſticos qui dei non obſeruauere mãdata, & egreſſi ſunt à præceptis eius, dicatur per Eſaiam Audite uerbũ do-
mini principes Sodomorum: & attendite in legem do- Eſa. 1.c
mini populus Gomorræ. Et ad presbyteros cupientes
ſub figura Suſannæ eccleſiæ corrumpere caſtitatem, di- Dan. 13.f
cat Daniel: Hoc eſt iudicium dei: ſemen Chanaan, & non Iuda. Et ut ſciatis quotieſcunque Sodoma & Gomorra & Aegyptus nominantur, non de his dici prouincijs, quas oculis cernimus: ſed de alijs ſpiritualibus quibus ſermo propheticus comminatur, legite in Apocalypſi Ioannis: Locus autem in quo dominus crucifixus eſt, uocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus. Si ergo Hieroſolyma in qua crucifixus eſt dominus, uocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus: quare non econtrario Aegyptus & Sodoma & Gomorra, ſi opera fecerunt Hieruſalem, & terræ Iudæ, in terram fortis do-
mini transferantur? Deniq; & Dauid non erat de ſacer- 1. Reg. 21.a
dotibus, nec licebat ei comedere panes propoſitionis: ſed quia per ſingula creſcebat opera, & perſecutio Saul uirtutum illius profectus erat, propterea in fuga ſua dũ neſcit, ſubito antiſtes efficitur, & accipit panes pro-
poſitionis, & non uiolat mandatum dei. Hoc totum di- D
ximus: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon ut
Gomorra. Damaſcus quoq; quæ interpretatur, ſangui- דמשק
nem bibens aut ſanguis ſacci, erit derelicta à dei miſeri-
cordia, quaſi aceruus ſalis. Quia enim princeps eius 2. Cor. 11.g
eſt rex Aretha, & Damaſceni Paulum occidere cupiũt, Act. 9.d
& per murum in ſporta dimittitur: non dicitur ad Damaſcũ: Vos eſtis ſal mundi: nec illud ſal uocatur, quod ſemper offertur in uictimis, ſed quod infatuatum eſt,
& de quo in euangelio ſcribitur: Si autem ſal infatua- Matt. 5.b
tum fuerit in quo ſalietur? ad nihilum eſt utile, neq; in terram, neq; in ſterquilinium, ſed foras proijciunt illud, ut ab hominibus conculcetur. Et Moab igitur, & Ammon, & Damaſcus: qui ſeſe aduerſus domini ſcientiam parauerunt & blaſphemauerunt populum dei: & dixerunt in eum plurimas contumelias, & uoluerunt dilatare terminos ſuos in terra eccleſiæ, & populũ dei poſſidere, deſertæ erunt & deſtructæ: & reliqui de populo dei, hoc eſt uiri eccleſiaſtici in ſcripturis dominicis eruditi eripient eos, & reſidui gẽtis dominicæ poſſidebunt eos, & hoc eis erit pro contumelia, qua exprobrauerunt & magnificati ſunt contra dominum omnipotentem. Vide clementiam, uide miſericordiam domini: contumeliam patitur, blaſphematur, diripiuntur termini eius, & ille quid facit? Mittit ad reliquias populi ſui, de quibus diximus: ut ſibi blaſphemantes diuidat, & in ſuam ducat poſſeſſionem. Multo enim ſtulto melius eſt ſeruire ſapienti, & fatuitatem eius domini ſapientia corrigi, quàm ſuæ eum ſtultitiæ derelinqui. Veniet itaq; dominus omnipotens, & manifeſtus erit ſuper eos: quem nunc neſciunt, quem ignorant: & diſperdet omnia dogmata: id eſt, deos eorum, & diuerſarum gentium idola: ut poſtquàm ſimulachra quæ de ſuo ſibi ſenſu compoſuerant euerſa fuerint, conuertantur gentes ad dominum, & unuſquiſq; in loco ſuo adoret



A adoret eum quem neſciebat ante. a ¶ *Sed & uos Aethiopes, etc.*] Iudæi totum hoc capitulum & duo ſuperiora contra Philiſtim & Moab & filios Ammon ad aduẽtum Chriſti referunt, quem putant in conſummatione mundi eſſe uenturum qui extruat Hieruſalem, & populum ſuum liberet de manu gentiũ qua tenentur, & hoc ſonare quod dicitur: Et adorabũt eum uiri de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Non ſolum autẽ ſuperiores gentes, ſed Aethiopes quoq; & Aſſyrios & Niniuen urbem Aſſyriorum eo tẽpore ponendam eſſe in ſolitudinem, & cubituras in ea omnes beſtias terræ: ſiue ut in Hebræo ſcriptum eſt: omnes beſtias gentiũ: ex quo ſignificari putant de cunctis nationibus, quæ euerſuræ ſunt Niniuẽ. Et quia Niniue ſpecioſa interpretatur, in præſenti loco ſpecioſam referunt ad Babylonem. Et omne quod ſequitur: Onocrotalus & heritius in liminibus
B eius morabunt̃: & cætera, Babyloni potius cõuenire, cuius & in Eſaia eadem ſolitudo prædicit̃. Et econtrario alij affirmant, manifeſte de Aſſyrio dici, de quo iã præceſſerit: Et extendet manũ ſuam ſuper aquilonem: & perdet Aſſur: & ponet Niniuen in ſolitudinem. Per Aſſyrios enim magis Niniuen intelligi, quàm Babylonem quæ ciuitas Chaldæorum eſt. Quod autem ait: Onocrotalum & heritiũ in cardinibus eius, & coruum in ſuperliminari: ſolitudinis eſſe indicia, & onocrotalorũ duo genera: aliud aquatile, aliud ſolitudinis. Et quod ait, uox cantantis in feneſtra: uel dæmones intelligi, uel uariarum uoces uolucrum, quę ſolent in deſertis urbibus cõmorari. Præterea qđ & nos & Lxx. ſimiliter tranſtulimus: Coruus in ſuperliminari: in Hebræo ponitur חרב quod ſecundum le-
ctionis diuerſitatẽ, uel ſiccitas, uel gladius, uel coruus C
accipitur. Vnde & Aquila gladium, alij ſiccitatẽ interpretati ſunt. Et poſt euerſionem quaſi inſultans ruinæ eius ſermo propheticus loquitur: Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans in cõfidentia, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me non eſt alia amplius: quomodo facta eſt in deſertũ cubile beſtiæ? Omnis qui tranſit per eam ſibilabit, & mouebit manum ſuam. Iuxta hoc autẽ quod ſupra diximus aut uere in deſerta urbe habitabũt beſtiæ: aut certe ſub beſtiarũ figura multarum nationum uarietas indicatur. Quod ſi quiſpiam quæſierit: quomodo iuxta hiſtoriã ad tẽpora Nabuchodonoſor hæc prophetia referatur: Aethiopibus etiam nuncupatis & Aſſyrijs, quibus Medi & Perſæ nihil fecerint: legat hiſtorias, & uidebit Aſſyrios quoque & Aethiopes Medis fuiſſe ſubiectos, & Cambiſis regnũ & Cyri po-
tẽtiam, & omnia quæ D
deinceps ſint ſecuta. Hæc Iudaice dicta ſint. Cæterum ſi notauerimus in omnibus ſcripturis Aethiopes eos appellari qui penitus in uitia ſunt demerſi, ſecundũ illud quod in Hiere. legimus: Si mutabit Aethiops pellem ſuam: Aethiopibus ad meliora conuerſis, ſpes erit: nullumq; qui uoluerit agere pœnitentiam, à ſalute alienũ fore. Vnde & prius anima polluta, & delictorum ſordibus in-
quinata dicit: Nigra Cant. 1.a
ſum. Et poſtea in fine cantici canticorũ, de eadẽ iam purgata & lota per pœnitẽtiam
ſcribitur: Quæ eſt iſta Ibid. 8.b
quæ aſcendit dealbata? Moyſes quoq;, id eſt, lex domini ſpiritualis, Aethiopiſſam de gentibus duxit uxorem: & Maria, id
eſt ſynagoga Iudæo- Exod. 2.d
rum: & Aaron, id eſt carnale ſacerdotium: & non ſecundum ordinẽ Melchiſedech: murmurat aduerſus legẽ,

HEBRAEI. Propterea uiuo ego, dicit dominus deus exercituum, deus Iſrael: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammõ quaſi Gomorra: ſiccitas ſpinarum & acerui ſalis & deſertum uſq; in æternum: reliquiæ populi mei diripiẽt eos: reſidui gẽtis meæ poſſidebunt illos. Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua: quia blaſphemauerunt & magnificati ſunt ſuper populum domini exercituũ. Horribilis dominus ſuper eos: & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum uiri de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Sed & uôs Aethiopes interfecti gladio meo eritis: & extendet manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur: & ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in inuium & quaſi deſertum. Et accubabunt in medio eius greges: omnes beſtiæ gentiũ, & onocrotalus, & heritius in liminibus eius morabũtur: uox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari: quoniam attenuabo robur eius. Hæc eſt ciuitas glorioſa, habitans in confidentia, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me nõ eſt alia amplius: quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eam ſibilabit, mouebit manum ſuam.

Væ

SEPTVAG. Propterea uiuo ego, dicit dominus uirtutum deus Iſrael: quia Moab ſicut Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorra, & Damaſcus derelicta quaſi aceruus areæ: & diſſipata uſque in ſempiternum: & qui reliqui fuerint de populo meo, diripient eos: & reſidui gentis meæ poſſidebunt eos: hoc erit eis pro contumelia ſua: quia exprobrauerunt & magnificati ſunt ſuper dominum omnipotẽtem: manifeſtus erit dominus ſuper eos, & diſperdet omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum ſinguli de loco ſuo omnes inſulæ gẽtium. Et uos Aethiopes uulnerati gladio meo eritis, & extendam manum meam ſuper aquilonẽ, & perdam Aſſyrium, & ponam Niniuen in ſolitudinem, & inaquoſam quaſi deſertũ. Et paſcẽtur in medio eius greges, & omnes beſtiæ terræ & chamæleontes & heritij in præſepibus eius cubabunt, & beſtiæ clamabunt in foueis ſuis, & corui in portis eius: quia cedrus altitudo eius: hæc eſt ciuitas malis dedita, quę habitat in ſpe, quæ dicit in corde ſuo: Ego ſum & nõ eſt poſt me amplius: quomodo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum: omnis qui tranſit per eam, ſibilabit & mouebit manus ſuas.

O illu-

A ſed fruſtra. Statim enim ſynagoga perfunditur lepra: & extra caſtra proiecta, completo tempore, ipſo orante Moyſe, in caſtra reducitur. Aethiopiæ enim manus iā præuenerat deum. Comminatur itaq; nunc ſermo diuinus his qui peccatis inhærētes, & obliti ſordibus delictorū nolunt ad meliora cōuerti: & tenebroſum colorem eluere, & comminatur eis gladiū, de quo puto ſcribi & in Geneſi: Statuit cherubim, & flammeū gladium qui uertitur ad cuſtodiendā uiā ligni uitæ. Et in Eſaia: Inducet gladiū magnum & ſanctum ſuper draconē colubrum tortuoſum, & interficiet eum in die illa: Et dicit eos uel uulnerandos uel interficiendos gladio: ut timētes pœnas imitentur Niniuen, & agant pœnitētiam: & non ſuſtineant quę dominus cōminatur. Quod quidē Hiere. 18.b & Hieremiæ prophetia ſonat: Loquar, inquit, ſuper gētem & ſuper regnū: & auferā & diſperdam eos: & ſi pœnitētiam egerint, & ego pœnitentiā agam de omnibus malis quæ locutus ſum ut facerem eis. Et ut ſciatis propterea nunc dominū comminari Aethiopibus gladiū, ut eos ad meliora conuertat: poſt paululum in hoc ip- Infra 3.b ſo libro de Aethiopibus infert: Vltra flumina Aethiopiæ inde ſupplices mei filij diſperſorū meorum deferēt munus mihi: Siue ut in. Lxx. habet: de finibus fluuiorum Aethiopiæ ſuſcipiā diſperſos meos & offerent hoſtias mihi. Poſt hæc nō loquitur dominus ut ſupra, ſed propheticus ſpiritus de eo: Et extendet manū ſuam ſu- Hier. 1.c per aquilonem, & perdet Aſſur. Aquilonē de quo Hieremias ſcripſit: Ab aquilone exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ. Et de quo Salomō commemorat: Aquilo durus uentus: nomine autem dexter uoca- Prou. 25.d tur. Propterea aūt extendit inferentem ſupplicia deus manū ſuam, ut & aquilo ſentiat pœnas: & hi qui in ter- Zach. 6.a ra eius ſunt, ad quam iuxta Zachariam pergūt equi nigri, de quibus dicitur: Erant equi nigri, ibant in terrā B aquilonis. Et pulchre qui mouerit pedes ſuos, & reces- Ibidem 6.c ſerit ab oriēte, de quo idem propheta ait: Ecce uir oriēs nomen eius: & ad occidentem reſpexerit, ſtatim pergit ad aquilonem qui nō eſt dexter, ſed nomine dexter uocatur. Quod quidē & corporaliter intelligitur: ut quicunq; in oriente ſteterit, & uerterit ſe, occidentem reſpiciens, ad dexteram habeat aquilonem: quē dextrū uocant qui flatu illius refrixerunt: qui tantū nomine dexter eſt: cæterū re & opere potius in ſiniſtra eſt. Poſtq̃ autem extenderit manū ſuam ſuper aquilonem dominus, perdet etiā Aſſur qui interpretatur εὐθύνων: quē multi putant dirigentē dici: ſed falſum eſt: εὐθύνων ēm coarguens dicitur, atq; conuincēs. Et qm̃ diabolus ipſe eſt inimicus & ultor, & ipſe peccata ſuggerit, & poſtea in peccatis coarguit peccatores: idcirco εὐθύνων uocatur. Hūc ergo eſſe reor principē Aſſyriorū qui habitat ad aquilonē, & metropolim habet Niniuē, & dicit in Eſaia: Fortitudinē faciam: & ſapientiæ intellectus auferam terminos gentiū, & uires earū depaſcar. Porrò quod ſequitur de Niniue uaſtata: Et paſcētur in ea greges, & omnes beſtiæ terræ, & chamæleontes & heritij in præſepibus eius accubabunt, & beſtiæ requieſcent in cardinibus eius: & corui in feneſtris eius, & cætera: Videtur mihi iuxta illud intelligi debere, quod uel in Iona, uel in Nahum propheta ſcriptū eſt. Et in Iona quidem Niniuen, id eſt ſpecioſam, quæ ad prædicationem Ionæ: id eſt, columbæ egerit pœnitentiam, eccleſiam interpretati ſumus de gentibus cōgregatam. In Nahum uero ſuper mundo intelligētiam temperauimus, & de mundo quidem non difficile eſt interpretari & dicere: quod quando Aethiopes uulnerati gladio domini fuerint, & extenderit manum ſuam ſuper aquilonē, & perdiderit Aſſyrium principem mundi: etiam ipſe mundus cum principe ſuo pereat: & ad maximam ſolitudinem redigatur, & nulli miſerabilis ſit, ſed omnes ad ruinam eius ſibilent, & moueant manus ſuas. De eccleſia C autem uidetur prima frōte eſſe blaſphemum, quod ea futura ſit inuia & deſerta, & beſtiæ habitent in ea, & poſtea ei cū inſultatione dicatur: Hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitabat in ſpe, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & non eſt præter me amplius: quomodo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum? Sed qui conſiderauerit illud Apoſtolicū, in quo dicitur: In nouiſſimis 2. Tim. 3.a temporibus inſtabunt tempora peſſima: & erūt homines ſui amatores, auari, arrogantes, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obediētes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, accuſatores, intemperantes, crudeles, odio habētes bonum, proditores, temerarij, inflati, uoluptatum amatores magis quàm dei: habentes formā pietatis, uirtutem autē eius denegantes. Necnon & hoc Matt. 24.b quod in euangelio ſcriptum eſt: quod multiplicata iniquitate, refrigeſcat charitas multorum: intantum ut in illo tempore cōpleatur: Verumtamē ueniens filius hominis putas inueniet fidē ſuper terram? nō mirabitur de extrema eccleſiæ uaſtitate: quod regnante antichriſto redigenda ſit in ſolitudinē, & tradēda beſtijs: & paſſura quæcunq; nunc propheta deſcribit. Si enim deus propter infidelitatē ramis naturalibus nō pepercit, ſed fregit eos, & poſuit flumina in deſertū, & fontes aquarum in ſitim, terrā fructiferā in ſalſuginē propter malitiam habitatorum eius: cur non econtrario eos de quibus dixerat: Poſuit deſertū in paludes aquarū, & terrā ſine aqua in fontes aquarū: & habitare fecit ibi eſurientes, & cætera: & quos inſeruit de oleaſtro in radicē bonæ oliuæ, ſi immemores beneficij receſſerint à conditore ſuo, & adorauerint Aſſyrium, euertat, & ad candē ſitim reducat in qua prius fuerant? Quod cum generaliter in aduentu antichriſti ſiue in fine mundi poſſit intelligi: tamen quotidie in his qui ſimulant ſe eſſe de ec- D cleſia dei, & operibus negant, auditoresq; legis ſunt & non factores, accipi poteſt: qui fruſtra ſpecioſos ſe eſſe iactent, cum habitent in eis greges, uitiorū ſcilicet multitudo & bruta animalia corpori ſeruientia: & omnes beſtiæ terræ, quæ corda eorū comedunt: & chamæleontes qui non habent unum colorē ſed diuerſis peccatis, nunc auaritia, nunc luxuria, nunc crudelitate, nunc libidine, nunc triſtitia, nunc exultatione per momenta mutantur. Et heritij in præſepibus eorū, animal ſpinoſum & plenū ſentibus, & uulnerans quicquid contigerit. Sed & beſtiæ cubabūt in foraminibus, id eſt in cordibus eorū: & corui immundę aues in portis eorū, uel in ore, uel in auribus, quo aut loquantur ſemper, aut audiant mala. Poſt quæ infertur & dicitur: ideo eccleſiā hæc paſſurā fore uel eſſe perpeſſam, quod in ſuperbiā ſe eleuauerit: & quaſi cedrus ſuū cacumen erexerit, malis operibus dedita: & nihilominus futurā ſibi beatitudinē repromittēs, & in corde ſuo cæteros deſpiciēs: nec putans quemq̃ eſſe præter ſe, & dicens: Ego ſum, & non eſt alia præter me ultra: quomodo ergo facta eſt in ſolitudinē paſcua beſtiarū? Vbi enim prius habitabat pater & filius & ſpiritus ſanctus, & angeli eius miniſterijs præſidebant, tunc habitabunt beſtiæ de quibus & Pſal. 73.d propheta cōplorat, dicēs: Ne tradas beſtijs animā confitentē tibi. Omnis qui tranſibit per eā, ſibilabit & mouebit manus ſuas. Quod ſi de angelis intellexerimus, ita interpretabimur: cum tranſierint per eam angeli, & non manſerint in ea ut prius facere cōſueuerant: ſtupebunt & mirabuntur: & non eam fulciēt, & ſuſtentabūt ruentē manu ſua, ſed leuabunt manus & pertranſient. Vel certe cū ſibilo attollent manus: & quaſi plangentes in morē lugentiū concrepabunt: Si aūt hoc de diabolo & angelis eius uoluerimus accipere: qui uineā quoq; quæ de Aegypto tranſlata fuerat, uaſtauerūt: Dicemus per animā de qua Chriſtus receſſerit: & quæ prius templum



A plū dei fuerat, & eſſe deſijt: tranſire ſerpentē & ſibilare in ea, & uenena ſuæ malitiæ euomere: & non ſolū hoc facere, ſed opera quoq; ſua, quæ τροπικῶς manus uocant̄ mouere. Ac ne putes quia colubrum nominauimus: uiolēter nos manus colubri pro opere intelligere: accipe teſtimoniū Prou. 18.d Salomonis: Mors & uita in manibus linguæ. Hæc diximus ut potuimus interpretationi allegoricæ ſeruientes. Si quis aūt magis ueriſimilia & habentia rationem q̃ à nobis ſunt diſerta reperit, illius magis lector autoritate ducat̄.

CAP. III.

Væ prouocatrix & redēpta ciuitas: colūba non audiuit uocem & nō ſuſcepit diſciplinam: in domino nō eſt confiſa, ad dominum ſuum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi ueſperæ, nō relinquebant in mane. Prophetæ eius ueſani, uiri infideles: ſacerdotes

CAP. III.

O Illuſtris & redēpta ciuitas: columba non audiuit uocem: nō ſuſcepit diſciplinā: in domino non eſt cōfiſa, & ad dominum ſuū non appropinquauit. Principes eius in ea ueluti rugientes leones: iudices eius ſicut lupi Arabiæ, non dimittebant in mane: prophetæ eius portantes ſpiritū, uiri cōtemptores: ſacerdotes

CAPVT III.

Væ prouoc. etc.] Multi putant propter conſequentiā ſermonis dici aduerſum Niniuē, de qua ſupra: Et perdet Aſſyriū, & ponet Niniuen in ſolitudinē. Sed nunq̃ Hier. 25.c ſcriptura Niniuen colūbam uocaret: licet in Hieremia, à facie gladij colūbę, de Nabuchodonoſor dictū putēt. Sed ſciendū quod alij ecōtrario aſſerant, pro columba ibi poſſe intelligi ἑλλάδα, id eſt Græciam: ut ſit ſenſus: יוֹנָה à facie gladij Iona, id eſt à facie gladij Græciæ: Iona ēm tam columbā quàm Græciā ſignificat. Vnde & uſq; hodie Græci Iones, & mare appellatur Ioniū: & apud Hebræos permanet eorū uetus uocabulum. Sed & principes Romani apud Barbaras natiōes antiquū uocabu- B lum retinētes, cæſares appellantur. Omnis itaq; contra Hieruſalem ſermo eſt: Væ ciuitas quondā colūba, ſemper peccans, & captiuitatibus tradita, & rurſum redempta à dño. Væ ciuitas prouocatrix: quod ſignificantius Hebraice dicit̄ מוֹרְאָה id eſt, παραπικραίνουσα: quod poſſumus dicere, deum amarū faciens, id eſt tuo uitio dulcem dñm atq; clementē uertens in amaritudinē: ut qui miſereri uult, punire cogatur. Non audiuit præceptū domini: & correpta noluit ſuſcitare diſciplinā: nec prementibus malis aliquando confiſa in domino deo Hier. 23.c ſuo: nec ambulauit poſt tergū eius: nec dicente eo: Ego dominus appropinquans & non de longe, ipſa ei appropinquare uoluit. Deſcribunt̄ quoq; principes eius: & iudices & prophetæ & ſacerdotes: ut in ciuitate populū, & in his quæ dixi nominibus dignitatum, principes accipiamus. Principes igitur eius quaſi leones ſemper uerſabantur in prædis, & ad effundendū ſanguinē ſubiectorū: Iudices eius rapaces, non dimittentes alijs quod poſſint rapere. Prophetæ eius inſaniētes ſiue ſtupentes: quod Hebraice dicitur: פֹּחֲזִים & Aquila tranſtulit θαυσιαζόμενοι, loquebant̄ quaſi ex ore domini: & omnia cōtra dñm prædicabant. Sacerdotes in loco ſanctuarij cōmiſere ſacrilegiū: & cum contra legē facerent, ex lege uictimas offerebant. Propterea quia illa egerūt iniuſte, dominus iuſtus non faciet iniquitatē: ſed reſtituit urbi peſſimæ quæ meret̄. Mane mane, id eſt manifeſte & abſq; aliqua ambiguitate faciet de ea iudiciū: nec erit quod ab eo poſſit abſcōdi. Et hoc faciet dominus ut correpta ciuitas cōuertatur ad melius. Sed iniquus Iſrael nō cognouit cōfuſionē ſuā: nec intellexit idcirco ſibi illatas plagas, ut ageret pœnitentiā. Vindicaui te, inquit, poſtea de gētibus, & deſtruxi imperia eorum: ut qui per plagas me nō ſenſeras, ſaltē per beneficia cognoſceres. Vel certe ſic intelligendū: Diſperdidi oēs ciuitates tuas ò Iuda, & oēs ſubiectos tibi pagos & tribus, C & diuerſa confinia: & tanta hominū uaſtitas fuit, ut nō eſſet qui habitaret in urbibus tuis: & poſtq̃ hoc feci, miſi prophetas meos cōſurgens diluculo, & ad pœnitentiam prouocās dixiq;. Feci quidē tibi hæc ô Hieruſalē: ſed feci ut timeres me, & ſuſciperes diſciplinā: & nō periret habitaculū tuū, hoc eſt templū, ꝓpter omnia ſcelera quæ geſſeras. At econtrario habitatores Hieruſalē, me eos ad pœnitentiam prouocante, quaſi de induſtria & ex contentione diluculo ſurrexerūt: ut feſtinatiōe qua ad me redire debuerant, cōplerent omnes cogitationes ſuas: & opere demonſtrarēt, qđ mente conceperant. Hoc iuxta Hebraicū. Cæterū Illuſtris & redempta ciuitas Chriſti ſanguine, iuxta ſuperiora perſpicue eccleſia intelligitur: quæ & uocat̄ columba, propter ſimplicitatē multitudinis in ea credentiū. Hæc non audiuit uocē domini, neq; ſuſcipere uoluit diſciplinā: nec cōfiſa eſt in domino: quia noluit appropinquare ad dñm deū ſuum, ut mereret̄ ueniam peccatorū. Fruſtra enim quis uocē domini dei ſui audire ſe dicit, & cōfidere in dño, quando operibus fidē deſtruit: & magis māmonæ iungitur q̃ domino deo ſuo: & duplici corde accedit ad eum: & duobus dominis, ſeculo & deo militare poſſe ſe credit. Huius principes ſicut leones rugiētes. Nō ambigimus D de rugitu leonū & diſcurſu: quando uiderimus principes eius ita in ſubiectos populos detonare: & uoce tyrannica rabidiſq; cōuicijs plebē cōterere: ut nō paſtorē in grege, ſed leonē inter ouiculas putes frēdere. Iudices quoq; eius quaſi lupi Arabiæ, occidētes ueſpere, & nil relinquētes in mane: nō aſpiciētes ad ortū ſolis: ſed morātes ſemper in tenebris: & poſſeſſiūculas eccleſiæ, & ea quæ in dei donaria conferunt̄, uertētes in lucrum ſuū: ut nō habeant pauperes quod mane comedāt: qui quaſi in nocte, & nullo uidēte omnia populant̄: & cum luporū more cuncta diripiant, ne paruos quidē cibos indigētibus derelinquūt. Prophetæ etiā, id eſt magiſtri qui ſe putāt docere populos, & de ſcripturis ſermocinari: πνευματοφόροι, id eſt portātes ſpiritum, ſiue ſpirituales: & hoc εἰρωνικῶς legendū, ſunt uiri contēptores: nō enim docere, ſed facere in eccleſia cōuenit, nō factis uerba deſtruere. Cæterū tu cū alium doceas, & ipſe nō facias, nō tam doctor q̃ cōtemptor uocādus es: de quo & in Habacuc ſcribit̄: Videte contēptores & reſpicite, Abac. 1.d & admiramini mirabilia, & diſperdimini. Sacerdotes quoq; qui euchariſtiæ ſeruiūt: & ſanguinē dñi populis eius diuidūt, impie agūt in legē Chriſti: putātes εὐχαριστίαν imprecātis facere uerba, nō uitā: & neceſſariā eſſe tantū ſolennē orationē, & nō ſacerdotū merita: de quibus dicit̄: Et ſacerdos in quo fuerit macula, nō accedet offerre oblatiōes dño. Cū hæc faciāt principes, iudices ꝓphetæ, ſacerdotes Hieruſalē: nihilominus clemens & iuſtus eſt dñs. Clemēs, in eo qđ à ſua eccleſia non recedit: iuſtus, in eo qđ reddit unicuiq; qđ meret̄. Poſtq̃ enim aduenerit mane, & nox huius ſeculi pertranſierit: dabit in luce iudiciū ſuū: & non abſcondet̄ uel ipſe uel iudiciū eius. Et cū cœperit à ſingulis exigere pecuniam quā eis cōmiſerat, nō erit iniuſtus: nec faciet in perpetuū ualere iniuſtitiā: ſed ſuperbos principes quibus reſiſtit





Universidad de Deusto Biblioteca

A ſiſtit deus, detrahet de cathedris ſuis, & de culmine qđ tenebāt: & diſſipabunt anguli eorū, id eſt prauæ uoluntates, & à recto itinere declinantes: in quibus ſemper & phariſæi orare cōſueuerant, angulari lapide cōtempto. Puto aūt quod & ſuperbis proſit detrahi eos de arrogātia ſua: & diſſipari angiportus & angulos eorū, ut poſtea recto itinere gradiātur. Deniq; ſequit: Et deſertas faciā uias eorū, eo quod non ſit qui pertrāſeat: ſecundū illud quod in primo pſalmo ſcriptū eſt: Et iter impiorū peribit. Necnon & in Oſee ubi de Hieruſalem dici- Oſee 2.b tur fornicāte: Ecce ego claudā uias eius ſpinis, & obſtruā itinera eius, & ſemitam ſuā non inueniet: & perſequet ad amatores ſuos, & nō apprehendet eos: & quæret eos, & nō inueniet: & dicet: Vadā & reuertar ad uirū meū priorē: qm̄ bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. Animaduerte quod niſi clauſæ fuiſsēt uię, & obſepta itinera: & niſi deſtruxiſſet dominus uias e- B ius, nunq̃ dicere potuiſſet anima fornicās: Vadā & reuertar ad uirū meum priorē. Diſſipant ergo itinera ſuperborū & anguli eorū, ne ambulent in ſuperbia & in prauitate: & urbes eorū quæ male ædificatæ fuerant in arrogātia & ſuperbia, deſtruūtur: ne ſubſiſtāt & habeāt habitatores peſſimos. Ac ne quis putet nos uim facere ſcripturæ, diſcat ex conſequentibus: Hæc aūt, inquit, feci ut dicerē eis: Ecce deſtructa ſunt itinera malitię: de cętero timete me, & diſcite diſciplinā: ne et diſciplina mea pereat, fructū in uobis conuerſionis nō inueniēs: & omnia irrita ſint, per quæ uos uolui corripere: & ille uo- Hier. 2.b bis ſermo qui in Hieremia ſcriptus eſt, poſſit aptari: Sine cauſa percuſſi filios ueſtros, diſciplinā nō recepiſtis. Vel certe timete me & recipite diſciplinā, ut nō pereant omnia de conſpectu Hieruſalē: nec penitus ad ſolitudinē deducatur ſuper his malis, in quibus comminatus ſum ei. Nec moueat aliquē (ut ſæpe iam dixi) quod hæc aduerſum eccleſiā dicta interpreter, cum ſciat Hieruſalē in ſcripturis ſanctis ſemper typū habere eccleſiæ: de qua qui peccauerit, uel in Babylonē abducit: uel ſi ſpōte deſcendere uoluerit in Hiericho, à latronibus uulneratur. Quæ eſt enim ita illuſtris ut eccleſia, quæ in toto orbe fundata eſt: ita redēpta Chriſti ſanguine, & columba propter gratiam ſpiritus ſancti, ut eccleſia de gentibus congregata? in qua plurimi qui ſe dicunt in Chriſtū credere, nec audierunt uocem eius, nec receperunt diſciplinā, nec iuxta eum eſſe uoluerunt. Quod autē dicitur: Principes eius in ea ſicut leones rugiētes: ſcio offenſurū me eſſe plurimos, qđ ſuper epiſcopis & preſbyteris hæc interpreter, cum & presbyteri mali qui Suſannam uiolare cupierunt, cæteros presbyteros qui bene uixerint, nō condēnent. Et mali principes quos deſcribit ſermo propheticus, non ſint bonis principibus contumeliæ. Stulto enim flagellato inſipiens ſapiētior erit: ſi autem inſipiens ſapientior ſit, quanto magis ille

HEB. dotes eius polluerūt ſanctū: iniuſte egerunt cōtra legem. Dominus iuſtus in medio eius nō faciet iniquitatē. Mane mane iudicium ſuum dabit in luce, et non abſcondetur: neſciuit autem iniquus cōfuſionē. diſperdidi gentes, & diſſipati ſunt anguli earum: deſertas feci uias eorum, eo quod non eſt qui tranſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eorum non remanente uiro, neq; ullo habitatore. Dixi, attamen timebis me: ſuſcipies diſciplinam: & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus uiſi-

SEP. dotes eius polluunt ſancta & impie agunt in legē: dominus autē iuſtus in medio eius, & nō faciet iniquitatem. Mane mane iudicium ſuū dabit in luce, & nō eſt abſcōditus: & neſcit iniquitatē in exactiōe: nec in ſempiternū iniuſtitiā. detraxi ſuperbos: diſſipati ſunt anguli eorū: deſtruxi uias eorū ut penitus nō trāſeant: defecerunt ciuitates eorū, eo quod nullus ſubſiſteret neque habitaret. Dixi, uerumtamen timebitis me & ſuſcipietis diſciplinā: & nō peribitis de oculis eius in omnibus in quibus ultus

qui ſapiens eſt? Sed iudices eius ac principes capiētes munera, uendenteſq; iuſtitiā, nonne recte appellantur lupi Arabiæ, uel ueſpertini, ſicut Symmachus tranſtulit? Non enim merentur lupi dici Beniamin: qui mane rapiūt, & ad ueſperā dant eſcā: ſed lupi ueſpertini qui noctibus comedūt, et in mane nihil relinquunt. Quod aūt ſequit: Prophetæ eius πνευματοφόροι, id eſt, portantes ſpiritū, uiri contēptores: nullum moueat quod ſuper doctoribus interpretātes eoſdē & prophetas dicamus & cōtemptores: cū & Apoſtolus præcipiat: Nolite contriſtare ſpiritū ſanctū dei in quo ſignati eſtis in die redēptionis. Et Dauid loquit in quinquageſimo pſalmo: Spiritū ſanctum tuū ne auferas à me. Niſi em̄ ſpiritus ſanctus cōtriſtatus fugere cōſueuiſſet prius hoſpitiū: & dimittere habitaculū ſuum, nunq̃ & Paulus præcepiſſet quod ſupra dixi, Et Dauid poſt adulterium formidaret ne perderet quod acceperat: de quo & ad Hebręos ſcribit: Quanto arbitramini deteriora mereri ſupplicia eū qui filium dei conculcauerit: & ſanguinē teſtamenti immundū duxerit: in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratię cōtumeliā fecerit? Sed & in tertio Regnorū libro ſcriptū eſt: hominē dei, haud dubium quin prophetā, qui ad altare deſtructū poſtq̃ dixerat in Samaria: Altare altare, hæc dicit dominus: Ecce filius naſcetur Dauid, & cætera: quia cōtempſerit uerba domini, & comederit apud pſeudoprophetam: Sic enim locum iſtum exponens Ioſephus interpretatus eſt, interfectum eſſe à leone. Et ne putaretur caſus et non iudiciū domini: & pſeudopropheta qui eum deceperat hoc futurum eſſe prædixit: & ipſe leo contemptorem puniens, aſinum reſeruauit. Non ergo mirū ſi doctores qui ſancto ſpiritu pleni fuerant, poſſint fieri contemptores: cum apud negligentes & non omni cuſtodia conſeruantes cor ſuum, hæc ipſa cauſa frequenter ſoleat ſuperbiæ in dominum & contemptus exiſtere; quod habeant ſcientiam dei: & nouerint multam bonitatem eius, quam abſcondit timentibus ſe: & contemnant diuitias bonitatis eius, theſaurizantes ſibi iram in die iræ & reuelationis. Sacerdotes quoque qui dant baptiſmum, & ad euchariſtiam domini imprecantur aduentum, faciunt oleū chriſmatis: manus imponunt: catechumenos erudiunt: Leuitas & alios conſtituunt ſacerdotes: non tam indignentur nobis hæc exponentibus & prophetis uaticinantibus, quàm dominum deprecentur: & ſtudioſe agant ne de ſacerdotibus qui uiolant ſancta domini eſſe mereantur. Non enim dignitas & nomina dignitatum, ſed opus dignitatis: & principes, & iudices, & prophetas, & ſacerdotes ſaluare conſueuit. Qui epiſcopatum, inquit, deſiderat, bonum opus deſiderat. Videte quid dixerit: bonum opus deſiderat, non dignitatem. Si autem deſpecto opere ſolam aſpexerit dignitatem, cito corruit turris

C — Ephe. 4.g — D Hebr. 10.f — 3. Reg. 13.a — 1. Tim. 3.a

A turris in Siloa & excelſa cedri fulmine feriuntur: & erecta ceruix frangitur, & cygnus extento collo & in ſublime ſe tendens, inter immundas uolucres computatur. Porrò quod expoſuimus iuxta Hebraicum: ueruntamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas: pro quo in Septuaginta ſcribitur: præparare, cōſurge diluculo, diſſipata eſt omnis frondoſitas eorum: quia multum ab Hebraico diſcrepat: & magis uidetur iuxta LXX. cū poſterioribus cōcordare, in ſequentib. exponemus. a ¶ *Quapropter expecta me, etc.* ] Hæc Iudæi interpretant in aduentu Chriſti, quem ſperant uenturū eſſe: & dicunt uniuerſis gentibus cōgregatis: & effuſo ſuper eas furore domini, in igne zeli eius terram deuorādam. Et ſicut ante ædificationē turris fuit, quādo una lingua oīes populi loquebantur: ita conuerſis omnib. ad cultū ueri dei loquuturos Hebraice: & totū orbem dño ſeruiturū. Nos B aūt qui non ſequimur occidentem literā, ſed ſpiritū uiuificantem, nec Iudaicas fabulas: audiamus à dño: pręparare, conſurge diluculo, diſſipati ſunt omnes racemi eorū: & præparati dicimus: Paratū cor meum deus, paratū cor meum. Audimuſq; in Prouerbijs imperatū: Prou. 24.d Præpara in egreſſu opera tua: Et illud quod in Leuitico Leuit. 16.b ſacrate dicit: ubi ſeptimo menſe decima die menſis offert Aaron pro populo hircū emiſſarium, atq; uiuentē: & ponens manus ſuper caput eius, inprecatur ei cuncta peccata populi Iſrael: tradetq; eū in manus hominis præparati, & mittet in eremū: intelligimus in nobis: & præparantes nos ueri imperio ſacerdotis, tollimus malū de medio eccleſiæ. Cumq; hæc fecerimus, nox præterit, appropinquat dies, & quaſi in die honeſte ambulā- Pſal. 62.b tes dicimus: Deus deus meus ad te de luce uigilo. Sta- Ibid. 5.a timq; inferimus: Mane exaudies orationē meam: mane aſſiſtam tibi & uidebo. Niſi enim præparati fuerimus, non nobis orietur ſol iuſtitiæ. Orto aūt ſole omnes racemi de uinea Sodomorum diſſipantur & pereunt: ut nō ſolum grandes botri, ſed etiam quod paruū eſſe uidebatur in nobis, Chriſti lucerna radiante diſpereat. Et pro his omnibus mercedē nobis pollicens deus ait: Expecta me in die reſurrectionis meæ in teſtimoniū: Poſt Eſa. 43.b uitia enim atq; peccata deus reſurget in nobis. Et iuxta quod in alio loco præcipit: Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit dñs deus, & puer quem elegi: teſtis eſt nobis, pater cum filio & ſpiritu ſancto: ut in ore duorū uel trium teſtiū ſtet omne uerbum. Et magis mihi uidetur ſic Dan. 13.d ſtare ſententia: & ſub his tribus teſtibus ueritas confir- Matt. 26.f mari quàm per literā. Duo enim fuerunt teſtes contra 3. Reg. 21.d Suſannā: & contra ipſum dñm ſaluatorem: & tamen nō ſtetit uerbum in ore eorū. Contra Naboth quoq; penè tota ciuitas dixit teſtimoniū: conſenſuſq; teſtium peſſimorū non firmitatem habuit ueritatis, ſed ſceleris coniurationem. Quia iudiciū, ait, meum in cōgregationes

HEB. uiſitaui eā. Veruntamen diluculo ſurgētes corruperūt omnes cogitationes ſuas. Qūapropter expectame, dicit dñs, in die reſurrectionis meæ in futurum: quia iudiciū meū ut congregē gentes, & colligam regna, ut effundā ſuper eas indignationē meā, omnē iram furoris mei: in igne em̄ zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tunc reddā populis labiū electū: ut inuocent omnes nomē domini, & ſeruiāt ei humero uno. Vltrà flumina Aethiopię, inde ſupplices mei filia diſperſorum meorum deferent

SEP. ultus ſum ſuper eam. Præparare, conſurge diluculo: diſperierunt omnes racemi eorū. Propterea expecta me, dicit dñs, in die reſurrectionis meæ in teſtimoniū: quia iudiciū meū in cōgregationes gētiū: ut ſuſcipiā reges: ut effundam ſuper eos irā meā omnem, irā furoris mei: quia in igne zeli mei conſumetur oīs terra: quia tunc cōuertam ſuper populos linguā in generationē eius: ut inuocent omnes nomen dñi, ut ſeruiant ei ſub iugo uno. De finibus fluminū Aethiopiæ ſuſcipiam diſperſos meos: afferent

gentium: ut ſuſcipiā reges in loco uidelicet ſuppliciorū C ſuorum: ut effundam ſuper eos iram meā, omnē iram furoris mei. Qui minor eſt, cito meretur ueniam, & miſericordiæ proximus eſt. Potentes aūt potenter tormenta patientur. Vnde gentes & gentiū multitudo congre- Sup. 6.b gatur ad iudicium: reges autem, id eſt, principes dogmatū peruerſorū adducuntur in pœna, ut effundatur ſuper eos omnis ira furoris dñi. Et hoc non crudelitate fit aliqua, ut arbitrant ſanguinarij Iudæi, ſed miſericordia & conſilio medicantis. Sequitur enim: In igne enim zeli mei conſumetur omnis terra. Gentibus quippe ad iudiciū cōgregatis, & regib. ad ſupplicium, ut effundatur ſuper eos ira: & non ex parte, ſed tota: & ira ac furore ſociato, conſumatur in toto orbe quicquid ad opera terræ: id eſt, carnis pertinet: omnes eius uepres & ſpinoſa fruteta uaſtans, zeli mei uorabit incēdium. Et tunc conuertā ſuper populos linguā in generationem ſuam: ut unuſquiſq; errore depoſito ad anti- D quū confeſsionis dñi eloquiū reuertatur: & in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtriū & infer- Philip. 2.b norum, & omnis lingua confiteatur dñm Ieſum in gloria dei patris. Abiectiſq; laterib. & bitumine, quæ habebamus pro lapidibus & luto: quibus erroris noſtri ſuperbiam extruebamus contra dominum: recipiamus linguam quam ante perdidimus, & ſimus ſub iugo Chriſti dicentis: Iugum meū ſuaue eſt, & onus meū le- Matth. 11.d ue eſt. Notandū autem quod in eo loco, ubi nos interpretati ſumus: reddā populis labium electum: Pro electo, Septuaginta dixerūt: εἰς γενεὰν αὐτῆς, id eſt, in generationē eius: ut ſubaudiatur terræ. Et hinc error exortus eſt: quod uerbum Hebraicū ברורה quod Aquila & Theodotio electum: Symmachus mundum interpretatus eſt: Septuaginta legerunt ברודה ד literam ר exiſtimātes, propter elementi nimiam ſimilitudinem, quod paruo apice diſtinguitur. Nec non ubi nos tranſtulimus: In die reſurrectionis meæ in futurum: & omnes interpretati ſunt, teſtimonium: Hebræus qui mē in ſcripturis inſtituit, aſſerebat לעד in præſenti loco magis εἰς ἔτι, id eſt, in futurum debere intelligi, quàm in teſtimonium עד enim quod ſcribitur per literas ע & ד & ἔτι & μαρτύριον, id eſt, & futurum & teſtimonium intelligi. poſſumus hunc locū & de primo Chriſti aduentu exponere: quando omni errore ſublato, dæmonibuſq; calcatis, & terrenis operibus deſtructis, apoſtoli uniuerſis linguis locuti ſunt: & ueteri er- Act. 2.a rore ſublato, unum confeſsionis redditum eſt labium. Sed & reges qui deſtruuntur, & diuino conſumuntur ardore, peruerſorum dogmatum principes ſentiendi ſunt. b ¶ *Vltra flumina Aethiopię, inde ſupplices, etc.* ] Cum reddiderit dominus credentium populis labium electum, & inuocauerint omnes nomen dñi & portauerint iugū eius, tunc etiā ultra flumina Aethiopiæ: unde

Universidad Biblio

A [u]uerit regina Saba audire ſapientiā Salomonis, deferet Pſal.67.g uictimas dño: Et Aethiopia præueniet manus eius deo: Exod.2.d Veroq; legiſlatori qui decem plagis percuſsit Aegyptū, nubet Aethiopiſſa, inuidente ſynagoga Hebræorum. Quod autem ait iuxta Hebraicū: Inde ſupplices mei filia diſperſorum meorum deferent munus mihi, huiuſcemodi eſt: O Iſrael, ô ſynagoga quondā filia, quā in toto orbe diſperſi, licet inuideas, licet æmulatione cruciēris, tamen de Aethiopia mihi uictimæ deferentur: id eſt, de gentiliū populo. In die illa, id eſt, quādo gentiū crediderit multitudo, etiam tu non penitus confunderis ſuper cūctis erroribus tuis: quibus preuaricata es in me eligendo Barrabam, & dei filium crucifigendo. Tunc auferam de medio tui ſcribas & ſacerdotes & phariſæos magniloquos ſuperbiæ tuę, & nequaquàm te in mōte ſancto meo ultra iactabis: ſed habebis populū pauperē, homines B illiteratos, et piſcatores, qui ſperabūt in nomine dñi. Reliquiæ Iſrael, nō multitudo quæ clamauit: Crucifige, crucifige eum: non pontifices & optimates, ſed reliquię nequaquàm facient iniquitatē: nec loquentur mendaciū in Chriſto ueritati credentes: nec inuenietur in ore eorum lingua doloſa, ſcientes quod omne mendaciū de Ioan.8.f diabolo eſt: quoniam ipſi paſcentur, & dicent: Dñs paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collo- Pſal.22.a cauit. Super aquā refectionis educauit me: animā meā conuertit: & non erit qui exterreat, uincente fide credētium perſecutorū ſuperbiam. Hoc de primo aduentu Chriſti intellectū ſit, quod Iudæi ſibi in fine promittūt, & ſperant ſe habitaturos in Hieruſalē: & in morē pecorum corporalib. donis Iudææ opibusq; complendos & paſcendos herbis uiridibus, & deletis cunctis gentibus ſibiq; ſubiectis, nullū poſſe reſidere qui eos exterreat. Nos autem accipientes ex hac fabula occaſionem ueræ hiſtoriæ: dicemus omnem nigredinē animæ, & tetrum colorem: ac draconis uenenū, quo tincti fueramus uitijs atq; peccatis: reddito nobis labio electo, ſiue mūdo & candido: ut interpretatus eſt Symmachus: derelinquere nos in fluminib. Aethiopiæ peruerſorū dogmatum magiſtros, quibus ante irrigabamur: & cū diſperſis quondā Iſrael Chriſto munera delaturos. In die illa, qua nobis Chriſti lumen fuerit exortū, dicetur ad ſingulos noſtrum: Non confunderis ex omnibus tuis adinuentionibus, cogitationibus uidelicet peſsimis, quibus impie agebamus contra dñm: & tolletur uniuerſa ſuperbia & contumelia perquam erigebamur contra dñm: & contra montem ſanctū eius, dñm noſtrum & ſaluatorem: & pro ſuperbis uaniſq; nominibus, relinquetur in nobis populus manſuetus & humilis: ut nihil arrogans, nihil tumens, nihil quod deo diſplicceat

HEB. deferent munus mihi. In die illo non confunderis ſuper cunctis adinuētionibus tuis, quibus præuaricata es in me quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuę: & non adijcies exaltari amplius in mōte ſancto meo: & derelinquā in medio tui populū pauperem & egenū: & ſperabunt in nomine domini. Reliquiæ Iſrael nō facient iniquitatem, neque loquent mendacium: & nō inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcētur & accubabunt: & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Iſrael, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalē.

SEP. afferēt uictimas mihi. In die illa nō cōfunderis ex omnib. adinuētionibus tuis quibus impie egiſti in me: quia tunc auferam à te detractionem contumeliæ tuæ: & ultra non adijcies ut magnificeris ſuper montem ſanctum meum: & relinquam in te populū manſuetum & humilem: & reuerebunt nomen dñi: qui fuerint reliqui de Iſrael: & nō facient iniquitatē, & nō loquentur uana, & nō inuenieť in ore eorū lingua doloſa: qm̄ ipſi paſcentur et accubabūt, & nō erit qui exterreat eos. Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalē: exulta & delectare de toto corde tuo filia Hieruſalē.

C cogitemus. Simulq; conſidera quod in die iudicij & in conſummatione mundi tollantur uniuerſa nomina dignitatū: & unus populus remaneat, & grex ſub paſtore bono, qui ſit manſuetus & humilis. Tunc etiam populus Iſrael plenitudine gentiū ſubintrante: quia concluſit deus omnia ſub peccato, ut omnibus miſereatur: timebunt nomē dñi. Et reliquiæ Iſrael non faciēt ultra iniquitatē per quam dñm negauerūt: nec loquentur uana, ineptas ſibi fabulas promittentes: nec inuenietur in ore eorū lingua mēdacij, Chriſto per eos qui ueritas eſt loquente. Tunc enim paſcentur & ipſi in uno grege & accubabunt in eccleſia: & ueri Nabuchodonoſor impetus nō timebūt. Hæc uidentes & legētes tanta myſteria, clamemus cum Apoſtolo atq; dicamus: O ꝓfundū diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia tua, & inueſtigabiles uiæ tuæ. Rom.11.d Quod quidē & propheta ſentiens & ſecū uoluens, de dei iudicijs ſuſpicatur. D In nocte cum corde meo exercebar & ſcopebā ſpiritū meum & dicebam: Nunquid in ſempiternū abijciet deus: aut Pſal.76.b non addet ut miſereatur ultra: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? & dixi: Nunc cœpi: hæc eſt immutatio dexteræ excelſi. Et eſt ſenſus: Hoc quod putabam dñm in æternum relinquere peccatores, & miſericordias ſuas ira ſuccedente cohibere: intellexi idcirco factū, ut immutatione dexteræ ſuæ, quæ excelſi eſt dextera, uniuerſa mutaret: & miſerereť his quos ante proiecerat. Et nos igitur & reliquiæ Iſrael ſcientes quod reddituri ſumus rationē pro omni ocioſo uerbo: & quod diſperdet dñs uniuerſa labia mendacia, non loquamur Mat.12.c uanitatē. Vanitas quippe uanitatū & omnia uanitas. Et Eccle.1. uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. Nec ore noſtro Pſal.38.b mendaciū proferamus: ſed accepta poteſtate calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnē uirtutē inimici: nullā timeamus formidinem, nec luporū Chriſto Luc.10.c cuſtode uereamur inſidias, ſed dicamus: Dñs illuminatio mea, & ſaluator meus, quem timebo: & cætera quæ in uiceſimoſexto pſalmo continentur. a ¶ [Lauda, etc.] Non uideatur mirum, ut ſæpe diximus, aliter Hebraica capitula, & aliter Lxx. Græca uidelicet Latinaq; finiri. Vbi enim in ſenſu diuerſa tranſlatio eſt, ibi neceſſe eſt diuerſa eſſe uel principia uel fines. Iudæi cum Chriſto quē putant eſſe uenturū hæc ſibi omnia repromittunt, quæ nos qui Chriſtū ſuſcepimus, iam cum ipſo ſumus om̄ia conſequuti. Si quis ergo Chriſtianorū & maxime nouorū prudentiū, quorū nomina taceo, ne quēquā lædere uidear, exiſtimat necdū ꝓphetiā eſſe cōpletā: ſciat falſo Chriſti portare ſe nomē, & Iudaicā animā circūciſionē tm̄ corporis nō habere. Si em̄ hæc necdū facta ſunt, ſed futura, fruſtra credidimus ſaluatoris aduētum



A tum: fruſtra autē non credentes, intelligimus in nobis eſſe completū myſteriū, quod temporibus æternis tacitum eſt: & nunc manifeſtatū eſt per ſcripturas propheticas, & aduentū domini noſtri Ieſu Chriſti. Deniq; cōſideremus ordinē lectionis, & uidebimus quod dicitur nō ad Iudæos, ſed ad Chriſti eccleſiam pertinere. Poſt hoc enim quod præceſſerat: iudiciū meum in congregationes gentium, ut ſuſcipiam reges: uſq; ad eū locū, ubi ait: Vt inuocēt omnes nomen dñi, & ſeruiāt ei ſub iugo uno: & ultra flumina Aethiopiæ ſuſcipiam in diſperſis meis qui afferent mihi uictimas: & poſt reliquias populi Iſrael credentes in Chriſto atq; ſaluatas: de quibus dicitur: Et timebunt nomen dñi qui ſunt reliqui de Iſrael: & non erit qui exterreat eos: Spiritus ſanctus de generali mundi conſummatione prædicans loquitur: Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalē, lætare B & delectare de toto corde tuo filia Hieruſalem. Omnis quippe eccleſiaſtica anima, quę in ſpecula cōſtituta eſt & contemplatur pacem: lętatur & gaudet iniquitates à ſe eſſe ſublatas, & redemptas ab 1.Cor.1.d eo qui precioſo ſanguine omnes redemit. Chriſtus enim factus eſt ſapientia nobis à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Et redemit nos rex Iſrael qui habi Ioan.14.c tat in medio noſtri, dicens: Ego & pater meus uenie- Leu.26.b mus, & māſionem apud eum faciemus: & habitabo & ambulabo in eis: & ultra nō uidebimus mala, ſolas uirtutes cogitantes atq; facientes. In illa die, dicit dñs, uidentibus nobis pacē & in ſublimi poſitis: ne diſſoluan- Eſa.35.a tur manus tuæ: qui per Eſaiam dicit: Confortamini manus diſſolutæ, & opera tua robuſta ſint. Dñs enim fortis, cui nemo poteſt reſiſtere ſaluator tuus: ipſe tibi reddet læticiā quam perdidiſti: & ueteri homine proiecto, in nouo ambulare te faciet: & hæc faciet in dilectione ſua: non tuo merito, ſed miſericordia ſua. Et lætabitur in te & delectabitur, quaſi pinguiſsimā ſolennitatis tuæ hoſtiam ſuſcipiens ſalutē tuam: & ipſe tibi dicet: cōgre- Pſal.50 gabo contritos tuos: Cor quippe contritū & humiliatū deus non deſpiciet: Et calamū contritum non confringet. Hæc interim ſi uoluerimus de ſecundo aduētu accipere ſaluatoris. Porrò quia propheta Zacharias ad ſimilē læticiā cohortatur Sion & Hieruſalē: & hanc ipſam Matt.21.a prophetiā Matthæus dicit in primo aduentu Chriſti eſſe completā: neceſsitate cōpellimur, imò ordine ipſo ducimur ueritatis, quod in Sophonia dicitur, non futurū Zach.9.d ſperare, ſed factū. Scriptū eſt enim in Zacharia: Gaude uehementer filia Sion: prædica filia Hieruſalē: ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: ipſe humilis & aſcen-

HEB. Abſtulit dñs iudiciū: auertit inimicos tuos: rex Iſrael dñs in medio tui, nō timebis malū ultra. In die illa dicetur Hieruſalem: noli timere Sion: non diſſoluātur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in læticia: ſilebit in dilectione tua: exultabit ſuper te in laude. Nugas quæ à lege receſſerunt congregabo, quia ex te erant: ut non ultra habeas ſuper eis opprobrium. Eccē ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tēpore illo: & ſaluabo claudicātem: & eā quæ eiecta fuerat cōgregabo, & ponā eos in laudem, & in nomen in omni terra cōfuſiōis eorū. In tēpore illo quo adducā uos, & in tēpore quo cōgregabo uos: dabo

SEP. Abſtulit dñs iniquitates tuas: redemit te de manu inimicorū tuorum: rex Iſrael dñs in medio tui, nō uidebis mala ultra. In tēpore illo, dicit dñs Hieruſalē: cōfide Sion: nō diſſoluanť manus tuæ: dñs deus tuus in te fortis ſaluabit te: adducet ſuper te læticiā, & innouabit te in charitate ſua, & lætabitur in te in delectatione, quaſi in die ſolenni: cōgregabo confractos tuos. Væ qui accepit ſuper eam opprobrium: ecce ego faciam in te, propter te, in tempore illo: & ſaluabo expreſſam & repulſam ſuſcipiam, & ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra. Et confundentur in tempore illo, quando bene uobis fecero: & in tēpore cum ſuſcepero uos: quia

C dens ſuper iugalē & pullum nouū. Hæc iuxta Lxx. dicta ſint. Cæterū iuxta Hebraicū, laudare iubetur eccleſia & iubilare Iſrael, ſenſu uidens deum: & exultare atq; lætari in omni corde locus pacis, ad quē dictum eſt: Pa- Ioan.14.d cem meā do uobis, pacem meā relinquo uobis. Abſtulit enim in fine & in conſummatione mūdi iudiciū eius, nequaquàm eam iudicans atq; corripiēs, ſed ſaluans: & auertit inimicos eius, dæmonum turbas. Rex Iſrael dñs in medio eius erit, nō timebit ultra malum. In die illa dicetur ad Hieruſalē liberā, quæ non ſeruit cum filijs ſuis, ſed quę eſt mater ſanctorū: Noli timere Sion: ipſa quippe eſt & Hieruſalē: nequaqꝫ tua opera diſſoluentur: nec facies quæ te feciſſe lugebis. Dominus deus tuus qui ſaluabit te fortis & potens ipſe habitabit in medio tui: gaudebit ſuper te in exultatione & læticia: & ſilebit peccata tua in charitate, qua te dilexit: & exultabit ſuper te in laude: uel quia lauda- D bilis ſis, uel quia cum tuis laudibus canas. Nugas, ſiue ut Aquila interpretatus eſt, tranſlatos qui à te receſſerunt, congregabo quia ex te erant: hoc eſt, hi qui per uitia atq; peccata de tuo ſinu fugerant: & facti erant ſub dæmonū poteſtate, reintegrato omniū ſtatu uenięt ad te: & nequaquam ultra ſuper perditis filijs tuis patieris opprobria. Id quod diximus, nugas, ſciamus in Hebræo ipſum Latinum eſſe ſermonem נוגי & propterea à nobis ita ut in Hebræo erat poſitū: ut noſſe poſsimus linguā Hebraicam omniū linguarum eſſe matricē: quod non eſt huius temporis diſſerere. Miror autem Aquilam & Lxx. pro eo quod nos interpretati ſumus, erant, in eo uidelicet loco ubi diximus: Congregabo qui ex te erant: pro erant interpretari uoluiſſe οὐαί, ſiue οἱ: quod ſemper Aquila non pro plangendo, ſed pro uocando & inclamando ponit הוי enim cuius uerbi initiū eſt היו præteritū tēpus numero plurali ſignificat: erāt, uel fuerant. Hæc ſcio moleſta eſſe lectori, qui ſi animaduerterit nō me cōtrouerſias & declamationes ſcribere, nec in locis exultare cōmunibus: ſed cōmētarios, & cōmentarios prophetarū: reprehēdet potius ſicubi rhetorū more ludere uoluero, qui arguet in tātis obſcuritatib. ut dignū eſt immorātem. a ¶ [Ecce ego, etc.] Et hoc ſynagoga quæ nō claudicat, ſed utroq; trūcata eſt pede: pollicet ſibi in aduētu Chriſti ſui, quē ſperat eſſe uēturū: & putat oēs gētes interficiēdas à dño quæ afflixerūt Iſrael: & ſaluādā ſynagogā, & eā quæ acceperat libellū repudij colligendā: & ponēdos eos in laudē, & in nomē in om̄i terra captiuitatis ſuæ: in qua fuerāt ante cōfuſi. Et hoc fieri eo tempore, quādo captiuitas reducta fuerit Hieruſalem: & ex-

Universidad de
Biblioteca

A & extructum templū, & reliquus ceremoniarum ordo ſeruatus. Hæc ſibi repromittit, & propterea nō agit pœnitentiam: & dum ſperat incerta, perdit certam ſalutem. Nec miror ſynagogā hæc dicere: quæ quia non recipit Chriſtū, oculos dolet, & cum Lia lippeſcit: & non amatur à Iacob, & Rachel ſuccedēte negligitur. Chriſtianos miror, imò ſemiiudęos, qui ſibi uidentur eſſe de eccleſia: ea dicere & ea profiteri, quæ ſi uera ſunt fruſtra credimus in Chriſtum: & omne noſtrum tollitur ſacramentū: & miſerabiliores ſumus omnibus hominibus, credentes eum ueniſſe qui nō uenit. Quia autem ſpes noſtra certa eſt, & Iudæorū caſſa ſunt uota: ſecundū priorem intelligentiā iam texamus præſens extremumq; capitulū: & de Ieſu filio Sirach teſtimonium proferamus: Qui mittit lapidē in excelſum, ſuper caput
Eccls.23.d ſuum mittit. Quia enim Sion & Hieruſalē in excelſo poſitæ ſunt: quicunq; Sion detrahit & Hieruſalē: & mittit in eam contumeliarū lapides, in ſuum eos caput iacit: & reuertetur opprobriū eius in caput ſuum, & dolor e-
Pſal. 7.d ius & iniquitas ſuper uerticē eius deſcendet. Quāti hodie exprobrant animæ, dei myſteria conſectanti, uolentiq; uidere pacem eius, & dicunt: Inſanus eſt, & ebrius, & muſto plenus: hominū cœtus fugit: delicias aſpernatur, aurū pro luto computat, ſolam diligit paupertatē. Qui autē infideles ſunt, etiam crucē Chriſti exprobrāt ei: & ſi quando eum in anguſtia uiderint & in tentatione, dicunt: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ, & iuſtitiæ quas operatus es? Quid loquar de infidelibus, cum eccleſiarum nonnulli principes huiuſcemodi hominibus ex-
B probrent, & uitā ipſorum arbitrentur amentiā: & non præſentem laudent cōuerſationē: ſed uetera peccata exprobrent: nec audiunt eſſe præceptū: Noli improperare homini qui conuertitur à peccatis ſuis. Væ igitur ei, qui tulit opprobriū atq; ſuſcepit: & huiuſcemodi ſe officio mancipauit, ut detraheret Sion & ciuitati dei: quia pro hac iniuria urbis ſuæ ultor eſt dn̄s, & dicet ad Siō: Ecce ego faciā in te propter te, id eſt, faciā ultionē tuam & ſaluabo afflictā: ſiue ut in Græco dicitur κὴ σώσω τὴν ἐκπεπιεσμένην: id eſt, & ſaluabo expreſſam. Vt ſit ſenſus: Ego ſaluabo eā quæ in præſentiarū quaſi uua & oliua: ita tentationib. atq; preſſuris, ut prælo & trabe preſſa eſt & afflicta, ut uinum faceret & oleū: & de uino biberet Ieſus in regno patris ſui: de oleo autē ungeretur prę participibus ſuis. Ego puto propter expreſſionē talis uini & olei Iob multa perpeſſum: poſtquam aūt uinum & oleū fecerat, audiſſe à dn̄o: Putas me aliter tibi reſpondiſſe, niſi ut appareres iuſtus? Quaſi ad uuā & oliuā loquerē: Exiſtimas me aliter te preſſiſſe & affixiſſe atq;

HEB. dabo enī uos in nomen & in laudē omnib. populis terræ, cū conuertero captiuitatem ueſtrā coram oculis ueſtris, dicit dn̄s.

SEP. quia dabo uos nominatos, & in gloriā in cūctis populis terræ, quādo conuertero captiuitatē ueſtrā corā uobis, dicit dominus.

contriuiſſe, niſi ut uinū de te & oleum exprimerē? Se- C
quitur: Et eam quæ repulſa fuerat ſuſcipiā. Videtur nos
deus repellere quādo relinquit tētationi. Vnde & Iob: Iob.10.c
Viſitatio, inquit, dn̄i reſpexit me. Et non ſolum iuſti loquuntur & dicunt: Nunc aūt repuliſti & cōfudiſti nos: ſicut in quadrageſimotertio pſalmo ſcriptū eſt: Sed ipſe dominus atq; ſaluator ex perſona hominis quē aſſumpſerat: Tu autē, ait, repuliſti & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtū tuum: ſubuertiſti teſtamentū ſerui tui. Quod autē iuſtorū perſona ſit in quadrageſimotertio pſalmo dicentiū: Nunc autē repuliſti & confudiſti nos, ex ſequentibus approbatur: Hæc omnia uenerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te: neq; inique egimus in teſtamento tuo: nec receſsit retro cor noſtrū. Eam igitur quæ in tentationibus uidebatur abiecta: ſuſcipiet dn̄s in fine, & ponet eos in gloriā & nominatos in uniuerſa terra: filios uidelicet expreſſæ & repulſæ, id eſt, eccleſiæ. Quos aūt alios poſſumus intelligere filios eccleſiæ nominatos niſi apoſtolos? Vide mihi Petrum & Paulum & Matthæū & Ioannem: & conſidera hoc quod ad Abrahā repromiſſum eſt: Magnificabo nomen tuū, in illis opere perpetratū. Quotidie nominatur in eccleſia: quotidie magnificatur nomen eorū: non quod ipſis proſit à nobis in eccleſia nominari: ſed quod nos magnificantes nomen eorū, & quæ ſcripſerant lectitantes, cōſequamur ſalutem. In tempore, inquit, illo quando expreſſa & repulſa ſuſcepta fuerit, & filij eius poſiti in gloriā. Gloriatur quippe dominus in athletis ſuis, cum eos uiderit coronari: ſicut gloriatus eſt aduerſus diabolum de
Iob. Vnde & Apoſtolus in profectu diſcipulorū ſuorū D
exultans ait: Etiam per ueſtram gloriam confundentur qui aduerſarij ueſtri fuerant, & tulerant contra uos opprobrium: & tunc uidebunt eos quos miſeros putauerant eſſe felices: & quos pauperes exiſtimabant atq; deiectos, potentes fieri atq; glorioſos. Tunc cernent captiuitatem eorū per quam in hoc ſeculo duro fuerant imperio ſubiugati, reduci in cœleſtem Hieruſalem: ſeq; reſurgere in opprobrium & in confuſionem æternam. Tribue nobis Ieſu Chriſte expreſsis & afflictis & repulſis in iſto ſeculo, ut nos recipias & ponas in gloriam, confundatur quod ſuperbit, ceſſent ſibila, uenena torpeant, & confuſio eius proficiat ad ſalutem. Hæc iuxta Septuaginta. Hebraicum autem quia excepto principio, de quo in fine ſuperioris capituli diximus: non multum ab eorum tranſlatione diſcordat: indigere expoſitione non arbitror.

¶ Commentarij in Sophoniam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN AGGEVM prophetam ad Paulam & Euſtochium prologus.

SEcundo anno Darij regis Perſarū filij Hyſtaſpis, ſeptuageſimū annū deſolationis tem-
Zach.1.c pli fuiſſe completū, quem Hieremias uaticinatus eſt: Zacharias quoq; propheta teſtis
eſt: qui cum uiſionis ſuæ titulū in ſecundo anno eiuſdē regis, undecimo menſe ſabat,
uiceſimaquarta die præpoſuiſſet, adiecit dicens: Dn̄e exercituū: uſquequo non miſere-
1.Eſd.5.d beris Hieruſalem & urbiū Iuda, quibus iratus es? Iſte ſeptuageſimus annus eſt. Sed & Eſdras extructo tantum altari, & iactis fundamentis templi: ad literas regis Artaxerxis prohibitum opus refert: Tunc intermiſſum eſt opus domus dei in Hieruſalem: & non fiebat uſq; ad annum ſecundū regni Darij



A Darij regis Perſarū: ſtatimq; addidit: Prophetauerunt aūt Aggeus propheta & Zacharias filius Ad- C
do, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa & Hieruſalem in nomine dn̄i Iſrael: Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedech: & cœperunt ædificare templū dei in Hieruſalem, & cum eis prophetæ dei adiuuantes eos. Quo tempore apud Romanos ſeptimus à Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annū imperij uiceſimum ſeptimū, qui poſt octo annos expulſus eſt à Bruto: ac deinde rempublicā per annos quadringentos ſexagintaquatuor, uſq; ad Iuliū Cæſarem conſules adminiſtrauerunt. Hoc propterea ô Paula & Euſtochium diximus, ut de ipſo ſtatim titulo, qua ætate Aggeus propheta cecinerit, agnoſcatis. Sciendumq; eſt interim iuxta literam, magni ſpiritus & Aggeum fuiſſe & Zachariam prophetas: ut aduerſum Artaxerxis regis edictum, & Samaritanos genteſq; cunctas per circuitum, ædificationem templi impedientes iuberēt templum extrui: Zorobabel quoq; & Ieſum filium Ioſedech & populum qui cum eis erat non minoris fidei: ut prophetas magis audirent iubentes, quàm prohibentis regis imperium.

COMMENTARII HIERONYMI in Aggeum prophetam.

AGGEVS

IN ANNO ſecūndo Darij regis in menſe ſexto, in die una mēſis, factum eſt uerbum domini in manu Aggei prophetæ: ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda: & ad Ieſum filium Ioſedech, ſacerdotem magnum, dicens: Hæc

IN anno ſecundo Darij regis, etc.] Quia populus qui uidebatur ſibi rediſſe de captiuitate, necdum ædificauerat templum, nec muros extruxerat ciuitatis, nec habebat gloriam priſtinæ Hieruſalem: ſed habitabat in domibus cōcauis: & ut ſignificantius Græce dicitur κοιλοσταθμοις, id eſt, deorſum poſitis & in conualle demerſis: propterea non ad eos fit ſermo dei ſub rege Ezechia, ſiue Amon, ſiue Ioſia: qui
B quàmdiu ſtabat Hieruſalem, populo dei imperauerāt: ſed ſub Dario rege, Perſarū principe: de quo & Daniel myſtice in ſuo uolumine refert. Darius autem in lingua noſtra ſonat, generationes factæ, ſiue quæ fuerūt: quod Græce dicitur γενέσεις γεγονυῖαι: nec merebatur abſque templo populus & deorſum habitans alium habere regem: niſi qui generationibus ſeruiebat & amabat carnem: & primā ſententiam ineruditi adhuc hominis, & eiecti de paradiſo cuſtodiebat: Creſcite & multiplicamini, & implete terram. Ergo quia Darius amator erat coitus, & ſocius draconis: cuius om̄is uirtus in lumbo eſt: idcirco in ſecundo anno uiſio populo cernitur, in immundo numero: & poſt unionē uirginitatis & paradiſi nuditatem, tunicas ſignificante pelliceas. Denicq; in Geneſi cum in primo die dictū ſit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in ſexto poſt conſummationē operū ſingulorum: Et uidit deus quia bonum eſt: In ſecundo, iuxta Hebraicum & Aquilam & Symmachū & Theodotionem non habetur. Neq; enim poterat ſecundus dies qui numerum facit, qui ab unione diuidit, quod bonus eſſet, dei ſententia comprobari. Menſis quoq; ſextus aſſcribitur, qui non habet ſolennitates dei, ſicut menſis ſeptimus: ſed uicinus eſt dierum ſex, in quibus factus eſt mundus. In quo laboratur, & in ſudore faciei comeditur panis: & terra generat nobis tribulos & ſpinas: & cum ſementem acceperit tritici: lolio magis auenisq; fœcunda eſt. Sed quia iam altare ædificatum fuerat: & aduerſum repugnantes hoſtes templū uoluerant extruere, nec extruxerant, In uno die menſis ſexti, factum eſt uerbū domini in manu Aggei prophetæ, ut deſerens populus ſecundū annū Darij regis, qui ab unione diuidit: & ſextum menſem qui prætererat, & qui numerus labori deputatur: ad unionē reuerteretur dei: & imparem numerū ſolumq; ſequeretur: quem mūdum eſſe gentilis quoq; poeta nouit, dicens: Numero deus impare gaudet. Fit autem uerbum dn̄i quærens ad quē ueniat: & quem doceat, in manu Aggei prophetæ, qui bona habebat opera: & in cuius factis poterat dei ſermo requieſcere. Porrò ubi manus ſanguine plenę ſunt, & interficitur Ieſus: & audet populus dicere: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: ibi nō fit ſermo dei. Vſq; hodie immūdas habēs manus carneus Iſrael, extendit eas ad dominū: ſed quia ſanguine plenæ ſunt: loquitē ad eos dn̄s per
Eſa.1.d prophetā: Si extenderitis manus ueſtras, auertam oculos meos à uobis: manus enim ueſtrę ſan-
guine plenæ ſunt. Non fit in manib. eorū uerbum dn̄i: D
quia immundæ ſunt: non uenit ad eos ſermo dei, quia in ſe occidere ſermonē dei. Nec putandū in manu tantum Aggei prophetæ factū eſſe ſermonē dn̄i: Sed quia Aggeus interpretatur feſtiuus: omnis qui poteſt feſta חגי
celebrare: non in fermento ueteri malitiæ & nequitiæ, 1.Cor.23.b
ſed in azymis ſynceritatis & ueritatis: poteſt dei recipere ſermonē. Habeamus & nos mūdas manus: & uoce-
mur ἑορτάζοντες, id eſt, feſta celebrātes: & ad nos fiet Exod.23.b
ſermo dei. Proponamus ante oculos noſtros, quia lex Deut.16.c
ſpiritualis eſt, ſpirituales ſolēnitates: de quibus ſcriptū eſt: Tribus temporibus mihi feſta celebrabitis in anno: Solennitatē azymorū cuſtodieris: ſeptē diebus comedetis azyma: ſicut præcepi tibi in tempore mēſis nouorū: in ipſo enim es egreſſus ex Aegypto: Non apparebis in conſpectu meo uacuus: Et ſolennitatē mēſis primitiuorū de operib. tuis quæcūq; ſeminaueris in agro: Et ſolennitatē conſummationis in exitu anni in cōgregatione operū tuorū de agro. Si uoluerimus in nobis fieri ſermonē dei: ſimus Aggei, id eſt, feſta celebrantes: & nō appareamus in conſpectu dei uacui, ſeminātesq; in ſpiritu metamus æternā uitam: ut celebremus ſolennitatem primitiuorū de operibus noſtris, quæcūq; ſeminauerimus in agro cui benedixit dn̄s. Simus quoq; Aggei: & per omnē uitam noſtrā uſq; ad conſummationem anni, id eſt, uſq; ad exitū de ſeculo iſto, celebremus feſta in operib. noſtris, quæ nobis orta ſunt in agro noſtro. Multa ſunt, & nō huius tēporis quę de ſolēnitate dicant: quibus poteſt de omni ſcriptura lector diligēs coaptare intelligentiā ſpiritualē. b ¶ Ad Zorobabel, etc.] Legi-
mus in Paralip. Ieconiæ qui in Babylonē ductus eſt fi- 1.Paral.3.6
liū fuiſſe Salathiel, de quo natus eſt Zorobabel. Quod
quidē & Matthæus gn̄ationē ſaluatoris enumerans ait: Mat.1.b
Poſt trāſmigrationē aūt Babylonis, Ieconias genuit Salathiel: Salathiel aūt genuit Zorobabel: Zorobabel aūt genuit

Universidad de ... Biblioteca

A genuit Abiud. Hic Zorobabel de tribu Iuda, hoc eſt,
de Dauid ſtirpe deſcendens, typus eſt ſaluatoris: qui ue-
re deſtructũ ædificauit templũ, id eſt, eccleſiam: & redu-
xit populũ de captiuitate. Et tam de ueteris templi lapi-
dibus, quàm de nouis qui prius fuerant impoliti ædi-
ficauit eccleſiã: id eſt,
& de reliquijs populi
Iudaici, & de gẽtium
multitudine, deo pa-
tri extruxit taberna-
culũ. Interpretatur au-
tem ſecundũ multipli-
ces Hebraici ſermo-
nis accentus, uel ῥύ-
σις προσκειμένη, id eſt,
fluxus adiacens, ſiue expoſitus: uel ortus in Babylone,
uel princeps de Babylone. Primæ interpretatiõi ille flu-
איזבל xus contrarius eſt, qui ſignificatur in uocabulo Ieza-
bel, id eſt, fluxus uanus, uel fluxus mẽſtruatæ: qui utiq;
זבלון manifeſte immundiciã ſonat. Sed & Zabulon, fluxus
noctis exprimit. Relinquentes ergo huius mundi ua-
num & ſordidũ fluxum atq; tenebroſum: ſequamur flu-
xum Ieſu, qui nobis expoſitus eſt ad bibẽdũ, & largiſ-
ſimo fonte ſe præbet: iuxta illud quod dicit in euange-
Ioan. 7.f lio: Stabat Ieſus in templo & clamabat, dicens: Si quis
ſitit, ueniat ad me & bibat. Et hunc ipſum tunc poteri-
mus bibere, cum petierimus à deo patre: iuxta quod
Mat. 7.a legimus: Petite, & dabitur uobis. Salathiel quippe inter
Ioan. 6.c pretatur, petitio dei. Et nemo uenit ad Ieſum, niſi eum
שאלתיאל adduxerit pater. Naſcet ergo nobis fluxus, expoſitus
per obſecrationẽ dei: & erit de tribu Iuda, regia ſcilicet,
& confitente uel laudante deũ: quia Iudas utrunq; ſo-
nat. Porrò ortus in Babylone, ſecundũ hiſtoriã quidẽ
uere de Zorobabel dicitur, quia ibi natus eſt. Sed & iu-
B xta altiorem intelligentiã dñm noſtrũ Ieſum ſonat: quia
ipſe quoq; natus ſit in confuſione huius ſeculi: & fuerit
prope grauiſſimũ flumen Chobar: & uiderit magnam
Ezec. 1.a uiſionẽ illam quã ſub typo eius Ezechiel in uoluminis
ſui cernit exordio. Quod aũt dixi interpretari Zoroba
bel principẽ de Babylone: non quod uere princeps in
terpretet hoc dixi: ſiquidẽ apud Hebræos ex tribus in-
tegris nomen eius traditur eſſe compoſitũ זר enim di-
citur iſte רב magiſter, ſiue maior בבל proprie Babylo
niũ ſonat: & efficitur nomẽ Zorobabel: iſte magiſter de
Babylone. Sed ad compendiũ intelligentiæ pro ſupra-
dictis minutis, principẽ uolui interpretari de Babylo-
ne, ſiue in Babylone. Vt quomõ Ieſus filius Naue: qui
& ipſe in typo ſaluatoris fuit, de ſolitudine populum in
terrã repromiſſionis induxit: Sic & iſte propterea or-
tus in Babylone ſit: ut eos qui erant in Babylone, redu-
ceret in terram repromiſſionis, de qua captiui abducti
fuerant: & his qui erãt in uinculis diceret: Exite. Et qui
ſedebant in tenebris: illuminamini. Sermo uero domi-
ni qui factus eſt in manu Aggei, non ſolum ad Zoro-
babel dirigitur filiũ Salathiel, de quo iam diximus: ſed
& ad Ieſum filiũ Ioſedech ſacerdotẽ magnum. Quantũ
ad hiſtoriam pertinet, alter eſt Zorobabel de tribu re-
gia: & alter Ieſus de tribu ſacerdotali. Quantũ uero ad
intelligentiã ſpiritualem: unus atq; idem eſt dñs noſter
atq; ſaluator, rex & magnus ſacerdos: cuius typum ſe-
יהושע cundũ id quod rex erat, portabat Zorobabel: ſecundũ
id autem quod pontifex erat, portabat cognominis e-
ius Ieſus: qui interpretatur deo ſalus, id eſt dñi ſalus: &
eſt filius Ioſedech: quod & ipſum in linguam noſtram
uertitur יה id eſt, deus: צדיק id eſt, iuſtus. Iuſtus eñ
& ſanctus deus pater, & deus filius: & non eſt in ipſo i-
niquitas. Aduerſus Marcionẽ & cæteros hæreticos, qui
alterius boni, neſcio cuius dei filium, & non creatoris
quem iuſtum uocant, aſſerunt dñm ſaluatorem. Et uere

Hæc ãit dominus exercituum, dicens: Populus iſte dicit,
nondum uenit tempus domus domini ædificandæ. Et
factũm eſt uerbũ domini in manu Aggei prophetæ, di-
cens: Nũquid tempus uobis eſt ut habitetis in domibus
laqueatis: & domus iſta deſerta? Et nũnc hæc dicit domi
nus exercituum: ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras.
Semi-

eſt Ieſus magnus ſacerdos: cui omnes dei antiſtites cõ- C
parati, parui ſunt & nihil. Si enim iſte magnus dicitur
ſacerdos, utiq; ad diſtinctionẽ eorum dicitur qui mi-
nores ſunt. Minores autem ſunt omnes qui extra eum
& poſt eum ſunt: ut quomodo primogenitus eſt omnis
creaturæ, & primoge
nitus ex mortuis: ſic
princeps & magnus
ſit in uniuerſis ſacer-
dotibus. a ¶ *Hæc ait*
*dominus exercituũ, etc.*]
Diligenter attẽde q̃d
non Zorobabel uel
Ieſus dicant: nõdum
uenit tempus domus
domini ædificandæ: ſed populus qui adhuc ſub Dario
rege conſtitutus, necdum iugum ſeruitutis excuſſerat:
Semperq; qui captiuitate retinentur, & egreſſi ſunt de
Hieruſalem, differunt & morantur ædificare templum
dei, & dicunt: nondũ uenit tempus domus domini æ-
dificandæ. Et tu quando uideris aliquem egreſſum de
eccleſia, qui traditus fuerat ſatanæ in interitum carnis 1. Cor. 5.a
ut ſpiritus ſaluus fieret, cogitare atq; diſponere ut ædi-
ficet templũ per pudicitiam, quod per libidinem ante
deſtruxerat: & tamen diem de die trahere: dic ad eum:
Vere & tu de populo es captiuorum: & tu dicis: nondũ
uenit tempus domus domini ædificandæ. Qui ſemel
decreuit inſtaurare templũ dei: huic omne tempus a-
ptum eſt ad ædificandum: nec rex diabolus poteſt im-
pedire, nec hoſtes per circuitũ, nec pietas ſimulata pa-
rentum, affiniũ, liberorum: ſtatim ut conuerſus incla-
maueris nomen dñi, dicet: ecce adſum. b ¶ *Et factum eſt*
*uerbum domini, etc. ut habitetis in domibus laqueatis.*] Siue ut
Lxx. interpretati ſunt, κοιλοσταθμοις, id eſt concauis.
In eadem die qua ſupra rurſum uidetur hæc uiſio: Et D
proficientibus prophetæ operibus, prophetiæ quoq;
dona ſuccreſcunt: & habito pauliſper ſilentio, ad id q̃d
dixerat populus, nondũ uenit tempus domus domini
ædificandæ: profertur dñi quaſi cogitata reſpõſio: & di-
citur ad eos: Ergo ne tempus eſt, ut uos habitetis in do
mibus deorſum ſitis, & in conualle poſitis: & mea do-
mus quæ in mõte eſt deſerta erit: ſiue ut habetur in He-
bræo: ut habitetis in domib. laqueatis: id eſt, ornatis at-
que compoſitis: & quæ nõ tam ad uſum ſunt quàm ad
delicias: & habitaculũ meum in quo fuerũt ſanctaſan-
ctorũ: & cherubim & menſa propoſitionis, pluuijs ri-
gabitur: ſqualebit ſolitudine: ſole torrebitur. Porrò ſe-
cundũ anagogen: Omne tempus quo habitatio uallis
eligitur, uel ſeruimus delicijs, importunũ eſt. Vnde &
Stoici quibus curæ eſt uerba ſingula definire, tempus
dixerunt eſſe correctionis ſiue efficientiæ: quod ſignifi-
cantius Græce dicitur χρόνον τῆν κατορθώσεως. Omne
enim tempus in quo non uirtutibus, ſed uitijs deſerui-
mus perit: & quaſi non fuerit, reputatur in nihilum. Si
quis ergo de nobis, uel in conualle habitat, uel in uolu
ptate & luxuria ſeculari ſuam contignat domũ: Iſte tem
plum deo non ædificat: nec habet dñs in eo ubi caput
ſuum reclinet: & cum uulpibus ædificat domũ, habita-
culũ quondam dei patitur eſſe deſertũ. c ¶ *Et nunc hæc*
*dicit dominus exercituum: ponite corda ueſtra, etc.*] Nõ ſit aliud
loquentis tempus & aliud facientis: præcepta mea ſta-
tim in opus uertite: Dominus enim eſt omnipotẽs qui
præcipit: & utiq; non leue eſt dei omnipotentis impe-
riũ. Habuiſtis hucuſq; corda ueſtra uitijs ſeruientia, ſi-
ne ordine, ſine præceptore: quocũq; trahebant deſide-
ria pergentes. Nunc aũt dñs uobis præcipit, ut ordine-
tis in ſe charitatẽ, & ponatis corda ueſtra ſuper uias ue-
ſtras: ut nihil abſq; iudicio & cõſideratione faciatis, ſed
ſemper ante pedes ueſtros legalis lucerna præcedat, &
dicatis



A dicatis: Lucerna pedib. meis lex tua, & lux ſemitis meis.
Vel certe ita: quiã dicitis non eſt tempus ædificãdæ do-
mus domini, & ipſi habitetis in habitaculis quę ſunt in
ima demerſa: domus aũt męa deſerta eſt: conſiderate iu
bente me dño, & uos in memoriã redigite quę feceritis,
& quæ paſſi ſitis. a
¶ *Seminaſtis multũ, etc.*]
Omnis labor ueſter
q̃ ædificaſtis domus
ueſtras, & neglexiſtis
domũ dei, nõ habuit
euentum. Seminaſtis
enim plura, & multo
minus q̃ ſatũ fuerat
congregaſtis: nec po-
teſtis dicere ideo fa-
mem ſecutam, quod
in exercenda terra a-
gricola ceſſauerit. Co
mediſtis quoque, ne
forſitan è uobis quiſ-
piam diceret uolun-
tarium fuiſſe ieiunium, & nõ eſtis ſaturati: quia paruos
fructus congregaueritis in horrea. Vinum bibiſtis è ui
neis, ſed non tantũ ut lætaretur cor ueſtrum, & dicere-
Pſal. 103.b tur de uobis: Et uinum exhilarat cor hominis. Habui-
ſtis pallium, ſed quod frigus non repelleret, nec ſerua-
ret calorem. Quicunq; etiam ueſtrum ſiue negociatio-
ne ſiue mercenaria manu mercedes cõgregauit, fruſtra
labor ſine precio laboris impẽſus eſt. Omnes enim ue-
lut ſi quis in pertuſum ſacculum mittat, pecuniæ deflu-
xerunt. Sed & iuxta intelligentiã ſpiritualem hi qui de
Babylone reuerſi ſunt: & necdum ædificauerunt tem-
plum dei, ſed ædificationẽ eius quotidie differentes di-
B xerunt: Nondum uenit tempus domus domini ædifi-
candæ: nec captiui ſunt, nec adhuc plena libertate dona
ti: uerum quaſi in meditullio quodam poſiti, ſeminaue
runt multũ, & intulerunt parũ: comederũt, & nõ ſunt ſa
tiati: biberunt, & non ſunt inebriati: operuerũt ſe, & nõ
ſunt calefacti: congregauerũt mercedes, & quaſi in per-
tuſum marſupium mitterent, perdiderunt. Si quando
uideris inter multa opera peccatorum facere quempiã
nonnulla quæ iuſta ſunt, nõ eſt tam iuſtus deus, ut pro-
pter multa mala, paucorũ obliuiſcatur bonorum: ſed fa
ciet eum illa tantum metere quæ in bonam terram ſemi
nauerit, & in ſua horrea cõgregare. Qui autem penitus
ἐγκρατὴς eſt, iſte omnino non comedet, ſed fame peri-
bit. Porrò qui ſeminat multa, & infert pauca: comedet
Leuit. 26.d parum, & non in ſatietatem: iuxta illud quod in male-
dictis Leuitici dominus cõminatur: Et comedetis & nõ
Prou. 13.d ſaturabimini. Qui uero ſanctus eſt, uſq; ad ſatietatẽ co-
medet: & explebitur in illo quod ſcriptum eſt: Iuſtus co
Iudith 12.d medens replet animam. Similiter qui penitus nõ bibit,
Iudic. 4.c ſiti peribit: ſicut & in Iudith: ſi quis tamen uult librum
recipere mulieris: Et paruuli ſiti perierunt. Qui autem
Pſal. 22.b parũ bibit, bibit quidem, ſed non uſq; ad ebrietatẽ. Por
Gen. 9.c rò qui poteſt dicere ad dominũ: Calix tuus inebriãs q̃
Ibid. 43.g pręclarus eſt: & inebriat cũ Noe: & licet in Aegypto con
Act. 2.b ſtitutus, tamẽ in conuiuio Ioſeph cũ patriarchis & fra-
tribus uino madet: Iſte præ magnitudine lætitiæ & quo
tidiano gaudio cũ apoſtolis, uerſus in ecſtaſim, appella
bitur muſto plenus. Quomodo aũt nõ ſit huic expoſi-
Hier. 35.b tioni contrariũ illud quod filij Ionadab filij Rechab ui-
num non biberint, & laudent à dño: In Hieremia com-
petentius diſſerit. Poſt hæc dicit ad eos qui negligebant
ædificare templum dñi: Operuiſtis uos, & nõ eſtis cale-
facti. Quod intelligimus de centeſimo tertio pſalmo, in
quo de deo dicit: Abyſſus ut ueſtimentũ amictus eius.
Quanq; enim ſecundum Hebraicã ueritatẽ referatur ad

Seminãſtis multum, & intuliſtis parũ: comediſtis, & nõ
eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis uos,
& non eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, mi-
ſit eas in ſacculum pertuſum.

HEB. Hæc dicit dominus[b]
exercituum: Ponite corda
ueſtra ſuper uias ueſtras:
aſcendite in montem, affer
te lignum,

SEP. Hæc dicit dominus
omnipotẽs: Ponite corda
ueſtra in uias ueſtras: aſcen
dite ſuper montem, & præ
cidite ligna,

& ædificate domum: & acceptabilis mihi erit & glorifi-
cabor, dicit dominus.

Reſpexiſtis

terras quæ ambiantur Oceano: tamen ſecundum Lxx. C
tranſlatores qui dixerunt, τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, genere
maſculino, & non αὐτῆς, genere fœminino: de deo q̃d
dictum eſt ſentire compellimur, eo q inueſtigabilis ſit
eius ſapientia, & ponat dñs tenebras latibulum ſuum:
& non indignis qui-
buſq; eius ſacramẽta
prodãtur. Vnde & iu-
ſtus lętatur, & dicit: In Pſal. 118.b
corde meo abſcondi
eloquia tua, ut non
peccẽ tibi. Hoc palliũ
de multiplicis ſapien
tiæ ſenſibus uerbiſq;
contextũ, nõ ſinit fer-
uentes ſpiritu refrige-
rari: nec dilectionis ca
lorẽ Borea flãte frige-
ſcere. Qui uero medi-
us eſt, & habet quidẽ
palliũ, ſed quo nõ to-
tus operiat: quomo-
do parũ in horrea comportauit: & comedit, & nõ in ſa-
tietatẽ: & bibit, nõ in ebrietatẽ: ſic operiet quidẽ ſenſuũ
operumq; ſuorũ pallio, non calefiet. Qui autẽ propter
nimiã animæ paupertatẽ non habet palliũ, ideo nõ ha-
bet, quia multiplicata iniquitate charitas refrixit in eo.
Vnde & iſtiuſmodi homini, cuius ab alio palliũ poſſi-
detur, in lege præcipit: Reddes ei ueſtimentũ anteq̃ ſol
occidat, quoniã pauper eſt: & in ipſo habet ſpem. Sed et
hoc eis accidit qui habitãt in cõuallibus, ſiue in laquea-
tis domibus, & dicebant: Nondũ uenit tempus domus
dñi ædificandæ, ut mercedes in pertuſum ſacculũ con-
gregarent. Si quis è nobis bona operat, & digna merce
de, quã nobis redditurus eſt dñs, de quo dicit: Ecce do D.
minus, & merces eius in manu illius, reddere unicuiq;
ſecundũ opera ſua. Et illud Apoſtoli: Si cuius opus mã 1 Cor. 3.d
ſerit, quod ſuperædificauit, mercedẽ accipiet: hic cõgre
gat conſeruandas manſuraſq; mercedes: & uirtutibus
uirtutes ſemper adiungens, coaceruat pecunias in ſac-
culum nõ pertuſum. Qui aũt poſt bona opera nõ ſemel
& bis, ſed frequenter peccat: & præteritã charitatem ſe-
quentibus uitijs obſcurat & ſordidat: iſte in pertuſum
ſacculũ pecuniã congregat. Hęc aũt omnia euenerũt eis
qui dixerũt: Nondũ uenit tempus domus dñi ædifican
dæ: & cum ipſi habitarẽt in conuallibus, deſertã eſſe do
mũ dñi patiebãtur. b ¶ *Hæc dicit dominus exercituũ: etc.*]
Rurſum uobis ego dñs præcipio, qui & prius iuſſerã ut
ponatis corda ueſtra ſuper uias ueſtras, & conſideretis
cuncta quæ geritis: & relinquentes ſtudiũ domorũ ue-
ſtrarum humiliũ: aſcendatis in montẽ ubi nõ ſunt ligna
quæ comburant, ſed quæ ad opera domus meæ profi-
ciant: & ut hoc faciatis attentius, mihi ſcito te placiturũ
eſſe quod facitis. Aiunt Hebræi ſola tantũ ad contignan
dum ligna fuiſſe neceſſaria, ſtãtibus muris templi poſt
incendiũ. Hoc illi. Nobis aũt præcipit, nõ extra uias no
ſtras ponere corda noſtra: ſed quæ prius poſueramus,
rurſum ponere in uijs noſtris: & poſtq̃ hoc fecerimus,
aſcendere de domibus concauis in montẽ: ut cum per-
uenerimus ad ſermonis altitudinem, in quo neceſſaria
ad ædificationẽ templi dei ligna ſunt: de omni ſcripturę
ſanctæ mõte, in quo uaria uirtutũ & paradiſi ligna plan
tata ſunt præcidamus ea: & ædificemus ea templũ dñi
operibus bonis, & dogmatibus ueritatis: quod cũ fue-
rit extructũ, placeat dño ut glorificet in eo. Igitur quia
hæc mandata ſunt nobis, ut ponamus corda noſtra in
uijs noſtris: aſcendamus in montẽ rationabilẽ: & ad ſin
gula problemata, congrua de teſtimonijs ſcripturarũ li
gna quærẽtes, præcidamus ea, & ædificemus domũ ſa-
pientiæ

A pientię in nobis: poſtquā enim hęc fuerit extructa, finis ædificationis eius erit, ut dominus glorificeť in nobis. a ¶ *Reſpexiſtis ad amplius, etc.*] Vt abiecta mora & omni ambiguitate depoſita, ſtudioſius ædificetis domū meā, dico & aliud quod uobis acciderit, qui diſtuliſtis ædificare domū meam: nō ut ſuprà: Seminaſtis multū, & quia ſementē terra non reddidit, intuliſtis parū: ſed cū iam candeſceret ſegetes, & meſſiū tempus inſtaret, & frumenta uos tenere in manib. putaretis, meſſuiſtis uacuos culmos, et inanes ſtipulas ſine ſpicarum frugibus cōgregaſtis. Plenę erāt areę, ſpes in oculis, luctus in manibus. Sed & hoc quoq; ipſum qđ uix de multa ſegete & infinitis aceruis fuerat electū, intuliſtis in domū, & mea uirtute diſperſum eſt.

HEB. Rêſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domū, & exufflaui illud.

SEP. Reſpexiſtis in multa, & facta ſunt pauca: & intuliſtis in domum, & exufflaui illa.

Quamobrêm, dicit dominus exercituum: quia domus mea deſerta eſt, & uos feſtinatis unuſquiſq; in domum ſuam: propter hoc ſuper uos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem, & terra continuit germen ſuum. Et uócaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper uinum, & ſuper oleum, & quæcunq; profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnē laborem manuū. Et aŭdiuit Zorobabel filius Salathiel

Exufflaui enim illud & redegi ad nihilum: quia frumentū mortuū, & uacui folliculi, quæ utilia eſui ſunt, farinam & ſimilā non habebant. Poteſt aūt hoc quod dixit: Intuliſtis in domū, & exufflaui illud: & de donarijs accipi quæ offerebant in altari, & deus exufflauerit ea: Sed quia dixit, intuliſtis in domum: ſi ea quæ illata ſunt donaria intelligimus: utiq; in templo oblata dicimus: Et non uobis congruet: quia eo tempore domus dei adhuc ædificata nō fuerat: quod quidē uſq; hodie pleriſq;
B contingit qui habitāt in ædificijs humilibus: & quantū in ſe eſt, deſpiciunt deſolatā domū dei: & cum poſſunt ædificare contemnūt: & quaſi iam uidentes maturas ſegetes, fructus ſibi ſuorū operū repromittunt: & fallente ſpe, pro magnis uix parua reperiunt: Sed & hæc quoq; parua, quæ in domū & horreū mētis condiderāt, exufflantur à ſermone dei, quaſi indigna eius cuſtodia atq; tutela. Quoties uidi ego tam in doctrina q̃ in conuerſatione de quibuſdā ſperata plurima, & poſtquā uentum eſt ut haberent tempus meſſium: id eſt, tempus docendi, uitamq; ſuā in exemplū præbere populorū, de excelſo præcipitatos: & minus inuentū in eis, q̃ opinio ſibi omniū promittebat. Vnde accidit ut paulatim negligentia ſubrepente: paruū quoq; ipſum quod uidebanť habere perderent. Hoc aūt idcirco perpeſſi ſunt, quia ſecuri fuerunt in priſtinis domibus ſuis: nec aſcenderūt ſcripturarū montē, ædificationis de eo dominicæ ligna cędentes: nec extruxerunt in ſe quotidie domū domini, ſed deſpicientes eius deſolationem, etiam id perdidere, quod ſe habere credebāt. Supradicti enim mali hæc cauſa redditur. b ¶ *Quamobrem, dicit dominus, etc.*] Non ſolum, inquit, cœli pluuiā non dederunt, quibus irrigata humus fruges facit, ſed ne rorē quidem matutinū atq; nocturnū: ut arentes agri ſaltē humore modico temperarenť. Terra quoq; deuorauit, agricolis non reddditura ſementē, & quæ ſponte ſolet gignere, auaro ſinu tenuit. Ego hunc arbitror eſſe rorē, de quo in benedictione di-
Gen. 27.d citur ad Iacob: Det tibi deus de rore cœli, & rorem Her-
Pſal. 132.a mon qui deſcendit ſuper montē Sion, & deſcendit non de aere, in quo multiplex uolitat aquilarū accipitrum & uulturum numerus, ſed de cœlo: ut ſi cuius anima ardet perturbationibus & iaculo diaboli uulnerata eſt, refrigereť hoc rore, & æſtus ſuos temperet. Quo retento, terra quoq; nō affert germē ſuum. Neq; enim ſine rore Chriſti poteſt ulla anima afferre frumēta. c ¶ *Et uocaui ſiccitatem, etc.*] Pro ſiccitate Lxx. ῥομφαίαν, id eſt gladiū C tranſtulerunt, ſed & in Hebraico tribus literis ſcriptum reperi חרב Quod ſi חֶרֶב legimus, gladiū ſonat: ſi חֹרֶב id eſt καῦμα, quod nos tranſtulimus ſiccitatē: licet melius in urentē uentū transferri poſſit. Et reuera quoniā ſermo de terra eſt, & de agrorū ſterilitate: magis mihi uideť uentus urens in præſenti loco intelligi debere q̃ gladius: licet omnis plaga quæ propter peccata hominib. inferatur, poſſit & pro gladio accipi. Vocata eſt aūt ſiccitas, ſiue gladius ſuper terrā, & ſuper mōtes: ut nō proferant triticū, & uinū, & oleū, & quæcunq; ſpōte generat humus. Præcedente aūt fame, conſequēter ſuper homines, & ſuper iumēta mors uenit. Et idem gladius uel uentus urēs, omnia quæ manus hominū laborauere conſumit. Vocať itaq;
Heb. 4.c uel inducitur uiuens ſermo dei, & efficax & acutus ſuper omnē gladiū bicipitē, ut anima negligens, quæ terra interpretať arens, & magis in cōcauis habitare q̃ domum dei extruere deſiderat, eius mucrone feriatur, & quicquid fructuū ſe putat habere diſperdat. Inferť etiā gladius ſuper mōtes eleuātes ſe aduerſus ſcientiā dei, & ſuper frumentū, & uinū, & oleum: quibus quaſi cibis & potu & refectione, hæreticorū conciliabula deceptis populis blandiunť. Congrue quis dixerit panem illorum D
eſſe panē luctus, & furorem draconū eſſe uinum eorū, & furorē aſpidum inſanabilem. Oleū quoq; repromiſſionem de cœleſtibus: quo quaſi unguunt diſcipulos, & laborū præmia pollicenť, quæ deteſtatur propheta di-
Pſal. 140.b cens: Oleum aūt peccatoris non impinguet caput meū. Sed & alia quæ abſq; autoritate & teſtimonijs ſcripturarum quaſi traditione apoſtolica ſponte reperiunt atq; confingunt, percutit gladius dei: homines aūt & iumenta, uel λογισμοὺς καὶ αἰσθήσεις, id eſt cogitatiōes & ſenſus eorū accipiamus. Vel certe rationabiles in eis & irrationabiles, id eſt doctos & indoctos pariter, & omnem laborem manuū, & ieiunia eorū & obſeruationes uarias, & χαμευνίας, id eſt humi dormitiones. Qui trib. quadrageſimis per annū ieiunantes, & ξηροφαγίαις humiliantes animā ſuā, & uel maxime de Taciani radice creſcentes, ſuper huiuſcemodi laboribus audiunt: Tanta paſſi eſtis ſine cauſa. Hæc aūt uniuerſa quę dixi, poſſunt de eccleſiæ rectoribus intelligi: qui ædificātes carnalem domū, liberiſq; ſuis & poſſeſſionibus prouidentes, nō curant, uel in ſeipſis extruere templū dei, uel eccleſiam dñi quæ infecta & diruta eſt inſtaurare: quorū ſæpe uita & ſermo incongruus ſcandalizat plurimos, & de eccleſia eijcit, & ad ſolitudinē perducit domū dei. Nec hęc dicimus quo uniuerſos generaliter accuſemus, ſed q̃ in omni officio & gradu, ſint alij qui ædificēt, & alij qui deſtruant templum dei. Et propter eorū uitiū, nec cœli rorē, nec terra det germen: ſicceť humus, montes areāt: triticū, & uinū, & oleum, & omnia quæ terra gignit: homines quoq; ipſi & iumenta & uniuerſus labor manuū ſecante gladio, & ſiccitate uel uento urente diſpereant. d ¶ *Et audiuit Zorobabel, etc.*] Diligenter attende: propter duas intelligentias ſaluatoris in Zorobabel duce & Ieſu ſacerdote: ipſe eñi & rex eſt & ſacerdos: quod nō dixerit, Zorobabel & Ieſus timuerūt: ſed audientib. Zorobabel



A babel & Ieſu & populo uerba Aggei prophetæ: quæ uerba ſunt domini: ſolus populus timuit à facie domini, id eſt ſola multitudo, quæ needum in unum & perfectum uirum uenerat: nec ſpiritui copulatus id eſſe meruit qđ
Pſal. 33.c ſpiritus. Timuit autem populus à facie domini: ſciens quod facies domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. a ¶ *Et dixit Aggeus, etc.*] Quidam putant & Ioannem Baptiſtam, & Malachiam, qui interpretatur angelus domini, & Aggeū quem nunc habemus in manibus, fuiſſe angelos, et ob id diſpenſationē & iuſſionē dei aſſumpſiſſe humana corpora, & inter homines conuerſatos. Nec mirum hoc de angelis credi, cum pro ſalute noſtra etiā filius dei

lathiel, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi uocem dei ſui, & uerba Aggei prophetæ, ſicut miſit eum dñs deus eorum ad eos: & timuit populus à facie domini. Et dixit Aggeûs nuncius domini de nuncijs domini, populo dicens: ego uobiſcū ſum dicit dominus. Et ſuſcitâuit dominus ſpiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & ſpiritū Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſsi ſunt, & faciebant opus in domo domini exercituum dei ſui: in die uiceſimaquarta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darij regis. Cap. II

IN ſeptimô menſe, uiceſima & prima menſis: factum eſt uerbum domini in manu Aggei prophetæ, dicēs: Loquere

humanum corpus aſſumpſerit, & ob hanc cauſam etiā de apocryphis præbēt teſtimonium, ubi dicitur: quod
Gen. 25.c Iacob q poſtea uocatus eſt Iſrael, angelus fuerit, & pro-
& 32.f. pterea ſupplantauerit fratrem in uentre matris ſuæ. Io-
Luc. 1.c annem quoq; ad uocem Mariæ matris domini, exultaſſe in utero Helizabeth: Et omniū rationabilium unā eſſe naturam, & ob hanc cauſam homines qui placuerunt deo, æquales angelis fieri. Hoc illi ſentiant. Cæterū nos nuncium domini, id eſt angelum, qui Hebraice di-
B citur מַלְאָךְ ſimpliciter prophetam dictum recipiamus ab eo quod domini uoluntatem populo nunciauerit: ſiue quia in multis locis dominus noſter atq; ſaluator,
Eſaie 9.b angelus dei dicitur. Sicut ibi: Magni conſilij angelus: typum ſaluatoris dicimus in Aggeo præcurriſſe. Porrò quod ait, nuncius domini de nuncijs domini. Tale eſt quaſi dixiſſet, propheta de prophetis. Quod ait, nuncius domini populo dicens: Ego uobiſcū ſum, dicit dominus: Non loquiť ad Zorobabel & Ieſum, cū quibus & in quibus ſemper erat dominus. Semel enim eos diximus ſecundū diuerſas intelligentias in perſona ſaluatoris accipi, ſed populo qui timuerat à facie domini. Qui quia populus erat, needū ad dei uenerat charitatē, quæ foras mittit timorē. Accipit ergo populus pro dei timore mercedem, ut dñs cum illis ſit, & eſt ſenſus: Ego ero ueſter adiutor: ædificate domū meā, quæ in uobis deſtructa eſt: me in medio ueſtri conſtituto, nemo ædificationē ueſtram prohibere poterit. b ¶ *Et ſuſcitauit dominus ſpiritum, etc.*] Pro duce Iuda, Lxx. tranſtulerunt ἐκ φυλῆς ἰούδα, id eſt de tribu Iuda, & pro opere ἔργα, id eſt opera: cætera ſimiliter. Vbicunq; aūt nos poſuimus, dominū exercituū, illi diuerſe, aut dominū omnipotentem, aut dominū ſabaoth, aut dominū uirtutū interpretantur. Suſcitať ergo ſpiritus Zorobabel & ſpiritus Ieſu, interim ſecundū literā ut regnū & ſacerdotiū ædificent templum dei. Suſcitatur etiā ſpiritus populi qui in eis ante dormiebat: nō corpus, non anima: ſed ut diximus ſpiritus qui magis ædificare ſcit templū dei. Et ingreſsi, foris enim fuerant, faciebant opera quæ digna erant penetralibus domus dei: in eodem anno Darij regis quo & ſuprà: in eo menſe qui & in principio poſitus eſt, ſed non in eodem die. Ibi enim unus dies mēſis ponitur, hic uero uiceſimuſquartus, ut inter primū diem, quo dominus loquiť per Aggeū, & uiceſimūquartum quo ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo dñi, uiginti duo dies medij fuerint: quot & literæ ſunt apud Hebræos. Neceſſe enim habuerunt doceri quæ eſſent ele- C
menta principij ſermonū dei: quæ eos prohiberent dicere, Needum uenit tempus domus domini ædificandæ, & habitare in domibus cōcauis, & ut ſuprà dixi, in ima demergi. Prouocarentur uero ponere corda ſua ſuper uias ſuas, & meminiſsēt propter negligētiam quanta perpeſſi fuerint. Et ut aſcenderent in montem & cęderēt ligna, & ædificarēt domum domini, & non paterentur ea quę fuerant antea perpeſsi. Deniq; in his uiginti & duobus diebus, timuit populus à facie dñi, & ingreſsi ſunt in die uiceſimoquarto menſis, in ſexto menſe, anno ſecundo Darij regis, & faciebāt opus in domo domini exercituum dei ſui. Præcipitur autem nobis, ut ædificari poſsit domus ſpiritualis in ſacerdotium ſanctum, ad offerēdas ſpirituales uictimas placentes deo, tales nos præbere: ut ſuſcitetur in nobis ſpiritus ſanctus: & ingrediamur in domum domini, & faciamus opera domini. Iam enim Zorobabel de genere Dauid, & Ieſus ſacerdos in æternum ſuſcitatus eſt à patre in uirtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis de reſurrectione mortuorum, ut ille præſit operi: nos uero faciamus ipſo adiuuante & diſponente. Quæ tamen ope- D
ra dei facere ante non poſſumus, niſi timeamus à facie domini, & credamus, & ingrediamur templum dei, & ea quæ domui dei digna ſunt perpetremus. Quoniam uero adhuc in ſeculo ſumus, & tēpus ædificationis noſtræ ſub Dario rege uerſatur: in quo generationi coniugijs carniq; ſeruiť: Idcirco in ſexto numero quo factus eſt mundus, & in ſecundo anno qui diuidit unionem, materia enim in qua mundi reparatio ſoboliſq; conſiſtit, duplicem numerū diligit: ingredimur domū dñi, & utroq; populo congregato, extruimus templū dei. Ex duobus enim duodecim numeris, uiceſimiquarti numeri ſumma conſiſtit: quia tam ex circunciſione q̃ ex gentibus, Chriſti eccleſia prima quæ euerſa fuerat ædificata eſt. Sed & hoc poſſumus diſcere, quia octauus numerus qui ſanctus eſt, & in ueræ circunciſionis typo accipitur, triplicatus uiceſimū quartū numerū facit: figuraliter nos docemur: ut ædificemus domū dñi in amputatione carnis, & uitiorū circunciſione: & uerā puritatē eſſe credamus: in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Porrò alius ſexies quartū ſupputauit numerū, & quatuor refert ad elementa mundi, ex quibus ſubſiſtimus: ſex uero ad conditionē mundi, in quo ipſa elemēta uerſanť. Et dicit: quia adhuc in materia ſumus, & graui corpore circūdamur, & ſeruimus generationibus: extruere quidē nos templū, & intrare in domū dei, & quaſi de ſomno graui ſuſcitari ſpiritū noſtrū, ſed adhuc in uiceſimoquarto die idipſum facere.

CAP. II

IN *ſeptimo menſe, uiceſima et prima mēſis: etc.*] Eodem anno, ſed menſe ſeptimo, in quo ſolēnitates dei ſunt: prima & uiceſima die menſis: id eſt, completis tribus hebdomadibus, & perfecta in myſterio trinitatis requie: Tertio factum eſt uerbum domini in manu Aggei prophetæ, qui continuo labore ſudabat, ut ſemper in eo ſermo

Universidad de D… Biblioteca

A dei habere acceſſum. Præteritorũ enim obliuiſcẽs, & in futurũ ſe extendens, ita quotidie laborabat, quaſi præcedentium operũ nihil haberet. Dicitur ergo ei: Loquere ad Zorobabel: & ad Ieſum, & reliquũ populũ: qui uiderũt antiquã domũ dei, & nũc interſunt inſtaurationi eius: nũquid ad comparationẽ prioris nõ talis eſt iſta quæ cernitur? Verum nolite deſperare, nec laſſas manus dimittite: ſed & tu Zorobabel, et tu Ieſu, & omnis popule confortamini, & facite opus in domo mea: Ego enĩ ſum uobiſcũ, & ſermo meus quem pepigi uobiſcũ cum egrederemini de terra Aegypti. Et ſpiritus meus nõ recedet à uobis: nolite timere: ego ſum qui iubeo dominus omnipotens: cuius dixiſſe feciſſe eſt. Quando primũ teſtamentũ dabam, & in Sina monte ſum uiſus: cõmoui cœlum & terrã, & mare rubrũ, & deſertum: ut uobiſcũ ponerẽ teſtamentũ: nunc aũt polliceor uobis, me adhuc ſemel cœlũ & terrã & mare & aridam cõmoturum, ut illis cõmotis moueanť omnes gentes, & ueniant iuxta Lxx. quæ electa ſunt dñi de cunctis gentibus: Iuxta Hebraicũ uero: ueniet deſideratus cunctis gẽtibus, dñs noſter atq; ſaluator: Tunc implebo domum iſtam gloria maiore ꝗ priorẽ: & ſemper uobis ad-
B dam, dicit dñs omnipotens. Et ne forſitan ſponſorẽ putetis infirmũ: Meum eſt aurũ, & meũ eſt argentũ, & meæ ſunt cunctæ opes. Ego in ornamentũ templi aurum argẽtumq; donabo, ut maior fiat huius domus gloria ꝗ prioris. Et quia difficile uideť quod polliceor, & humana infidelitas ad maiora promiſſa ſemper hæſitat: propterea rurſum dico qui promitto: dñs omnipotẽs ſum. Porrò quia ſcio ad ædificationẽ inclytæ domus, & quæ ſuperatura ſit domũ priſtinã, nihil ita facere ut pacem, idcirco & hanc ſpondeo: Dabo enim in loco iſto pacẽ, dicit dñs exercituũ, ut pax quę exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat domum meam, & ſit in pace locus meus. Has interim παραφραστικῶς expoſitionis lineas duxerim, ut ex his ad ſublimiorẽ intelligentiã etiã nobis tacentibus prudens lector aſcendat. Fit ergo ſermo dei ad eos qui operari cœperãt in domo dñi omnipotẽtis, iam in requie, id eſt in mẽſe ſeptimo, & in trinitatis pleniſſimo ſacramẽto, uiceſimaprima mẽſis, & ad Aggeũ dei feſta celebrantẽ: qui rurſum manũ ſuã ſermoni dñi præparauerat, & dicit ad eũ: Loquere ad Zorobabel de tribu Iuda, & ad Ieſum ſacerdotẽ magnũ: qui pro nobis & homo fieri dignatus eſt & ſacerdos, & ad reliquias populi: ad cõparationẽ enim totius orbis, parua pars fuit in principio credentiũ. Igitur quæ locutus ſit audiamus. Fuit quondã in Iſrael domus dei, quæ nunc ita deſerta eſt, ut nec fuiſſe credať: ex quo quæ fuerat dilecta, facta eſt nõ dilecta, & qui nõ populus dei, cœpit eſſe populus dei. Et eſt domus illa quondã glorioſa: nũc in cõſpectu Zorobabel & Ieſu & reliquiarũ populi quaſi nõ ſit. Hoc aũt nõ ſolũ de tẽpli ædificijs quæ cernimus corruiſſe accipere debemus, ſed de omnib. quæ quondã præclara habuere Iudæi. Veruntamẽ quia facta eſt prior domus quaſi nõ ſubſiſtens: prouocať Zorobabel dux, & Ieſus ſacerdos, ut regnũ Chriſti & ſacerdotiũ roboreť, & populus eius qui quondã fuit terræ populus, faciat opera

Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens: Quis in uobis eſt derelictus qui uidit domum iſtam in gloria ſua prima, & quid uos uidetis hanc nunc? nunquid non ita eſt quaſi non ſit in oculis ueſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus: & confortare Ieſu fili Ioſedech ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum: & facite: quoniam ego uobiſcum ſum, dicit dominus exercituum. Verbum quod pepigi uobiſcũ cum egrederemini de terra Aegypti, & ſpiritus meus erit in medio ueſtrum, nolite timere. Quia hæc dicit dominus exercituum: adhuc unum modicum eſt, & ego commo
uebo

C in domo domini, & ſciat deum ſibi eſſe præſentẽ: faciat quoq; uerbũ quod pepigit dñs cum eis quando egrediebanť de terra Aegypti. Atq; utinã & nos egrediamur de Aegypto, ut uerbũ teſtamenti quod accepimus impleamus. Repromittit quoq; dñs deus his qui faciunt opera in domo eius, & implẽt quẽ accepere ſermonẽ, ſpiritum ſuum, dicens: Et ſpiritus meus erit in medio ueſtrũ: Sacramentum cernite trinitatis: Ego ſum uobiſcũ, & ſpiritus meus, & uerbum, in quo poſui teſtamentũ cum egrederemini de Aegypto. Quod aũt dicit in medio ueſtrũ, iuxta illud ſentiendum eſt, quod in Euangelio ſcriptũ legiť: Medius enim ue- Ioan. 1.d
ſtrum ſtat, quẽ uos neſcitis, qui poſt me ueniet. Hæc ergo dicit dominus exercituũ ad uos: qui uidetis domum priorẽ ſic eſſe quaſi non ſit. Moui cœlum, quando de cœlo audita eſt uox mea. Moui terram, quando priori populo tradidi teſtamentũ: & in aduentu meo, caligo, turbo, tenebræ cernebantur. Moui mare rubrũ, quando uiam præbui populo tranſeunti. Moui aridam uel Aegyptũ per plagas cultu dei uacuam: uel ſolitudinẽ per quam quadraginta annis circunduxi populũ. Hæc adhuc ſemel mouebo: Quod factum cernimus in aduentu dñi
ſaluatoris. Tempore quippe paſſionis eius, fugiẽte ſole, D
cœlum motũ eſt: & tenebræ factæ ſunt ſuper omnẽ ter- Matt. 27
ram ab hora ſexta uſq; ad horã nonã. Mota eſt terra, & Luc. 23
ſaxa ſciſſa ſunt, & ſepulchra reſerata: motũ eſt mare, dracone qui in eo erat interfecto: mota eſt & arida, infructuoſa quondã gentiũ ſolitudo. In hoc aũt uniuerſitatis
tremore cõmotæ ſunt etiam omnes gentes: Quia in om Psal. 18.a
nem terrã exiuit ſonus apoſtolorũ dñi, & uerba eorum penetrauerunt uſq; ad terminos orbis. Ob id aũt omnes motæ ſunt nationes, ut ex earũ motu ueniret electa gentiũ multitudo, & quæ ubicunq; præclara ſunt. Verbi gratia: Electa de Corintho: quia multus erat in ea populus dei. Electa de Macedonia: quia grandis in Theſſalonica dei eccleſia congregata, nõ habebat neceſſarium ut dę charitate doceret. Electa de Epheſo, ut arcana dei nulli antea reuelata ſacramenta cognoſceret. Quid plura? omnes gentes cõmotę ſunt, ad quas ſaluator apoſtolos miſerat, dicens: Euntes docete omnes gentes, & ex multis uocatis pauci electi, primitiuorũ eccleſiam con-
ſtruxerunt. Vnde & apoſtolus Petrus: Salutat uos, in- 1 Pet. 5.d
quit, quæ in Babylone eſt electa, & Marcus filius meus. Et Ioãnes: Senior, inquit, electæ dominæ: ac deinde filios memorat electæ. Cõmotis ergo gentibus, quas quidem poſſumus & contrarias accipere fortitudines nõ ualentes ſplendorẽ dñi ſuſtinere: uenerunt electa omnium gentiũ, & repleta eſt gloria domus domini, quæ eſt eccleſia dei uiuentis, columna & firmamentũ ueritatis. Hæc ſecundũ Lxx. Cæterũ in Hebraico melius & ſignificantius habeť, ut ſuprà poſuimus: Et mouebo omnes gentes, & ueniet deſideratus cunctis gentibus. Vere enim poſtquã ille uenit, impleta eſt gloria domus domini. Et quantum dominus diſtat à ſeruo, tantum domus domini melior eſt cui præeſt dñs, à domo priore cui præfuit ſeruus. Quod autem ait: Meũ eſt argentũ, & meum eſt aurum, dicit dominus exercituum: Non pu
to



A to quenq̃ exiſtimare ꝙ de argẽto loquať & auro, quæ à diuitib. & regibus poſſidenť. Hoc enim modo non ſolũ argentũ & aurũ dei eſt quaſi creatoris, ſed & cætera metalla, æs, ſtannũ, plumbũ, & quod domat omnia ferrũ. Sed ego argentũ, quo domus dei ornať, exiſtimo eloquia ſcripturarũ, de
Psal. 11.b quibus diciť: Eloquia dñi, eloquia caſta: argẽtũ examinatũ, probatũ terræ, purgatũ ſeptuplũ. Et aurũ, quod in occulto ſanctorum ſenſu, & in cordis uerſať arcano, & ſplendet uero lumine dei, qđ & Apoſtolum de ſanctis, qui ſuper fundamentũ Chriſti ædificãt, ſenſiſſe perſpicuũ
1 Cor. 3.c eſt: Aurũ, argenũ, lapides precioſos: Vt in auro ſenſus occultus ſit, in argẽto ſermo decens, in lapide precioſo, opera deo placentia. His metallis illuſtrior fit eccleſia ſaluatoris, ꝗ quondã ſynagoga fuerat: his lapidibus uiuis ædificať domus Chriſti, et pax ei præbeť æterna. Porrò quod ſequiť in Lxx. Et pacẽ animæ in acquiſitionẽ omni qui creať, ut ſuſcitet templũ iſtud: quaſi ſuperfluũ
B & uix cohærens, quippe quod nec apud Hebræos, nec apud aliũ quenq̃ interpretẽ fertur, omiſimus. a ¶ *In uiceſima, etc.* ] Propterea & Lxx. interpretũ editionẽ poſuimus, quia in quibuſdã uerbis diſſonare uidebanť. Et hoc quod diciť: Propter munera eorũ matutina, dolebunt à facie maliciarũ ſuarũ, & oderatis in portis arguentes: nec in Hebræo, nec apud alios interpretes inuenitur. Notandũ aũt ꝙ in iſto loco: In uiceſima & quarta die menſis noni anno ſecundo: nõ ut ſuprà tertia die dicitur: Factũ eſt uerbum dñi in manu Aggei prophetæ, ſed ad Aggeũ prophetã. Ibi enim quia adhuc profectũ habebat, & opera tantũ munda: cor aũt illius necdũ plenam ſapientiã receperat: ſiue quia habitabat adhuc inter eos, qui dicebant: Nondũ uenit tempus domus dñi ædificandę: in operibus tantũ eius ſermo factus eſt dñi. Hic aũt quoniã iam templi iacta ſunt fundamenta, & ingreſſus eſt populus cum principibus in domũ dei: & facit opus congruũ templo dei, & audiuit myſteriũ: Mouebo omnes gentes: & ueniet deſideratus cunctis gentibus, & plenus eſt uaticinio: propterea ad totũ Aggeũ ſermo fit dñi. De uiceſimaquarta die & ſecundo anno iã diximus. Noni menſis numerus qui hic addiť, nunquã in bonã partẽ legitur. Paſcha immolat populus, & alias celebrat feſtiuitates: omnis eius ſolennitas die finiť octauo, nec ad nonũ peruenit. Qui agnũ paſchæ præparãt, tranſacta die nona incipiũt præparare. Dies quoq; pro-
Hier. 39.a & 52.a piciationis & expiationis menſis ſeptimi, poſt diem nonam celebrať. Et in Hieremia, ſicut legẽtibus poterit eſſe manifeſtum, Hieruſalem nono anno à Babylonijs oppugnať. Quia igitur prophetia de immundicia populi futura erat, idcirco ſecũdo anno Darij nonus mẽſis iungitur. Rurſum quia dať locus pœnitẽtiæ poſt immũdiciæ correptionẽ: uiceſimaquarta die ſermo dei fit ad Aggeũ prophetã, ut quaſi ex perſona dñi quæſtionẽ à ſacerdotibus ſciſciteť ex lege uenientẽ, & diciť ei: Interro-

uebo cœlum & terrã, & mare & aridã: & mouebo omnes gẽtes. Et ueniet deſideratus cunctis gẽtibus, & implebo domũ iſtam gloria, dicit dñs exercituũ. Meum eſt argentũ, & meum eſt aurũ, dicit dñs exercituũ. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus ꝗ primæ, dicit dñs exercituũ. Et in iſto loco dabo pacẽ, dicit dñs exercituũ.

HEB. In uiceſimã & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darij, factũ eſt uerbum domini ad Aggeum prophetã, dicens: Hęc dicit dominus exercituũ: Interroga ſacerdotes legem dicẽs: Si tulerit homo carnẽ ſanctificatam in ora ueſtimẽti ſui: & tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentum, aut uinum, aut oleum

SEP. Viceſima & quarta noni mẽſis, anno ſecundo ſub Dario, factus eſt ſermo dñi ad Aggeũ prophetã, dicens: Hæc dicit dñs omnipotens: Interroga ſacerdotes legem dicẽs: Si ſumpſerit homo carnẽ ſanctam in ſummitate ueſtimenti ſui, & tetigerit ſummitas ueſtimenti eius panem, aut coctionem, aut uinum, aut oleum

C ga ſacerdotes legẽ, dicẽs. Simulq; cõſidera ſacerdotum eſſe officij, de lege interrogãti reſpõdere. Si ſacerdos eſt, ſciat legẽ dñi: ſi ignorat legẽ, ipſe ſe arguit nõ eſſe dñi ſacerdotẽ. Sacerdotis enim eſt ſcire legẽ, & ad interrogationẽ reſpõdere de lege. Quod quidẽ & in Deuterono-
mio legimus: ut ſicu- Deut. 17.b
bi in urbib. Iſrael quæſtio fuerit exorta inter ſanguinẽ & ſanguinẽ, inter iudiciũ & iudiciũ, leprã & leprã, contradictionẽ & cõtradictionẽ: eãt ad ſacerdotes atque leuitas, & ad pontificẽ q in diebus illis fuerit cõſtitutus, & quęrãt ab eo legem dñi: quib. reſpõdentibus faciãt qđ iubenť. Quod ſi nõ fecerint, exterminenť de populo. Et ne forſitan in ueteri ſolum inſtrumẽto hæc præcepta uideantur: loquiť & Apoſto-
lus ad Timotheũ: Epi 1 Tim. 3.a
ſcopũ nõ ſolũ irreprehenſibilẽ eſſe debere, & unius uxoris uirũ, & ſapientẽ, & pudicũ, & ornatũ, & hoſpitalẽ, ſed etiã doctorẽ. Et
ne caſu hoc dixiſſe uidereť, ad Titũ quoq; ſuper presby Titum 1.b
teris, quos & epiſcopos intelligi uult ordinãdis, eadem
cautela ſeruať: Propter hoc reliqui te Cretæ, ut quæ reſi- D
dua erãt corrigeres, & ordinares per ciuitates presbyteros, ſicut ego præcepi tibi: Si quis eſt irreprehenſibilis, unius uxoris uir: filios habẽs fideles, nõ in accuſatione luxuriæ uel inſubiectos. Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe, ſicut & diſpenſatorẽ: nõ procacẽ, non iracundũ, nõ uinolentũ, nõ percuſſorẽ, nõ turpis lucri cupidũ: ſed hoſpitalẽ, pudicũ, benignũ, iuſtũ, ſanctũ, cõtinentẽ, habentẽ in doctrina ſermonẽ fidelẽ: ut poſſit cõſiliari in doctrina ſana, & eos q cõtradicũt arguere. Sũt enĩ multi & nõ ſubiecti, uaniloqui & ſeductores: & maxime q de circũciſione ſunt, quib. oportet imponere ſilentiũ. Hæc prolixius poſui, ut tã ex ueteri ꝗ ex nouo teſtamento, ſacerdotũ eſſe officiũ nouerimus, ſcire legem dei, & reſpõdere ad quæ fuerint interrogati. Nec ſimplicitatẽ & ciborũ cõtinentiã in magiſtro ſufficere: niſi qđ ipſe facit, poſſit & alios erudire. Certe quia reſpõſuros puto: hoc eorũ eſſe q ſe ab adoleſcẽtia præparãt ad docendũ: frequẽter aũt iudicio dñi, & populorũ ſuffragio in ſacerdotiũ ſimplices eligi: ſaltẽ illud habeãt, ut poſtꝗ ſacerdotes fuerint ordinati, diſcãt legẽ dei, ut poſſint docere quod didicerint, & augeant ſcientiã magis ꝗ opes, & nõ erubeſcant à laicis diſcere, qui nouerint ea quæ ad officiũ pertinẽt ſacerdotũ: magiſq; noctes & dies in ſcripturarũ tractatu, ꝗ in ratiocinijs & ſupputatione cõſumant. Quid eſt aũt quod ex perſona dñi Aggeus interrogat ſacerdotes? Si tulerit homo carnẽ ſanctificatã in ora, ſiue in ſummitate ueſtimẽti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panẽ, aut pulmentũ, aut uinũ, aut oleũ, aut omnẽ cibũ: nunquid ſanctificabiť? Anteꝗ de quæſtione tractemus, debemus interim iuxta literã noſſe, quid ſit caro ſanctificata, & quid ſit immundus in anima. Hoſtia quæ immolabať in altari, carnes illius ſanctæ erãt, & inter ipſas ſanctificatas carnes erat multa diuerſitas. Alias enim ſacerdotes in tẽpli adytis comedebant: alias

Universidad de Deusto Biblioteca

A propinqui eorū domi: alias hi qui de ſacerdotib. uidebant eſſe maculati: alias Iſraelitæ qui nullā habebāt im-
Leuit.21.a mundiciā. Huius diuerſitatis plena ratio in Leuitico dicitur. Immundus aūt anima dicebaẗ, qui corpus hominis mortui attigerat. In quo animaduertendū, quòd diu anima in corpore ſit, immundū nō eſſe corpus humanū: ſtatim uero ut ſpiritus uegetātis actus receſſerit, immundū fieri quod terrenū eſt, ſicut in eodē Leuitico ſcribiẗ: Et ait dn̄s ad Moyſen dicēs: Dic ſacerdotibus filijs Aarō, & dices ad eos: In animabus nō cōtaminabunẗ in gēte ſua, ſed in cognatis quę appropinquāt eis: ſuper matre, & ſuper patre, & ſuper filijs & filiab. & ſuper fratre & ſorore ſua uirgine, quę appropinquat ei, & nō eſt tradita uiro: ſuper his contaminabit, & nō polluet repente in populo ſuo in contaminatione ſui. Conſidera his præcipi ſacerdotibus nō ingredi ad quemlibet mortuū, niſi ad eos cognatos & propinquos, de quib. ſuprà dictum eſt. Sacerdos aūt magnus, id eſt pōtifex,
B plus aliquid habebat à cæteris ſacerdotibus: & nec pietas illum, nec affectus flectere poterat, ut immundus fieret in ſupradictis nominibus. Ait enim ſcriptura: Et ſuper omnem animā quæ mortua eſt non ingredietur: ſuper patre ſuo, neque ſuper matre ſua, & non contaminabitur. Scientes ergo quid ſit caro ſanctificata, & immundus in anima, uideamus propheta quid quærat: Si homo quicunque: non hic de pontifice dicitur, aut de ſacerdote, aut de leuita: ſed quilibet homo, ubi perſona non ponitur, paſsim omnibus licet carnem tangere. Si tulerit, inquit, carnem ſanctificatam, & ligauerit in ſummitate ueſtimenti ſui, & ipſa ſummitas ueſtimenti panem tetigerit, aut quamlibet aliam coctionem, aut uinū, aut oleum, aut omne extra hęc quo homo ueſci poteſt: nunquid panis, aut uinum, aut oleum, aut omnis cibus tactu ueſtimēti in quo caro ſancta ligata eſt ſanctificari poteſt? Et reſpondentes ſacerdotes dixerunt: Non poteſt: hoc eſt, nihil eorum ſanctificabitur de quibus quæris, ſed ita unumquodque permanebit ut fuerat. Rurſum alia quæſtio proponitur ſacerdotibus: quod ſcilicet bene reſponderint ad ſuperiorem, & quaſi ſimilitudo problematis coaptatur in qua imperitus facile labi potuit. Da enim aliquem neſcire legem, & ſicut reſpondit de ſanctificata carne, nō ſanctificari panem, aut pulmentum, aut uinum, aut oleum, aut omnē cibum: & in hoc æque reſpondebit, & dicet: Pollutum in anima nō contaminare ea quæ ſancta caro ſanctificare nō potuit. Interrogat igitur, & dicit: Si tetigerit is qui pollutus in anima eſt: hoc eſt, qui contagione mortui eſt immūdus effectus, ex his omnibus, panē uidelicet, aut pulmentū, aut uinum, aut oleum, aut reliquos cibos: nunquid ex contactu eorū hæc quæ tetigerit polluentur? Et reſponderunt ſacerdotes, quorum princeps erat filius Ioſedech: unde & legē nouerant, & dixerūt: Contactu eius qui immundus eſt omnia quæ ab eo contacta ſunt pollui. Et reſpondit Aggeus & dixit, de ſuperioribus tacens: quod ſanctificata

HEB. oleum, aut omnem cibum: nunquid ſanctificabitur? Reſpōdentes autem ſacerdotes dixerunt: Non. Et dixit Aggeus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et reſponderunt ſacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. Et reſpondit Aggeus, & dixit: Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meam, dicit dominus: & ſic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerunt ibi, cōtaminata erunt. Et nunc

SEP. oleū, aut omnē cibū, ſi ſanctificabiẗ? Et reſpōderūt ſacerdotes, & dixerunt: Nō. Et dixit Aggeus: Si tetigerit immūdus in aı̄a de omnib. his, cōtaminabiẗ? Et rn̄derūt ſacerdotes, & dixerūt: Cōtaminabiẗ. Et rn̄dit Aggeus & dixit: Sic populus iſte & ſic gens hæc corā me, dicit dn̄s: & ſic oı̄a opera manuū eorū. Et quicūque appropinquauerit tibi, cōtaminabiẗ: propter munera eorū matutina, dolebūt à facie maliciarū ſuarum, & oderatis in portis arguētes. Et nunc

caro cæteros cibos ſanctificare non poſſit. Et de ſecunda tantummodo quæſtione ſermonis ſui texens occaſionem: Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciē meā, dicit dominus: Qui immundus eſt in anima, & morticinum tetigerit: omne quod tetigerit & quod obtulerit mihi immūdum erit. Quod autem dicit ſecundum literam, huiuſmodi eſt: O popule qui altari tantū extructo, & diruta domo mea hoſtias mihi offers in altari, & uictimis eius & carnibus te ſanctificari putas: ſcito non tam ſanctificari te ex hoſtijs quæ templo diruto tibi prodeſſe non poterunt, quàm contaminari omnia opera tua & cuncta quę agis, ex eo quod negligis, & tuam magis domum quàm meam extruere conatus es. Sanctum quidē eſt quod offertur in altari: ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs, quàm ex eo quod in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris. Hæc iuxta hiſtoriam: quanquam ſpiritualis in ea intelligentiæ lineas duxerimus. Cæterum ſecundum ἀναγωγὴν eccleſiaſticus uir qui immolauit agnum immaculatū & anniculum, & indutus eſt Chriſto, ſi tulerit de carnibus eius, & ligauerit in ſummitate ueſtimenti ſui, & ipſa ſummitas tetigerit ſcripturarum panem: qui confirmat corda credentium: aut coctionē, apoſtolicas epiſtolas, quę quaſi ueteris legis carnes concidunt & decoquunt, & conditas præbent eſui: aut uinum quod lætificat cor hominis: aut oleum in quo exhilaratur facies audientis: aut omnem cibum: lac quo aluntur Corinthij: & olera quibus ueſcuntur infirmi, et Rom.14.a cætera his ſimilia: non ſtatim quaſi ſanctificata ea comedent quibuſcunque data fuerint. Non enim ex eo quod dicuntur, ſed ex eo quod ſuſcipiuntur ſanctificant audientes: quia multi auditores ſunt, & non factores. Sed & ob id puto hæc uniuerſa quæ dixi, ex tactu ueſtimenti ad ueſcentes nequaquam ſanctificata deferri, quod ſummitate tantū pallij continguntur: & ſanctificatæ carnes intrinſecus, humorē, ſanguinem, uenas, neruosque non norunt. Sicut igitur ſummitas ueſtimenti dominici, & leuis tactus non ſanctificat, niſi eum qui comederit carnes agni, & ſanguinem eius biberit: Sic econtrario immundus in anima: peruerſæ quæque doctrinæ, quodcunque tetigerint immundū faciant neceſſe eſt. Habent enim in ſacramentis panem, & uinum, & oleum, & omnem cibum, ſed ſacramenta eorum quaſi panis luctus, omnes qui ea tetigerint contaminabuntur. Legūt & ipſi ſcripturas, & quaſi de ſcripturarū teſtimonijs cōſpargunt panē, & tota nocte in clibano coquūt illū. Sed cum ad ueſcendū datus fuerit, comedētes ad inſaniam prouocat. Habent & pulmentū & coctionē, conātes iuxta peruerſitatis ſuæ ſenſum myſtica quæque de ſcripturis texere, et quaſi coquere & cōdire carnes agni, ſed coctio illa perditio eſt. Habēt & uinū, ſed nō de uinea Sorech, Hier.2.d & quā plantauit dn̄s in Hieremia: Electā & totā ueram, ſed de uinea Sodomorū. Habent & oleum quod de ueteris & nouæ ſcripturæ teſtimonijs uiolenter exprimūẗ,





A & quaſi in refectionem deceptis & laſsis mentibus pol-
Pſal.140.b licentur, ſed deteſtatur illud ſanctus, & dicit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Habent & diuerſos cibos, multiplices uidelicet uariarum ὑποθέσεων diuerſosque tractatus: quos quia immūdi ſunt qui ſcripſerunt, & de immundo ore prolati ſunt: omnis qui tetigerit immundus fiet, & in eorum trahetur errorē. Vnde reſpondit Aggeus: qui ſcit differentias ſolennitatum, & ob id feſti ſortitus eſt nomē. Sic populus iſte & ſic gēs iſta: Iudæorum uidelicet atque gentilium & hæreticorū omnium in conſpectu meo, dicit dominus: Omne quod fecerint, quod mihi obtulerint, uel uota pro ſalute, uel pacifica uel pro peccato, uel pro delicto, uel in holocauſtum: ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue uictus continentiam, & corporis caſtitatem: contaminata erunt in conſpectu meo. Quamuis enim ſancta uideantur ſpecie ſui quæ offeruntur à talibus: tamen quia tacta ſunt ab eo qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur. a

¶ *Et nunc ponite corda ueſtra, etc.*] Licet omnia quæ obtuli-
B ſtis mihi in altari, quia templum non ædificaueratis, cōtaminata fuerint: ſine extructione quippè templi, donum omne pollutum eſt: tamen nunc te hortor ò popule, ut ſenſu ad præterita reuertaris: conſideresque quæ facta ſint: hoc eſt, ab hac die uiceſimaquarta noni menſis anno ſecundo Darij: quicquid retro geſtum eſt mente complectere, & propter quæ, quāta ſuſtinueris, ut cum deinceps proſpera tibi euenerint, ſcias qua cauſa euenerint. Ergo anteque inciperes ædificare templum, & lapidem ſuper lapidem ponere: cum accederes ad aceruū, & putares uiginti te habere modios, nōne uix mediam partem colligere poteras? Siue iuxta LXX. cum mitteres uiginti modios hordei in uas quod uocatur cypſele, & exiſtimares te quanque hordeum mitteres iumentorum cibum, uel de ipſis uiginti modijs eſſe ſecurū: nōnne poſtea reuerſus ad uas uix decem modios reperiſti? Ad torcular quoque cum accederetis & uideretis uuas: & quinquaginta amphoras uobis oculi pollicerentur: non dico partē mediam: ſed uix uiginti amphoras exprimere poteratis. Et hæc feci percutiens uos uento urente, & corruptione aeris, & emorientibus frugibus, uacuisque ſpicarum folliculis, & uinearum botris: ut malorum pondere uos ad meam noticiam prouocarem: & nec ſic fuit qui reuerteretur ad me. Hebræus totam loci huius continentiā ab eo quod ſcriptū eſt: Et nunc ponite corda ueſtra à die hac & ſupra: uſque ad eū locū ubi ait: Vinea & ficus & malogranatū, & lignum oliuæ non floruit: ex die iſta benedicā: ita expoſuit: Certè nūc templi fundamenta ſunt iacta: ex hac igitur die qua fundamēta ieciſtis: cum in præteritum uos ſterilitate, & fame, & grandine, & ſiccitate punierim, & non fuerit qui ad me per has plagas reuerteretẽ è uobis: ponite corda ueſtra in futurū & deinceps, & uidete quia omnia uobis proſpero curſu fluant. Hoc autē eueniet quia templum meum ædificare cœpiſtis, nec in ſolo altari habentes fi-

HEB. Et nūnc ponite corda ueſtra à die hac & ſupra: antequam poneret lapis ſuper lapidem in templo domini. Cum accederetis ad aceruū uiginti modiorum, & fierent decem, & intraretis ad torcular ut exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant uiginti. Percuſſi uos uento urente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum ueſtrarum: & non fuit in uobis qui reuerteretur ad me, dicit dominus. Ponite

SEP. Et nunc ponite ſuper corda ueſtra à die hac & ſupra: antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini: qui eratis: quādo mittebatis in cypſelen, hordei uiginti ſata, & fiebant decem ſata hordei, & ingrediebamini torcular, ut hauriretis quinquaginta amphoras, & fiebant uiginti. Percuſſi uos ſterilitate, & corruptione aeris, & grādine omnia opera manuum ueſtrarū, & non reuerſi eſtis ad me, dicit dn̄s. Ponite

C duciā, ædificationē meæ domus cōtemnitis. Iuxta quē ſenſum breuiter poſſumus dicere: fruſtra aliquos munera offerre deo, & eleemoſynis atque oblationibus putare deum poſſe placari: cum ipſi non extruxerint in ſe templum ſpiritui ſancto. Tunc enim proſunt eleemoſynæ & munera quæ offerūtur in altari: cum ſeipſum quis ædificauerit templum dei, & poſt ædificationē templi, dona obtulerit in altari. Porrò ſecundū Tropologiam, & ad nos dicitur qui nunc in Ieſum Chriſtū credimus, ſi tamen credimus, & opere fidei oſtendimus ueritatem: ut reuertamur mente ad illud tēpus: quando gentiles eramus, quotidie uitijs ſeruientes: nec extruxeramus in nobis templū deo. Quomodo autē architectus & ſciētiſſimus cementarius lapidem iungit lapidi, & inferiorem ſuperiori calce gypſoque conglutinat: Ita & architectus: quē ſe & Apoſtolus eſſe dicit: Quaſi ſapiens architectus funda- 1.Cor.3.c
mentū poſui, & quem de Hieruſalem ablaturum ſe dominus cōminatur: nouit quomodo opera iungat operibus, & paulatim extruat templum dei. Fundamentū
D autē huius templi ponitur Ieſus: ſuper quē unuſquiſque uideat quid ædificet: Alius ædificat aurum, argentum, lapides precioſos: alius ligna, fœnum, ſtipulam. Et tribus bonis tria econtrario opponuntur mala. Iſti ſunt lapides, de quibus extructurū ſe Hieruſalem dominus
Eſa.28.d repromittit: Ecce ego præparabo tibi carbunculū lapidem tuū, & fundamenta tua ſaphyrū, & ponā propugnacula tua iaſpidē & portas tuas de lapide cryſtallo, & murū tuū de lapidibus electis. Neque enim putandū eſt ſecundū Iudaicas fabulas & inepta figmenta, deū auro & gemmis ædificaturū Hieruſalē, & non uiuis lapidib. qui nunc uoluunẗ ſuper terrā, & iuxta naturas lapidū, uel igniti fide ſunt, ut carbūculus: uel toti cœleſtes & in thronū dei reducti, ut ſaphyrus: uel innocētia & bonorum operū ſimplicitate lucētes, ut cryſtallus. Diciẗ ergo nobis ut cōſideremus, quæ retro paſsi fuerimus anteque in nobis ædificaremus templū dei. Cū accederetis, inquit, ad aceruū uiginti modiorū & fierent decem: ſiue iuxta LXX. ὅτε ἐνεβάλετε εἰς κυψέλην εἴκοσι σάτα, καὶ ἐγένετο δέκα σάτα κριθῆς, id eſt cum mitteretis in cypſelen uiginti modios hordei, & fierent decem modij hordei. Quicquid enim ante Chriſtū uidebamur habere uirtutū bonorūque operū, non erat frumentū, ſed hordeum: & ipſum hordeum, non ſecundum ſpem & uota noſtra, quod de Iſaac legimus, cētenas fruges dabat: Gen.26.e
ſed uix mediam partē laboris noſtri ex eo inuenire poteramus, & dicebatur ad nos: tanta paſsi eſtis ſine cau- Gal.3.a
ſa? Sed & cum intraremus ad torcular, & quinquaginta uini amphoras ſupputaremus: quem numerum cōpletus ſeptē hebdomadibus unio diuinitatis includit, & putaremus nos habere uinū, quod lætificat cor hominis, ſubtrahebaẗ nobis ſanctus numerus tricenarius in Luc.3.c
quo baptizatur dominus, & Ezechiel uiſionē cernit in Ezech.1.a
prophetiæ ſuæ exordio, & iuxta Hebraicum ſacerdotes accedebant ad miniſterium dei, & relinquebantur

Universidad de Deusto Biblioteca

A uiginti. Quem numerum amat Eſau: unde & Iacob ſciens eum hoc numero delectari: mittit quædam animalia in munere, uiginti & uiginti. Simulq; & cerne quod ipſe Iacob licet ſanctus: tamen eo tempore quo non erat cum patre ſuo Iſaac, id eſt, riſu: & matre ſua Rebecca id eſt, patientia: ſed uicinos habebat Aſſyrios, & habitabat in Meſopotamia: hinc atque inde ſe cingentibus fluuijs, uiginti annorum ſpacio, crudeliſsimo & auariſsimo ſeruiuit Labani. Nec moueat quempiã, ſi dicamus aliquos ante fidem Chriſti & extructionem templi eius, mediam partẽ ſe laboris ſui poſſe percipere: cum apud incredulos nullus fructus ſit bonorũ operum: Nõ enim uiginti reponit & inuenit uiginti, ſed ſi uiginti repoſuerit, inuenit decem id eſt mediam partem laboris ſui. Iudæi & ethnici & philoſophi huius ſeculi cæteriq; qui ſapientiam iactitant: in præſenti tantum tempore conuerſationis ſuæ & laboris fructum & gloriam capiunt: omniſq; ſpes eorum & merces futuri ſeculi tollitur. Hoc autem ideo fit ne penitus deſperantes contemnant pœnitentiam: ſed aliquando conuerſi ponant lapidem ſuper lapidem, & ædificent templum dei. Quod ſi in incredulitate permanſerint: id ipſum medium quod uidebantur habere perdent. Sequitur enim: Percuſsi uos uento urente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum ueſtrarum. Quicquid autem aurugine & grandine & uento urente percutitur in puluerem redigitur & fauillam: nihilq; in eo quod ad utilitatem & ad eſum perueniat inuenit. Quæ quidem cuncta fecit dominus: quia non eſt inuentus in eis qui reuerteretur ad eum. Quod ſi reuerſi fuerint & ædificauerint templum domini: à die qua ædificare cœperint, habebunt quæ prophetiæ ſermo ſubtexit. a ¶ *Ponite corda ueſtra ex die iſta, etc.*] Expoſui ait uobis quæ ſuſtinueritis antequam inciperetis ædificare templum meum: Nunc exponam quæ uobis uentura ſunt proſpera, quia templũ meum ædificare cœpiſtis. A die uiceſimaquarta noni menſis, in quo templi fundamenta ſunt iacta: quanta rerum abundantia futura ſit conſiderate. Nonus eſt menſis quem nos nouembrem, uel decembrem dicimus ניסן enim apud Hebræos menſis eſt primus: qui appellatur menſis nouorum: eo tempore quo paſcha faciunt, id eſt, incipiente ueris exordio: qui ſecundum lunæ curſum ſæpe quandam partem menſis Martij poſſidet: interdum incipit in Aprili. Ergo ſi niſan Aprilem intelligimus: nonus menſis ſecundum ſupputationem Hebræorum december erit. Igitur decimus eſt menſis eo tempore quo ſemina latitant in terra, nec futura fœcunditas coniectari poteſt. Nunquid iam ait ſemen in germine eſt? Quod melius Hebraicè dicitur, in ſolliculo: ut thecam frumenti ſignificet: Nunquid uinea & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ florem ſuũ dederunt: ut ex flore intelligatur & fructus. Vtique nono menſe (ut diximus) decembri, futurarum nulla ſigna ſunt frugum. Ne igitur dicatis hoc me prudenti ratione conijcere: & futuram fœcunditatem de floribus arborum herbiſq; ſegetũ ſuſpicari: ecce nulla ſigna ſunt, & tamẽ ego prædico uobis: quia cœpiſtis ædificare templum meum, ad benedictionẽ meam, frugũ omnium C fœcunditatem. Hoc ſecundum Hebraicũ diximus. Cæterum ſecundum LXX. longè alter eſt ſenſus: quem & ipſum primum debemus iuxta literam exponere: ut poſtea cœptus tropologiæ ordo tractetur. Ponite corda ueſtra à die hac qua templum fundatum eſt, in futurum, & uidebitis tantas futuras eſſe ſegetes, & tanta de cunctis agris frumenta portari: ut area neſciat fruges ſuas: ſiue ut non ſint areæ ſingulorum: ſed præ multitudine iungatur area areæ, & arearum ſeparatio neſciatur in terra. Vinea quoq; & ficus, & malogranatũ, & lignum oliuæ quæ prius ueſtro uitio non afferebant fructus, qa mihi nec dum cœperatis ædificare templum: tanta uuarum & pomorũ abundantia curuabuntur: ut manifeſta fœcunditas manifeſtam indicet benedictionem. Nonum autem menſem, non in bonam partem accipi, & quartus regnorum liber & Hieremiæ narrat hiſtoria: in quo obſeſſa dicitur eſſe Hieruſalem. Tamen quoniam in fine noni menſis templi fundamenta iaciuntur: hoc intelligere poſſumus: quod non incipiatur extrui templum domini, niſi mala opera finiantur. Vnde & in uiceſimo quarto die menſis eiuſdem, fundamentum templi ponitur, in quo numero duplex δωδεκάς & tres D ὀγδοάδες, quatuorq; ἑξάδες ſunt, de quo iam ſupra plenius diſputatum eſt. Quicunq; ergo dei cultui ſe dedicauerit & cõtempſerit ῥάθυμον, id eſt negligentẽ patronũ: Qui in Eſdræ uolumine iuxta LXX. interpretes templũ dei ædificari uetat: iſte neſcit menſurã frugũ & mercedis ſuæ. Vel certè propter hoc quod dicit̃: ſi adhuc cognoſcet̃ ſuper terrã area: qui ſeminauerit in ſpiritu, & de ſpiritu meſſuerit uitã æternã, nequaq; ſibi theſaurizabit in terra, ſed omnia opera eius & mercedes operũ in cœleſtib. colligent̃. Vinea quoq;, id eſt, ſermo dei, cuius in unoquoq; pater agricola eſt: & ficus ſpiritus ſancti dona dulciſsima: & malogranatũ, eccleſiaſtica dogmata & ſciẽtia ſcripturarũ, quæ ſponſæ genis in cantico canticorũ cõparatur: & ligna oliuæ dabunt refectionẽ & illuminationẽ cordis ei qui cœperit ædificare templũ dei. Quod autẽ uinea & ficus & oliua (pauliſper de malogranato differto) referant̃ ad perſonã ſaluatoris, & dei patris & ſpiritus ſancti: in Iudicũ libro plenius legit: ubi uadunt infructuoſa ligna, ut cõſtituant regẽ ſuper ſe: dicũtq; per ordinẽ uineæ & ficui & oliuæ, ut regnent ſuper ea, & tam ea q; ficus & oliua renuunt tale imperiũ: nec dignant̃ ſuper infructuoſa ligna regnare: Tũc illa ueniũt ad dignũ ſterilitatis ſuæ regẽ, id eſt, ad ramnũ ſpinoſum fruticẽ, & arbuſculã ſentibus unciniſq; cõtextã: quæ teneat quicquid attigerit, & retẽtũ uulneret, & uulneratorũ ſanguine delectet̃: inſuper & ignẽ emittat à ſe, & regnata ligna cõſumat. Referimus aũt ramnũ ad diabolũ, & ſecundũ uirgulti naturã illius naturã interpretabimur. Porrò uinea ficus & oliua ibi erunt, ubi malogranatũ fuerit: quæ arbor propter granorum nimiam multitudinẽ, & intertextis membranulis quandam geometricã compoſitionẽ, & diuerſas quidẽ manſiunculas, ſed tamen omnes una cortice comprehẽſas, ſemper in ſcripturis ſuper eccleſiæ perſona ponitur.

HEBRAEI. Ponite corda ueſtra ex die iſta & in futurum: à die uiceſima & quarta noni menſis, à die qua fundamenta iacta ſunt templi domini, ponite ſuper cor ueſtrum. Nunquid iam ſemen in germine eſt, & adhuc ficus & uinea & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die iſta benedicam.

SEP. Ponite corda ueſtra à die iſta & in futurum: à quarta & uiceſima noni menſis, & à die in qua fundamenta iacta ſunt templi domini, ponite in cordibus ueſtris: Si ultra cognoſcetur ſuper terram area, & ſi adhuc uinea & ficus & malogranatum, & ligna oliuæ quæ non ferant fructum? à die hac benedicã.

Et factum

Gen. 32.d — צחק — רבקה — 4 Reg. 25.f — Hier. 39.a & 52.b

a ¶ Et



Et factũm eſt uerbum domini ſecundo ad Aggeum in uiceſimaquarta die menſis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda dicens: Ego mouebo cœlum pariter & terram, & ſubuertam ſolium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium, & ſubuertam quadrigam & aſcenſorem eius, & deſcendent equi & aſcenſores eorum, uir in gladio fratris ſui. In die illa: dicit dominus exercituũ: aſſumã te Zorobabel fili Salathiel, ſerue meus, dicit dominus, & ponam te quaſi ſignaculum: quia te elegi, dicit dominus exercituum.

A a ¶ *Et factum eſt, etc. & terram.*] In LXX. addita ſunt, mare & aridam, & minus habet: Conteram fortitudinẽ regni gentium: quod plenius ex ipſorum lectione noſcitur. Notandum autem quod in eadem die, hoc eſt, in uiceſima & quarta noni menſis, tacito mẽſis numero, quia de Chriſti prophetabatur aduentu & de regno eius: ſecũdo ad Aggeum ſermo fit domini noſtri: nõ in manu eius ut prius: neq; ad Aggeum prophetã, ut in uiſione quarta: ſed tantum ad Aggeum, id eſt, ad domini feſta celebrantem: quia nequaquã uenturum, ſed uenientẽ nunciaret & cerneret. Et quomõ Abraham uidit diem Chriſti & lætatus eſt: Et Ioannes agnum dei digito demonſtrauit: ſic & ille uidens regnum filij dei, haberet in ſe uniuerſas ſolennitates. In hoc loco apud pleroſq; diuerſa ſententia eſt: Alij enim ſuſpicantur de primo eius aduentu dici: alij de ſecundo, quando in ſua maieſtate futurus eſt. Nos utrunq; ſuſcipiamus: quia & tũc regnauit cum uenit, & poſtea regnaturus eſt. Attamen ſi de fine mundi uoluerimus accipere: illud dicimus quod Apoſtolus ad Corinthios loquitur: Deſtruendum omnẽ principatum & omnem poteſtatem & uirtutem: ut ſit deus omnia in omnibus. Et quia myſticũ eſt quod dicitur, & ad finem rerum pertinet: idcirco iubetur propheta ad ſolum Zorobabel loqui: quem in typo Chriſti propter B aſſumptionem corporis ex ſemine Dauid proceſsiſſe monſtrauimus. Huic ergo dicuntur quæ in fine uentura ſint, quod tranſeat figura huius mũdi, & fiat cœlum nouum & terra noua, & cõmoueat dominus cœlum & terram, & deſtruat omnem principatum & poteſtatem & uirtutem, & diſsipet ſedes regum: ſiue ut habetur in Hebræo, regnorum: & interficiat omnem fortitudinem contrariam: ut ipſis quoq; qui ante regnauerant, & gentes ſub ſua tenuerant ditione, proſit regni eorũ deſtructio: & omni præliandi ſtudio diſsipato, ſequatur pax: C hoc eſt enim quod ait: Et ſubuertam quadrigam ſiue quadrigas, & aſcenſores earum, & deſcendent equi & aſcenſores eorum. Et ut ſciatis in ſubuerſione quadrigarum & corruentiũ equitũ, hoc quod diximus ſignificari: Videte quomodo de Chriſto dicat̃ in Zacharia, quod ueniat mãſuetus rex, & aſcendens ſuper iugalem & pullum aſinæ nouellum, & diſperdat quadrigas ex Ephraim, & equum de Hieruſalem, ut fiat unus grex & unus paſtor, & utrunq; agmẽ tam de gentib. quàm de Iudæis, ſub pacifico paſtore teneat̃. Vt autem hæc quæ perverſa ſunt deſtruantur, unuſquiſq; in gladio: quem ego puto ſermonem eſſe doctrinæ acutiſsimum, & peruerſa quæq; reſecantem: cõſurget aduerſus fratrem ſuum, amputans omne cõtrarium. Sed horum uniuerſorum finis eſt optimus. Poſt deſtructionẽ enim ſoliorũ, & fortitudines regnantiũ, & quadrigarũ & equorũ & equitum: in die illa, dicit dominus omnipotens: Aſſumam te Zorobabel filium Salathiel ſeruum meum. Seruus autem dicitur propter corpus humanum: quia tunc & ipſe filius ſubijcitur ei qui ſubiecit ſibi omnia, & in ſubiectis omnibus uidebit̃ & ipſe ſubiectus. Sed cum hoc fuerit impletum, ponet illum deus quaſi ſignaculum in manu ſua. Hunc enim ſignauit deus pater: & hic eſt imago dei inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius, ut quicunq; D crediderit in deum, hoc quaſi anulo conſignetur. Obſecro te lector ut ignoſcas celeri ſermone dictanti: nec requiras eloquij uenuſtatẽ quam multo tẽpore Hebrææ linguæ ſtudio perdidi: quanq; me Alecto ſemper infantem ac mutum fuiſſe autumet. Cui ego dicam: Dominus dabit uerbum euangelizanti uirtutem multam.

Commentarij Hieronymi in Aggeum prophetam finis.

Ioan. 8.g — Ioan. 1.d — 1. Cor. 15.b — Zach. 9.d

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTAriorum Zachariæ ad Exuperium Toloſanum epiſcopum prologus.

VLtimo iam autumni tempore frater noſter, filius tuus, Siſinnius monachus, tuæ mihi dignationis epiſtolam reddidit: qua lecta, gauiſus ſum eſſe te ſoſpitem, & memorem mei: omniumq; fratrum qui in ſanctis locis domino ſeruiunt: in quorum refrigerijs facis tibi amicos de iniquo Mammona, & præparas æterna tabernacula, ut poſsis
Pſal. 83.a cum Dauid dicere: Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiſcit & defecit anima mea in atria domini. Si enim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, ubi ponat pullos ſuos: cur tu qui pontifex domini es: & calcas in fine mundi torcularia, ut ſitientibus populis ſanguinis Chriſti uinum tribuas, non liberè proclamabis ac dices: Cor meum & caro mea exultauit in deum uiuum: beati qui habitant in domo tua? Audio te in ualle lachrymarum, in loco quem deus poſuit ad certamen, ut uincentibus coronam daret: aſcenſiones in tuo corde diſponere, & ire de uirtute in uirtutem: & imitari domini paupertatem, ut cum illo diues fias, & in te reclinet caput, & per ſingulos dies ſuſcipiatur, uiſitetur, alatur, ueſtiatur, & præcipuè in ſanctarum ſcripturarum lectione feruere. Cumq; tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munuſculum, & cœpta in duodecim prophetas explanatio perueniret ad calcem, ſuſceptum opus deſerere nolui: ſed quod & abſque te dictaturus eram, tuo potiſsimum nomini conſecraui,

& gaudeo

Universidad de Deusto Biblioteca

A & gaudeo quod obſcuriſsimus liber Zachariæ prophetæ, & inter duodecim longiſsimus: eo tempore differendus eſt: quo ob feſtinationem eius qui reuerſurus eſt: nullam moram patitur interpretatio: ſed uelim nolim ſaltem lucratiuis per noctem horis atq; furtiuis dictare compellor, quod tibi dirigam. Scripſit in hunc prophetam Origenes duo uolumina uſq; ad tertiam partem libri à principio. Hippolytus quoq; edidit cōmentarios: & Didymus quinq; explanationū libros me rogante dictauit: quos cum alijs tribus in Oſee & Micheã προσεφώνησεν: ſed tota eorum ἐξήγησις allegorica fuit, & hiſtoriæ uix pauca tetigerunt. Itaq; imitari cupiens illum patremfamiliâs, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera: & ſponſam de canticocanticorum, quæ dicit: Noua cum ueteribus fratruelis meus ſeruaui tibi: hiſtoriæ Hebræorum Tropologiam noſtrorum miſcui, ut ædificarem ſuper petram & non ſuper arenam, ac ſtabile iacerem fundamentum, quod Paulus architectus poſuiſſe ſe ſcribit. Tuæ beniuolentiæ erit, non eruditionem noſtram, quæ uel nulla uel parua eſt: ſed pronam in te ſuſcipere uoluntatē: ut nos ad cætera prouoces, & in longo ſcripturarum campo currere cohorteris. Si qui autem ſunt quibus interpretationem & horum & aliorum uoluminū ante promiſi, ignoſcant incredibili in te amori meo: & quicquid tibi ſcripſi, ſibi ſcriptum arbitrentur: Charitas enim benigna eſt: charitas non æmulatur: non quærit quæ ſua ſunt. Sed iam tempus eſt, ut Zachariæ uerba ponentes, ſpiritui ſancto interpretationis uela pandamus. C

Cant. 7.d — 1.Cor. 3.b — 1.Cor. 13.b

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN Zachariam prophetam, Liber primus.

## ZACHARIAS

IN mēnſe octauo, in anno ſecundo Darij regis, factum eſt uerbum domini ad Zachariam filium Barachiæ, filium Addo prophetam dicens. Iratus eſt dominus ſuper patres

IN octauo menſe anni ſecundi ſub Dario, factum eſt uerbum domini ad Zachariam Barachiæ filium Addo prophetam, dicens: Iratus eſt dominus ſuper patres

IN menſe octauo, etc.] Secundo anno Darij Hyſtaſpis ſeptuageſimum deſolationis templi annū, qui ab Hieremia prædictus eſt fuiſſe completum, ipſe Zacharia teſtis eſt, dicens: Domine exercituum, uſq;quo non miſereberis Hieruſalem, & urbium Iuda quibus iratus es? Ecce iſte ſeptuageſimus annus eſt. nulliq; dubiū quin Cyrus rex Perſarum, qui Chaldæorum deſtruxit imperium, primo anno regni ſui, quinquaginta circiter milia hominum captiuorum de Babylone remiſerit in Iudæam: qui uaſa quoq; quæ Nabuchodonoſor abſtulerat reddidit, & templum ædificari iuſſit in Hieruſalem: Principesq; populi qui reuerſus eſt, conſtituit Zorobabel filium Salathiel, & Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum. Interfecto igitur apud Maſſagetas Cyro, qui triginta annis regnauit in Perſis, à Tomyri regina Maſſagetarum, Cambyſes filius eius ſucceſsit in regnum: qui expletis octo annis, duos magos fratres habuit ſucceſſores: quibus occiſis à populo, Darius filius Hyſtaſpis, ex ſententia ſeptem familiarum rex Perſarum conſtitutus eſt. Cuius regni anno ſecundo factus eſt ſermo domini ad Aggeum prophetam, & ad Zachariam filium Barachiæ filium Addo. Super Aggeo iam diximus: de Zachariæ titulo pauca dicenda ſunt. Qui cum ſit filius Barachiæ: quæritur quare dicatur filius Addo: Nec ambigitur iuxta Paralipomenon librum, quin ipſe ſit Addo, qui miſſus eſt ad Hieroboam filium Nabath, ſub quo altare dirutum eſt, & manus regis aruit, rurſumq; ad preces illius reſtituta eſt. Igitur à primo anno Cyri regis, uſq; ad ſecundum annum Darij filij Hyſtaſpis, ſupputantur anni quadraginta: in quibus tantū altare fuerat extructum, & iacta templi fundamēta, uicinis in circuitu nationibus opus prohibentibus, & Cambyſe rege Perſarum, qui ſuper hac re ad principes Syriæ κοίλης, & Phœnicis, ac Samariæ literas miſerat: Super quo plenius Eſdras ſcribit hiſtoriam. Sed Aggeus in mēſe ſexto in die prima eiuſdem menſis prophetare exorſus eſt. Zacharias uerò in eodem quidem anno, ſed non in eodem menſe: Nam poſt duos menſes octauo anni mēſe fudit uaticinium. Vnde rectè iuxta ordinē duodecim prophetarū, ille decimus, & hic undecimus ponitur. Magnæq; confidentiæ eſt, imo ſpei fideiq; in dominum: ut quod tanto tempore prætermiſſum eſt, uel rege prohibente, uel gentibus, ad commonitionē duorum hominum facere incipiant. Hęc iuxta hiſtoriam ſolito more præmiſimus: Nunc ſecundum ἀναγωγὴν breuiter diſſerendum eſt. Octauus apud Hebræos menſis qui apud illos מַרְחֶשְׁוָן apud Aegyptios athyr: apud nos nouember dicitur, hyemis exordium eſt: in quo æſtatis calore cōſumpto, omnis terra uirore nudatur, & mortalium corpora contrahuntur, nec eſt ulla ex lege ſolennitas. Scriptum eſt enim quod ter per annum apparere debeat omne generis maſculini coram domino deo noſtro. Prima feſtiuitas eſt Azymorum Phaſe quod apud nos Græco Latinoq; ſermone paſcha dicit. Secūda pentecoſtes poſt ſeptē hebdomadas, in qua panes propoſitionis de nouis primū frugibus offerunt. Tertia in menſe ſeptimo, tubarū, propiciationis & tabernaculorū, id eſt, σκηνοπηγίας, cuius extrema dies egreſsionis appellat & terminus. Ergo in captiuitate populus cōſtitutus & adhuc ſub rege Perſarū: nec dum ædificato tēplo, nec dum mœnibus muriſq; urbis extructis: non uidet prophetiā tempore læticiæ, ſed poſt læticiā. Et tamē quia habebāt memoriā dñi, & propter memoriā, benedictionem: & ob benedictionē, teſtimoniū, idcirco ad eū Zacharias filius Barachiæ, filius Addo mittit. Zacharias interpretat μνήμη κυρίου, id eſt memoria dñi: Barachia, benedictio domini: Addo, teſtimoniū eius. Videamus ergo, ſermo domini qui erat in principio apud deum patrem, quid in Zacharia propheta ſit locutus ad populū. b ¶ *Iratus eſt dominus, etc.*] Ira domini non perturbationem

Hiere. 25.c & 29.c — B — D — 2.Par. 12.d — 3.Reg. 13.a — Exod. 34



HEBRAEI. tres ueſtros iracundia, & dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Cōuertimini ad me, ait dominus exercituum: & conuertar ad uos, dicit dominus exercituum: ne ſitis ſicut patres ueſtri ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit dominus exercituū: Conuertimini de uijs ueſtris malis & cogitationibus ueſtris peſsimis: & non audierunt neq; attenderūt ad me, dicit dominus. Patres ueſtri ubi ſunt & prophetæ? nunquid in ſempiternum uiuunt? Verumtamen uerba mea & legitima mea quæ mandaui ſeruis meis prophetis: nunquid non comprehenderunt patres ueſtros? & conuerſi ſunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis ſecundum uias noſtras, & ſecundum adinuentiones noſtras, ita fecit nobis. In diē uiceſimaquarta undecimi menſis Sabat: in anno ſecundo Darij, factum eſt uerbum domini ad Zachariam filiū Barachiæ filium Addo prophetam dicens: Vidi

SEPT. tres ueſtros ira magna, & dices ad eos: Hæc dicit dominus omnipotens: Conuertimini ad me dicit dominus uirtutum: & cōuertar ad uos, dicit dominus uirtutum: & nolite fieri ſicut patres ueſtri: quos arguerunt prophetæ qui prius fuerant dicētes: Hæc dicit dominus omnipotēs: Conuertimini à uijs ueſtris peſsimis, & ab adinuentionibus ueſtris malis: & non attenderūt ut audirent me, dicit dñs. Patres ueſtri ubi ſunt & prophetæ? nūquid in ſempiternū uiuunt? Verumtamē ſermones meos & legitima mea ſuſcipite, quæ ego præcipio in ſpiritu meo ſeruis meis prophetis, qui cōprehenderunt patres ueſtros: & reſpōderūt atq; dixerunt: Sicut præparatus eſt dominus omnipotens ut faceret nobis ſecundum uias noſtras, & ſecundum adinuētiones noſtras: ſic fecit nobis. Quarta & uiceſima, undecimo mēſe qui eſt mēſis Sabat: in ſecūdo anno ſub Dario: factus eſt ſermo dñi ad Zachariam Barachiæ filium Addo prophetam dicens: Vidi

A bationem eius ſignificat qui non iraſcitur: ſed eorum merita atq; peccata, in quos dei ira deſæuit: alioquin dominus nunq; iratus ulciſcitur, ſed ad hoc corripit ut emendet. Vnde & propheta precatur in pſalmis: Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et in alio loco legimus: Corripe nos domine: uerumtamē non in furore tuo, ſed in miſericordia. Iratus eſt ergo dominus ſuper patres eorum qui nunc corripiuntur: nō iuxta Lxx. interpretes ira magna, ſed ira ſimpliciter. Si enim ira magna eſſet iratus, nunquam per Danielem & Ezechiel captiuos ad pœnitentiā prouocaſſet. Cūq; in illos iratus ſit, ad uos loquitur dominus exercituum: pro quo in Hebraico poſitum eſt יְהוָה צְבָאוֹת quod interdū Lxx. omnipotētem, interdum uirtutū, tranſtulerunt. Et loquit: Conuertimini ad me, & cōuertar ad uos: iuxta illud qd' legimus: accedite ad dominū, & accedet ad uos. B Quibus hoc contrarium eſt: receſsiſtis à me, & ego receſsi à uobis. Præcipit autē eis, ut reuertantur ad dominum qui de Babylonia ſunt reuerſi, ut & dominus reuertatur ad eos: ne incipiant ſuſtinere filij, qd' quondā ſuſtinuerunt patres, ad quos ſimiliter prophetæ illius temporis ſunt locuti. Notandum quod in paucis uerſiculis breuibusq; ſentētijs ſemper in Aggeo & Zacharia addatur: dicit dominus exercituū: ut ſciant dominū eſſe qui præcepit aduerſus regis imperium & hoſtes circūfremētes, & hac ad ædificationem templi fiducia concitentur. a ¶ *Hæc dicit dominus exercituum: Conuertimini de uijs ueſtris malis, & cog. etc.*] Ex ſuperioribus pendet ſententia: & quæ ſequuntur prioribus coaptanda ſunt. Non enim Zacharias ad populum loquit: ſed oſtendit quid priores prophetæ ad patres corū locuti ſunt: ad quos clamauerūt, dicentes: Hæc dicit dominus exercituum: Cōuertimini de uijs ueſtris malis & cogitationibus ueſtris peſsimis. Hoc clamabat Eſaias: hoc Oſee, Iohel, Amos, & Hieremias, ut uias malas deſererent, & cogitationes peſsimas derelinquerēt, quibus & opere & mente peccabant: & nihilominus per prophetas dominum cōmonentem non audierunt, neq; attenderunt: nequaquam prophetas qui eis loquebantur, ſed me dicit dominus: In illis enim ego eram qui loquebar & contemnebar. Vnde & dñs in euāgelio: Qui uos, inquit, recipit me recipit. b ¶ *Patres ueſtri, etc.*] Vbi ſunt, inquit, patres ueſtri qui non audierunt neq; attenderunt me? ubi prophetæ ueſtri? ἀπὸ κοινοῦ em audiendū eſt: Patres ueſtri ubi ſunt, & prophetæ ueſtri ubi ſunt, id eſt pſeudoprophetæ: nunquā enim de ſanctis prophetis diceret: nunquid in ſempiternum uiuent? Et his ergo qui peccauerunt & noluerunt ad me cōuerti, & his qui peccantes falſis pollicitationibus deceperūt morte ſubtractis: uerba mea quæ per prophetas meos locutus ſum, permanent in æternum: quę comprehenderunt patres ueſtros, & oſtenderūt uera eſſe quæ dixi. Qui patres ueſtri rerum exitu prophetarum meorū in ſe uaticinia cōprobantes, conuerſi ſunt ad pœnitentiam atq; dixerunt: Sicut prædixit dominus exercituū ut faceret nobis, ſecundū opera noſtra atq; peccata reddidit nobis. Legamus Danielē ex perſona ſua & populi, domino cōfitentē quod eum audire noluerint, & iuſtè ſibi acciderint quęcunq; perpeſsi ſunt. c ¶ *In die uiceſim. etc.*] Quidam pro undecimo mēſe ponūt duodecimū: & uiceſimūquartū diem eiuſdem mēſis arithmeticis rationibus interpretantes, quadrangulū firmū & ſtabilē numerū ſuſpicant: uolētes certa eſſe & ſtabilia quæ ſcribunt: nos aūt dicamus, q in eodem anno Darij regis ſecundo, tertio menſe poſt primā uiſionē, id eſt, undecimo poſt octauū, qui apd' Hebræos appellat שְׁבָט rurſum ad Zachariā factus ſit ſermo dñi. Secundum numerū eſſe immundū: & ad coniunctionē carnis & rerum ſeculi ac materiæ pertinentē, ſæpe docuimus. Menſis autem undecimus qui appellatur שְׁבָט & lingua noſtra in uirgā uertitur, auſteritatē & correptionem ſonat: iuxta illud Apoſtoli: Quid uultis? in uirga ueniam ad uos? Et pſalmiſtæ dicentis: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: Et eſt in acerrimo tempore hyemis: qui ab Aegyptijs Mechir, à Macedonibus

Pſal. 6 — Hier. 10.d — Matth. 10.d — C — D — 2.Cor. 4.d — Pſal. 22.d

Universidad de Deusto Biblioteca

A donibus περίτιος: à Romanis februarius appellatur. Viceſima quoq; quarta menſis dies, illuſtrē noctis umbram ſignificat: deficiente luna in tenebras, & cæco ac perpetuo noctis horrore creſcente. Vnde congruè qui adhuc in captiuitate erant, & maiore ſui parte in Medis atq; Chaldæis & Aſſyrijs exulabant, in ſecundo anno & undecimi menſis grauiſſimo frigore, & in uiceſimaquarta die eiuſdem menſis, cernunt Iudaico populo quæ ſequunť. a ¶ *Vidi per noctem: etc.*] Primum diſſeramus hiſtoriā: Vidi, inquit, per noctem: non in die ſicut Moyſes: qui deum facie uidebat ad faciē. Et Eſaias qui loque-
Eſa. 6 batur: Vidi dominū ſuper thronum excelſum & eleuatum: antequam populus duceretur in captiuitatem: antequā Hieruſalem deſtrueret & templū: ſed adhuc in ſeruitutis malis populo cōſtituto: ea quæ pro eis uidet, cernit in tenebris. Et ecce uir aſcendens ſuper equū
B rufum: Hunc Hebræi Michaelem angelum putant, qui ultor iniquitatum & peccatorū ſit Iſrael. Et quod ſteterit inter myrteta quæ erant in profundo: Myrtos intelligi uolunt prophetas & ſanctos: qui in medio captiui populi uerſabantur, & erant in profundo. Virum autem, id eſt Michaelem, equi ruſi & uarij & albi ſequebantur, ordine ut exiſtimant commutato: ut albi Medos Perſasq; ſignificent: quia ſub ipſis dimiſſa captiuitas & templum inſtauratum eſt. Varij, Macedonas, quorum nonnulli amici, alij perſecutores fuerunt. Pleniſſimè ſuper hoc Danielis ultima uiſio loquitur. Ruſi uerò regnum Romanorū cruentum & ſanguinarium, quod populum interfecerit templumq; ſubuerterit. Alij uerò ordinem qui ſcriptus eſt cōſeruantes, uirum qui aſcenderit ſuper equum rufum: & equos ruſos & uarios & albos, quatuor regna interpretātur. Primum & ſecundum ſanguinariū, Aſſyrios & Chaldæos: quorum primi decem tribus ſub Salmanaſar duxere captiuas. Secundi Iudam & Beniamin incenſa Hieruſalem ciuitate temploq; ſubuerſo. Tertios & quartos uarios & albos, Medos ſignificari putant & Perſas: quorū alij clementes fuerunt: ut Cyrus & Darius filius Hyſtaſpis: & Aſſuerus, quem Græci Artaxerxem uocant: ſub quo Heſter impletur hiſtoria: alij crudeles, ut Cambyſes & cæteri. Vidente ergo propheta uirum aſcendentem ſuper equum ruſum, & poſt eum equos ruſos, uarios, & albos: & ignorāte quod uiderat, uiſioniſq; ſuæ cupiente ſcire rationē, atq; dicente: Quid ſunt iſti domine mi? Angelus qui loquebať in eo promittit ſe eſſe dicturū: &

HEBR. Vidi per noctem: & ecce uir aſcendens ſuper equum ruſum: & ipſe ſtabat inter myrteta quæ erāt in profundo: & poſt eum equi ruſi, uarij, & albi, & dixi: Quid ſunt iſti domine mi? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi quid ſint hæc. Et reſpondit uir qui ſtabat inter myrteta, & dixit: Iſti ſunt quos miſit dominus ut perambularent terrā. Et reſpōderūt angelo domini qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terrā: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum uſq; quo tu non miſereberis Hieruſalem: & urbium Iuda quibus iratus es? Iſte ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpōdit dn̄s angelo qui loquebatur

SEP. Vidi in nocte: & ecce uir aſcendens ſuper equum ruſum: & ipſe ſtabat inter duos montes umbroſos: & poſt eum equi ruſi, & uarij, & albi, & dixi: Quid ſunt iſti domine? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego oſtendam tibi quid ſint hæc. Et reſpondit uir qui ſtabat inter montes & dixit ad me: Iſti ſunt quos miſit dominus ut circuirēt terram. Et reſpōderunt angelo domini qui ſtabat inter montes atq; dixerunt: Circuiuimus omnē terrā: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et reſpondit angelus domini & dixit: Domine omnipotens uſq; quo non miſereberis Hieruſalem, & urbiū Iuda quibus iratus es? Iſte eſt ſeptuageſimus annus. Et reſpondit dn̄s angelo qui loquebatur

illo reticente, uir qui ſtabat inter myrteta cōmemorat. C
Iſta ſunt regna quibus præcepit dominus, ut perambularent terram: & ſuæ eam ſubijcerent poteſtati. Deniq; angeli qui regnis & nationibus præſidebant: non ad alium ueniunt, ſed ad ipſum uirum & angelum domini, q ſtabat inter myrteta & dicunt: Perambulauimus terram: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et eſt ſenſus: Omnia ſub nobis regna tuta ſunt & pacata: nec aliqua premuntur anguſtia. Ex qua reſponſione angelus qui interpellabat pro Iſrael occaſionē accipit pro populo deprecandi, & dicit ad dominū: Cū omnis orbis quietus ſit & pacatus: quare domine non miſereris Hieruſalem & urbium Iuda: maximè cum ſecundum promiſſa tua captiuitatis tempus expletū ſit? Reſpōditq; dominus angelo qui loquebatur in propheta uerba bona, uerba conſolatoria: Bona de futurorum promiſſione, cōſolatoria de præſentium neceſſitate. D
Hæc iuxta literam, ne uideremur cælare noſtros quæ à peregrinæ linguæ magiſtris didicimus. Cæterum eccleſiarum magiſtri, noctem in qua cernitur uiſio, obſcuritatem myſticæ uiſionis intelligunt. Poſuit enim deus tenebras latibulum ſuū. Pſal. 17.b
Et iuxta LXX. interpretes de eo dicitur: Abyſſus ſicut ueſtimentū amictus eius. Vir autem qui aſcendebat ſuper equum ruſum, dominus atq; ſaluator eſt, qui diſpenſationem noſtræ carnis aſſumēs audit in Eſaia: Quare rubra ſunt ueſtimenta tua? Hic Eſa. 63.a
qui nunc captiuo populo ruſus oſtenditur: in Apocalypſi Ioannis in candidis ueſtibus, & in candido equo ſedere deſcribitur. Apoc. 5 & 6.a
Quod autē ſtare dicitur inter duos montes umbroſos: licet in Hebræo nō habeatur, duos: nouum & uetus ſentiunt inſtrumentum: quod denſiſſimis folijs & nemore & umbroſis ſyluis dicitur eſſe coopertum: quia multis obſcuritatibus inuolutum eſt. Myrteta autem quæ erant in profundo, inter quæ ſtare deſcribitur, angelicas intelligunt poteſtates: quæ ei etiam in carne poſito miniſtrarunt. Vel certè montes (ut tollamus quod ſcriptum non eſt, duos) abſolutè & abſq; numero, plurimos ſanctos ſentire poſſumus: & apoſtolos atq; apoſtolicos uiros: qui totum orbem ruſi & uarij & albi peragraſſe memorantur: Quorum alij martyrio coronati ſunt, & appellantur ruſi. Alij operibus & doctrina & uarietate ſignorum, uarij nuncupantur. Alij uirginitatis integrorumq; dogmatum & puri cordis quod cernit deum, præmia ſuſceperunt. Deniq; interrogat propheta eundem uirum & angelum qui ſtabať



A ſtabat inter myrteta, & dicit: Quid ſunt iſti domine mi? Et angelus qui loquebatur in eo, ſenſus uidelicet prophetalis, promittit ſe oſtenſurum eſſe quod cernitur. Cumq; promiſerit, non ipſe reſpondit, ſed alter qui ſtabat inter myrteta & dicit: Iſti ſunt quos miſit dominus ut perambularent terram. A domino enim miſſi ſunt apoſtoli, ut totum orbē euangelica prædicatione cōplerent: qui poſtquā expleuerūt opus, reuerſi ſunt ad magni conſilij angelum qui ſtabat inter eos: qui cum apoſtolo loque-
2. Cor. 2.d bātur: Chriſti bonus odor ſumus in his q ſalui fiūt & in his qui pereunt, & inter utriuſq; uocationis populos: Et dixerunt ad eū: Perambulauimus terram, impleuimus opus quod nobis iniunctum eſt: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit: quæ ante deſerta erat à deo, nūc habitatio eius eſt: qeſcit à bellis: à uitiorū prælijs atq; peccatis: quia hæreditatem domini ſuſcepit reuer-
B tentis ad patrem atq;
Ioan. 14.d dicentis: Pacē meā do uobis: pacem meam relinquo uobis. Quæ autem plena miſericordia poſtulatur: ut inſtante anno ſeptuageſimo miſereať deus Hieruſalem & urbium Iuda: ad illam intelligentiam referūt: Quod quamdiu uera pax ueniat, & ſabbatiſmus & ſeptem decadarum numerus, id eſt annus ſeptuageſimus impleatur: nec Hieruſalem plenam recipiat libertatem, quæ interpretatur uiſio pacis, & eſt eccleſia: nec urbes Iuda, animæ dominum confitentes. Deniq; do-
1. Cor. 13.c minus repromittit uerba bona & uerba conſolatoria: quod nunc ex parte cernimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, deſtruantur quæ ex parte ſunt: & liberati de Babylone huius ſeculi, clamemus: In cōuertendo dominus captiuitatem
Pſal. 125.a Sion: facti ſumus ſicut conſolati. a ¶ *Et dixit ad me angelus qui loquebatur, etc.*] Adhuc uerba bona & uerba conſolatoria hæc ſunt, quæ nunc propheta clamare præcipitur: quod zelatus ſit dominus Hieruſalē & Sion zelo magno. Qui autem zelatur, amare ſe eam quam ze-
Hiere. 3.a latur oſtendit: nequaq̄ dicēs per Hieremiam: Sicut deſpicit mulier uirū ſuum, ita deſpexit me domus Iſrael.
Ezech. 16.c Cui per Ezechiel dominus loquebatur: Iraſcens iam non iraſcar tibi, & zelus meus receſſit à te. Qui ergo zelatus eſt Hieruſalem & Sion (una eſt autem & eadem ciuitas): nunc iraſcitur ſuper gentes opulentas: quas ſupra equos ruſos & albos & uarios nominauit: quod ipſe tradiderit eos ad corripiendum, illæ uerò ſæuierint in traditos: hic ut filiū à pædagogo uoluerit emendari,
Eſa. 47.b illæ ut hoſtem interficere & punire conatæ ſint. Cui ſimile eſt illud in Eſaia: Ego dedi eos in manus tuas, tu

HEBRAEI. quebatur in me uerba bona & uerba conſolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Clama, dicens: hæc dicit dominus exercituum: zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno: & ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas: quia ego iratus ſum parum: ipſæ uerò adiuuerunt in malum. Propterea hæc dicit dominus: reuertar ad Hieruſalem in miſericordijs: & domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum: & perpendiculum extendetur ſuper Hieruſalem. Adhuc clama dicens: Hæc dicit dominus exercituum: adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & cōſolabitur adhuc dominus Sion: & eliget adhuc Hieruſalem. Et

SEP. quebatur in me uerba bona & ſermones conſolatorios. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Clama dicens: hæc dicit dn̄s omnipotēs: zelatus ſum Hieruſalē & Sion zelo magno: & ira magna ego iraſcor ſuper gētes quæ ſuperimpoſitę ſunt: pro eo quod ego qdē iratus ſum modicum: ipſi uerò ſuperpoſiti ſunt in mala. Propterea hæc dicit dn̄s: cōuertar ad Hieruſalē in miſericordia: & domus mea inſtaurabiť in ea, dicit dn̄s omnipotens: & mēſura extendeť ſuper Hieruſalē. Et dixit ad me angelus qui loquebať in me. Adhuc clama, dicens: Hæc dicit dn̄s omnipotēs: adhuc diffundenť ciuitates in bonis & miſerebitur dominus adhuc Siō: & eliget adhuc Hieruſalē. Et

autem non feciſti eis miſericordiam: Senis aggrauaſti iugum, & dixiſti: ero in ſempiternū domina. Zelus autem ἀνθρωποπαθῶς ſic accipiť ut ira. Ex quo loco conuincuntur hæretici qui ueteri detrahunt teſtamento: quod iraſcens deus non perdere cupiat eos in quos iraſcitur, ſed emendare. Quia ergo, inquit, zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, quas aduerſarij plus quàm uolueră depreſſerunt: Idcirco hæc dicit dominus: Reuertar non in una miſericordia, ſed in multis miſericordijs ad Hieruſalem: & domus mea, id eſt templum ædificabitur in ea ſub Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech: & perpendiculū cementariorum extendetur ſuper Hieruſalem. Poteſt Hieruſalē & Sion uiſio pacis & ſpecula: quæ non bella ſeculi, nec humilia atq; terrena ſed pacē atq; concordiam, & cœlorum excelſa cōſiderat, eccleſia intelligi: Cui propter uitia atq; peccata & refrigeſcētē quotidie charitatem iraſcēs dominus tradet D
eam perſecutōibus: ut quaſi in cōflatorio mundum aurum appareat & argentum. Aduerſarij uerò quibus tradita eſt eā delere nitentes, implent Hieruſalem cruore cæſorum à porta uſq; ad portam. Vnde dominus pacem & miſericordiam repromittens, ruſum eam ædificaturū eſſe ſe dicit. Et perpendiculum ſiue funiculum ſecundum menſuras & ordines ſingulorū in ea eſſe tendendum. Quid ſit autē funiculus, ſequenti capitulo demonſtratur, ubi dicit propheta: Leuaui oculos meos & uidi: & ecce uir & in manu eius funiculus menſorū. Templum autem dei quod aduerſarij deſtruxerunt, poteſt & domini uenerabile corpus intelligi: de quo ipſe dicebat: Soluite Ioan. 2.d
templum hoc: & ego in triduo ſuſcitabo illud. Quod in paſſione deſtructum, in reſurrectione ſuſcitatum eſt: & omnium templorum ſeminarium atq; exordium fuit: de quibus & Apoſtolus loquitur: Vos eſtis templum 2. Cor. 6.d
dei & ſpiritus ſanctus habitat in uobis. b ¶ *Adhuc clama dicens: etc.*] Angelus qui ſupra dixerat ad prophetam: Clama, hæc dicit dominus exercituū: nunc quoq; impellit ut clamet, non uocis intenſione, ſed mētis: & hoc eſt quod clamandum præcipit: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis quas nunc cernis à Babylonio igne uaſtatas: ruſum rebus omnibus abundabunt: & præſentibus bonis præteritam miſeriam dominus conſolabitur, & eliget Hieruſalem quam pauloante proiecerat. Quod ſi referimus ad eccleſiam, cui uera bona & perpetua pollicetur: illa bona eſſe credenda ſunt, de quibus ſcriptum legimus: Videas bona Hieruſalem. Et in Pſal. 127.d
alio loco: Si uolueritis & audieritis me: quæ bona ſunt Eſa. 1.d

Universidad de ... Biblioteca

A terræ comederis. Et illud: Fidens eris in domino, & eleuabit te ſuper bona terræ. Quæ ſibi uir ſapiens, cui dominus incerta & obſcura ſuæ ſapientiæ reuelaret, ſpe futurorum promittit, & dicit: Pſal. 26.d Credo uidere bona domini in terra uiuentium. His bonis poſt ſæuiſsimæ perſecutionis incēdia, quæ & à gentilibus & ab hæreticis Arianis eccleſiæ domini pertulerunt, pace reddita, uidemus domini eccleſias affluere, & conſolatam Sion & electā Hieruſalem, quas dudum abiecerat: Hoc ipſum & de tēplo domini, & de unoquoq; credentium intelligere poſſumus. Quidā cōſolatam Sion & electam Hieruſalem: & cætera quæ in hūc modum à prophetis omnibus prædicātur, ad cœleſtem Hieruſalem referunt: quæ deſtructa per ruinā, per uirtutes ædificanda ſit. Quæ nos omnia rectius ſuper eccleſia interpretabimur. a ¶ *Et leuaui oculos meos, etc.*] Quatuor cornua quę uentilauerunt & diſ-
B perſerunt Iudam & Iſrael & Hieruſalem, quatuor gentes eſſe: Babylonios, Medos atq; Perſas, & Macedonas ac Romanos, & nunc dominus à propheta interrogatus exponit: Dan. 2.c & Daniel pleniſsimè replicat: Qui in uiſione imaginis quæ habebat aureū caput & pectus argenteum, & ſub umbilicum æneum & crura ac pedes ferreos & fictiles: has quatuor gentes interpretatus eſt. Et rurſum in alia uiſione quatuor beſtias: leænā & urſum & pardum, & aliam horribilem beſtiam cuius nomen non poſuit: eaſdem gentes ſub alia figura monſtrauit. Medos autem & Perſas unum regnum eſſe poſt uictoriam Cyri: non ambigit qui & ſeculares & ſacras literas legerit, Et rectiſsimè pro regnis cornua poſuit: hanc habente ſcriptura ſancta conſuetudinem, ut regnum ſemper interpretetur in cornibus: Pſal. 148.b ut eſt illud: Et exaltauit Luc. 1.g cornu Chriſti ſui. Et in alio loco: Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui. Et decem cornua in Dan. 7.b ultimo regnatura, idē Daniel propheta teſtatur. Eo ergo tempore quo hæc uiſio cernebatur, iam Babyloniorum regnum prætererat, inſtabat Perſarum atq; Medorum, futurum erat Græcorum atq; Macedonum & Romanorū. Quæ Babylonij, quæ Medi atq; Perſæ, quæ Græci id eſt Macedones fecerint Iudæ, Iſrael, & Hieruſalem uir eruditus agnoſcit: maximè ſub Antiocho, cognomento ἐπιφανεῖ, ſub quo Machabæorū hiſtoria texitur. Poſt aduentum quoq; domini ſaluatoris quando circumdata eſt Hieruſalem, quæ ſuſtinuerint Iſraelitæ, Luc. 19.g & euangelium ante denunciat: & Ioſephus hiſtoriæ Iudaicæ ſcriptor uernaculus pleniſsimè edocet. Iſta cornua uentilauerunt & diſperſerunt Iudam per ſingulos propemodum uiros: ut nemo eorum graui malorum pondere depreſſus leuaret caput. Quatuor quoq; fabros ſiue artifices quos Græci τέκτονας uocant: non ipſe propheta conſpicit, ſed ei dominus oſtendit: & exponit qui ſint fabri & artifices, quos nos angelos intel-

HEB. Et lèuaui oculos meos & uidi: & ecce quatuor cornua: et dixi ad angelum qui loquebat̄ in me: Quid ſunt hæc? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua quæ uentilauerunt Iudam & Iſrael & Hieruſalem. Et oſtendit mihi dominus quatuor fabros, & dixi: Quid iſti ueniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc ſunt cornua quę uentilauerunt Iudam per ſingulos uiros: & nemo eorum leuauit caput ſuum: & uenerunt iſti deterere ea, ut deijciant cornua gentium quæ eleuauerunt cornu ſuper terram Iuda ut diſpergerent eam.

SEP. Et leuaui oculos meos & uidi: & ecce quatuor cornua: & dixi ad angelū qui loquebat̄ in me: Quid ſunt hæc domine? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua quæ diſperſerunt Iudam & Iſrael & Hieruſalem. Et oſtendit mihi dominus quatuor fabros, & dixi: Quid iſti ueniunt facere? Et dicit: Hæc ſunt cornua quæ diſperſerunt Iudā, & Iſrael cōfregerūt: & nullus eorum leuauit caput: & egreſsi ſūt iſti ut exacuant ea in manibus ſuis. Quatuor cornua, gentes ſunt quæ leuauerūt cornu ſuper terram domini ut diſpergerent eam.

ligimus obedientes dominicæ poteſtati: ut quod gentes deſtruxerant, iſti ædificent. C Hoc autem pro quo nos ex Hebræo interpretati ſumus: Venerunt iſti deterrere ea, regna uidelicet: Lxx. interpretati ſunt: Venerunt iſti exacuere ea in manibus ſuis. Exacuere autē pro deterrere accipiendū eſt. Vel certè deterrere, ut omnia ſub Chriſti iugo colla ſubmittant, & non ut quidā interpretatus eſt: cū exacuta fuerint, peiora fiant: Si enim ad hoc ueniant angeli ut malos peiores faciāt: nō fabri appellādi ſunt, id eſt deſtructores malorum & ædificatores bonorū, ſed & ipſi ꝓ malis & deſtructoribus accipiēdi. Et hoc notandum quod iſta quatuor cornua gentiū, unū cōtra populū dei cornu eleuauerint: non enim regnauerunt pariter, & ſimul oppreſſerunt Iſrael: ſed ſibi inuicem ſucceſſerunt: Babylonijs Medi & Perſæ: Perſarum regno, regnum Macedonū: regno Macedonū, imperium Romanorum. D Hæc ſequentes hiſtoriæ ordinē diximus. Quod autē oculos propheta leuaſſe ſe dicit: illi ſpiritualiter ſenſui coaptandū eſt: Pſal. 120.a Leuaui oculos meos in montes: unde ueniet auxilium mihi. Ioan. 4.f Et: Leuate oculos ueſtros & uidete regiones, quoniā iam albæ ſunt ad metendū. Eſa. 5 Et quod in Eſaia legimus: Dixit ſanctus: leuate oculos ueſtros, & uidete quis oſtēdit hæc omnia? Eleuatione ergo oculorū opus eſt & intelligentia ſpirituali: ut uideamus cōtrarias fortitudines, quæ contra nos eleuauerunt cor ſuū. Eph. 6.b Et de quibus Apoſtolus loquitur: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē: ſed aduerſum principatus, aduerſum poteſtates, aduerſum mundi huius rectores tenebrarū iſtarū, aduerſum ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Hos quatuor aduerſarios qui contra ſanctos ſemper dimicabant, Chriſtus oppreſsit adueniens. Pſal. 90.d Et de his pſalmiſta cōgeminat: Super aſpidem & baſiliſcū ambulabis, & conculcabis leonem & draconē. Poſſumus quatuor cornua quæ regnauerunt contra populū dei, & quatuor πάθη accipere, quæ eruditi non uerbum de uerbo exprimentes καταχρηστικῶς paſſiones, ſed perturbationes interpretantur. ægritudinē animi & gaudiū, duo præſentia: & duo futura, metum & cupiditatē: de quibus & illuſtris poeta ſignificat: Hi metuunt, cupiūt, gaudentq;, dolentq;. aduerſum has, quatuor fabri, & ut ita dicā medici boniq; artifices, non cernuntur à propheta: necdū enim abſq; oſtenſione dei per ſe eos uidere poterat, ſed oſtenduntur ei à domino, quatuor ſcilicet uirtutes: prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia: de quibus pleniſsimè in officiorū libris Tullius diſputat, ſcribens propriū quoq; de quatuor uirtutibus librū. Qui ergo uitia deſtruunt, uirtutes ædificāt: omneſq; ſancti qui hæc remedia poſſidentes inſtaurant ſemper eccleſiam, fabri appellandi ſunt. 1. Cor. 3.b Vnde & Apoſtolus loquebatur: Quaſi ſapiens architectus fundamentū poſui. Et iratus dn̄s, de Hieruſa-

lem



A lem ablaturū eſſe ſe dicit architectū & uirū ſapientē. Mat. 13.g Et ipſe dn̄s dei omnipotentis filius & creatoris omniū, fabri filius appellatur. Legi in cuiuſdā cōmentarijs, quatuor fabros, quatuor euangeliſtas intelligi, qui oppreſſum Iſraelem, ſenſum uidelicet uidentē deū, & Iudā dominum confitentem, & Hieruſalem uiſionem pacis, in priſtinā ſedem reſtituant: & quos uitiorum gentes diſperſerāt de eccleſia, per prædicationem euangelij retraxerunt ad ſalutem.

Cap. II

ET *leuaui oculos meos, etc.*] Qui prius oculis eleuatis in quatuor cornibus triſtia uiderat: nunc rurſum oculos leuat ut uideat uirū, de quo ſcriptum eſt: Zach. 6.c Ecce uir oriens nomē eius: de quo & ſupra legimus: Et ecce uir aſcēdens ſuper equū ruſum, & ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo, ſiue inter montes umbroſos. Heb. 11.c Et de quo pater loquit̄: Hic ædificauit ciuitatem meam: cuius artifex & cōditor deus B Ezech. 40.a eſt. Hic & ab Ezechiel cernitur, habens funiculum in manu, & calamum ad mēſuram cubiti uirilis, ut metiatur Hieruſalem: cuius deſcriptionē, id eſt latitudinē & longitudinem, idem propheta myſtico ſermone proſequitur. Quidam putant hoc ex parte completū ſub Zorobabel, & Ieſu & Eſdra, & Neemia, & cæteris ducibus ſiue regibus: qui uſq; ad aduentum domini ſaluatoris populū rexerunt Iſrael. Alij uerò & maximè Iudæi in mille annorū regno interpretantur: corporales corporalia requirentes. Noſtrorum autem pleriq; referunt ad cœleſtē Hieruſalem: & hanc dicunt iterū extruendam, quæ ruina animarū peccatricū fuerat deſtituta: Hoc hæretici ſuſpicentur. Cæterū nos, montē Sion, & matrē primitiuorū atq; ſanctorū interpretemur eccleſiam: quæ ædificata eſt in paſſione domini & reſurrectione, & quotidie ædificatur ab eo qui nouit menſuras & merita ſingulorū. Quod de eccleſia diximus, poteſt & de animabus accipi credentium, quæ quotidie ædificantur à dn̄o & cernunt pacē eius quæ apoſtolis eſt relicta. b ¶ *Et ecce angelus, etc.*] Angelum qui loquebatur in propheta & ſtabat: ſiue ut in hebraico legitur, egrediebatur, hoc enim ſignificat יצא Hebræi Michaelem putant: Et alterum angelum qui egrediebatur & ueniebat in occurſum eius, Gabrielem ſuſpicant̄, qui loquitur ad Michaelē, ut loquatur prophetæ: quantam rerum omnium abundantiam & multitudinē hominum & iumentorū, firmitatēq; murorū habitura ſit Hieruſalem: quæ in præſentiarū uſq; ad fauillam & cineres uideatur eſſe deſtructa. Nos autē iuxta ſpiritualem

Cap. II

ET lèuaui oculos meos & uidi: & ecce uir, & in manu eius funiculus menſorum. Et dixi: quò tu uadis? Et dixit ad me: ut metiar Hieruſalem: & uideam quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et b ecce angelus qui loquebat̄ in me egrediebat̄: & angelus alius egrediebat̄ in occurſum eius, & dixit ad eū: Curre, loquere ad puerum iſtum, dicens: Abſq; muro habitabit̄ Hieruſalem, præ multitudine hominum & iumētorum in medio eius, Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero ī medio eius. O ô fugite de terra aquilonis, dicit dominus: quoniā in quatuor uentis cœli diſpſi uos, dicit dn̄s: O Siō fuge quæ habitas apd' filiā Babylonis: Quia hæc dicit domi-

Cap. II

ET leuaui oculos meos & uidi: & ecce uir, & in manu eius funiculus geometræ, & dixi ad eum: Quò tu uadis? Et dixit ad me: ut dimetiar Hieruſalē & uideam quanta ſit latitudo eius & quanta longitudo. Et ecce angelus qui loquebat̄ in me ſtabat: & angelus alius egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum, dicēs: Curre, & loquere adoleſcētulo illi, dicens: Frugifera habitabit̄ Hieruſalē, à multitudine hominū & iumentorū in medio eius. Et ego ero illi, dicit dominus, murus ignis in circuitu, et in gloriā ero in medio eius. O ô fugite de terra aquilonis, dicit dn̄s: quia de quatuor uentis cœli cōgregabo uos, dicit dn̄s: In Sion ſaluamini qui habitatis filiam Babylonis: Hæc enim

ſenſum hæc omnia interpretamur in eccleſia: quæ abſq; C muro, ſiue ut Lxx. tranſtulerunt κατακάρπως, id eſt, frugum omnium abundantia habitetur, & habeat multitudinem hominū ac iumentorū: & dominus ignis ſit in circuitu eius: & ipſe in medio illius uerſet̄ in gloria. Iſta eſt ciuitas, de qua Pſal. 86.a alibi legimus: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Et rurſum: Ibid. 47.a Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius. In hac quicūq; habitat, dicere poteſt: Ego autem Pſal. 51.b ſicut oliua frugifera in domo dei. Et: Ibid. 22.a Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquas refectionis educauit me. Et habitabit̄, inquit, Hieruſalem præ multitudine hominū & iumentorum abſq; muro, ſiue frugū omniū abundantia. Quidam, homines & iumenta duos populos interpretant̄, Iudæorum atq; gentilium: quod illi qui in lege uerſati uenerint ad fidem Chriſti, homi- D nes appellati ſint: nos autem qui poſt idololatriam quaſi in deſerto legis & ſolitudine fuimus prophetarū, & eius recepimus paſſionē: iumenta dici debeamus. Alij autē rationabiles quoſq; & ſcripturarum eruditos ſcientia, homines intelligi uolunt: Pſal. 35.b Iumenta uerò ſimplices quoſq; credentium: & de his dici: Homines & iumēta ſaluos facies domine. Hæc iumenta & hæc animantia audiunt boni paſtoris uocē, & cognoſcunt & ſequuntur eum: Qui ipſe eſt & paſtor, quia regit nos: & oſtium, quia per illum in eccleſiam & ad patrē ingredimur: & murus ignis in circuitu: ut credentes & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant, & poſſint ſpiritu eſſe feruētes. Lupos autē & ſæuiſſimas beſtias, de quibus ſcriptū eſt: Pſal. 73.d Ne tradas beſtijs animam confitentē tibi: Et quorū fructus eſt, fœnum, ligna, ſtipula: & afferunt tribulos & ſpinas, ſuo igne conſumat: & qui aduerſarijs ignis eſt, ſit in medio credentium gloria. Quod autē murus Hieruſalem ſit dominus: Pſal. 124.a & in alio loco legimus: Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui. Hæc omnia Iudæi ſub ἠλειμμένῳ, quem ſibi ſpe uaniſſima repromittunt, putant carnaliter eſſe uentura: quod tantam Hieruſalem habitura ſit beatitudinē: ut præ multitudine hominum & omnium iumentorum, murū habere non poſſit: Sed murus ſit ipſius domini defenſio: & illius in medio habitantis gloria perfruatur. c ¶ *O ô fugite de terra aquilonis dicit dominus: etc.*] Plagæ orbis quas Græci appellant κλίματα, iuxta ſitum Hieruſalem intelliguntur & templi. Aſſyrij ergo & Babylonij qui dei

A populum uastauerunt, habitant in terra aquilonis. Denique in Hieremia (Hiere. 1.c) olla quæ iuxta Ezechiel (Ezech. 24) plena est carnibus (intelligitur autē urbs Hierusalem) à facie aquilonis accenditur. Quia igitur angelus præceperat qui occurrerat angelo prophetanti in Zacharia, ut loqueretur ad puerum (ad comparationē enim angelicæ dignitatis, omnis humana natura pueritia nuncupatur: quia non angeli in nos, sed nos in angelos proficimus) Et diceret ei: Absq; muro habitabitur Hierusalem, & reliqua: Nūc idem ad eos fit sermo domini qui habitant in aquilone: ut à uentis quatuor cōgregentur: in quos fuerāt toto orbe dispersi: & reuertātur in Sion qui habitabant in Babylone. Vel certè ita: qui in quatuor plagis cœli dispersi estis, fugite de terra aquilonis, & ò Sion quæ nunc habitas in Babylonē, fuge & reuertere ad pristinam sedem. Quod autem tertio, casu uocatiuo dicitur ò, exhortatio ad fugam est: ut non semel, B sed crebrius ad fugiendū sciant se esse cōmonitos. Dicendum & aliter. Aquilo uentus durissimus est, qui durissima habitatorum suorum corda facit, & à quo succenduntur mala super omnes qui habitant in terra, & ad quem iuxta hunc ipsum Zachariam prophetam, egrediuntur equi nigri ut in sua regione consistant. Ille quoq; qui in Esaia (Esa. 14.d) gloriabundus dixerat, In cœlum ascendam, super sidera cœli ponam thronum meum: sedebo in monte sublimi: super montes excelsos in aquilone: in frigidissimo terrarum loco regnum habere se iactat. Legimus in alio loco: Ecce fumus ab aquilone uenit: & qui procul à sancta urbe discesserant: dicitur de eis: Ecce isti de longe ueniūt ab aquilone & mari. (Ibid. 49.d) Et per Hieremiam (Hiere. 46.d) spiritus sanctus loquitur, prouocans eos qui in captiuitate sunt ut redeant Hierusalem: Vade & lege sermones meos istos ad aquilonem, & dices: reuertere ad me habitatio Israel, dicit dominus. Præcipitur itaq; nobis qui habitauimus ad aquilonē, & calorē dominici feruoris amisimus, qui dispersi sumus in orbe terrarum: & de quibus euangelium prædicat (Mar. 13.c): quod in quatuor uentos mittat angelos suos dominus & cōgreget nos: qui in huius seculi uitijs & confusione uersamur: ut fugiamus in Sion ecclesiā dñi, & humilia relinquentes, in specula eius & sublimitate dogmatū cōsistamus. Quod aūt sequit̄: Hæc dicit dñs exercituū: post gloriā misit me, & reliqua: Vox saluatoris loquentis inducitur: qui omnipotēs deus à patre omnipotēte missum se esse dicit: nō iuxta id quod omnipotens est: sed iuxta id quod post gloriā missus est. Qui cū in forma dei esset (Philip. 2.a), nō rapinā arbitratus est æqualē se esse deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, & factus est obediens patri usq; ad mortem, & mortem crucis. Nec mirum quod Christus dicatur omnipotens, ex cuius persona legimus in Apocalypsi Ioannis (Apoc. 1.b). Hæc dicit testis fidelis initium creaturæ dei: qui est & erat & uentu-

HEBRAEI. dominus exercituum: post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerūt uos: qui enim tetigerit uos, tangit pupillā oculi eius. Quia ecce ego leuo manum meam super eos: & erunt prædæ his qui seruiebant sibi: & cognoscetis: quia dominus exercituum misit me. Laūda & lætare filia Sion: quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa: & erunt mihi in populū, & habitabo in medio tui: & scies quia dñs exercituum misit

SEP. enim dicit dominus omnipotens: post gloriam misit me ad gētes quæ spoliauerunt uos: quia qui tetigerit uos, quasi tangat pupillam oculi eius: Ecce ego inferā manū meam super eos: & erunt prædæ his qui seruierant eis: & cognoscetis quia dominus omnipotens misit me. Lætare & gaude filia Sion: quia ecce ueniam & habitabo in medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa: & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui: & scies qm̄ dñs omnipotens misit

rus est, dominus deus omnipotens. Illud quoq; quod C in uicesimo tertio psalmo legimus: Leuate portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Rursumq; ab alijs angelis dicitur ignorantibus mysterium incarnationis assumptæ: Quis est iste rex gloriæ? dominus uirtutum ipse est rex gloriæ: refert ad Christum. Vbi enim nos legimus, dñs uirtutū: in Hebraico scriptū est יהוה צבאות quod à Septuaginta interpretib. in παντοκράτορα, id est, in omnipotētem uertitur. Ex quo intelligimus, ubicūq; dominus uirtutum de Christo dicitur, omnipotentem eum debere intelligi. Nec mirū si Christus dicatur omnipotens: Cui tradita est omnis potestas in cœlo & in terra (Mat. 28.d). Et qui dicit: Omnia quæ patris sūt, mea sunt (Ioan. 17.b). Si autē omnia, id est deus ex deo, dominus ex domino, lumen ex lumine: ergo & ex omnipotente omnipotēs: neq; enim fieri potest ut quorū una natura est, diuersa D sit gloria. Missus est ergo post gloriam diuinæ maiestatis ad gentes quæ spoliauerant populū dei: ut qui eos fuerant ante prædati, prædæ sint seruientibus sibi, & omnis quondam seruientiū turba cognoscat: quoniam deus omnipotēs miserit eum. Quod autem dicit: Qui tetigerit uos, tangit pupillam oculi eius: Tactum pro uexatione & iniuria accipe: iuxta illud quod legimus (Psal. 104.b): Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Qui enim sanctos dñi tetigerit: sic est quasi uexare cupiat pupillam oculi eius: & illum nitatur clara luce priuare, de qua loquitur in euangelio (Mat. 5.b): Vos estis lux mundi. Eleuat autem deus manum suam, ut percutiat gentes aduersarias, & populum suum uel in Hierusalem reducat uel in ecclesiam. Gentes aduersarias: iuxta tropologiā, cōtrarias accipe fortitudines, quæ quotidie peccatores suæ subijciunt potestati, & sibi eos seruire compellunt. *a* ¶ *Lauda & letare filia Sion: quia ecce ego uenio, etc.* ] Et hæc adhuc ex persona domini intelligenda: quod hortetur populum suum de captiuitate in sedem pristinam restitutū gaudere atq; letari: quod ipse dominus ueniat & habitet in medio eius, & multæ gentes crediture sint in eum: de quibus dicit̄ (Psal. 2.b): Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Et habitet in medio eius: loquens ad discipulos (Mat. 28.d): Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi. Et possideat dominus Iudam partem suam confitentem & credentem nomini suo: & non alibi possideat, nisi in terra sancta: quæ interpretatur ecclesia: & eligat adhuc Hierusalē quam tentationi in persecutionibus dereliquerat. Iudæorum alij putant sub Zorobabel & Iesu & Esdra & Neemia hæc ex parte completa: maximé quoniam Hierusalem eligitur & possidetur Iudas: duæ uidelicet tribus quæ reuersæ sunt de captiuitate Babylonica: & appellatæ sunt Iudas & non Israel, quia apud Medos hucusq; uersantur



A tur. Alij uerò in futurū differunt, quod tunc crediture sint gentes in eum qui mittatur à domino & eligēda sit Hierusalem: cum utiq; iam omnes gentes crediderint in dominum saluatorem: nec possit eligi quæ omnino destructa est. Rectè autem post captiuitatem filia Sion prouocatur ad gaudium: de qua in psalmo (Psal. 52.b) dicitur: Cum conuerterit dominus captiuitatē populi sui: exultabit Iacob & lætabitur Israel. *a* ¶ *Sileat omnis caro à facie domini: etc.* ] Cum hæc se ita habeant, & possessurus sit dominus Iudam partem suam: & electurus Hierusalē: omne hominū genus domini formidet aduentum: quia surrexit de habitaculo sancto suo. Surgere autē dñs dicitur & quasi euigilare de somno, quando consurgit in uindictā populi sui: iuxta illud quod scriptum est (Eph. 5.b): Exurge ut quid dormis domine? Siue iuxta Lxx. qui dixerunt, surrexit de nubibus sanctis suis: patriarchas, B prophetas, & apostolos intellige: quibus mandauit dominus (Esa. 5.b) ne pluant super Israel imbrem. Istæ sunt nubes, de quibus scriptum est (Esa. 45.b): Et nubes spargant iustitiam: neq; enim nubes istæ corporeæ in quas aer densior cogit̄, possunt pluere iustitiam. In his & cum his nubibus dñs in euangelio (Luc. 21.e) uenturum se esse dicit. Et in Esaia (Esa. 19.a) legimus, quod dominus in Aegyptum uenerit in nube leui. Aegyptus mundus accipitur: in quem dominus descendisse memoratur in carne, quæ edita de utero uirginali, nullo humani seminis & peccatorū pondere grauabatur. Quod autem omnis caro, nō absolutè hominū & bestiarū & uolatilium & pisciū: sed specialiter hominū accipiatur: illa scriptura significat (Psal. 64.a): Exaudi orationem meam, ad te omnis caro ueniet. Neq; enim ad dominum omnis caro irrationabilium uentura est animantium: sed illa quæ donum sancti spiritus susceptura est: & de qua dicitur (Ioel 2.g): Effundam de spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ.

HEBRAEI. misit me ad te. Et possidebit dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Hierusalem. Sileat omnis caro à facie domini: quia consurrexerit de habitaculo sancto tuo.

Cap. III.

ET ōstēdit mihi Iesum sacerdotē magnum, stantē coram anngelo domini: & satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad satan: Increpet dominus in te satan: & increpet dominus in te qui elegit Hierusalem: Nunquid nō iste torris est erutus de igne? Et Iesus erat indutus uestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli: qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram

SEPTVAG. misit me ad te: & possidebit dominus Iudam partem suam in terra sancta: & eliget adhuc Hierusalem. Timeat omnis caro à facie dñi: quoniam surrexit de nubibus sanctis suis.

Cap. III

ET ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum, stantē ante faciē angeli domini: & diabolus stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad diabolū: Increpet dominus in te diabole: & increpet in te dominus qui elegit Hierusalē. Nónne iste ut torris est erutus de igne? Et Iesus indutus erat uestibus sordidis, & stabat ante faciē angeli et respōdit, & ait ad astantes coram

Capur III

ET *ostendit mihi, etc.* ] Antequam ueniamus ad intelligentiam spiritualem, quomodo Hebræi locum istum edisserant: strictim breuiterq; dicēdum est, Iesum sacerdotem magnum quem Græci ἀρχιερέα, Latini pontificem uocant: filium Iosedech intelligi uolūt: qui cum Zorobabel populo præfuit. Ex cuius dextris (שטן) stabat aduersarius: hoc enim interpretatur satan, ut aduersaretur ei. Et rectè stabat à dextris illius, non à sinistris: quia uera erat accusatio: eo quod & ipse cum cæteris alienigenam accepisset uxorem: quod in Esdra (1. Esd. 10.a) & in Malachia (Malach. 2) qui hunc prophetā sequitur: plenissimè scriptum est. Dixitq; dominus ad satan: ad accusatorem & ad aduersarium eius: ipse est enim inimicus & uindex C ac accusator fratrū suorum (Apoc. 12): Increpet dominus in te satan, ut pluit dominus à domino: & increpet dominus in te qui elegit Hierusalem. Cum ergo de cunctis Iudæ urbibus nunc electa sit Hierusalem, nequaq; ei imputante domino peccata quæ fecit: cur quasi torrem, quem uulgo titionē uocant, Iesum conaris obruere, qui de Babylonica captiuitate quasi semiustus euasit? Quod autem sequitur: Iesus erat indutus uestibus sordidis: tripliciter interpretantur: Vel ob coniugium illicitum: uel ob peccata populi: uel propter squalorem captiuitatis. Angelus autem ante cuius faciem stabat Iesus: præcepit cæteris angelis ex psona domini, ut auferrent ab eo sordida uestimenta: de quibus supra diximus. Qui cum præceptum opere complessent: rursum idem angelus loquitur ad Iesum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam: hæc sunt sordida uestimenta: & indui te mu D tatorijs, hoc est Israelitem tibi coniugem copulaui: pro quo Lxx. transtulerūt ποδήρη, quam nos tunicam talarem possumus dicere: eo quod usq; ad talos & pedes defluat. Quodq; sequitur: Ponite cidarim mundam super caput eius: pro cidari in Hebræo legimus צניף quæ mitra à plerisq; dicitur: & in hac uolunt intelligi sacerdotij dignitatē: quod ablatis sordibus peccatorū, mundum habuerit sacerdotiū: Hæc Iudæi. Nostri autem ita disserunt: Sacerdotem esse magnum ad quem dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui quoniam per se uideri non potest à domino, prophetæ ostendit̄ stans coram angelo domini: quem uolunt magni cōsilij esse angelum: non quod alter & alter sit, aut duas personas recipiamus in filio, sed quod idem atq; unus, & quasi homo sordidatus ostenditur: & quasi angelus mediator hominū & dei apparere dicatur. Non autem esse Iesum filium Iosedech, ex hoc conantur ostendere: quod non sit appositum in præsenti loco, filius Iosedech: qui in alijs locis ubi uerè de Iesu dicitur filio Iosedech, semper patris cognomine censeatur. Stans igitur cernitur Iesus & stabili consistens gradu: & satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei: Tentatus enim est per omnem modum absq; peccato. Et in euangelio (Mat. 4.a) ad eum tentator accedit: quærens semper dextris eius & uirtutibus contraire. Quodq; sequitur: Increpet dominus in te satan: & increpet dominus in te qui elegit Hierusalem: sic edisserunt: quia pater & filius dominus est: & in centesimo nono psalmo legimus: Dixit dominus dño meo, sede à dextris meis: Dominus de altero domino loquit̄: non quod ipse dominus qui loquitur increpare non possit



Universidad de ... Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

HEB. ram ſe, dicens: Auferte ueſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit: ponite cidarim mundã ſuper caput eius, & poſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius. & induerũt eũ ueſtibus. Et ângelus domini ſtabat: & conteſtabatur angelus domini Ieſum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Si in uijs meis ambulaueris, & cuſtodiam meam cuſtodieris: tu quoque iudicabis domũ meã: & cuſtodies atria mea: & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic aſsiſtunt. Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te: quia uiri portendentes ſunt. Ecce enim ego adducã ſeruũ meum orientem: quia ecce lapis quem dedi corã Ieſu: ſuper lapidẽ unũ ſeptẽ oculi ſunt. Ecce

SEP. ram facie ſua, dicens: Auferte ueſtiméta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniqtates tuas: & induite eũ poderẽ: & imponite cidarim mundã ſup caput eius: & impoſuerunt ei cidarim mundã ſuper caput eius: & circũdederũt eum ueſtimentis. Et angelus dñi ſtabat: & conteſtabatᵣ angelus dñi ad Ieſum, dicẽs: Hęc dicit dñs oĩpotẽs: Si in uijs meis ambulaueris: & præcepta mea cuſtodieris, & tu iudicabis domũ meã, & ſi cuſtodieris atriũ meũ, & dabo tibi qui cõuerſentur in medio ſtantiũ iſtorũ. Audi ergo Ieſu ſacerdos magne & proximi tui qui ſedent ante faciem tuam, quia uiri τερατοσκόποι, id eſt portẽtorũ ſpectatores ſunt: quia ecce ego adducã ſeruum meũ orientẽ: quia lapis quẽ dedi ante faciẽ Ieſu: ſup lapidẽ unũ ſeptẽ oculi ſunt. Ecce

A poſsit, ſed quod ex unitate naturæ cum alter increpauerit, increpet ipſe qui loquiᵣ. Qui enim uidet filiũ, uidet & patrẽ: & iſte eſt qui elegit Hieruſalẽ: eccleſiã quæ pacẽ dñi cõtemplaᵣ. Torris aũt de igne erutus, rectiſsimè intelligi poteſt: qui cum in Babylone fuerit, non eſt Babylonio igne conſumptus, nec flamma ſeculi huius attactus.
Exod.3.a Vnde & Moyſes in ſolitudine cernit uiſionem magnam, in qua ardebat rubus, & nõ cõburebatur. Hic Ieſus erat indutus ueſtibus ſordidis: qui cũ non feciſſet peccatũ, pro nobis peccatum factus eſt: & ipſe infirmitates noſtras portat & pro nobis dolet: & nos reputauimus eum eſſe in dolore & in plaga & in an
Eſa.53.b guſtia. Ipſe uerò uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra. Et in Apoſtolo legi
Gal.3.b mus: Chriſtus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Hic uiceſimo primo pſal
B mo loquitur: Longè à ſalute mea uerba delictorum meorum. Et in ſexageſimo octauo pſalmo: Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te nõ ſunt abſcondita: Quę uniuerſa appellantur ſordida ueſtimenta, & auferẽtur ab eo cũ noſtra peccata deleuerit: ut quia ille ſordidis indutus eſt ueſtibus: nos reſurgentes in eo audiamus poſt baptiſma: Candida ſint ſemper ueſtiméta tua: credentiũq;
Eſa.1.d omnis eccleſia audit per Eſaiam: Lauamini, mundi e
Cant.3.c ſtote. Et de ipſa prophetatur in canticocanticorũ: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? ποδήρην autem incarnationem eius accipe: quæ de terra eſt & ſignificatur in pedibus. Cidarim mundam ſuper caput illius, ſplendorem diuinæ maieſtatis intellige: ut unus atq; idẽ ſecundum hominem ποδήρη, ſecundum deum cidari ornatus eſſe uideatur. a ¶ *Et angelus domini ſtabat: etc.* ] Hebræi cœptæ interpretationis ordinem proſequẽtes, ad Ieſum filium Ioſedech ab angelo domini hæc dicta intelligunt: quod poſt ablationem ueſtium ſordidarum, & reſtitutam mundi ſacerdotij dignitatẽ: præcipiatur ei iuxta illud quod in euangelio ſcriptum eſt: Ecce ſanus factus es, ultra noli peccare: ne quid tibi deterius fiat: & repromittitur ei præmium, ſi in uijs domini ambulauerit, & eius præcepta ſeruauerit: quod & ipſe iudex ſit domus eius: id eſt pontifex perſeueret in templo, & cuſtodiat atria eius atq; ueſtibula, & det ei dominus ex angelorum numero, qui eo tempore ſtabant ante conſpectum eius: quorũ circumualleᵣ auxilio: & ab omni hoſtiũ fraude ſecurus ſit. Iuxta noſtros qui hæc omnia re

C ferunt ad dñm ſaluatorẽ: hoc uidetur eſſe difficile quod Ieſu ab angelo diciᵣ: Si ambulauerit in uijs dñi & eius præcepta ſeruauerit: ipſe quoq; iudicet domum eius: & cuſtodiat atria illius: & det ei dñs ambulãtes de his qui aſsiſtant ei. Quod facilè ſoluitur: ſi cõſideremus eũ qui
Phil.2.a formam ſerui eſt dignatus aſſumere: & cũ diues eſſet, pro nobis paup factus eſt. Quicquid igitur de membris dicitur, refertur ad corpus: & noſtri profectus, dñi uictoria eſt. Cũq; nos peruenerimus in uirum perfectum: in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ille iudicabit domũ dei: ſecundũ id quod Apoſtolus dixit: Chriſtus autem ſicut filius ſuper domũ eius: cuius domus ſumus nos. Et ad Timotheũ: Si tardauero ut ſcias quomodo debeas in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei uiuentis, columna & firmamentũ ueritatis. Et non ſolum iudicabit domum eius: ſed cuſtodiet atria domini: de quibus ſcriptũ
D eſt: Adorate dominũ
Pſal.28.a in atrio ſancto eius. Iudicabit autem ſiue dijudicabit domũ eius: & pro meritis ſingulorũ, alij dans decem ciuitates, & alij quinq;, & alios in eccleſia cõſtituens prophetas, alios apoſtolos, alios doctores, alios ſigna facientes, alios pro oculis habens, alios pro manibus, alios pro pedibus: iuxta
Pſal.81.a illud quod legimus: Deus ſtetit in ſynagoga deorũ, in medio autẽ deos dijudicat. Dedit quoq; ei de angelorũ numero miniſtros: qui in carne cõſtituti, ſimiles ange
Phil.3.d lorũ ſunt: & de quibus Apoſtolus loquebatur: Noſter
Matt.22.c municipatus in cœleſtibus eſt. Si enim angeli non nubunt neq; nubunᵣ: & qui in uirginali cõtinentia perſeuerant, ſimiles angelorũ ſunt: Cur non putemus angelicæ dignitatis apoſtolos & ſanctos quoſq; datos Ieſu: qui aſsiſtant ei in eccleſia, & nunq̃ fluctuantes habeant pedes, ſed cum ſtante ſtent dñoᵣ? b ¶ *Audi Ieſu ſacerdos magne, etc.* ] Noſtri in hoc loco arguũt à Iudæis quod iuxta conſequentiã textũq; ſermonis magis debeãt Ieſum ſacerdotem intelligere filiũ Ioſedech quam dñm ſaluatorem. Si eñ ad dñm ſermo eſt: & ad Chriſtũ diciᵣ: Audi Ieſu ſacerdos magne: quis eſt de quo infertur: Ecce ego adducã ſeruũ meũ orientẽ: qui alio nomine lapis appellatur, & datus eſt coram Ieſu: & ſuper hoc lapide ſeptem ſunt oculi? E cõtrario noſtri nituntur aſſerere: & Ieſum ſacerdotem magnum, & orientẽ & lapidem: ſecundum diuerſas intelligentias Chriſtum appellari. Sed hoc quomodo de ipſo dicatur ad eum quaſi de altero, exponere difficillimum eſt. Qui igitur Ieſum uolunt eſſe filium



HEBR. Eccè ego cælabo ſculpturam eius, dicit dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die una. In die illa, dicit dominus exercituum: uocabit uir amicũ ſuũ ſubter uineã & ſubter ficum.

Cap. IIII

ET reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me: & ſuſcitauit me quaſi uirũ qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. Et dixit ád me, quid

SEP. Ecce ego fodiam foueam, dicit dominus omnipotens: & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die uno. In die illo, dicit dominus omnipotẽs: Vocabit unuſquiſque proximum ſuum ſubter uitem & ſubter ficum.

Cap. IIII

ET reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me, & ſuſcitauit me ſicut ſuſcitari ſolet homo de ſomno ſuo. Et dixit ad me, quid

A filium Ioſedech ſacerdotem magnum: amicos eius qui habitant uel ſedent coram eo, & qui uiri ſunt portendentes, diſcipulos eius interpretantur & prophetas: prophetę enim in ſignum ſunt poſiti futurorum. Quid eſt igitur quod Ieſus & amici eius coguntur audire? Adducam ſeruum meum orientem, & reliqua. Supra promiſerat deus Ieſu filio Ioſedech ſacerdoti magno, quod ſi in uijs eius ambulaſſet, & eius præcepta ſeruaſſet, ipſe dijudicaret domum eius, & atria eius cuſtodiret, & daret ei miniſtros angelicæ dignitatis: Nunc ei dicit & amicis illius, plenam felicitatẽ & perfectam beatitudinẽ tũc futurã, qñ uenerit oriens:
Zach.6.c de quo ſcriptũ eſt: Ecce uir oriẽs nomẽ e
Malac.4.a ius. Et in Malachia: Orieᵣ uobis timẽtib. nomen meũ ſol iuſti
Num.24.c tię: & ſanitas in pennis eius. Et in Numeris: Orieᵣ ſtella ex Iacob, & homo ex Iſrael. In Euãgelio quoq; aperuiſſi
Luc.1.g me de Chriſto legimus: In quib. uiſitauit nos oriẽs ex alto: Illuminare eos qui in tenebris & umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis. Qui oriens, ipſe dicitur & lapis angularis: quia populum
B utrunque coniungat: & duos parietes in unam domũ conſociet. Hic non credentibus lapis ſcandali eſt: de
Pſal.117.c quo & in pſalmis dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: A domino factum eſt iſtud. Super hunc lapidem ſeptem o
Eſaiæ 11.a culi ſunt, de quibus loquitur Eſaias: Exiet uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus dei, ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris dei. Qui ſacerdotẽm magnum & amicos eius, dominum ſaluatorem & diſcipulos illius intelligi uolunt: uiros τερατοσκόπους & portendentes ſic accipiunt, ut ad apoſtolos referant qui eius myſtice ſigna perſpexerint, & ex præſentibus
Ioan.9.a futura cognouerint: dum in eo qui à natiuitate cæcus fuit, oculos reſtitutos ſuper populo gentiliũ interpre
Matt.9.c tantur: Et in muliere ſanguine defluente, eccleſiam e diſſerunt ſanguinis operibus liberatam. Hoc autem quod ſequitur: Quia ecce lapis quem dedi coram Ieſu: amatores hiſtoriæ ſic de Chriſto intelligunt, ut poſt Ieſum filium Ioſedech Chriſtum dicant eſſe uenturum. Hoc enim eſſe coram Ieſu, id eſt in conſpectu eius & ante faciem, ut futura ſignificet: & appellari eum lapidem pro fortitudine & robore quo omnia regna contriue
Dan.2.g rit, quem etiam in Daniele de monte ſine manibus prę ciſum legimus. a ¶ *Ecce ego cælabo ſculpturam eius, etc.* ] Suprà dixerat, Ecce lapis quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt: Nunc conſequenter μεταφορὰν ſeruat à lapide, & dicit: Cælabo ſculpturam eius: ſiue ſculpam cælaturam illius: Quod enim Hebraice ſcriptum eſt מפתח פתחה Aquila interpretatus eſt διαγλύψω ἄνοιγμα αὐτῆς, id eſt, ſculpam aperturam eius: Theodotio & Symmachus, ſculpam aperturam. Et eſt ſenſus: Iſtum lapidem, clauis crucis & lancea militis faciã uulnerari: & in illius paſſione auferam iniquitatẽ terræ in die una: de qua ſcriptũ eſt: Hæc
C eſt dies quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. In illa die paſsionis Chriſti, uocabit uir qui perfectus eſt in Chriſto: & cum apoſtolis ad dominicæ beneuolentiæ culmen aſcendit: proximũ ſuum, uel credẽtes ex Iudæis: uel certe gentilium populum, ſubter uineã quæ appellaᵣ Sorech: & de qua dicit in Euangelio: E
Ioan.15.a go ſum uitis, & cuius fructus lætificat cor hominis: & ſubter ficum, ſpiritus ſancti poma dulciſsima, ut æterna pace requieſcant, & compreſſa ſeditione mundi & cruore bellorum, ſciant ſe eſſe ſub rege cuius myſtice in Salomone nomen eſt pacis. De hac eadem ſeſsione ſubter uineam, & ſubter ficum, etiam Micheas propheta
Mich.4.b commemorat, dicẽs: In die illa uocabit unuſquiſq; proximum & fratrem ſuum ſubter ficum & uineam ſuam, & non erit qui exterreat. Quod autem ſcriptũ eſt iuxta Septuaginta: Ecce ego fodiam foueã, poſſumus foſſam uel foueam pro ſculptura lapidis intelligere: omne enim quod ſculpitur & foditur. Tamen ſi quis contentioſus noluerit hoc referre ad lapidem,
D ſed quaſi proprium habere principium ſuamq; ſententiam: Dicamus deum omnipotentem in die paſsionis filij ſui: ſiue ut Iudæi putant in ultimo fine mundi quando iudicaturus aduenerit: effodere & in medium proferre opera ſingulorum, & contrectare uniuerſam terram in iudicij: hanc enim eſſe diem unam, & in die illa unumquenq; ſanctorum ſocios ſuos & amicos qui & ipſi ſunt ſancti, uocare ad requiem, & operum ſuorum uirtute gaudere.

CAP. IIII

ET *reuerſus eſt angelus, etc.* ] Quò enim abierat ut reuerteretᵣ: maxime qui loquebaᵣ in propheta: & abſq; eo in quo loquebaᵣ eſſe nõ poterat? Sed quotieſcunq; humana fragilitas ſuæ relinquiᵣ imbecillitati, dei à nobis & angelorũ eius auxilium abire credendum eſt. Ergo & propheta ſtupore magnæ uiſionis attonitus tota mente torpebat, & clarũ ueritatis lumen uidere nõ poterat: unde à uiſione præterita ſuſcitaᵣ ad aliã uiſionem quaſi de ſomno euigilãs, ut uideat quod clauſis oculis nõ uidebat. Dicamus & aliter: Prouerbiorũ Salomonis
Prou.23.a teſtimoniũ eſt: Si ſederis, abſq; timore eris: ſi autẽ dormieris, dulciter dormies: & non timebis terrorẽ ſuperuenientẽ tibi, nec impetus impiorũ ingruẽtes. Qui hoc ſomno dormierit, & audierit dictũ de ſe quod ſcriptũ
Ioan.11.b de Lazaro legimus: Si dormit, ſaluus erit: poterit can
Cant.5.a tare cum ſpõſa: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Videamus ergo ad quæ contẽplãda quaſi de ſomno propheta conſurgat. c ¶ *Et dixit ad me, etc.* ] Angelus qui ſuſcitauit Zachariã quaſi de ſomno hominẽ conſurgentẽ, interrogat quid uiderit: ut illo reſpondẽte & ignorante & ſciſcitante quid cernat, atq; dicẽte: Quid ſunt hæc domine mi: audiamus ab eo: Hoc eſt uerbum dñi ad Zorobabel: Non in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit dñs. Dicamus igitur ſingula percurrẽtes primũ quid uideaᵣ Hebræis: à quibus in ueteri teſtamento eruditi ſumus: deinde per hos quaſi gradus ad ec

A cleſiæ culmina conſcendamus. Candelabrum aureum ſolidum, legē, id eſt νόμον interpretantur. Lampadem autem, id eſt flammam in uertice candelabri, lucentem atque fulgentem Chriſtum, qui caput legis ſit, & omnem mundum illuminet: Septem lucernas ſuper candelabrum, ſeptē gratias ſpiritus ſancti: de quibus ſuprà diximus, quod in lapide uno ſeptē oculi ſint. Nulli enim dubium, quin lex ſpiritu ſancto dictante conſcripta ſit. Septem autem infuſoria in quibus oleum ſit quod mittatur in lucernas, quæ ſuper candelabro luceant, hoc intelligi uolunt, ſeptem iſtas gratias de cœlo ad homines per legem deſcendere. Duas autem oliuas ſuper candelabrum à parte dextera & ſiniſtra, inter quas media lampas luceat: legem & prophetas interpretantur. Cumq; propheta narraſſet uiſionem ſuam, neſciens quid uideret: interrogat angelum B loquentem in ſe, ſenſum uidelicet à deo illuminatum: iſte enim angelus noſter eſt, qui prudenter intelligens, dei nobis indicat uoluntatem, & dicit: Quid ſunt hæc domine mi? Angelus autem non explanat uiſionē prophetæ, ut rogatus ab eo fuerat, ſed interrogantē rurſum interrogat: Num ignoras quid ſint hæc? Quo reſpondente, neſcio: etiā ipſe reſpondit, Hoc eſt uerbum dñi ad Zorobabel dicens: Non in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit dñs. Sermo ergo dñi ad Zorobabel qui locutus eſt nō in exercitu, neq; in robore, ſed in ſpiritu meo, ipſe eſt interpretatio uiſionis: nō in exercitu neq; in multitudine bellatorum, ſed in ſpiritu dei reductū populū & plenius reducendū, & aduerſarios eſſe uaſtandos. Quodq; ſequit̃: Quis tu mons magne corā Zorobabel in planū: ad diabolum dictum intelligunt, qui ſtabat à dextris Ieſu ut aduerſaretur ei: & ſe leuabat contra Zorobabel & populum Iudæorū. In planū autem uerſus & humiliatus eſt: & ſub pedibus iacet Iſrael: quia educet deus lapidē primariū, Chriſtum filium ſuum qui ſemper auxilio fuit populo Iſrael. Et gratia eius, id eſt lapidis in eos quos reduxit de captiuitate, exæquabit gratiam quam in patres eorum ſemper exercuit. Hæc ab Hebræis dicta reperimus. Nunc quid ab eccleſiaſticis uiris in cōmentarijs ſcriptum ſit, diſſeramus. Candelabrum autem de auro puriſsimo eccleſiam intelligunt, quæ in ſcripturis ſanctis ſenſum ac mētem magis quàm uerba perquirit. Quod autem

HEB. quid tu uides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureū totum & lampas eius ſuper caput ipſius: & ſeptem lucernæ eius ſuper illud: ſeptem & ſeptem infuſoria lucernis quæ erant ſuper caput eius. Et duæ oliuæ ſuper illud, una à dextris lampadis, & una à ſiniſtris eius. Et reſpondi, & aio ad angelum qui loquebat̃ in me dicens: Quid ſunt hæc domine mi? Et reſpondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et reſpondit, & ait ad me, dicens: Hoc eſt uerbum domini ad Zorobabel, dicēs: Non in exercitu, nec in robore: ſed in ſpiritu meo, dicit dominus exercituum: Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? Et educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Et factum

SEP. quid tu uides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum & lampas ſuper eum: & ſeptem lucernas ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernarū quę erant ſuper illud. Et ecce duæ oliuæ ſuper illud: una à dextris lampadis, & una à ſiniſtris: & interrogaui & dixi ad angelum qui loquebatur in me, dicens: Quid ſunt hæc domine? Reſpondensq; angelus qui loquebatur in me, dixit ad me: Non cognoſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Non domine. Et reſpondit & ait ad me dicēs: Iſte eſt ſermo domini ad Zorobabel dicens: Non in fortitudine magna neque in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit dominus omnipotens: Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel ut corrigas? & educā lapidē hæreditatis: æqualitatem gratiæ gratiā eius. Et

C in ſenſu aurū accipiatur, poſteriora & humeri columbæ in ſexageſimo ſeptimo pſalmo oſtendunt: quæ dicuntur auri uirore ſiue fulgore radiare. Lampadem & ipſi Chriſtum intelligunt, quod luceat in eccleſia: qui de ſeipſo dicebat: (Matt. 5.b) Nemo lucernam accendit, & ponit eam ſub modio: hoc eſt, ſub menſura legis: ſed ſuper candelabrum, id eſt, euangelij libertatem: ut luceat cunctis qui ſunt in domo. Lucernas ſeptem & effuſoria earum, & ipſi gratias ſancti ſpiritus intelligūt: per quas oleum miſericordiæ dei cunctarumq; uirtutum eccleſia ſuſcipit. Duas oliuas ſuper candelabrum, & ipſi Moyſen & Heliam intelligūt: (Matt. 17.a) qui cum domino loquebantur in monte: & ſignificabant quid in Hieruſalem paſſurus eſſet. Omnis enim lex & prophetę de Chriſti prædicant paſsione. Alij duas oliuas ſtantes à dextris & à ſiniſtris, legem & euangelium interpretantur: ut in D dextra euāgelium ſit, in ſiniſtra lex: de qua dextra & ſiniſtra dicitur in Cantico canticorum: (Cant. 2.b) Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Montem autem plerique noſtrorum, diabolum interpretātur & Antichriſtum, qui coram Zorobabel, de quo naſciturus eſt Chriſtus, ſtare audeat & ſe erigere: & in Euangelio dicere: (Matt. 4.b) Hæc omnia mihi tradita ſunt, & dabo ea tibi, ſi procidens adoraueris me. Quem dominus ſuis pedibus proſternens, & de ſuperbo humilem faciens atque deiectum, dicit: Vade retro ſathana: ſcriptum eſt enim, (Deut. 6.b) Dominum deum tuū adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. (Matt. 17.c) Dantq; exemplū in euangelio lunatici, quē cum apoſtoli non potuiſſent ſanare: interrogant cur ſanare nequiuerint, & audiunt: Amen dico uobis, ſi habueritis fidem ſicut granū ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit: & nihil impoſſibile erit uobis. Hoc aūt genus nō ejicitur, niſi per orationē & ieiuniū. Mons ibi aperte diabolus accipitur. Alij aūt temeritate non parua, hoc quod manifeſte de diabolo dicitur, ad Chriſtū referūt, qui in ſcripturis ſanctis mōs ſæpius appellat̃. Nec neceſſe eſt dare exēpla, quorū magna copia eſt. Ad hunc aūt ducuntur errorē, quia ſcriptum eſt in Septuaginta: Quis es tu mons magne ante faciē Zorobabel ut corrigas? quod uidelicet mōs iſte qui ante faciē Zorobabel eſt: hoc eſt, qui de Zorobabel ſtirpe deſcēdat, uelit mundū ipſe corrigere: & de ipſo ſit quod ſequit̃: Educā lapidē hæreditatis: de qua ſcriptū eſt: Tu es qui



A qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Et in alio loco: Elegit nobis hæreditatem ſuam, pulchritudinem Iacob quam dilexit. Et rurſum: Facta eſt pars domini Iacob, funiculum hæreditatis eius Iſrael. Et in ſecundo pſalmo: Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Educet autem dominus lapidē primarium, de quo legimus: (Ioan. 1.a) In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum: & omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod autem dicit: Exęquabit gratiā gratiæ eius: hoc ſignificat, nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia, id eſt pro gratia legis gratiam euangelij, ut æqualem gratiā & par munus, & ex Iſrael credentes accipiant, & populus ethnicorū. Vnde & Gabriel loquitur ad Mariam: (Luc. 1.c) Inueniſti gratiam apud B dominum. Et Paulus apoſtolus ſcribit: (Ephes. 2.a) Gratia enim ſaluati eſtis. Et Ioannes euangeliſta: (Ioan. 1.b) Lex, inquit, per Moyſen data eſt: gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. a ¶ *Et factum eſt uerbum domini ad me dicēs: Manus, etc.*] Ab Hebræis & à noſtris multa dicuntur, quorum pleraq; ſectantes, & alia repudiātes, quid nobis placeat inferamus, ſeruantes hiſtoriæ ueritatem: ut ex hac poſsimus eum qui per hiſtoriā prophetatur agnoſcere. Manus Zorobabel principis Iudæorum qui reuerſi ſunt de Babylone, templi fundamenta iecerunt: & manus eius uſq; ad templi faſtigia uenient, complentes quod cœperant: & omnia quæ cœpta fuerant extruentes. Legimus apud Eſdram (1 Eſdr. 4.b) quod à Zorobabel templum cœptum ſit atq; perfectum. Cumq;, ait Zacharias propheta, in templo quod nūc ædificatis uideritis à uobis culmen impoſitum: tunc intelligetis me miſſum à domino, & quæ locutus ſum ipſo mandante dixiſſe. Quis enim deſpexit dies paruos? quis hic pro raro accipitur: (Luc. 12.e) iuxta illud: Quis putas eſt diſpēſator fidelis & prudēs? (Pſal. 14.a) Et: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Et: Quis aſcendet in montem ſanctum tuum? Rarus ergo eſt qui dies paruos huius ſeculi deſpiciat, & regiam poteſtatē putet eſſe nihili. Quando uiderimus potentes ſeculi fulgere auro, purpura gemmiſq; rutilare, circūdari exercitu, dicamus in nobis: Quis putas deſpicit dies paruos? (Gen. 47.b) Vnde & Iacob uitam hominum intelligens: Parui ſunt, inquit, & peſſimi dies uitæ meæ. Qui ergo deſpexerint dies paruos, hoc autem refert ad regiam poteſtatem, ut cōmoneat Zorobabel & Ieſum & populum ędificantes templū dei, nequaq; aduerſarios timere prohibentes, ſed audire dñm cohortantē: ex eo ꝙ deſpiciunt

HEB. Et factūm eſt uerbū domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam: & manus eius perficient eam: & ſcietis quia dominus exercituū miſit me ad uos. quis enim deſpexit dies paruos? & lætabuntur, & uidebunt lapidem ſtanneum in manū Zorobabel: ſeptem iſti oculi ſunt domini: qui diſcurrunt in uniuerſa terra. Et b reſpōdi & dixi ad eum: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram candelabri & ad ſiniſtram eius? Et reſpōdi ſecundo, & dixi ad eum: Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? Et ait ad me, dicens: Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et

SEP. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam: & manus eius complebunt eam. Et ſcies quoniā dñs omnipotens miſit me ad te: quis enim deſpexit in dies paruos? & lætabuntur & uidebunt lapidem ſtāneum in manu Zorobabel: ſeptem iſti ſunt oculi dñi qui reſpiciunt ſuper omnē terrā. Et reſpondi et dixi ad eū: quid ſunt duæ oliuæ iſtæ à dextris candelabri & à ſiniſtris? Et interrogaui ſecundō, & dixi ad eum: Quid ſunt duo rami oliuarum, qui in manibus duarū narium aurearū ſunt: & quæ infundunt & retrahunt ſuffuſoria aurea? Et dixit ad me: Neſcis quid ſunt hæc? Et

C regale faſtigiū lætabunt̃ & uidebunt auxilium ſaluatoris qui de Zorobabel ſtirpe promittitur: & propter fortitudinem, lapis appellatur, & lapis ſtanneus. Pro quo in Hebraico ſcriptum eſt אֶבֶן הַבְּדִיל eo quod ſit murus & fortitudo roburq; credentium. Sicut enim ſtannum ab igne alia metalla defendit: & cum ſit natura æs ferrūq; duriſsimum, ſi abſq; ſtanno fuerit, uritur & cremat̃: ſic omnis angelorū & hominū fortitudo, ſi nō habuerit auxilium ſaluatoris, imbecilla probat̃ & fragilis. Lapis autē iſte, id eſt, maſſa, qui apud Hebręos הַבְּדִיל ſcribit̃, id eſt ſtāneus, ἐτυμολογεῖται ἀφορίζων, id eſt ſeparans & ſecernens: ut quomodo ſtannū mixta & adulterata inter ſe per ignē metalla diſſociat: ita dñs uerus probator & χωνευτὴς ab auro & argento bonorū operū æs uitiorū plumbumq; ſecernat: ut purū aurum remaneat & argentum. Alijs uerbis ἀφορίζων iſte & ſeparator in euangelio D ſcribit̃: (Luc. 3.d) Cuius uētilabrum in manu ſua, et ipſe purgabit aream ſuam, & ſeparabit paleas à tritico. Qui clamat per Hieremiā: (Hier. 3.f) Quid paleis ad frumentū, dicit dominus. Multi noſtrorum manus Zorobabel, qui fundauerit domū & ipſe perfecerit eā, Chriſtū interpretantur. Quod ſi recipimus, cogemur exponere qui ſit lapis ſtanneus in manu Zorobabel. Neq; enim in manu Chriſti, Chriſtus alius appellandus eſt. Licet quidā lapidē ſtanneū corpus dñi acceperint, quod nullis peccatorum maculis fuerit ſordidatū: nec plumbū uocet̃, ſed ſtannū puriſſimū. Septē aūt oculos qui diſcurrūt in uniuerſa terra, & cūcta dijudicāt, ſuprà expoſuimus ſeptē eſſe ſpiritus: & ꝙ deū nihil lateat, qui & præteritorū & præſentiū & futurorū conſcius eſt, & reddit unicuiq; ſecundū opera ſua, maxime cū in perſona ſeparātis bonos à malis & cōflatoris aduenerit. b ¶ *Et reſpōdi, etc.*] Interrogante propheta quid ſignificarent duæ oliuæ, quarū altera ſtabat ad dexterā cādelabri, altera ad ſiniſtrā, dñs ſiue angelus dñi, noluit reſpōdere. Quod propheta intelligēs, ſecūdo ſciſcitat̃ & dicit: Quid ſunt duæ ſpicæ iſtæ oliuarū ſiue duo rami? de minorib. interrogans, qm̄ maiora audire non meruit. Duo aūt iſti rami ſunt in manu duarū nariū, ſiue ſuper duo roſtra aurea quæ Hebraice מוּצָקוֹת Græce μυξωτῆρες appellant̃: q & ipſi duo μυξωτῆρες ſuper quos duę ſpicę ſunt, uel duo rami oliuarū de auro puriſſimo. Cūq; de duob. ramis propheta quęreret, & rurſum interrogaret ab angelo, utrū nā ſciret quid duo rami ſignificarēt: & ille dixiſſet, nō dñe: Reſpondit angelus dñi. Iſti ſunt duo filij olei: ut Symma. uoluit: ſiue στιλπνότητος, ut interpretatus eſt Aqla, id eſt ſplēdoris: uel πιότητος, hoc eſt pinguedinis, ut uerterunt

Universidad de Deusto Biblioteca

A ut uerterunt Septuaginta: aut λαμπρότητος, id eſt claritatis, ut Theodotio tranſtulit: qui aſſiſtunt dominatori uniuerſæ terræ. De duabus oliuis quæ erant ad dextram lampadis & ſiniſtram, ſuprà legimus. Et idcirco nunc interrogans ſuper his propheta, nõ meretur audire: quia priora nõ retinet: ſiue quod ibi obſcurius dictũ eſt, hic manifeſtius audire deſiderat: aut certe ſilentio angeli confutatur eius pertinacia, quod maiora ſe ſcire contendat: quanquã Hebræi ideo eum de oliuis interrogãtem, nihil audiſſe confirment: quia non bene interrogauerit, nec totũ quæſierit quod ſcire debuerat. Denique poſtea plenius ſciſcitať addẽs, ſpicas uel ramos oliuarum: de quibus ſuprà tacuerat: ibi enim dixit: Quid ſunt duæ oliuę iſtæ? hic interrogat, quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum? μεταφορικῶς quod in morem ſpicarũ rectæ ſint arbores, & quaſi ſpicæ ariſtis, ſic iſtæ uallo

B quodã ramorũ atq; foliorũ tectæ ſint & in ſublime ſurgentes. Duas oliuas quidam è noſtris filium interpretãtur & ſpiritum ſanctum, & mediam lampadem deum patrem. Sed neſcio quo modo abſq; blaſphemia alterũ à dextris, alterũ accipiant à ſiniſtris. Ramos quoq; ſiue ſpicas oliuarũ, incarnationem ſaluatoris, & ſimilitudinẽ columbæ ſpiritus ſancti ediſſerunt: quia totas oliuas uidere nequeamus, ſed partẽ quandam, & ut ita dicam, ramuſculos incarnationis Chriſti, & oſtenſionis ſpiritus ſancti nobis eſſe mõſtratos. Alij duo intelligunt teſtamenta: à dextris euangelium, á ſiniſtris legem: eo quod in altero ſpiritualis ſenſus ſit: in altero corporalis, & quod nec totũ euangeliũ nec totam legem explanare poſſimus: & nunc ex parte cognoſcamus, & ex parte prophetemus, & necdũ poſſimus intelligere quod perfectum eſt. Sunt qui duos ramos oliuarũ uel duas ſpicas, & filios pinguedinis uel ſplendoris: ſacerdotium interpretentur & legem: quæ præbeant gaudium uniuerſæ terræ. Alij Enoch & Heliam: quorum alter in præputio, alter in circuncíſione placuit deo, & cum corpore raptus in cœlum eſt. Pro ſplẽdore & oleo & pinguedine & claritate: in Hebraico legimus יצהר iuxta illud quod de gaudio & felicitate

Pſal. 35.b ſanctorũ in pſalmis ſcriptũ eſt: Inebriabũť ab ubertate ſiue pinguedine domus tuæ: πιότητος enim magis pinguedinem q̃ ubertatem ſonat. Hæc ut quiuimus, & ut uires ingenioli noſtri ferre potuerũt, locuti ſumus, & Hebræorũ & noſtrorum uarias opiniones breuiter

HEB. Et dixi: Non domine mi. Et dixit: Iſti ſunt duo filij olei, qui aſſiſtunt dominatori uniuerſæ terræ.

Cap. V

ET cõuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & uidi, & ecce uolumẽ uolans: & dixit ad me: Quid tu uides? Et dixi: Ego uideo uolumen uolans: longitudo eius uiginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem uniuerſæ terræ. Quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit dominus exercituum, & ueniet ad domum furis & ad domum iurantis in nomine meo mẽdaciter, & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eũ, et ligna eius, et lapides eius. Et

SEP. Et dixi: Nequaquam domine. Et ait: Iſti ſunt duo filij pinguedinis qui aſsiſtũt domino uniuerſæ terræ.

Cap. V

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & uidi falcem uolantem. Et dixit ad me: Quid tu uides? Et dixi: Ego uideo falcem uolantem, longitudinis cubitorum uiginti, & latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc uſque ad mortem punietur, & omnis periurus ex hoc uſque ad mortem cruciabitur. Et educam illud, dicit dominus omnipotẽs: & ingredietur in domum furis, & domum iurantis in nomine meo mendaciter: & requieſcet in medio domus eius, & conſumet eũ, et ligna eius et lapides eius. Et

perſtringẽtes: ſi quis melius imò uerius dixerit, & nos libenter melioribus acquieſcimus. C

CAP. V

ET *conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, etc.*] Conuerſus, inquit propheta, ad aliam uiſionem, & à lætis atq; felicibus oculos meos ad triſtiora ſuſtollens: cerno uolumen uolãs, quod Hebraice dicitur מגלה & ab Aquila & Theodotio ne uerſum eſt διφθέρα, à Symmacho κεφαλίς, id eſt, capitulum, iuxta illud q́ᵈ in pſalmo legimus:

In capitulo libri ſcriptum eſt de me: ſiue iuxta Septuaginta, δρέπανον πετόμενον, id eſt, falcem uolantem. Omnia enĩ quæ ſuprà uiderat, ædificationem templi, aduentum domini ſaluatoris, libertatẽ de Babylone populi nũciarat. Itaque ne eleuaretur cum Apoſtolo cor eius: cui datus eſt angelus ſatanæ q cum colaphizaret, ne ſe extolleret: uidet & ipſe quæ triſtia ſũt: ut quicquid ex bono D rum reuelatione arrogantię creuerat, ex triſtium cõminatione decreſcat. Volumen autem uolans oſtendiť, in quo omnium peccata deſcripta ſunt: ut unuſquiſque recipiat ſecundũ opera ſua, ſiue bonũ, ſiue malum: dicente Psal. 39.b 2 Cor. 12.b

Dan. 7.c Daniele: Throni poſiti ſunt & libri aperti ſunt. Sin autẽ falcem accipimus, ut Septuaginta tranſtulerũt: de Apocalypſi Ioannis ſumamus exemplum in quo ſcriptum eſt: Et reſpondit angelus, & dixit ei qui ſedebat ſuper equum: Mitte falcẽ tuam acutiſſimã, & mete uineã tuam: quoniam maturæ ſunt uuæ eius. Pro falce in Deuteronomio ſagittas & gladium legimus: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Et quia deus angelis peccãtibus nõ pepercit, qui proprio uitio habitaculum perdidere cęleſte: ideo ipſe dicit per Eſaiam: Inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Gladio enim interibunt omnes peccatores populi, nõ utiq; gladio corporali, ſiquidem multæ & diuerſæ præter gladiũ ad mortẽ uiæ ſunt: ſed gladio ſpirituali, quo percutiendi ſunt qui nõ egerunt pœnitentiã, & quibus cõminatur Pſalmiſta proclamãs: Niſi conuertamini, gladiũ ſuum uibrabit: arcum ſuum tetẽdit, & parauit illum. Et in ipſo parauit uaſa mortis. Et in Hieremia legimus: Vſquequo ſecabis mucro uel gladius domini? Vſquequo nõ quieſces? conuertere in uaginã tuam. Iſte gladius nõ ſolum falx appellatur, quæ fœnum, ſtipulam, ſpinaſq; ſuccidit: ſed & ſecuris arborũ dicit: quæ ſuccidet qui non fecerint dignos fructus pœnitentiæ. Et de quibus Apoc. 14.c Deut. 32.f Eſaie 34.a Pſal. 7.c Hier. 47.d



A quibus Ioannes Baptiſta proclamat: Ecce ſecuris ad ra-

Matt. 3.c dices arborum poſita eſt. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Volumen iſtud in quo peccata omnia deſcribũtur: ſiue falx quę cunctorum delicta ſuccidit, mittitur in uineam Sodomorũ: de qua ſcri-

Deut. 32.c ptum eſt: Inimici noſtri inſipientes: ex uinea enim Sodomorum uinea eorum, & propago eorum de Gomorris. Vua eorum uua fellis, & botrus amaritudinis eis. Furor draconũ, uinum eorum, & furor aſpidis inſanabilis. Hæc falx uiginti habet cubitos longitudinis, & decem latitudinis: in quo numero triſtibus lęta ſociãtur. Ad hoc enim dominus corripit ut emendet. In uiceſimo qui ex duab. decadibus efficitur, auſtera & triſtia nunciantur: in decimo, id eſt, una decade, meliora & proſpera: per omnia enim flagella atque ſupplicia eruditur Iſrael. Simulq;

B moneamus eos qui parua putant crimina furtum atq; periurium, quod inducatur maledictio quæ in uolumine ac falce deſcripta eſt, in domum furis atq; periuri, & cõmoretur in ea, & omnia eius ligna lapideſq; conſumat. Quod ſi in his quæ minora putanť (furtum dico & periuriũ) tanta pœnarũ cõminatio eſt: quid dicimus de fornicatione, adulterio, homicidio,

Gal. 5.c ſacrilegio, cũctiſq; criminibus quæ ab Apoſtolo inter carnis opera numeranť? Legi uiginti cubitos longitudinis & decẽ latitudinis, ad ætatẽ referri dñi ſaluatoris,

Ioan. 5.d id eſt tricenariũ numerum efficere: quod nõ iudicet pater quenquam, ſed omne iudicium dederit filio, & ab eo mundus iudicandus ſit. a ¶ *Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leua oculos tuos & uide quid ſit hoc, etc.*] Amphora ſiue menſura egrediebatur & ferebatur in aere. Et ne dubitaremus quo proprie uocabulo nuncupetur: ipſe angelus qui oſtenderat amphorã ſiue menſuram, illi nomen imponit, & dicit iuxta Lxx. Hæc eſt iniquitas eorum in uniuerſa terra: iuxta Hebræos: Hic eſt oculus, id eſt, oſtenſio omnium peccatorũ. Et ecce mulier ſedebat in medio amphoræ uel menſuræ: quæ apud Hebræos diciť איפה crebroq; à Lxx. in οἰφὶ uertitur, & hæc ipſa mulier uocabatur impietas. Cum hæc ita cerneret: ecce talentum plumbi, id eſt maſſa inſtar lapidis ferebatur, uel ſuo impetu, uel domini iuſsione: uel ferebatur ab alio cuius nomen tacitum eſt. Angelus autem iſte qui loquebatur in propheta, & egrediens ex eo illi uniuerſa monſtrabat: arripuit mulierem quæ uocabatur impietas, & præcipitem miſit in medium amphoræ, quæ prius liberè ferebatur, & ſupra amphoram ſedens, omnibus apparebat. Ac ne fortè rurſum eleuaret caput, & ſua iniquitate & impietate gauderet, talentum plumbi in modum grauiſsimi lapidis mittit in os amphoræ: ut impietatem in medio

HEB. Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leua oculos tuos, & uide quid ſit hoc quod egreditur. Et dixi: Quidnam eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens, & dixit. Hæc eſt oculus eorũ in uniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una ſedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc eſt impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce duæ mulieres egredientes: & ſpiritus in alis earum, & habebant alas quaſi alas milui: & leuaue

SEP. Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Suſpice oculis tuis, & uide q̃d ſit quod egreditur. Et dixi: Quid eſt? Et ait: Hæc eſt menſura quæ egreditur. Et ait: Hæc eſt iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi eleuatum eſt, & ecce mulier una ſedebat in medio menſuræ, & dixit: Hæc eſt iniquitas, & proiecit eã in medio menſuræ, & proiecit lapidem plumbeum in os eius. Et eleuaui oculos meos & uidi, & ecce duæ mulieres egrediẽtes & ſpiritus in alis earum, & ipſæ habebant alas ſicut alæ ſunt upupæ. Et eleuaue-

opprimat atq; concludat, ne quo modo poſsit erumpere. Hæc quaſi umbras quaſdã & lineas futuræ imaginis duximus: ut quod reliquum eſt ſuis coloribus impleamus. Angelus qui loquebať in propheta egreſſus de eo, & quaſi cominus loquẽs pręcipit illi ut leuet oculos ſuos et uideat peccata populi Iſraël, in menſurã coaceruata perfectam, & impleta delicta cunctorum: & hanc eſſe oculum eorum: quod Hebraice dicitur עינם & ſcribitur per עונם Siue iniquitatẽ eorũ: quæ ſi per ו literã ſcripta eſſet, recte legeretur עונם ut Septuaginta putauerunt: & hic error in editione uulgata frequenter inoleuit: ut quia ו & י literæ eadẽ forma, ſed mẽſura diuerſæ ſunt, altera legatur pro altera. Hæc amphora ſiue mẽſura, oculus eorum eſt in uniuerſa terra: hoc eſt oſtenſio peccatorũ, ut quorũ uitia diſperſa latitabant in unum coaceruata oculis omnium panderenť, & egrederet de loco ſuo Iſrael: D & cũctis gentib. qualis in terra fuerit, mõſtrareť. Et ecce talentũ plumbi portabať. Pro talẽto plumbi in conſequẽtibus legimus lapidẽ plumbi. Talentũ uocať כִּכַּר lapis אֶבֶן Ipſe eſt igiť lapis plumbi, qui & talentũ plumbi: quod nos manifeſtius exprimentes, maſſam uel ſphæram plumbi interpretati ſumus, ex quo ſignificatur pondus grauiſſimũ peccatorũ. Et ſuper hanc menſuram atq; amphorã omnium delictorũ, media ſedebat impietas, quam alio nomine idololatriã poſſumus appellare, & negationem dei. Vnde & à ſaluatore diciť ad Iudæos: Implete menſuram patrum ueſtrorũ. Hæc impietas quæ ſedebat ſuper peccata Iſrael: & in ſuo ſcelere gloriabať: poſtea mittitur in mediũ Babylonis, & captiuitatis malo premiť. Vel iuxta Theodotionẽ, Ipſa ſe proijcit, & abſcondit in mediũ amphoræ, ducitq; ſuper ſe pondus grauiſsimũ plumbi, ut obturatũ os habeat, & ultra ſe iactare non poſsit. Vel certe ab angelo dei opprimiť: ut quæ prius lætabať in ſcelere, æterno ſilẽtio cõticeſcat. Quo aũt & à quibus cõcluſa porteť, ſequẽs lectio docet. b ¶ *Et leuaui, etc.*] Duas mulieres egrediẽtes Iudęi arbitranť regnũ Medorũ & Macedonũ, quorũ utrũq; afflixerit populũ Babyloniũ, & ibi impietas eorũ ſedẽ poſuerit. Hoc autẽ arte confingunt, ne quod de ſe dictũ eſt, in ſe intelligať. Duæ enim mulieres quæ egrediunť, haud dubiũ quin de terra Iudæa, accipiẽdæ ſint decẽ & duæ tribus: quarum alteræ ab Aſſyrijs, alteræ à Chaldæis captæ ſunt. Et in alis earũ erat ſpiritus, id eſt poteſtas diaboli, de quo in Eccleſiaſte ſcriptũ eſt: Si ſpiritus poteſtatẽ habentis aſcenderit ſuper te, locũ tuũ ne dimiſeris. Et in Euangelio ſpiritũ immundũ legimus, qui cũ de domo ſua fuerit eiectus, circuiẽs deſerta & arida, cũ aliis ſeptẽ ſpiritibus nequioribus ſe reuertiť in domũ priſtinã. Ab hoc igitur ſpiritu iſtæ mulieres quaſi uento flatuq; raptatæ, uolatu Matt. 23.d Eccs. 10.a Luc. 11.d

Universidad de Deusto Biblioteca

A uolatu celeri ferebantᷓ, & habebant alas iuxta Hebraicum חסידה quod Aquila, Symmachus, Theodotio ἐρωδιὸν, id eſt, Herodionẽ: ſoli Lxx. ἔποπα, id eſt upupam tranſtulerunt. Haſidam Hebræi miluum putant, auẽ rapaciſſimã & ſemper domeſticis auibus inſidiantem. Herodionũ uero, hi qui de uolucrũ ſcripſere naturis, tria genera autumant: unum albũ, aliud ſtellatum, tertiũ nigrũ, quod & ſęuiſſimũ eſt & ſanguinariũ, & pugnans, ad coitum impatiens: ita ut ex oculis eorũ erumpat cruor. Vpupã aũt quam nos de Græci nominis ſimilitudine traximus: nam & ipſi ἔποπα appellant, ab eo quod ſtercora humana conſideret: auem dicunt eſſe ſpurciſſimã: ſemper in ſepulchris, ſemper in humano ſtercore cõmorantem: deniq; & nidum ex eo facere dicitur & pullos ſuos de uermiculis ſtercoris alere putreſcentis. Quamcunque ex tribus auib. intel-
B ligere uolueris haſidã: conuenit iſtis mulieribus Iudæ & Iſraeli, quæ propter peccata putẽtia traditę ſunt dæmonũ poteſtati, & ab eis ductę in captiuitatẽ. Tuleruntq; amphoram ſiue menſurã in qua clauſa tenebaᷓ impietas, maſſa plumbi deſuper poſita ne poſſit exire, & pondus grauiſſimum omniũ peccatorũ per aerẽ inter terrã & cœlum. Quod propheta intelligens, nõ interrogabat quæ ſint iſtæ mulieres: patebat enim ſpiritui prophetali: nec quid portent, de quo ſuprà fuerat eruditus: ſed quò portẽt. Deniq; ſequiᷓ: Dixi ad angelũ qui loquebaᷓ in me: Quò iſtæ deferunt amphorã? Qui reſpondit: ut ædificetur ei domus in terra Sennaar. Pro quo Lxx. tranſtulerunt, in terra Babylonis. Sennaar enim cãpus eſt Chaldæorum: in quo hi qui mouerãt ab oriẽte pedes ſuos, & in ſeruitute ſtare nõ poterant, ædificauerũt turrim ſuperbiæ: unde & ciuitas ipſa appellata eſt Babylõ, id eſt confuſio, eo ꝙ ibi linguæ omniũ confuſæ ſint atq; permixtæ. Impietas ergo defertur ab iſtis mulieribus in Babylonem: ut ibi ædificetur domus eius & ſtabiliatur & ponatur ſuper baſem ſuam, & æterna ſtatione requieſcat, Vere enim in Babylone ſedes eſt impietatis, & iuxta hiſtoriam, & iuxta myſticos intellectus. Si uolueris duas mulieres accipere hæreticorũ populos & Iudæorum, quorum utriq; egrediuntur à facie dei: & ſpiritu feruntur incerto, & habẽt alas milui, herodij & upupæ: dum ſemper in modum perdicis faciunt diuitias nõ cum iudicio: & de eccleſia rapere feſtinãt, & cõtentionibus ac iurgijs delectantᷓ, & quoſcunq; deceperint, trahũt ad interitũ: uolutantᷓ in cœno libidinũ & ſordibus ſempiternis. Iſtæ mulieres leuãt põdus impietatis grauiſſimũ, & ædificãt in confuſione domũ ſuam, & ſeruiũt regi Babylonio: ut ibi habitẽt hæreticorũ populi & Iudæorũ: C ubi morantur idololatræ, ligno & lapidibus ſeruiẽtes.

HEB. & leuauerũt amphoram inter terrã & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quò iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificeᷓ ei domus in terra Sẽnaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

SEP. Et eleuauerunt menſuram inter terrã & cœlũ. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quò iſtæ deferunt menſurã? Et dixit ad me: Vt ędificẽt ei domũ in terra Babylonis, & præparent, & ponant eam ibi ſuper ſedem ſuam.

Cap. VI

HEB. ET cõuerſus ſum, & leuaui oculos meos et uidi: Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ænei. In quadriga prima equi rufi: in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi uarij & fortes. Et reſpondi & dixi ad angelum qui loquebaᷓ in me: Quid ſunt hęc domine mi? Et reſpon

SEP. ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos et uidi. Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montiũ, et montes erant montes ænei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecũda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi uarij ſturnini. Et reſpondi & dixi ad angelum qui loquebaᷓ in me: Quid ſunt hæc domine? Et reſpon-

CAP. VI

ET cõuerſus ſum, etc.] Tranſiui, ait, ad aliam uiſionem: & oculos cordis mei ad cœlum altius ſubleuaui: Vidiq; quatuor quadrigas egrediẽtes de medio duorũ montium qui erant ænei, id eſt, inſuperabiles atq; fortiſſimi, & qui nulla poſſint uetuſtate conſumi: Quos enim ſuprà montes myrteos uel umbroſos dixerat & nemoroſos, nũc ęneos uocat. In quadriga prima equi rufi erãt cruenti & ſanguinarij: & Babylonia crudelitate terribiles. In quadriga ſecunda equi nigri: regnum Medorum atq; Perſarum: quod bigæ ſedens & egrediens per Aſſueri regis edictũ, mortem omnium Iudæorum triſti nũcio prę ferebat. In quadriga tertia equi albi. Macedones, ſub quorũ rege Antiocho Ma-
D chabæorum uictoriam legimus. In quadriga quarta equi uarij fortes. Scimus enĩ Romanorum reges, alios in gentẽ Iudæã fuiſſe clemẽtes, ut C. Cæſarẽ, Auguſtũ, & Claudiũ: alios perſecutores atq; terribiles, ut C. Caligulam, Neronẽ, Veſpaſianum, & Hadrianũ. Pro fortibus quos Aquila κρατιστοὺς, Lxx. ψαρὸς tranſtulerunt: in Hebraico ſcriptum eſt אמצים Et quædam exemplaria male habent πυῤῥοὺς, confundentia colorũ differentias atq; regnorum, cum πυῤῥοὶ, id eſt rufi, non אמצים ſed אדמים appellentur. Propheta ergo quærente quid ſibi uellent ſignificare quæ cerneret: angelus qui loquebatur in eo reſpondet, & narrat quatur eſſe uentos cœli, id eſt quatuor plagas mundi, quæ Græci uocant κλίματα, qui aſſiſtant & pareant domini uoluntati. Nihil enim hæc quatuor regna quæ diximus abſq; domini uoluntate fecerunt. In qua erãt equi nigri: egrediebantur, inquit, in terram aquilonis. Quàm pulchre quadriga prima, in qua erant equi rufi, prætermittiᷓ: & quid ſecunda & tertia fecerint quartaq;, deſcribiᷓ. Iam enim eo tempore quo hæc propheta referebat, regnũ præterierat Babylonium, & omnẽ Aſiam Medorũ potentia poſſidebat: ſub quorum rege Dario, anno eius ſecundo, mẽſe undecimo qui appellaᷓ שבט uiceſimaquarta die menſis, omnia quæ ſuprà expoſuimus, contemplaᷓ. In qua erãt equi nigri, egrediebanᷓ, inqt, in terrã aquilonis: ut Chaldæorũ regnũ modica uirtus euerteret. Et hoc notandũ, ꝙ κλίματα, id eſt plagæ orbis & mũdi, iuxta ſitũ Hieruſalẽ & tẽpli in ſcripturis ſanctis appellenᷓ. Albi quoq; egreſſi ſunt poſt eos, ſecuti Medorũ Perſarumq; ueſtigia, reges Macedonũ, ut Chaldęos ac Babylonem ſuo imperio ſubiugarẽt. Quarti uero, id eſt, ſturnini & uarij



A uarij, pro quo in Hebræo legitur ברדים & qui in alio nomine appellantur amaſſim, id eſt, fortes atq; robuſti: egreſſi ſunt ad auſtralem plagam: & totam terram impetu celeri luſtrauerunt: Clamatq; angelus qui loquebatur in propheta, ad imperium Romanorum: Ite perambulate terram, & orbem circuite terrarum, ueſtriſq; pedibus cuncta regna ſubſternite. Conuerſuſq; ad prophetam clara uoce teſtatur: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis: requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra ad quam profecti ſũt. Traditum mihi eſt ab Hebræis in loco uel difficillimo: quod Alexander & oẽs Macedones, id eſt, equi albi qui egreſſi ſunt poſt Medos et Perſas: qui & ipſi perrexerãt in terrã aquilonis, requieſcere fecerint ſpiritum prophetalẽ in terra aquilonis: eo quod contra Medos dei impleuerint uoluntatem, & in breui imperiũ Medorũ atq; Perſarum à Macedo-
B nibus ſit deletum. Grandis enim eorum eſt conſolatio qui premuntur, ſi ſciant hoſtes ſuos cito eſſe perituros. Hæc ut potuimus imò ut accepimus, noſtræ linguæ ſtudioſis tradimus, ſequentes hiſtorię ueritatem: Nec quadrigas Pharaonis & currus Babylonios inſtar explanationis Aegyptiæ tenaci memoria conquirentes: Nõ enim quid ubi ſcriptum, ſed qua ratione ſit ſcriptum conſiderandum eſt: Iuxta allegoriam quæcunque in quatuor cornibus & quatuor fabris diximus, etiam in præſenti loco accipiamus. Legi in cuiuſdam uolumiñe C quatuor quadrigas in quibus ſunt equi rufi & nigri & albi & uarij ac fortes, quatuor euangelia intelligenda, & equos apoſtolos per diuerſitatem colorum diuerſas gratias poſſidentes: quorum alij rufi ſint in martyrio: alij obſcuri & nigri & Chriſti myſteria cognoſcentes: de quib. dicatur in Pſalmis: Caligo ſub pedibus eius. Et: Poſuit tenebras latibulum ſuũ. Alij albi gratia uirginali: alij uarij & fortes, habentes gratiam curationum diuerſarumq; uirtutum. Hæ quadrigæ quatuor ſiue currus: miſſi ſunt in quatuor uẽtos cœli, id eſt, ad cardines mundi & uniuerſum orbem terrarum: ut explerent domini uoluntatem: quibus poſtea infertur ab angelo: Ite & perambulate terram: & in cunctis terrarum finibus euangelium ſeminate. Hoc quoq; quod ſequitur: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis requieſcere
D fecerunt ſpiritum meum in terra aquilonis: ſic explanauit: ut diceret requieuiſſe ſpiritum domini ſiue angeli: quando in terra aquilonis, diaboli regna duriſſima apoſtolica prædicatione ſubuerſa ſunt: & hæc eſſe regna quæ domino ſaluatori in monte excelſo diabolus oſtendens, ſibi tradita gloriatus ſit.

Pſal. 17. b

HEB. Et reſpondit angelus et ait ad me: Iſti ſunt quatuor uenti cœli qui egrediuntur ut ſtent coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrã aquilonis, & albi egreſſi ſunt poſt eos, & uarij egreſſi ſunt ad terrã auſtri. Qui autẽ erant robuſtiſſimi: exierũt et quęrebãt ire & diſcurrere per omnem terrã. Et dixit: Ite et perambulate terrã, & perambulauerunt terrã. Et uocauit me & locutus eſt ad me, dicens: ecce qui egrediunᷓ in terrã aquilonis, requieſcere fecerũt ſpiritum meum in terra aquilonis.

SEP. Et reſpondit angelus qui loquebatur in me & dixit: Hi ſunt quatuor uenti cœli qui egrediũtur ut aſſiſtant domino omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur ſuper terram aquilonis, & albi egrediebantur poſt eos, & uarij exibant in terram auſtri, & ſturnini egrediebantur & conſiderabant ut circuirent terram. Et dixit: Ite & circuite terram, & circuierunt terram, & clamauit & locutus eſt ad me dicẽs, Ecce qui egrediuntur ſuper terram aquilonis: requieſcere fecerunt furorẽ meum in terra aquilonis.

¶ Commentarij primi in Zachariam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM Commentariorum Zachariæ ad Exuperium Toloſanum epiſcopum procemium.

AB obſcuris ad obſcuriora tranſimus, & cum Moyſe ingredimur in nubem & caliginem. Abyſſus abyſſum inuocat in uoce cataractarum dei: & gyrans gyrando uadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur, Labirynthios patimur errores, & Chriſti cæca regimus filo ueſtigia. Ad hanc difficultatem urget petaſatus libri portitor: dimidium facti qui bene cœpit habet, quanto magis nos qui tertiam partem iam confecimus uiæ, eodem debemus in reliquis labore ſudare, ne perdamus præterita, & imperfectum opus augeat lectoris deſiderium. Itaq; mi Exuperi papa uenerabilis, adeſto præſens orationibus, qui corpore abſens es, & impetra à domino ut auferatur à facie mea uelamen Zachariæ quod ante oculos oſtendebatur Moyſi, quia fulgorem uultus eius uulgus ignobile ferre non poterat, ut ego quoque cum Dauid queam dicere, Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtutem multam. Secundi libri expla- Pſal. 67. c
nationum in Zachariam iſtud exordium eſt, quem tanta celeritate dictamus, ut penè non ſit emẽdandi ſpacium, dum frater Siſinnius Aegyptum ire feſtinat, ut odorem bonæ fragrantiæ qui à te miſſus eſt fratribus, illuc quoq; perferat: Et nequaquàm Aethiopiæ flumine, ſed Galliarum largiſſimis aquis rigentur arua ſitientia.

Universidad de Deusto Biblioteca

A COMMENTARIORVM HIERONYMI in Zachariam prophetam Liber ſecundus.

HEB. ET factum eſt uerbum domini ad me dicẽs: Sume à trãſmigratione ab Holdai & à Tobia & ab Idaia, & uenies tu in die illa & intrabis domum Ioſiæ filij Sophonię qui uenerunt de Babylone. Et ſumes argentum & aurum & facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni: & loqueris ad eum dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Ecce uir oriens nomen eius: & ſubter eum orietur, & ędificabit templũ domino. Et ipſe extruet templũ domino, & ipſe portabit gloriã, & ſedebit & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo: & conſilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helam & Tobiæ & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memo-

SEP. ET factus eſt ſermo domini ad me, dicẽs: Accipe quę de captiuitate ſunt à Principibus & ab utilibus eius & qui cognouerunt eam, et ingredieris tu in die illa in domũ Ioſiæ filij Sophonię qui uenit de Babylone, & accipies argẽtum et aurum et facies coronas, & impones ſuper caput Ieſu Ioſedech ſacerdotis magni, & dices ad eum, Hæc dicit dominus omnipotẽs: Ecce uir oriens nomen eius, & ſubter eum orietur, & ædificabit domum domini, & ipſe accipiet uirtutem, & ſedebit & imperabit ſuper throno ſuo. Et erit ſacerdos à dextris eius, & cõſiliũ pacis erit inter duos: corona autem expectantibus & utilibus eius, & qui cognouerunt eam, & in gratiam filij Sophoniæ, &

ET *factum eſt, etc.*] Semel propoſui arcana eruditionis Hebraicæ, & magiſtrorũ ſynagogæ reconditam diſciplinã, eã duntaxat quæ ſcripturis ſanctis conuenit, latinis auribus prodere. Quamobrẽ neceſſe mihi eſt in locis obſcuriſſimis hiſtoriæ lineas ducere, & ſic quæ ab eccleſiaſticis uiris accepi proferre in mediũ: lectoris arbitrio quid magis ſequi debeat relinquens. Et primum lectionis ordo reddendus eſt: ut quod dicitur iuxta literam perſpicuum fiat. Accipe, inquit, ab Holdai & à Tobia & ab Idaia qui de Babylonica captiuitate uenerunt, & ſumes ab eis quæ offeruntur munera, argentum & aurum, & intrabis domum Ioſiæ filij Sophoniæ: & ibi facies coronas, auri atq; argenti uarie- B tate diſtinctas: non unã coronã: ſed uel duas uel plures עטרות quippe, id eſt, στέμματα, non unum, ſed uel dualem uel pluralem numerum ſignificant. Cumq; coronas feceris, impones unam ex eis in capite Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni, & loqueris ad eum: Hæc dicit dominus omnipotens: Ecce uir cuius nomen eſt: oriens: quod Hebraice dicitur צמח non per ש ſed per צ literã ſcriptũ. Qui idcirco oriens, id eſt, ἀνατολή, uel ἀναφυή ſiue βλάστημα nuncupatur, id eſt germen: quia ex ſe repẽte ſuccreſcet: & ex radice ſua in ſimilitudinẽ germinis pullulabit: qui uir ædificabit templũ dñi. Cumq; illud extruxerit: ipſe quoq; portabit gloriã, id eſt coronã alteram quæ Hebraice הוד & ab alio ὑπερδοξότης: ab alio εὐπρέπεια: ab alio ἀρετή ab alio δόξα ſcribitur, quæ uel inclytũ uel decorẽ uel uirtutem uel gloriã ſonant. Significari aũt putant Zorobabel: qui ex humili atq; captiuo in ducem populi Iudaici repente conſurgens, ædificauit templum dñi: & ſedit ſuper ſolio ſuo, & principis poteſtate dominatus eſt: ſed & pontifex, inquit, Ieſus filius Ioſedech ſedebit in ſacerdotali throno, & iunctis animis atq; conſilijs dei populum gubernabũt. Et erit pax inter duos illos: hoc eſt inter eum qui de tribu regia eſt, & eum qui de Leuitica ſtirpe deſcendit, ut ſacerdotiũ pariter & regnum dei populũ regant: ipſaſq; coronas quas de auro feceris & argento, poſtquã impoſitæ fuerint capiti Ieſu filij Ioſedech, & capiti Zorobabel filij Salathiel, nominibus eorum à quibus oblatæ ſunt conſecrabis in templo, id eſt, Helam & Tobiæ & Idaiæ & Hen. Nomen ſecundum & tertiũ idem eſt quod

C ſupra. Primum mutatum eſt, & pro Holdai nunc Helem poſuit. Quartum quod ſupra non dixerat additũ, hoc eſt, Hen: de quibus loquemur in conſequentibus. Repoſitis autem ait coronis in templo dñi, & in ſempiternam memoriã conſecratis de toto orbe terrarum & procul poſitæ gentes uenient, & ædificabũt in templo meo unuſquiſq; pro uirib. ſuis: Et tunc exitu rerũ & proſperitate omium cognoſcetis quod dominus miſerit me: & ipſo cuncta iubente prædixerim. Hæc aũt omnia erũt ſi obedieritis præceptis domini & mãdata illius feceritis. Holdai interpretatur deprecatio חלדי dñi, quod Græce ſignificantius dicitur, λιτάνευσις κυρίου. Tobia, bonus domini. טובי Idaia notus dñi. Pro ידעיה חלדי nunc in primo loco poſuit חלם qđ interpretať ſomniũ, & in quarto loco addidit חן id eſt, gratia. Horum quatuor hominum coronæ erũt apud filiũ Sophonię, quem ſupra Ioſiam le- D gimus, qui cuſtos & æditius eſt templi domini: & ibi æterna ſtatione requieſcent. Hebræi Ananiam, Azariam, & Miſahel de captiuitate uenĩctes: aurum & argentum in munera templi, & coronas pontificis ac ducis attuliſſe commemorant: & quem ſupra non dixerat, Hen, id eſt, gratiam, Danielem ueniſſe cum munere, & idcirco Helen poſitum pro Holdai, ut ex interpretatione nominis quod dicitur ſomnium oſtendatur in captiuitate poſitum Danielem, & tres pueros regalis ſomnij myſteria cognouiſſe. Aſſumptis enim tribus pueris, Daniel orauit dominum, & interpretationem ſomnij conſecutus eſt. Hæc iuxta hiſtoriam, circuncifio conatur exponere. Nobis autem incumbit neceſſitas iuxta LXX. interpretes dicere quæ noſtri dixere maiores. Accipe à captiuitate & à principibus & ab utilibus eius & ab his qui cognouerunt eã, aurum & argentum, & ingreſſus in domum Ioſiæ filij Sophoniæ, qui & ipſe uenit de Babylone: fac in ea coronas aureas & argenteas: quas impones ſuper caput Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni. Captiuitatis Iudęorum: id eſt, populi dominum confitentis, uitia ſunt atque peccata, quæ qui cœperit agere pœnitentiam & deſiderare priſtinam Hieruſalem, id eſt eccleſiam Chriſti, Babylonem deſerit ac dimittit, & offertur à principibus captiuorum & ab utilibus eius, id eſt, captiuitatis: qui & ipſi pro utilitate ſua traditi ſunt angelo ſatanæ in interitum carnis ut ſpiritus ſaluus fieret, & ab his qui cognoſcũt eam, uidelicet captiuitatem, in bonam partem poſt ſupplicia eſſe uertendam. Offertur autem aurum & argentum ab his: qui & ſenſu & ſermone domi-





HEB. memoriale in templo dñi. Et qui procul ſunt, uenient & ædificabunt in templo domini, & ſcietis quia dominus exercituum miſit me ad uos: erit autem hoc ſi auditu audieritis uocem domini dei ueſtri.

Cap. VII

ET factũm eſt in anno quarto Darij regis: factum eſt uerbum domini ad

SEP. & in pſalmum in domo domini: & qui longe ſunt ab eis uenient & ædificabunt in domo domini. Et ſcietis quia dñs omnipotens miſit me ad uos, & erit ſi auditu audieritis uocem domini dei ueſtri.

Cap. VII

ET factum eſt in quarto anno ſub Dario rege: factus eſt ſermo domini ad

A num confitentur: & fiunt ex eo: id eſt, auro & argento יאשיה in domo Ioſiæ qui interpretatur ſaluatus, & eſt filius uiſitationis dñi: id eſt ἐπισκοπῆς κυρίου. Viſitatur enim à dño qui prius male ægrotauerat. Et recte dicitur Ioſias ſaluatus: quia & ipſe reuerſus eſt de Babylone. Imponuntur autem coronæ uel corona Ieſu filio Ioſedech ſacerdoti magno: quia nobis proficientibus & reuerſis ad meliora, per ſingulas uirtutes noſtras, dñs coronatur, imò nobis uirtute pœnitẽtiæ coronatis, ſaluator in ſingulis coronam accipit, iuxta illud quod Paulus loqui- 2.Tim.4.b tur: De cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quã reddet mihi iuſtus iudex: non ſolum autẽ mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Vnde à corona iuſtitiæ & pater domini ſaluatoris no- יהוצדק men accepit. Ioſedech enim interpretatur dominus iuſtitiæ, eo quod reddat unicuiq; ſecũdum opera ſua. De Iac.1.b hac corona & Iacobus in epiſtola ſua loquitur: Beatus uir qui ſuſtinet tentationem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronã uitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe. Iubetur autem prophetæ, ut poſtquàm coronã impoſuerit uel coronas ſuper caput Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni: loquatur ad eum & dicat: Hæc dicit B dñs: Ecce uir oriens nomen eius: & ſubter eum orietur, & reliqua. Non Ieſum diuidimus, nec duas perſonas in unam poſſumus facere perſonam: ſed ipſe qui Ieſus appellatur, eo quod ſaluauerit mundũ, & oriens dici- Pſal.84.b tur: quia in dieb. eius orta eſt iuſtitia. Et canitur in pſalmo: Veritas de terra orta eſt: eo quod de utero uirginali in ſeculorũ conſummatione generatus dixerit: Ego Ioan.14.a ſum ueritas: & extrema hora uenerit, iuxta Ioannis epiſtolam dicentis: Filioli nunc extrema hora eſt: In qua ſtantem & nihil agentem gentium populum conduxit ex denario, & miſit ad uineam. Alioquin ſi ſecundum diuerſitatẽ nominum diuerſus efficitur: alius erit paſtor: alius aries: alius agnus: alius ianua: alius lapis offenſionis & petra ſcandali. Iſte igitur qui noſtris uirtu- Pſal.2.b tibus coronatus eſt: orietur & appellabitur oriens. Ad quem locutus eſt pater: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et ſubter eum oriẽt multitudo credentium, & ædificabit domum dñi eccleſiam, & ipſe accipiet uirtutẽ & decorem ac profectum & gloriã ſingulorum: & ſedebit & dominabitur in throno ſuo, in throno Dauid. De quo & in euãgelio ſcriptũ eſt: Et erit ſacerdos à dextris eius: ſiue iuxta Hebraicũ, ſuper thronum ſuum: quia ipſe & rex & pontifex eſt: Et ſedebit tam in regali quàm in ſacerdotali throno, & conſilium pacificum erit inter utrumq;: ut nec regale faſtigiũ ſacerdotalem deprimat dignitatem: nec ſacerdotij dignitas regale faſtigium: ſed in unius gloria dñi Ieſu utrumq; conſentiat. Legi in cuiuſdam libro hoc quod dicitur: Et conſilium pacificum erit inter duos: ad patrem referri & ad filium: quia non ſuam ſed patris uenerit facere uoluntatem: & pater in filio ſit, & filius in patre. Corona autem: id eſt, inſigne uictoriæ: cum Chriſtus fuerit coronatus, his quoq; repromittitur qui expectant eum, & intelligũt utilitatem quondam captiuitatis ſuæ, & nouerũt dei uniuerſa myſteria, ut ſint in gratiam filij Sophoniæ: hoc eſt uiſitatio-



C nis dñi. Et qui in Babylone dicebãt: Super flumina Babylonis ibi ſedimus et fleuimus cum recordaremur Sion: In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra: poſtquàm reuerſi fuerint in Hieruſalem, accipiant pſalmum & tympanum, & canant in eccleſia dñi, & qui per maiora peccata longe fuerant ab Iudæa & confeſsione ueriſsima, ueniãt & per ſingulos profectus ſuos ædificent domum dñi, & tunc uniuerſi pari mẽte cognoſcãt, quod dñs omnipotens prophetam miſerit ad eos. Fient autem omnia quæ promiſſa ſunt, ſi dñm audire uoluerint, & acta pœnitentia in bonis operibus manſerint.

CAP. VII

ET *factum eſt, etc.*] In quarto anno Darij regis, in menſe nono, qui appellatur כסלו & in quarta menſis eiuſdem die: miſerunt ad domũ dei: id eſt, ad templum quod iam à Zorobabel & ab Ieſu fue- שראצר rat inſtauratum: Saraſar & Regemmelech & cæteri qui רגם מלך cum eis erant, quos Perſas fuiſſe duces regis Darij timẽtes deum, Hebræi autumant: ut quia iam audierãt templum eſſe conſtructũ quærerent à ſacerdotibus domus dñi & prophetis: utrum ſecundũ conſuetudinem priſtinam flere & ieiunare deberent: an luctũ mutare lætitia. Et eſt ſenſus ſciſcitantium: Quinto menſe qui appellatur apud Romanos Iulius: à Nabuchodonoſor ſubuer- D ſa eſt Hieruſalem: quã ob cauſam propter ſolitudinem templi hucuſq; ieiunauimus & planximus: & mœrorẽ noſtrum fletu & ieiunijs conſolati ſumus: Nunc quia dicitur templũ eſſe conſtructum: & uidemus nequaquã cauſam permanere triſtitiæ: reſpondete quæſumus, utrum hoc facere debeamus, an mœrorem gaudio commutare. Et ſimul conſiderandũ quod fletus atq; ieiunium ſanctificatio dicitur. Vnde & in Iohel præceptum Iohel.1.c eſt ſacerdotibus, ut ſanctificent ieiunium & prædicent curationem. Curat enim uulnera delinquentis, abſtinentia & ieiunium, & curatos quoſq; ſanctificat. Poſtquàm interrogauerant Perſarum duces per eos quos miſerant, & ad ſacerdotes atq; prophetas ſciſcitantium fuerat expleta legatio: fit ſermo domini ad prophetam: imperans ut loquatur ad uulgũ & ad ſacerdotes, quid legatis debeant reſpondere. Quãdo ieiunabatis & plãgebatis in quinto menſe captiuitatis Hieruſalẽ, & in ſeptimo menſe quando Godolias interfectus eſt ab Iſmael, per annos ſeptuaginta deſolationis templi & ſubuerſionis Hieruſalem: nunquid mihi proderat quod ieiunabatis? Et econtrario: Si quando manducatis & bibitis: nunquid non uobis & comeditis & potatis? Neq; enim his rebus placatur deus, ſed bonis operibus, & ſi illius præcepta faciamus: quia eſca nos non commendat deo. Neq; ſi non manducauerimus deficiemus: neque ſi manducauerimus abundabimus. Nunquid nõ hæc ſunt uerba mea adhuc ſtante Hieruſalẽ & urbibus Iuda, quæ loquebar ad uos in manibus prophetarum meorũ cum adhuc ſtaret Hieruſalem, & urbes Iuda rebus omnibus abundarent: & tam mõtana regio quàm campeſtris frugibus redundaret, & fidiſsima pace frueretur? Hæc autem erant uerba domini, quæ ſequens ſcriptura teſtatur: uelle ſe uerum iudicium & miſericordiam in proximos, & uiduam & pupillũ & aduenam

Universidad de Deusto Biblioteca

HEBR. ad Zachariam in quarta menſis noni, qui eſt Casleu. Et miſerunt ad domum dei Saraſar & Regēmelech, & uiri qui erant cū eo ad deprecādum faciem domini: ut dicerent ſacerdotibus domus domini exercituum & prophetis loquentes: Nunquid flendū eſt mihi in quinto menſe, uel ſanctificare me debeo, ſicut feci iam multis annis? Et factū eſt uerbum domini exercituū ad me dicens: Loquere ad omnē populum terræ & ad ſacerdotes dicens: Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? & cum comediſtis & cū bibiſtis: nunquid nō uobis comediſtis & uobiſmetipſis bibiſtis? Nunquid non ſunt uerba quæ locutus eſt dn̄s in manu prophetarū priorum, cum adhuc Hieruſalem habitaretur & eſſet opulenta, & ipſa & urbes illius in circuitu eius, & ad auſtrum & in campeſtribus habitaretur? Et factûm eſt uerbum domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait dn̄s exercituū dicens: Iudicium uerum iudicate, & miſericordiam et miſerationes facite unuſquiſq; cum fratre ſuo. Et uiduam & pupillum & aduenam & pauperem nolite calumniari, & malum uir fratri ſuo nō cogitet in corde ſuo. Et noluerunt attendere, & uerterunt ſcapulā recedentem, & aures ſuas aggrauauerunt ne audirēt, & cor ſuū poſuerunt Adamantem, ne audirent legem. Et uerba quæ miſit domi-

SEPTVAGINT. ad Zachariam * quarta die menſis noni qui eſt Chāſeleu, et miſit de Bethel Saraſar & Arbath Sager rex, & uiri eius ut deprecaretur dominum, dicens: ad ſacerdotes domus domini omnipotentis & ad prophetas, dicens: Ingreſſa eſt huc in mēſe quinto ſanctificatio iuxta quod fecerunt iam annis pluribus: & factus eſt ſermo domini uirtutū ad me dicens: Dic ad omnem populum terræ & ad ſacerdotes dicens: Si ieiunatis & plangitis in quintis & ſeptimis, & ecce ſeptuaginta annī: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? & ſi comeditis aut bibitis, nonne uos comeditis & uos bibitis? Nunquid non iſta ſunt uerba mea, quæ locutus eſt dominus in manibus prophetarum qui fuerunt prius quā do Hieruſalem habitabatur & erat abundans, & ciuitates eius per circuitum, & montana & campeſtria habitabantur? Et factus eſt ſermo domini ad Zachariam dicens: Hæc dicit dominus omnipotens dicens: Iudicium iuſtum iudicate, & miſericordiam & miſerationem faciat unuſquiſq; ad fratrem ſuum, & uiduam & pupillū & pauperem non opprimatis, & maliciæ unuſquiſque fratris ſui nolite meminiſſe in cordibus ueſtris. Et noluerunt attendere, & dederūt dorſum cōtemnens, & aures ſuas aggrauauerunt ut non audirent, & cor ſuum poſuerunt inobediens, ut non audirent legem meam: et uerba mea quę miſit domi-

A & pauperem non calumniari, & malum non cogitare in corde ſuo. Hæc, inquit, noluerunt facere, & ſurdis auribus mea imperia contempſerunt: quam ob rem uenit indignatio magna ſuper Hieruſalē: & quomodo illi me audire noluerunt, ſic & ego non exaudiui eos, & nūc tanta ſcrupuloſitate quærunt, quando debeant ieiunare & plangere, cū ante dixerim per Eſa.58.b Eſaiam: Non tale ieiuniū elegi, dicit dominus: neq; ut humiliet homo animam ſuam: ſed ſolue omne uinculum iniquitatis: diſſolue obligationes uiolentarum cautionum: Eſurienti da panem tuum ex animo. Si uideris nudum, operi eum, & pauperem & abſq; tecto induc in tabernaculum tuum: Tunc erumpet temporanea B lux tua, & ſanitates tuæ cito orientur. Hoc quod ſcriptum eſt in Septuaginta: Miſit de Bethel Saraſar & Arbath Sager rex: nullus noſtrorum potuit exponere: neq; enim quod male uerſum eſt ex Hebræo ulla ratione explanari poteſt. Quis eſt enim iſte Saraſar uel Arbeth Sager rex: aut cuius rex prouinciæ, aut in quam, uel de qua miſit Bethel: aut cuius Bethel rex eſſe poterat Arbath Sager, quæ olim cum Iudæa fuerat deſtituta, & eo tempore nequaquàm uocabatur Bethel (בית־אל), id eſt, domus dei: ſed Bethauen (בית־און): id eſt, domus idoli? Hoc quoq; quod ſequitur: Ingreſſa eſt huc in menſe quinto ſanctificatio ſicut fecerant iam per multos annos, ſic conantur exponere: ſanctificationē ingreſſam: uaſa templi quæ à Na-

C buchodonoſor ſublata fuerant, illo tēpore reſtituta. De quinti autem & ſeptimi ieiunio, tentauerunt referre ad dies hebdomadis. Sed quia ſequitur: decimi ieiunium, compulſi ſunt ad menſes referre, & quod ſit ipſum quinti, ſeptimi, decimiq; menſis ieiunium, omnino ſiluerunt. Vnde priore ſimus explanatione contenti, & non inclinemur ad falſos commentantium conatus, qui de interpretationis errore uenerunt. ¶ *Et factum eſt uerbum domini ad Zachariam, dicēs: Hæc ait dominus, etc.*] Hæc magis uolui: iſta quæſiui, quæ non facientes captiuitati eſtis traditi, & non deſolationis ac mortis quinti menſis ſeptimiq; ieiunium. Iuſtum iudicium iudicate, ne audiatis in pſalmis: Pſal.81.a Vſquequo iudicatis iniquitatem, & perſonas D peccatorum ſumitis? Iudicate pupillo & uiduæ: humilem & pauperem iuſtificate: ne uobis quoq; loquatur Eſaias: Eſa.5.f Qui iuſtificāt impium propter munera: & quod iuſtum eſt, iuſto auferunt, & propter uos Habac.1.a Habacuc ex perſona eorum qui opprimūtur, deo faciat inuidiam: Contra me factum eſt iudicium: & iudex accipit: ideo diſſipata eſt lex, & non peruenit uſq; ad finē iudicium: quia impius opprimit iuſtum. Nec nouū putemus dei eſſe præceptum: olim per Moyſen iſta Leui.19.c mandauerat: Sic magnū iudicabis ut paruum: perſonam non accipies, & pauperis non miſereberis in iudicio: quoniam dei iudicium eſt: miſericordiam quoq; & miſeratiōes facite unuſquiſq; cum fratre ſuo. Poſt iudicij ueritatē ſequa-



A ſequar̄ in cunctos clemētia, & maxime in fratres, quos uel eiuſdē ſanguinis uel unius nobiſcum fidei eſſe perſpicimus. Viduam quoq; & pupillum, de quibus nobis Eccl.4.b præceptū eſt: Eſto pupillis pater, & pro uiro matri eorum: iudicans pupillū & iuſtificans uiduam. Et aduenam & pauperem nolite calumniari: quia alterū peregrinatio, alterum egeſtas humilem facit. Et malū uir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo: ſiue ut à LXX. dicitur: καὶ κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακεῖτε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν: id eſt, & maliciæ unuſquiſque fratris ſui non meminerit in cordib. ſuis. Fratrem autē & proximum, uel omne hominum genus debemus accipere: quia ex uno ſumus parente generati: uel eos qui domeſtici fidei ſunt, iuxta parabolā euangelij, quæ proximū non conſanguineum, ſed omnes homines uult intelligi. Quod autem ante debeat ira finiri, quàm B ſol occumbat, & omnium malorum quæ ab alijs paſsi ſumus, deleri memoria, & in multis locis legimus, & maxime in Hieremia: qui ex perſona dei loquitur: Et maliciæ proximi ſui unuſquiſq; in cordibus ueſtris ne memineritis. Cum ego iſta præceperim, illi attendere noluerunt, & uerterunt ſcapulam recedentem, ſiue dorſum contemnens: ex habitu corporis mea imperia reſpuentes. Solemus enim quando rugata fronte, & nare contracta contemnimus admonentes, dorſum uertere, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Verterūt ad me dorſa, & non facies ſuas. Et aures, inquit, ſuas aggrauauerunt ne audirent: ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non audiet uocem incantantium, & uenefici incantantis ſapienter. Ingrauauerunt enim aures ſuas ut non audirent: & cor ſuum poſuerunt, ut non acquieſcerent legi dei. Vnde Eſaias ad eos comminans loqui- [illegible].28.g tur: Incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne forte uiderent oculis ſuis, & audirent auribus, & corde intelligerent, & conuerterentur, & ego ſanarem eos. Porrò quod dicitur iuxta Hebraicum: Et cor ſuum poſuerunt Adamantem, duritiam cordis oſtendit & cor lapideū, quod noluerint uerba dei ſuſcipere. Adamas enim lapis fortiſsimus: qui Hebraice dicitur שָׁמִיר intantum durus eſt, ut omnia metalla confringat, & ipſe non confringatur ab ullo. Vnde à Græcis ἀδάμας, id eſt, indomabilis dicitur. Ab hoc Adamante induratum eſt cor Pharaonis, ne dimitteret populum dei. Et quia habuerunt, imò poſuerunt cor ſuum Adamantem, propria uoluntate cordis duritiam ſuſcipientes, ne audirent uerba domini, quæ miſit in ſpiritu ſuo, id eſt, in ſpirituſancto, per manum prophetarum priorum, Eſaiæ, C Oſee, & cæterorum, qui mundas habuerunt manus: quos ante captiuitatem fuiſſe manifeſtum eſt: Idcirco ad magna peccata, magna facta eſt indignatio, & domini uerba còmpleta ſunt, par pari referentis, ut ſicut illi ambulauerunt ad eum peruerſi, & ipſe aduerſum eos peruerſus incederet, & non audiret uerba inclamantium: quia & illi uerba domini ſurda aure contempſerint. Quamobrē & diſperſit eos per omnia regna quæ neſciunt: Aſſyriorum, & Chaldæorum, Medorum, atq; Perſarum, & gentium cæterarū, quæ his imperijs ſubiacebant, & in quarum terris diſſeminati ſunt. Et omnis Iudæa deſerta eſt, eo q, nullum habuerit habitatorem, & non eſſet in ea tranſiens & reuertens. Et terram quæ fauus erat prę omnibus terris, & propter abundantię multitudinē, lacte & melle manabat, uerterūt in ſolitudinem. Poſſumus hæc & ad eos referre, qui in eccleſia D delinquentes, proiecti ſunt de terra confeſsionis: quia noluerunt audire dominum, & uerterunt ad eum ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggrauauerunt, & cor poſuerunt ut Adamantem. Et facta eſt ſuper eos indignatio domini, & diſperſi ſunt per omnia regna uitiorum: & deſolata eſt terra eorum, uel anima uel corpus, non habens habitatorem dominum, nec in ſe ſpiritum reuertentem. Et terra quondam deſiderabilis quæ erat hoſpitium trinitatis: uerſa eſt in deſertum, habitationemq; draconum. Quæ plana ſunt, uelociter tranſeamus, ut in obſcuris ſpacium differendi ſit: non enim longos florenteſq; tractatus in quibus plauſibilis ludit oratio, ſed commentarios ſcribimus: quorum officium eſt, præterire manifeſta, obſcura differere.

SEP. dominus exercituū in ſpiritu ſuo per manum prophetarū priorum, & facta eſt indignatio magna à domino exercituum. Et factum eſt ſicut locutus eſt, & nō audierunt: ſic clamabunt & non exaudiam, dicit dominus exercituū. Et diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt, & terra deſolata eſt ab eis, eo quod non eſſet tranſiēs & reuertens, & poſuerunt terram deſiderabilem in deſertū.

SEP. dominus omnipotens in ſpiritu ſuo, in manibus prophetarum priorū. Et facta eſt ira magna à domino omnipotente, & erit ſicut dixit, & non audierūt eum. Sic clamabunt & nō exaudiam eos, dicit dominus omnipotēs: & eijciam eos in omnes gentes quas ignorauerunt, & terra deſolata eſt poſt eos à perambulante & reuertente, & poſuerunt terram electam in ſolitudinem.

Cap. VIII

ET factûm eſt uerbū domini exercituum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam. Hæc dicit dominus

Cap. VIII

ET factus eſt ſermo domini omnipotentis, dicens: Hæc dicit dominus omnipotens: zelatus ſum Hieruſalē & Sion zelo magno, & furore maximo zelat⁹ ſum eā. Hęc dicit dominus

CAPVT VIII

ET *factum eſt, etc.*] Quod dominus Hieruſalem, id eſt, Iſraeliticum populum in ſolitudine inſtar uxoris acceperit, & iacentem in idololatriæ ſanguine, operuerit pallio ſuo, & amore coluerit maritali: in Ezechiele plenius diſcimus: quæ poſtea ſimilam comedens, & mel & oleum, & ueſtibus ornata pulcherrimis, & habens ex largitate uiri omnia ornamenta gemmarum, fornicata eſt cum Aſſyrijs atq; Chaldæis, & audiuit à domino: Sicut deſpicit uxor uirum ſuū, ſic deſpexit me domus Iſrael. Captiuitati autem tradita & illuſa ab amatorib. ſuis, & priſtino decore nudata: poſtquàm diuaricauit pedes ſuos omni tranſeunti, & polluta eſt uſq; ad uerticem: memor priſtinæ felicitatis ingemit: Re- Oſee 2.b uertar ad uirū meum priorem: quia melius mihi erat tunc quàm nunc. Quam ille ſuſcipiens, & rurſum habens in coniugio, cui prius dixerat: Non iraſcar tibi, & zelus meus receſsit à te: nunc loquit̄: Zelatus ſum Sion

HEB. nus exercituum: reuerſus ſum ad Siō, & habitabo in medio Hieruſalē, & uocabitur Hieruſalem ciuitas ueritatis, & mons domini exercituum, mons ſanctificatus. Hæc dicit dŏminus exercituum: Adhuc habitabunt ſenes, & anus in plateis Hieruſalem, & uiri baculus in manu eius prę multitudine dierū: Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis, ludētibus in plateis eius. Hæc dicit dŏminus exercituum: Si difficile uidebit in oculis reliquiarum populi huius in dieb. illis: nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exercituū?

SEP. nus omnipotens: reuertar ad Sion, & habitabo in medio Hieruſalem, & uocabitur Hieruſalem ciuitas uera, & mons domini omnipotentis, mons ſanctus. Hęc dicit dominus omnipotens: Adhuc ſedebunt ſenes, & anus in plateis Hieruſalem: unuſquiſque in manu uirgā ſuā retinens, præ multitudine dierū, & plateæ ciuitatis replebuntur pueris & puellis ludentib. in plateis eius. Hæc dicit dominus omnipotēs: Si impoſsibile erit coram reliquijs populi huius in diebus illis: nunquid & coram me impoſsibile erit, dicit dominus omnipotens? Hæc

A zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam. Quantū prius indignatus ſum, quod à multis amatoribus deturpata eſt, & maculauit thorū meum: unde & tradidi eam amatorib. ſuis, nequaquàm ut ſub marito adulterā, ſed ut ſcortū & uile mancipiū, & in lupanaribus proſtitutam: Tanto nunc amplius ad eā reuerſus ſum: quia egit pœnitentiā: & ædificauit templū meum, in quo habitabo in medio illius. Et uocabitur ciuitas ueritatis, quæ antea dicebatur urbs mēdacij, de qua & in Eſaia ſcriptū eſt: *Eſa. 1.f* Veritas dormiuit in ea: nunc aūt homicidę. Vocabitur aūt & mons dñi omnipotentis, mōs ſanctificatus: in quo templo inſtaurato immolantur uictimæ, cæremoniarū ordo ſeruatur. Hæc iuxta hiſtoriā. Cæterū nulli dubiū eſt, Sion & Hieruſalē, ſpeculam & uiſionē pacis, poſſe accipi animas fidelium: quibus cū peccauerint, iratus dñs tradit eas captiuitati, ut quę deum per bona B proſperaq; nō ſenſerant, per mala ſentiāt & aduerſa. Cūq; egerint pœnitentiā, reuertetur dñs ad Sion, & habitabit in medio Heruſalē: quā unā atq; eandē intelligimus ciuitatē: & in quibus ante regnabāt uitiorū peccatorumq; mendacia, poſtea Chriſtus ueritas cōmorabit. Et mons dñi exercituū uocabitur *Pſal. 124.a* mons ſanctus, de quo dicitur: Qui cōfidunt in dño *Pſal. 47.a* ſicut mons Sion. Et: Magnus dñs & laudabilis nimis in *Eſa. 2.a* ciuitate dei noſtri in mōte ſancto ſuo. De quo Eſaias *Mich. 4.a* Micheasq; clamitant: In nouiſsimo dierum: erit mons dñi præparatus in uertice montiū, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eū oēs populi, & properabūt gentes multæ, & dicent: Venite aſcendamus in montē dñi & ad domū dei Iacob. De hoc mōte & de hac ciuitate & apoſtolus Paulus (ſi tamē in ſuſcipienda epiſtola, Græcorū autoritatē Latina lingua non reſpuit) ſacrata oratione diſputās ait: Acceſsiſtis ad montē Sion & ciuitatē dei uiuentis Hieruſalē cœleſtē, & multorū angelorū milia, & eccleſiā primitiuorū, qui ſcripti ſunt in cœlis. a ¶ *Hæc dicit dominus exercituū: etc.* ] Tanta, inquit, erit reuerſo me in Sion: & habitāte in medio Hieruſalē, rerū omnium proſperitas, & bellorū quies, atq; trāquillitas: ut nullo hoſte remanēte, uſq; ad ultimā ætatē in utroq; ſexu ſenilis ætas perueniat, & tremētes artus baculo regēte ſuſtētēt. Plateæ quoq; ciuitatis impleant pueris puelliſq; ludētibus. Hoc aūt fieri ſolet, qñ ſecuritas & ꝓfunda pax urbiū eſt, ut gaudiū ciuitatū, luſibus & choreis ætas laſciua cōcelebret. Quòd ſi referimus ad eccleſiā, de qua *Pſal. 89.a* dicit: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Et: Fluminis *Pſal. 45.a* impetus lætificat ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſsimus: deus in medio eius nō cōmouebit? Quis poterit ambigere, plateas eccleſiæ eſſe uirtutes: in quib. ſapiētia agit fiducialiter, & in murorū ſummitatib. prędicatur? Vnde & ad dominum pſalmiſta conclamat: Latū mandatū tuum uehemēter. In his plateis dñm ſal- C uatorē ſponſa perquirens loquitur in Canticocanticorum: *Cant. 3.d* Conſurgā & circuibo ciuitatē in foro & in plateis eius: donec inueniā eum quem dilexit anima mea. Habitabunt igitur uel ſedebunt ſenes & anus, de quibus ſcriptū eſt: ſi cui tamē placet librū recipere: *Sap. 4.b* Senectus honorabilis, non multi temporis, nec numero annorū æſtimabilis. Cani autē ſunt hominū prudētia, & ſenectus uita immaculata, de quibus & dñs loquitur ad Moyſen: *Exod. 24.d* conſtitue tecū ſeptuaginta ſenes quos ipſe noſti: quoniā ſenes ſunt: quamobrem & ante Abrahā nullus appellatus eſt ſenex, de quo ſcriptū legimus: *Gen. 25.a* Deficiens Abraham mortuus eſt: nutritus in ſenectute bona, ſenex & plenus dierū. Gloria enim ſenum cani ſunt, de quibus dicitur: Cani hominis ſapientia eius. *Sap. 4.b* Hi tenebunt præ dierū multitudine uirgas & baculos in manib. ſuis, D & dicent ad diſcipulos: Quid uultis? in uirga ueniā ad uos? an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis? Qui eñ de labijs ſuis profert ſapientiā, uirga percutit uirū ex corde. Et econtrario: Qui parcit baculo, odit filiū ſuū: qui aūt diligenter corripit, diligit. Et non ſolū ſenes, ſed anus quoq; ſedebunt in plateis Hieruſalē: quas Paulus apoſtolico ore deſcribēs: Honora, inquit, *1. Tim. 5.a* uiduas quæ uere uiduæ ſunt. Et in alio loco: Vidua eligatur non minus annorū ſexaginta, quæ fuit unius uiri uxor, in bonis operib. habens teſtimoniū: ſi educauit liberos: ſi recepit hoſpitio: ſi ſanctorū pedes lauit: ſi in tribulationib. poſitis miniſtrauit: ſi omne opus bonū proſecuta eſt. Iſtiuſmodi ſenes & anus ſedebunt in plateis Hieruſalē, & tenebunt baculos in manib. ſuis, & plateæ ciuitatis complebunt pueris & puellis ludentibus. Iſti ſunt pueri & puellæ, ſenes & iuuenes: quos pſalmiſta ad *Pſal. 148.b* cantandū dño cohortat dicens: Iuuenes & uirgines, ſenes cū iuniorib. laudent nomen dñi. Et Ioannes euangeliſta atq; apoſtolus: Scribo, inquit, uobis pueri, qm̄ *1. Ioan. 2.b* dimittunt uobis peccata, propter nomē ſaluatoris: Scribo uobis patres, quia cognouiſtis eū qui à principio *Prou. 1.a* eſt. Et de his Salomon in Prouerbijs loquit: Et det innocentibus uerſutiam: puero aūt iuniori ſenſum & intelligentiā. Et rurſum: Audite pueri diſciplinā patris: & attendite ut cognoſcatis intelligentiā. De his pueris, uirgūculis, ac puellis: & xliiij pſalmus: Adducētur, inquit, *Pſal. 96.b* regi uirgines poſt eā. Iuxta quod ſcriptū eſt: Exultauerūt & lætatæ ſunt filiæ Iudæ in omnib. iudicijs tuis dñe. *Phil. 4.a* Quæ cum audierint ab Apoſtolo: Gaudete, iterū dico gaudete: mentis læticiā geſtu corporis indicabūt, & tripudiante ſaltatu dicent cum Dauid: Saltabo & ludam in conſpectu dñi. b ¶ *Hæc dicit dominus exercituum: etc.* ] Per ſingula uerba atq; ſententias quib. Iſraeli proſpera & pro rerū magnitudine penè incredibilia ꝓmittunt, propheta



Hæc dicit dŏminus exercituum: Ecce ego ſaluabo populum meum de terra orientis, & de terra occaſus ſolis. Et adducam eos & habitabunt in medio Hieruſalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum, in ueritate & in iuſtitia. Hæc dicit dŏminus exercituum, Confortentur manus ueſtræ, qui auditis in diebus his ſermones iſtos per os prophetarū, in die quo fundata eſt domus domini exercituum, ut templum ædificaretur.

HEB. Siquidem ante dies illos merces hominum nō erat: nec merces iumentorum

SEP. Quia ante dies illos merces hominum nō erit in lucrum: & merces iumētorum

A propheta proponit: Hæc dicit dñs omnipotens: alio ſermone hoc loquēs: Ne putetis mea eſſe quæ ſpondeo, & quaſi homini non credatis: dei ſunt promiſſa quæ replico. Supra dixerat: anus & ſenes in plateis eſſe ſeſſuros, & pro tēporis lōgitudine baculos manibus retēturos: artādas plateas hominū multitudine: pueros ac puellas quaſi in feſtis dieb. choros ducere: & extruendā Hieruſalē, atq; in ſtatū felicitatis priſtinæ reſtituēdam. Hoc reliquijs populi quæ de captiuitate uenerant, uidebat incredibile, cernētibus urbē penitus deſtitutam, murorū ruinas, cōbuſtos parietes, manus Babylonias oſtētare, idcirco cōſociat: Si uobis qui eſtis reliquiæ captiui populi, uel difficile uel impoſſibile uidet eſſe quod ſpōdeo, ut in diebus illis quibus ædificanda eſt Hieruſalē, tanta felicitas ſit: nūquid in cōſpectu domini aut difficile erit aut impoſſibile: qui hæc futura meo ore promittit? Quæ enim apud homines impoſſibilia ſunt, apud deum poſſibilia ſunt. Hæc perſecutionis tēpore in eccleſiis Chriſti expleta cōſpeximus, quando in tantam rabiem perſecutorum feritas excitata eſt, ut etiam conciliabula noſtra deſtruerēt, diuinos libros ignibus traderent: omnes inſulæ, metalla, carceres, cōfeſſorum & martyrū catenatis gregibus implerentur. Quis eo tempore crederet rurſum eccleſias B conſtruendas, ab his ipſis qui ante deſtruxerant? non quod ijdem homines fuerint, ſed quod eadē regalis poteſtas quæ prius ſedebat in inſidijs cū diuitibus, & quaſi ex ſenatuſconſulto Chriſti nomen conabatur extinguere: nunc expenſis reipublicæ eccleſiarū baſilicas extruat, & exaltet ſumma faſtigia, ut non ſolum laquearia & tecta fulgentia auro decoret, ſed parietes diuerſi marmoris ueſtiat cruſtis, & diuinos libros quos prius tradebat incendio: nunc deauratos & purpuratos, & gemmarum uarietate diſtinctos, in cuſtodiam Romani ueneretur ſtatus. a ¶ *Hæc dicit dominus exercituum, etc.* ] Hæc Iudæorum alij dicunt, poſt Zorobabel & Neemiā ædificato templo & muris ciuitatis extructis, & ſtatu Iudaico reſtituto, à Machabæis & diuerſis principibus: qui uſq; ad Herodem rexere Iudæam, eſſe completa. Alij in conſummatione mūdi ſub Chriſto, quem fruſtra præſtolantur, explenda commemorant. Nos autem & illo tempore, id eſt, poſt Zorobabel & Neæmiam: dicimus ex parte completa, & quaſi in typis & imaginibus præceſſiſſe: quando populus eductus eſt de captiuitate, & habitauit in Hieruſalem, & dei populus appellatus eſt, & rurſum dominus uocatus eſt deus eorum: nequaquam in mendacio & iniquitate, ſed in ueritate & iuſtitia: Et nūc pleniſſime ſub domino ſaluatore in eccleſia: id eſt, in uera Hieruſalem promiſſionē rebus expleri, maxime quia dicit: Ecce ego ſaluabo populum meū de terra orientis, & de terra occidētis, de quibus & dñs in *Mat. 8.b* euangelio loquebatur: Multi de oriente & occidente uenient, & accubabunt in regno cœlorum cum Abraam, *Pſal. 49.c* Iſaac, & Iacob. Et multo ante pſalmiſta promiſerat, dicens: Deus deorum dominus locutus eſt & uocauit terram. Ab ortu ſolis uſque ad occaſum: de Sion decor pulchritudinis eius. Veniet enim ex Sion qui eripiat & auertat iniquitates ab Iacob: quando ab oriente & occidente incenſum offertur nomini domini in omni loco & ſacrificiū mundū: nequaq̄ in uictimis ue- C teris teſtamēti, ſed in ſanctitate euangelicæ puritatis, de quo incēſo & alibi legimus: Dirigatur oratio mea, ſicut *Pſal. 140.a* incenſum in cōſpectu tuo. Et quod ſit hoc incenſum, ſequens ſermo demōſtrat: Eleuatio manuū mearū ſacrificiū ueſpertinū. Poſtq̄ eñ de uirga Ieſſe pullulauit, qui dominaretur gētibus: & in ipſo gentes ſperarūt, & de oriente & de occidēte tam primus populus quàm nouiſſimus in dñm crediderūt, & factus eſt grex unus: tunc ad lætitiā oēs prouocatæ ſunt nationes, & cōcitatæ ad gaudiū, propheta dicente: Lætamini gē- *Rom. 15.c* tes cū populo eius. Iu- *Pſal. 21.f* xta illud quod alibi ſcriptum eſt: Recordabuntur & conuertentur ad dominum omnes fines terrę, & adorabunt coram eo uniuerſæ familiæ gentium. Quodq; ſequitur: In ueritate & iuſtitia, hoc ſignificat: quod ueteris legis umbra diſcedat, & euāgelij ueritas ueniat: nequaquàm in iuſtitia Iudæorum, ſed in iuſtitia Chriſtiana: ipſe enim dominus ueri- *Pſal. 84.b* tas eſt atq; iuſtitia, de quo legimus: Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. Vnde & in quartodecimo pſalmo, iuſtitia ſimul & ueritas nominantur: Qui ambulat ſine macula & operatur iuſtitiā, & loquitur ueritatē in corde ſuo. b ¶ *Hæc dicit dominus exercituum, Confortentur, etc.* ] Lxx. pro domino exercituum, dominum omnipotentem: cætera ſimiliter tranſtulerunt. Aedifica- D to templo ſub Zorobabel & Ieſu: in quarto enim anno Darij regis, quarta die menſis noni, qui appellatur כסלו hæc uniuerſa dicuntur, quando iam templū fuerat extructum. Iidem prophetæ Aggeus & Zacharias, qui ut ædificaretur, & duces & populum fuerant cohortati: nunc cohortantur eos, ut ex priorum ueritate his quæ in futurum promittuntur, accommodent fidem: & confortent manus ſuas: nequaquam Medorum imperum & impedire cupientium per circuitum nationū inſidias formidantes: & confortentur per os prophetarum ex die quo templi fundamenta ſunt iacta, uſq; ad diem quo ſuperædificatum eſt templum, & audiāt quæ ſequuntur. Breuiter explanamus hiſtoriam: quicquid de Hieruſalem & de templo dicitur, ſpiritualiter ad eccleſiam referentes: in qua confortantur manus per bona opera: & fundatur domus, quando fidei fundamenta iaciuntur: templumq; extruitur, quando multitudo credentium roboratur: & ita uiuit, ut templum dei eſſe mereatur. c ¶ *Siquidem ante dies illos merces hominum non erat: nec merces iumentorum erat: neque introeunti & exeunti erat pax præ tribulatione, etc.* ] Septuaginta ad futurum tēpus omnia retulerunt: ſed melius ad præteritum, ut in Hebraico habetur, & expoſitionis ueritas approbabit. Antequàm fundaretur domus domini & ædificaretur templum domini, omnis labor ueſter irritus fuit. Et tam homines quàm iumenta in agricultura, in mercimonijs, operibuſq; diuerſis, caſſis conatibus fruſtrabantur: foris aduerſarij, domi ſeditio turbabant pacem: & erat ubiq; iuſtitium ob bellorum frequentiam & inſidias domeſticas: dum nec frater fratri exhibet fidem: & omnis eſt inimica propinquitas. Hunc ſen- *Aggei. 2.c* ſum alijs uerbis Aggeus propheta comprehendens ait: Et nunc ponite corda ueſtra à die hac, & ſupra: antequàm poneretur lapis ſuper lapidem in templo domi-



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de … Biblioteca

A domini. Cum accederetis ad aceruū uiginti modiorū, & fierent decē: & intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant uiginti: Percuſſi uos uēto urēte & aurigine, & grādine omnia opera manuū ueſtrarū: & nō erat in uobis qui reuerteretur ad me, dicit dñs: Quod & in eccleſia & in unoquoque credentium accipere poſſumus. Si quidē anteq̄ domus dei in nobis fundamenta iaciant, & ædificemur templū deo: & audiamus ab Apoſtolo: Vos eſtis templū dei & ſpiritus ſanctus habitat in uobis: quic-

2.Cor. 6.d quid boni operis ha-

Pſal. 35.b bere uideamur: ſiue rationales, qui appellantur homines: ſiue ſimplices, qui iumēta dicūtur (homines enim & iumēta, inqt, ſaluos facies domine) mercedē nō habet apud deū: & ſunt in nobis bella atque diſcordiæ, & ubiq; tribulatio ſine pace Chriſti, quam ad patrē uadens, apo-

Mich. 7.g ſtolis dereliquit: impleturq; in nobis domini ſentētia:

Hier. 9.b Inimici hominis domeſtici eius. Omnis em̄ frater ſupplantatione ſupplātat: & omnis amicus fraudulēter incedit, ueritatē non loquitur: didicit lingua eorū loqui

B mendaciū. Quod ſi cōuertamur ad Chriſtū, & templū eius efficiamur, ſtatim audiemus Apoſtolū proclamantem: Vnuſquiſq; accipiet propriā mercedē iuxta opus

1.Cor. 3.b ſuū. a ¶ *Nunc autem, etc.*] Priuſquam domus dei fundamenta iacerent, & ædificaretur templū: merces hominū non erat, nec merces iumentorū: nec præ tribulatione & anguſtia pax introeuntibus & exeuntibus: & omnes homines inter ſe hoſtili odio diſſidebant. Nūc autē quia iam domus domini fundamenta iacta ſunt & templum ædificatū eſt: nequaquam faciam ut prius fecerā his qui de captiuitate Babylonia ſunt reuerſi: ſed erit ubiq; pax & gaudiū: & ariditatē ac famē priſtini tēporis futura abundantia cōpenſabit. Vinea enim dabit fructum ſuū, & torcularia omnia cōplebunt: terra lætis ſegetibus ueſtietur: & irrigātibus pluuijs ac rore nocturno, omnia pullulabunt: uniuerſa quæ dixi, faciā populi mei reliquias poſſidere: quia fundamenta domus iacta ſunt, & templum extructū eſt. Hæc eadem & Aggeus propheta eodem tempore loquitur, qui ſupra dixerat:

Aggei 2.c Percuſſi uos uento urente & aurugine & grandine omnia opera manuū ueſtrarū: poſtq̄ templi fundamenta ſunt iacta: ponite, inquit, in corda ueſtra ex die iſta & in futurū: à die uiceſimoquarto noni menſis: à die quo fundamenta iacta ſunt templi, ponite ſuper cor ueſtrū: Nunquid iam ſemen in germine eſt: & adhuc uinea & ficus & malogranatū & lignum oliuę nō floruit? Ex die iſta benedicā: & rurſum mouebo cœlum pariter & terram. Dicamus & aliter, cœptā ſuper eccleſia explanationem ſequentes. Priuſquam fidē Chriſti quis recipiat, & in eo ſpiritus ſancti fundamenta iaciantur: nullus audire poterit, eſt merces operi tuo. Siue ille Iudæus ſit, ſiue hæreticus, ſiue gentilis, quicquid boni operis fecerit, niſi in nomine Chriſti fecerit, mercedem ſui boni operis nō habebit. Videmus hæreticorū uirgines, philoſophorum rigorem, Iudæorum in eſcarū uarietate obſeruan-

HEBR. torum erat: neq; introeunti & exeunti erat pax præ tribulatione: & dimiſi omnes homines unūquenq; contra proximum ſuum. Nūnc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit dominus exercituum, ſed ſemen pacis erit. Vinea dabit fructum ſuum: & terra dabit germen ſuū, & cœli dabunt rorem ſuū: & poſſidere faciā reliquias populi huius uniuerſa hęc. Et erit ſicut eratis maledi-ctio

SEP. torū non ſubſiſtet: & egredienti & ingredienti nō erit pax præ tribulatione: & emittam omnes homines unumquenq; ad proximum ſuum. Et nunc nō iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius: dicit dominus omnipotens: ſed pacem monſtrabo. Vinea dabit fructum ſuum: & terra dabit germina ſua, & cœlū dabit rorē ſuū: & poſſidere faciā reliquas populi mei hęc omnia. Et erit ſicut eratis in maledi-ctio-

tiam: & tamen dicimus iuxta Aggeū quod comedāt & nō ſatientur: bibant & nō inebrientur: operiantur, & non calefiant: & qui mercedes cōgregat, mittet eas in pertuſum ſacculū. Poſtq̄ uero fidem Chriſti receperint, & illi & hi qui in eccleſia fuerāt peccatores: & pro magnitudine delictorū captiuitati huius mūdi traditi, & Babylonio igne cōbuſti, & audierint dominum prædicantem: Spiritus domini ſuper me, ꝓpter qđ unxit me: euangelizare pauperibus miſit me: prædicare captiuis remiſſionē, & cæcis ut uideant: ſanare eos qui contrito ſunt corde: & completum fuerit in eis illud qđ per Amos dicit: Conuertā captiuitatem populi mei Iſrael, & ædificabūt ciuitates diſſipatas: & plātabo eos: Tunc & in diebus illis orietur iuſtitia & multitudo pacis. Vinea dabit fructū ſuū, quæ dicit in euangelio: Ego ſum uitis, uos rami. Omnē ramum qui manet in me, mundat pater: ut maiores fructus afferat. Cumq; mūdati fuerint rami eius, id eſt, flagella & propagines: & gēmantibus oculis ſpē futurorū cœperint fructuum polliceri: ut impleatur illud quod ſcriptū eſt: Vineæ florentes dederūt odorem: Tunc pendentes botros colorabit ſol iuſticiæ: ut miſſi in torcularia octaui & octogeſimitertij pſalmi, qui pro torcularibus inſcribitur, domini calcentur pede: qui aſcendit de Boſor, ut fundat uinū quod lætificat cor hominis. Terra, quoq; dabit germē ſuum: non arida & petroſa & plena ſentiū, ſed terra bona quæ dat cēteſimum & ſexageſimū fructū & triceſimum: ut qui ſeminauerint in lachrymis, in gaudio metāt. Sed & cœli dabunt rorē ſuum: de quibus in decimooctauo pſalmo ſcriptū eſt: Cœli enarrant gloriā dei, & opera manuū eius annunciat firmamentū. De his cœlis in Deuteronomij cantico dicit: Lætamini cœli cū eo, id eſt, cum domino ſaluatore: quos præſciuit & prædeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui, qui loquit cū Moyſe: Expectetur ut pluuia eloquiū meū: & deſcendāt ut ros uerba mea. Reſurgēt enim qui erant peccatis mortui: & ſuſcitabunt qui iacebant in ſepulchris dealbatis, quæ plena ſunt oſſibus mortuorū: & lætabuntur qui morantur in terra. Et quæ ſit cauſa lætitiæ, ſequens ſermo demonſtrat: Ros enim qui à te eſt, ſanitas eorū eſt. Et hæc omnia pacē uidelicet & uinearū fructū & terrarū abundantiā, quæ cœlorū rore ſuccreuit, poſſidebūt reliquiæ populi: de quibus Eſaias loquitur: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen ſicut Sodoma eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Reliquiæ enim ſecundum electionem gratiæ, ſaluæ factę ſunt: non ex operibus, alioquin non eſſet gratia. b ¶ *Et erit ſicut eratis, etc.*] Hæc poſt ædificationem templi futura promittit: ut ſicut erant in cunctis gētibus in maledictionem & in ſibilum, & in exemplum domus Iuda & domus Iſrael: duæ uidelicet & decem tribus: ſic cū ſaluatæ fuerint & reuerſæ in Iudæam, ſint omnium benedictio. Nolite, inquit, timere aduerſarios rebellantes: confidite uera eſſe quæ per me dominus pollicetur: confortentur manus ueſtræ: implete opera quæ cœpi-ſtis.

Margin: C; Aggei 1.b; Eſa. 61.a; Amos 9.d; Pſal. 71.b; Ioan. 15.a; D; Can. 2.c; Deu. 32; Rom. 8.f; Eſa. 1.c



A ſtis. Cauſa confortationis dñi promiſſio eſt: Hæc enim dicit dominus omnipotens: cui nil impoſſibile eſt, qui poteſt quæ promittit implere: Sicut excogitaui ut affligerem uos, & captiuitati traderem: quia me patres ueſtri ad iracundiam prouocarunt, & nō ſum miſertus: quod LXX. tranſtulerunt οὐ μετενόησα, hoc eſt: nō me pœnituit: quod Hebraice ſcribit לא נחמתי Nō ſum aūt miſertus: ut uos captiuitate corrigerem, & per omnia tormenta & flagella erudirem: ſic nunc in præſenti tempore cogitaui, ut benefaciam Hieruſalē & domui Iuda. Et notandū qđ quādo iraſcitur, maledicti ſunt in gentibus domus Iuda & domus Iſrael, id eſt, omnes duodecim tribus quæ captiuitati traditæ ſunt. Poſtq̄ autē cogitauit ut benefaciat, non facit Iudę & Iſrael, id eſt, duabus & decē tribubus, Hieruſalem uidelicet & Samariæ, Oollæ & Oolibę: ſed relicto Iſrael in captiuitate, be-

B nefacit Hieruſalem & domui Iuda: & iūgit in fine: Nolite timere, ſiue cōfidite, eo ſenſu quem ſupra expoſuimus. Super eccleſia autem & ſuper unoquoq; credentiū ſic intelligi poteſt: quod perſecutionis tempore cūctis in circuitu gētibus in maledictum, & in exemplū fuerint Chriſtiani: quia offenderint dñm ſuum: & poſtea ſint in benedictione, quādo pax reddita fuerit: & hoc omne eueniat: quia dñs qui prius fuerat iratus, poſtea ſit miſertus Hieruſalē, uiſioni pacis: & Iudæ, quæ fidem domini confitet. Singuli quoq; credentiū, qui propter uitia eijciuntur de eccleſia: & tradūtur

1.Cor. 5.b ſatanæ in interitū carnis, ut diſcant nō blaſphemare: cū

1.Tim. 1.d egerint pœnitentiā, reuertent in priſtinū ſtatū: & uidebunt pacē dei, & cōfeſſionis ſuæ gloriā poſſidebūt. Hoc quod ſcriptum eſt: Non ſum miſertus, uel non me pœnituit: calumniātur hæretici, quaſi aut crudelis, aut mutabilis ſit deus, ſi eum aut non pœniteat, aut pœniteat: Si enim pœnituerit, dicunt eum eſſe mutabilē: ſi nō pœ-

1.Re. 15.c nituerit, aſſerūt eſſe crudelē. Pœnituit aūt deum quod

Iona 3.a Saul unxit in regem. Et apud Niniuitas, quib. per prophetam denunciauerat: Adhuc triduum & Niniue ſubuertetur: quia egerūt pœnitentiā, dicitur & ipſe mutaſſe ſententiam ſuā: non uitio mentis improuidæ, ſed ex eorū qui male aut bene faciunt uarietate. Si enim male fecerint, cōminatur: ſi priſtina peccata defleuerint, non mutatur deus qui unus atq; idem eſt, & mutari nō poteſt: ſed illis ex malis ad bona opera cōmutatis, mutat

Gen. 18.c & ſuū ipſe decretum. Qui & in Geneſi loquit: Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus eſt: & peccata eorum magna ſunt nimis: deſcendēs ergo uidebo ſi iuxta clamorē eorū qui uenit ad me compleant: ſin aūt

HEB. ctio in gētib. domus Iuda & domus Iſrael, ſic ſaluabo uos & eritis benedictio, nolite timere, confortentur manus ueſtræ. Quia hæc dicit dñs exercituū, Sicut cogitaui ut affligerem uos cū ad iracundiā prouocaſſent me patres ueſtri, dicit dominus, & nō ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis ut benefaciam Hieruſalē & domui Iuda, nolite timere. Hæc ſunt ergô uerba quæ facietis: loquimini ueritatem unuſquiſq; cum proximo ſuo: ueritatē & iudiciū pacis iudicate in portis ueſtris: & unuſquiſq; malum contra amicum ſuum non cogitetis in cordibus ueſtris: & iuramentum mendax ne diligatis: omnia em̄ hęc ſunt quę odi, dicit dñs. Et

SEP. ctiōe inter gētes domus Iuda & domus Iſrael, ſic ſaluabo uos, & eritis in bñdictione, cōfidite & cōfortamini † in cordib. ueſtris, quia hęc dicit dñs omnipotens: Sicut cogitaui ut affligerē uos in eo qđ me ad iracundiā prouocaſſēt patres ueſtri, dicit dñs omnipotēs: & nō me pœnituit: ſic paratus ſum & cogitaui in diebus iſtis, ut benefaciā Hieruſalē & domui Iuda, confidite. Iſti ſermones ſunt quos facietis: loquimini ueritatē unuſquiſq; cū ꝓximo ſuo: ueritatē & iudiciū pacificū & iuſtū iudicate in portis ueſtris: & unuſquiſq; malū proximo ſuo nō cogitet in cordibus ueſtris: & iuramentū mēdax ne diligatis: qa hæc omnia odi, dicit dñs omnipotēs. Et

C non, ut ſciam. Quod dicit, hoc eſt: Si permāſerint in furore, non deerit pœna peccantibus: ſi deſierint ab inſania, mea fient cognitione digniſſimi. Cognoſcit autem

2.Tim. 2.c dominus eos qui ſui ſunt. Et apoſtolus ſcribit ad Gala-

Gal. 4.a tas: Sed tunc neſcientes deum. Cumq; nouerit omnes deus, & nihil eū nec præteritorū, nec pręſentium lateat, nec futurorum: impios in

Mat. 18.d euangelio neſcire ſe dicit: Recedite à me operarij iniquitatis, neſcio uos. Ergo & notitiam, & pœnitentiam, & iram, & indignationem & omnes affectus dei: non humani ſermōis uitio, ſed diuinæ maieſtatis ſenſu accipiamus.

In græco ſic ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν.

a ¶ *Hæc ſunt ergo uerba quæ facietis: loq. etc.*] Promiſi me non iuxta dies priores facere reliquijs populi captiuorum. Et ſicut cogitaui ut affligerē eos, cum me ad iracundiam prouocaſſent patres eorū, & non ſum miſertus: ſic nunc cogitaui conuerſus in diebus iſtis, ut benefaciam Hieruſalem & domui Iuda. Vt igi-

D tur permaneat ſentētia mea: & non fiat irrita pollicitatio, hæc facite quæ præcipio:

Eph. 4.f Loquimini ueritatem cum proximis ueſtris. Proximum omne hominum genus accipiamus: quia ex uno ſumus parente generati. Alioquin ſi proximus propinquus accipitur, peregrinis & alienis mentiendum eſt. Hoc idem Apoſtolus loquitur: Deponentes mendacium, loquimini ueritatem unuſquiſque cum proximo ſuo. Veritatem, inquit, & iudicium pacis iudicate in portis ueſtris. In iudicio prima ſit ueritas atque iuſtitia: deinde ſequitur miſericordia. Hoc eſt enim iudicium pacis, ut propoſitum iudex habeat pacificare diſcordes: iuxta illud euangelij: Bea-

Mat. 5.a ti pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Quodq; ſe-

Amos 5.c quitur: In portis ueſtris, illi prophetico congruit: Oderunt in portis corripientem: & uerbum ſanctum ab

Pſal. 129.a ominati ſunt. Et in alio loco: Non confundentur cum

2.Re. 19.b loquentur inimicis ſuis in porta. Dauid quoque iudicabat in portis, quando Abſalon ueritatem iudicij repromittens, patri tendebat inſidias. Et quęritur quare apud Iudæos in portis locus fuerat iudicandi. Ne cogerentur agricolæ intrare urbes, & aliquod ſubire diſpēdium, iudices in portis reſidebant: ut tam urbanos quàm ruſticos in exitu & introitu urbis audirent: & finito negocio, unuſquiſque confeſtim ad ſedes proprias reuerteretur. Et malum, inquit, contra amicos ueſtros, ne cogitetis in cordibus ueſtris רעה quod omnes uoce conſona κακίαν, id eſt, malitiam interpretati ſunt, dupliciter accipere poſſumus: & pro afflictione, & pro malo. Pro afflictione: Si eſt malitia in ciuitate quam dominus non fecerit. Et: Sufficit diei malitia ſua.

Pro

Universidad de Deusto Biblioteca

A Pro malo in Iona propheta loquit̃ deus: Aſcendit clamor malitiæ eorũ ad me. (Ionæ 1.a) Et in Apoſtolo legimus: Repleti omni iniquitate & malitia. (Rom. 1.d) Vtroq; igitur modo nec affligit amicũ ſuum, nec malum aduerſum eum cogitat in corde qui ſanctus e. Et i uramentũ, ait, mendax ne diligatis: Præcipiente dño in euangelio: (Mat. 5.c) Ego aũt dico uobis ut non iuretis penitus: ſed ſit ueſter ſermo, eſt eſt, non non: qui enim non iurauerit, nunquam poterit peierare. Qui iurat, audiat illud quod ſcriptũ eſt: (Exo. 20.b) Non aſſumes nomẽ domini dei tui ſuper re uana. Omnia hęc ſunt quę odi, dicit dominus: iuxta Malachiæ uerba dicẽtis: Et omnia quę oderam faciebatis. In pręceptis quæ ad uitam pertinent & ſunt perſpicua, nõ debemus quærere allegoriã: ne iuxta Comicũ, nodũ quæramus in ſcirpo.

HEB. Et factũ eſt uerbum domini exercituũ ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Ieiuniũ quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in gaudium, & in lætitiam, & in ſolennitates præclaras: ueritatem tantum & pacem diligite. Hæc dicit dñs[b] dominus exercituum: uſquequo uenient populi & habitent in ciuitatibus multis: & uadant habitatores unus ad alterum, dicentes: Eamus & deprecemur faciem domini: & quæramus dominum exercituum. Vadam etiam ego & uenient populi multi: & gentes robuſtæ ad quęrendum dominum exercituum in Hieruſalem, & deprecandum faciẽ domini.

Hæc

SEP. Et factus eſt ſermo domini omnipotentis ad me, dicens: Hæc dicit dñs omnipotens: Ieiuniũ quartũ, & ieiuniũ quintũ, & ieiuniũ ſeptimũ, & ieiuniũ decimum, erũt domui Iuda in gaudiũ & in lætitiã, & in feſtiuitates bonas: (hoc enim Hebraice dicit̃ טֹבִים id eſt, ἀγαθὰς.) & lætamini & ueritatẽ & pacẽ diligite: Hæc dicit dñs omnipotens: adhuc uenięt populi multi & habitatores urbium multarũ: & cõgregabũtur q habitãt ciuitates in una ciuitate, dicẽtes, Eamus ut deprecemur faciẽ dñi, et quęramus uultũ dñi omnipotẽtis. Vadã etiã ego, & uenięt populi multi & gentes plurimæ, ut quęrãt faciẽ domini omnipotentis in Hieruſalẽ, & ut deprecentur faciem dñi.

Hæc

a ¶ Et factũ eſt, etc.] Ad id quod ſupra Saraſar & Regẽmelech per legatos quæſierant: utrum in menſe B quinto & in menſe ſeptimo, ſicut habetur in LXX. ieiunare deberent & plãgere: an poſt ædificationẽ tẽpli finire ieiuniũ, luctũq; deponere: Multis in medio poſitis quæ facerent, & quæ ſperarent: ex perſona domini propheta reſpondit: Ieiuniũ quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniũ ſeptimi, & ieiuniũ decimi, ἀπὸ κοινοῦ enim ſubauditur menſis, domui Iuda & Hieruſalẽ in dies feſtos uertet̃ & gaudiũ: Veritatẽ tantum deus quærit & pacẽ. In hoc loco noſtrorũ multi multa dixerũt & inter ſe diſſonãtia. Quidã obſcuritatẽ ſilẽtio profeſſi, quaſi profundiſſimam foueam in commentarijs tranſierunt: rectius arbitrantes nihil omnino q̃ parum dicere. Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & ſcientię ueritatem de fonte magis quàm de riuulis quęrere: præſertim cum non prophetia aliqua de Chriſto, ubi tergiuerſari ſolent, & ueritatẽ cælare mendacio: ſed hiſtoriæ ex præcedentibus & conſequentibus ordo texatur. Ieiunium quarti menſis, qui apud Latinos uocatur Iulius, die ſeptima & decima eiuſdem menſis, illud arbitrantur: quando deſcendens Moyſes de monte Sina tabulas legis abiecerit atq; confregerit: (Exo. 32.f) & iuxta Hieremiã muri primum rupti ſint ciuitatis. (Hier. 52.b) In quinto menſe qui apud Latinos appellatur Auguſtus: cũ propter exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt montem nõ aſcendere: ſed per quadraginta annos longis ad terram ſanctam circuire diſpendijs: ut exceptis duobus Chaleb & Ioſue, omnes in ſolitudine caderent. In hoc menſe & à Nabuchodonoſor, & multa poſt ſecula à Tito & Veſpaſiano, templũ Hieroſolymis incenſum eſt atq; deſtructum: (4. Re. 25.g) capta urbs Bethel ad quam multa milia confugerant Iudæorũ: (Hier. 39.b) aratũ templum in ignominiam gẽtis oppreſſæ à Tito Annio C Ruſo. In ſeptimo uero, qui apud nos appellatur October, ſicut ſupra diximus, occiſus eſt Godolias: (Ezec. 33.c) & Iudæ tribus ac Hieruſalẽ reliquiæ diſſipatæ. (Hiere. 52.c) Legamus Hieremiã. Mẽſe decimo, qui apud nos Ianuarius dicitur: eo quod ianua anni ſit atq; principium: Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit & cũ cunctus populus captiuorũ, quinto menſe templum eſſe ſubuerſum: quod pleniſſime in eodẽ propheta cognoſcimus. Hoc eſt igitur omne quod dicitur: Dies plãctus & ieiuniorum quos hactenus habuiſtis in luctum, ſciatis uobis quia cogitaui ut benefaciã Hieruſalẽ & domui Iuda, in lætitiam & gaudiũ & ſolennitates eſſe uertendos: ita dũtaxat ſi ueritatẽ diligatis & pacẽ. Iuxta ἀναγωγὴν: quia tũc ieiunamus, quando ſponſus aufertur à nobis, & non meremur eius habere præſentiam: cũ reuerſus fuerit dominus ad nos, & cogitauerit ut benefaciat nobis: D omnis triſtitia uertetur in gaudiũ: & fames priſtina ſermonis dei priſtina doctrinarum eius, & cœleſtis panis ſaturitate penſabitur.

b ¶ Hæc dicit dominus, etc.] Ieiunium quarti, & quinti, & ſeptimi, & decimi menſis in ſolennitates optimas commutabitur: intantum ut ciuitates Iudææ quæ prius deſertæ erant, frequenti habitatore celebrentur: & una ciuitas pergat ad alteram: & ſe mutuo cohortentur & dicant: Quia per hos ſeptuaginta annos uiæ Sion luxerant, eo quod nõ eſſet qui iret ad ſolennitatem: omnes portæ eius deſertæ, & ſacerdotes illius gementes: Nũc pace reddita, pergamus Hieruſalem: in qua lege præceptum eſt, ut uictimas immolemus: & ter in anno omne maſculinum noſtrum appareat in conſpectu domini: & dicente altera ad alteram: Eamus & deprecemur faciem domini, & quæramus dominum omnipotentem. Reſpondebit altera ciuitas: Vadam etiam ego: quo tẽpore uenient populi multi & gentes innumerabiles & robuſtæ, ut ſacrificia in Hieruſalem offerant domino exercituum, & deprecentur faciem eius. Appropinquat enim dominus his qui non tentãt eum: & oſtẽdit faciem ſuam his qui nõ ſunt increduli. Qui uiderit filium, uidet & patrem: & imago eſt dominus ſaluator dei inuiſibilis: nõ quod filius uiſibilis ſit, & inuiſibilis pater, ſed quod filio nominato ſentiatur pater. Nequaquã enim pater ſi nõ habet filium. Vnde & ipſe loquit̃ in euãgelio: (Ioan. 17.a) Pater, manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus. Quod de Hieruſalem & Zorobabel ſiue poſt Zorobabel diximus, rectius & plenius refertur ad Chriſtũ, & Hieruſalem quæ intelligitur eccleſia: & tunc de terrarum toto orbe & populos

&



A & gentes ad offerenda in templo domini ſacrificia concurſuras. Perſecutiõis quoq; tẽpore ut ante perſtrinximus: magiſtri & ſacerdotes eccleſiæ audacter captiuis & credentibus repromittant: quod rurſum ædificandæ ſint παροικίαι, & pacis reddenda tranquillitas: & in eccleſiis facies domini deprecanda. Manifeſta tranſcurrimus, ut in obſcurioribus immoremur.

HEB. Hæc dicit dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendẽt decem homines ex omnibus linguis gentiũ: & apprehẽdent fimbriam uiri Iudæi, dicentes: Ibimus uobiſcũ: audiuimus enim quoniam deus uobiſcum eſt.

SEPTVAGINTA Hæc dicit dominus omnipotẽs, In diebus illis ſi apprehenderint decem uiri de omnibus linguis gentium, & tenuerint fimbriam uiri Iudæi, dicentes, Ibimus tecũ, quia audiuimus quod deus uobiſcum eſt.

a ¶ Hæc dicit, etc.] Quidã ex Iudæis hæc ſub Zorobabel & poſt Zorobabel dicũt eſſe completa. Alij in futurum tempus differunt, quando Chriſtum ſperant eſſe uenturum. Nos autem in aduentu domini ſaluatoris, quando de Maria natus eſt uirgine: & rectius & uerius intelligimus. (Zach. 8.d) Denique ſcriptum eſt: Vſquequo ueniant populi? Quando dicitur, uſquequo: nõ de præſenti tempore ſignificat, in quo erant Zorobabel & Ieſus: ſed de futuro, quando uenient populi multi & gentes robuſtæ, ut quærant dominum exercituũ in Hieruſalem, & deprecentur faciem domini. In illo igitur tempore & in illis diebus, apprehendent decẽ homines ex omnibus linguis gentium fimbriam uiri Iu- B dæi, dicentes: Ibimus uobiſcum: audiuimus enim quoniam deus uobiſcum eſt. (Eſa. 4.a) Et in Eſaia legimus: Apprehendent ſeptem mulieres uirum unum, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & ueſtimentis noſtris operiemur: tantum uocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrum. Quæ igitur ibi ſeptem mulieres appellantur, id eſt, eccleſiæ: quarum numerus & in Paulo apoſtolo continetur: ad ſeptem enim ſcribit eccleſias, ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes: (Apoc. 1.d) Et in Ioannis Apocalypſi in medio ſeptem candelabrorum, id eſt, eccleſiarum, Epheſiorũ, Smyrnenſium, Pergamenorum, Thyatirenorum, Sardenſium, Philadelphienſium, Laodicenorum, uarietate & auro puriſſimo dominus accinctus ingreditur: nunc in propheta Zacharia decem nominantur, quas requiſiuit & dominus: ut ſi inueniſſet in Sodomis & Gomorris, Adama & Seboim, eas de interitu liberaret. Iota enim litera, ex qua ſumit nomen ſaluatoris exordium: non ſolum apud Græcos, ſed & apud Hebræos, denarium numerum ſignificat. Et hoc myſtico ſermone monſtratur, quod omnes qui cenſentur uocabulo Chriſtiano, (3. Re. 19.d) quos & dominus ſeptem milia tempore perſecutionis Iezabel & fugæ Heliæ reliquiſſe ſe dicit, qui non curuauerunt genua ante Baal, & in menſuram uiri perfecti uenerint ex omnibus linguis & nationibus: apprehendent fimbriam uiri Iudæi, id eſt, domini ſaluatoris: de quo & in pſalmis dicitur: Iuda rex meus. (Pſal. 59.a) Et: Iudas, te laudabunt fratres tui. Et rurſum: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repoſitum eſt: & ipſe erit expectatio gentium: (Eſa. 11.a) Erit enim radix Ieſſe: & qui exurrexerit ut dominetur gentibus, in ipſo gentes ſperabunt. Cumq; apprehenderit eum, cupient eius hærere ueſtigijs: quoniam deus cum eo ſit. Vel certe ex omnibus linguis & nationibus quicunque crediderint, apprehendẽt uirum Iudæum: C apoſtolos qui ex Iudæis ſunt, & dicent: Eamus uobiſcum: audiuimus enim per prophetas, & omnium ſcripturarum uoce cognouimus, quod dei filius Chriſtus deus & dominus ſit uobiſcũ. Vbi manifeſtiſſima prophetia eſt, & de Chriſti atq; Apoſtolorum eius prædicatur aduentu, & fide uniuerſarum gentium, nihil amplius requiramus. Quod autem numerum ſeptẽ milium ad Chriſtianorum nomen diximus pertinere: ſupputa Græce ἑπτάκις χιλίους χριστιανούς, & eundem numerum ſummamq; reperies: id eſt, mille nongentos quadraginta ſex. Sed & parabolam decem uirginum in euangelio (Mat. 25.a) quas in ſenſibus carnis & ſpiritus interpretamur, ſi oleum bonorum operum ſuis lampadibus præpararint, & quinarium numerum duplicauerint: ut ſint ſanctæ (iuxta Apoſtolum) corpore & ſpiritu: ad huius numeri referunt ſacramentum. Decem quoque ciuitates quas qui corporis ſenſus optime gubernarit, numero duplicato accipiet in futurum. (Luc. 19.c)

## Cap. IX

HEB. Onus[b] uerbi domini in terra Hadrach, & Damaſci requiei eius: quia domini eſt oculus hominis & omniũ tribuũ Iſrael.

Hamath

SEP. Aſſumptio uerbi domini in terra Hadrach & Damaſci ſacrificij eius: quia dñs reſpicit homines & oẽs tribus Iſrael.

Emath

## CAPVT IX

D Onus uerbi domini in terra Hadrach, & Damaſci requiei eius: quia domini eſt oculus hominis & omniũ tribuũ, etc.] Omnis hæc uiſio ſiue pondus & onus uerbi domini, ut interpretatus eſt Aquila: ad uocationem gentium & extructionem eccleſiæ pertinet. Et eſt ordo uerborum: Aſſumptio uerbi domini, acuti in peccatores, mollis in iuſtos חַדְרָךְ quippe hoc reſonat ex duobus integris nomen compoſitum חַד acutũ רַךְ molle teneruq; ſignificans: & nõ ut male à quibuſdam legitur, Sedrach. Quidam referunt Hadrach ad populum Iudęorum: Damaſcũ ad uocationẽ gentiũ. Vnde põdus ſiue aſſumptio uerbi dñi fit in terra Hadrach, ſuper quam & auſteritatẽ ſuam dominus exercuit & clementiã. Auſteritatem in eos, qui credere noluerunt: clementiã in illos, qui cum apoſtolis ſunt reuerſi. Damaſcus autem proprie requies domini eſt: iuxta illud quod ſcriptum eſt in Eſaia: Et erit requies eius honor. (Eſa. 8.a) Siquidem antequam ſciret puer eligere bonum aut malum, & uocare patrem & matrem, accepit uirtutem Damaſci & ſpolia Samariæ. Vnde & Damaſcus in linguam noſtram uertitur, ſanguinem bibens, aut ſanguis cilicij: ut prior interpretatio cruentum populum ſignificet: ſecunda crudelitati eius pœnitentiam copulatam. Quodq; ſequitur: Quia domini eſt oculus hominis & omnium tribuum Iſrael: ſic ediſſerunt: Idcirco templum dei de utroque populo conſtruendum eſt: id eſt, & de terra Hadrach & de Damaſco requie eius: quia domini eſt, quicunque & de gentibus reſpicit deum & ſperat in eum, & de cunctis tribubus Iſrael. Siue iuxta Septuaginta, quia dominus æqualiter cunctos homines reſpicit & uniuerſas tribus Iſrael. Dicamus & aliter: In terra Hadrach onus uerbi domini eſt & pondus grauiſſimum. In Damaſco autem uictimæ eius, & ſacrificium: quia dominus &

gentium

A gentium fidem & circuncisionis perfidiam absq; acce-
ptione ulla respicit personarum, & est æqualiter omni-
um deus: alijs sententiæ suæ graue pondus imponẽs, &
in aliorũ sede requiescens. Iudæi hæc omnia in aduẽtu
Christi quem sibi ultimo tempore repromittũt, dicunt
esse complenda: ut &
terra Hadrach & Da
mascus & Hamath &
Tyrus & Sidõ & Asca
lon & Gaza, Accarõ
quoq; & Azotus &
Philistim, potentissi-
mo regi colla submit
tant, & ei seruiant ha
bitanti in Hierusalẽ:
nullusq; audeat ele-
uare contra Israel ma
num, pacatis omni-
bus per circuitum.
Quæ nos uniuersa
spiritualiter in aduẽ-
tu domini & in eccle
sia eius transacta con
uincimus. a ¶ Ha
*math, etc.*] חמת quę in
terpretatur χόλος, id
est, indignatio: ipsa
est quæ ab Antiocho
ἐπιφανεῖ, Epiphaniæ
nomẽ accepit: & nũc
Syriæ cœles est ciui-
tas. Et hæc igitur & Tyrus & Sidon erũt in terminis Da
masci, siue in terminis terræ Hadrach, ut credant in do
minũ saluatorẽ: cui à patre dictũ est: Postula à me & da
B bo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionẽ tuam
Psal.2.b terminos terræ. Huius Tyri filiæ, id est, animæ Christo
credentium, deferent regi munera: ut impleatur quod
scriptum est: Adorabũt eum filiæ Tyri in muneribus.
Psal.44.c Cumq; urbs dei ecclesia fuerit extructa: de qua psalmi
Ibi.86.a sta decantet: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: statim
sequentur & cætera: Ecce alienigenæ & Tyrus & popu-
lus Aethiopum, isti nati sunt ibi. De alienigenis in duo
Ibi.56.b bus psalmis dicitur: Mihi alienigenæ seruiunt, siue sub
iecti sunt. De Aethiopibus in ꝑpheta legimus Sopho-
Sopho.3.b nia: Trans flumina Aethiopiæ inde ferẽt dona mihi. Et
Psal.67.g in psalmo: Aethiopia pręueniet manus eius deo. De Ty
Matt.11.c ro aũt euangeliũ loquitur: Væ tibi Chorozaim, uæ tibi
Bethsaida: quoniã si in Tyro & Sidone factæ essent uir
tutes quæ factæ fuerunt in uobis: olim forsitan in sacco
& cinere pœnitentiã egissent. De Tyri & Sidonis finib.
Matt.7.c illa mulier Chananæa Syrophœnissa, cuius filia male
se habebat à dæmonio, occurrit dño saluatori: & Tyrio
rum ac Sidoniorum fidei primitias dedicauit: ut quæ
tẽpore Christi non crediderant, quia needum uiderãt
signa atq; uirtutes, postea uiderẽt per apostolos & cre-
derent: essentq; beatitudinis illius compotes quam do
Ioan.20.g minus repromittit, dicens: Beatiores qui non uiderũt
& crediderunt. Tyrus aũt & Sidon, quarũ altera συνο-
χὴ, id est angustia: altera θήρευμα, id est, uenatio inter-
pretatur: intantum sibi sumpsere sapiẽtiam, ut sophis-
matibus suis & dialecticorum retibus & σωρειτῶν tex-
turis: quas munitiões scriptura commemorat: propo-
nerẽt ænigmata Salomoni, id est, regi pacifico: & argẽ-
tum suum, nitorem uidelicet eloquentiæ: & aurum, sen
suum calliditatem, instar pulueris & luti quod in pla-
teis ac uijs est cõgregarẽt: ut regnum idololatriæ quod
munierat, possiderẽt. Sed aduersus has munitiones A-
2.Cor.10.b postolus loquitur: Nam arma militiæ nostræ non sunt
carnalia: sed potentia deo, ad destructionem munitio-

HEB. Hâmath quoq; in ter
minis eius & Tyrus & Si-
dõ, assumpserũt quippe si-
bi sapientiã ualde. Et ædifi-
cauit Tyrus munitionẽ su-
am, & coaceruauit argen-
tum quasi humum, & au-
rum ut lutum platearum.
Ecce dominus possidebit
eã, & percutiet in mari for-
titudinẽ eius: & hæc igne
deuorabitur. Videbit[b] Asca
lon & timebit, & Gaza, &
dolebit nimis, & Accaron,
quoniam confusa est spes
eius, & peribit rex de Ga-
za, & Ascalõ non habitabi-
tur. Et sedebit separator in
Azo-

num: cogitationes destruentia, & omnem altitudinem C
extollentẽ se aduersum scientiã dei. Et sub persona Ni-
niue, quæ interpretat̃ ornata uel pulchra: Nihil enim
mundo ornatius est: dei per prophetam contra mũdi
homines sermo dirigitur: Et tu inebriaberis, erisq; de-
specta: & quęres auxi
lium ab inimico: om
nes munitiones tuæ
sicut ficus cũ grossis
suis: si concussæ fue-
rint cadẽt in os come
dentis. Et Tyrum igi
tur & Sidonẽ domi-
nus possidebit, cũ an
te percusserit fortitu-
dinem earũ in salsissi
mo & amarissimo ma
ri huius seculi: & ne
quid in eis pristinæ
remaneat sapiẽtiæ, id
est, tumentis stultitię:
per quam sibi imbe-
cillas munitiones, &
argentũ & aurum lu
to similia cõpararũt:
igne eas excoquet &
mũdabit ad purum:
de quo saluator lo-
quitur in euangelio: Luc.12.f
Ignẽ ueni mittere su-
per terram, & q̃ uolo Mat.9.g
ut ardeat: iuxta illud quod in Marco scriptum est: Om
nis igne salietur. b ¶ *Videbit Ascalon & timebit, etc.*]
Ascalon interpretatur, ignis ignobilis, siue ponderata:
Gaza, fortis, aut imperium: Accarõ, sterilis, siue eradi D
cata: Azotus, quæ Hebraice dicitur אשדוד ignis gene-
rans, aut ignis patrui, uel ignis mãmillæ. Iebusæus con
culcatam sonat. Nominum expressimus etymologiã,
ut sensum breuiter percurramus: Videns Ascalõ & Ga
za & Accaron quod Hamath esset in finibus Damasci:
& Tyrum & Sidonem, postquàm percussæ sunt in cir-
cuitu: & omne earum fœnum, ligna, & stipulam incen
dio cõflagrauit, possessas esse à domino: & ipsæ timore
ac dolore & confusione perterritæ, cœperunt sperare
meliora. Deniq; ascalon, in qua erat prius diabolus ig
nis ignobilis: & usq; ad mensuram ac pondus uenerat
peccatorum, pauore contremuit: eo quod habitatores
habere desiuerit. Et gaza doluit nimis, agẽs pœnitudi-
nem scelerum pristinorum: quæ quondã fortis ac du-
ra fuerat indomabilis: & sibi regnum omniũ promit-
tebat: eo quod rex eius & princeps, sermo cõtrarius &
potestas inimici, suum perdidisset imperium. Accaron
quoq; sterilis, quia absq; lege & notitia dei filios nõ ha
bebat: eradicata est, ut audiret illud propheticum: Læ-
tare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non
parturis: quoniã plures filij desertæ magis quàm eius Esa.54.a
quæ habet uirum. Cumq; Ascalon & Gaza & Accaron
fuerint perterritæ & doluerint: eo quod uel habitato-
res non habuerint, uel regem perdiderint, uel spes eas
frustrata sit pristina: alienigenę sedebunt in Azoto, ubi
ignis generat: quem dominus misit super terram, & ar
dere desiderat. Ipse enim baptizat in spiritu sancto & i-
gne: ubi fratruelis & patruus est ἀδελφιδοῦς καὶ πατρά- Can.1.d
δελφος. Quem in canticocanticorum sponsa deside-
rat: ubi ignis mammillæ est & largissimi uberis: de quo
in eodem Cantico legimus: In medio uberum meorũ 1.Cor.3.a
commorabitur. Et in Apostolo: Lac uobis potum de-
di nõ escam. Pro eo quod nos iuxta Lxx. diximus: καὶ
κατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν Ἀζώτῳ, id est & habitabũt
alie-

SEP. Emath in finibus e-
ius Tyrus & Sidon, quo-
niam sapientes fuerunt ni-
mis: & ædificauit Tyrus
munitionem suam: & con
gregauit argentum ut hu-
mum, & aurum ut lutum
uiarum. Propterea domi-
nus possidebit eam, & per-
cutiet in mari fortitudinẽ
eius: & ipsa in igne concre-
mabitur. Videbit Ascalõ &
timebit: & Gaza, & dole-
bit nimis, & Accaron, quo
niam confusa est † de spe
sua, & peribit rex de Gaza
& Ascalõ nõ habitabit̃. Et
habitabunt alienigenæ in
Azo-



A alienigenæ in Azoto: in Hebræo legitur, habitabit uel
sedebit, ממזר in Azoto: pro quo nos posuimus: & se-
debit separator in Azoto. Separatorem dñm intellige:
qui frumentum à paleis separet, & pisces bonos à pisci
bus malis: & argentũ & aurũ à sordibus scoriaq; discer
net. Cumq; hoc fece-
rit, promittit & cæte-
ra: Disperdã iniuriã
uel superbiam Phili-
stinorũ. Pro quibus
Lxx. alienigenas, id
est, ἀλλοφύλων trãstu
lerũt. Philistim inter-
pretãtur in lingua no
stra, cadẽtes poculo:
quod de calice bibe-
rint Babylonis, & in-
ebriati corruerint. Hi
itaq; tẽpore uocatio-
nis gentiũ & aduẽtus
Christi non habebũt
superbiam, sed humi
lem & mãsuetũ sequẽ
tur Iesum. Et auferet
de ore eorum sangui
nem: uerba blasphe-
miæ, & abominatio-
nes, idolorũ cultum,
& esum eorũ quæ im
molata sunt idolis,
de medio dentiũ eo-
rũ: ut postq̃ hæc abla
ta fuerint, ipsi Phili-
B stim, hoc est, alienige
næ relinquant̃ domi
no: & sit dux in Iuda,
id est, in populo do-
minũ confitẽte: ut pri
or populus qui erat
in capite, uertatur in
caudã, & nouissimus
qui erat cauda, in ca-
put transeat: & Acca-
ron sterilis quõdam:
& idcirco eradicata,
fit quasi Iebus, id est quasi Hierusalẽ. Hæc enim ciuitas
tribus nominibus appellatur: Iebus, Salem & Hierusa
lem. Et circũdabo, inquit, domũ meã, hoc est, ecclesiã,
ex his qui militant mihi, id est, ex his qui mihi seruiunt
in uarijs ministerijs: & ad meum imperiũ huc illucq; di
scurrũt, eũtes & reuertẽtes: Siue circũdabo domũ meã
angelorum pręsidio: de quibus & in alio loco scriptum
est: Immittet angelus domini in circuitu timentiũ eũ &
eripiet eos: ut nõ sit qui uadat & reuertat̃: hoc est, qui in
Esa.14.b sidias meo populo moliat̃. Nec transibit super eũ ultra
exactor: de quo dicit Esaias: Cessauit exactor: uel certe
ἐξελαύνων, id est foras educens & uinctos in captiuitatẽ
trahens: quia oculis suis, quos prophetas & omnes san
ctos intelligere possumus: uidit dominus uocationem
gentium & ecclesiæ securitatẽ. a ¶ *Exulta satis filia Sion,*
Matt.21.a *iubila, etc.*] Hanc prophetiam euangelistæ scribũt esse cõ
pletam, quando dominus ingressus est Hierusalem, se-
dens super asinam & pullum asinæ: & puerorum cum
palmarum ramis occurrit turba, clamantium: Benedi-
ctus qui uenit in nomine dñi: osanna in excelsis: & in-
Psal.8.a crepantibus pharisæis cur nõ corriperet clamãtes pue-
Zach.9.b ros: Respondit: Non legistis: Ex ore infantium & lacten
tium perfecisti laudem? Exultat ergo Siõ & iubilat Hie
rusalem: una atq; eadem ciuitas: Sion enim arx est Hie

HEBR. Azoto, & disper-
dã superbiam Philistino-
rum, & auferam sanguinẽ
eius de ore eius, & abomi-
nationes eius de medio dẽ
tium eius, & relinquetur e-
tiam ipse deo nostro, & e-
rit quasi dux in Iuda, & Ac
caron quasi Iebusæus. Et
circundabo domum me-
am ex his qui mihi mili-
tant, euntes & reuerten-
tes, & non transibit super
eos ultra exactor, quia nũc
uidi in oculis meis. Exul-
tã satis filia Sion, iubila fi-
lia Hierusalem: ecce rex tu-
us ueniet tibi, iustus & sal-
uator: ipse pauper & ascen
dens super asinã & super
pullum filium asinæ. Et di-
sperdam quadrigam ex E-
phraim & equum de Hie-
rusalem: & dissipabitur ar-
cus belli, & loquetur pacẽ
gentibus: & potestas eius à
mari usq; ad mare, & à flu-
minib. usq; ad fines terræ.
Tu

rusalem: quia uenit ei rex suus, qui omnium propheta C
rum uaticinijs repromissus est: Iustus & ipse saluator, id יהושע
est, Iesus: sicut angelus interpretatus est, loquens ad uir
ginem: Et uocabitur Iesus: quia ipse salutũ faciet popu- Luc.1.c
lum suum à peccatis suis. Pauper quoq;, siue ut Lxx. trã
stulerunt, mãsuetus:
qui cũ diues esset, pro
nobis pauper factus
est: & dicit in euange
lio: Discite à me, quo Matt.11.d
niam mãsuetus sum
& humilis corde. Et
ascendens super asi-
nam subiugalem, si-
ue super pullum no-
uum: utrumq; uideli
cet populum, circun
cisionis & præputij:
quorũ prior grauissi
mum legis portaue-
rat iugum: sicut in A- Act.15.c
ctis apostolorum scri
ptũ est, Nec nos nec
patres nostri potue-
runt portare graue le
gis iugum. Vnde &
Paulus scribit ad Ga
latas, qui circuncidi
uolebant: State, & no Gal.5.a
lite iterum iugo serui
tutis cõtineri. Pullus
autem nouus genti-
liũ multitudo frena
non habẽs legis: nec D
rectus ab aliquo, sed
semper in præcipitijs
& in uoraginib. ido-
lolatriæ elisus atq; cõ
fractus, domini sessio
ne discit ambulare &
rectam uiã ingredi.
Et disperdã, inquit,
quadrigã ex Ephra-
im. Adhuc ex dei pa-
tris persona dicitur:
q̃ꝛ quadriga siue currus ex Ephraim pereat, & equus
de Hierusalem. Et interim secundum literam hæc loqui
tur: Non erunt prælia: omnibus Christi aduentu & na
tiuitate pacatis. Porrò secundũ altiorem intelligẽtiam,
Ephraim refert̃ ad hæresum multitudinẽ, quæ interpre אפרים
tatur καρποφορία: id est, ubertas & frugum abundãtia:
de quibus scriptũ est in septuagesimo psalmo: Filij E-
phraim intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt
in die belli. De his quadrigis & curribus legimus: Hi in Psal.19.b
curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini
dei nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt & ceciderũt,
nos autẽ surreximus & erecti sumus. Equus qui disper
dit̃ de Hierusalẽ, ille est de quo legimus: Fallax equus Psal.32.d
in salutẽ. Et in Hieremia, qui luxuriæ uacabant & libidi Hiere.5.c
ni, audiũt: Equi insaniẽtes in fœminas facti sunt mihi:
unusquisq; ad uxorẽ proximi sui hinniebat. Vnde re-
uocant̃ ad pœnitudinẽ, dicente psalmographo: Nolite Psal.31.c
fieri sicut equus & mulus in quibus nõ est intellectus.
Cũq; dispdiderit deus currus Ephraim & equũ de Hie-
rusalem: qui de istiusmodi equis & curribus fuerint li-
berati, trãsferent̃ in dñi seruitutẽ, & efficient̃ cherubim:
& de ipsis dicetur: Currus dei decẽ miliũ multiplex, mi Ibi.67.d
lia lætantium. Et: Equitatui meo in curribus Pharaonis Can.1.c
assimilaui te proxima mea. Et: Ascende equos tuos, &

SEP. Azoto, & destruã in-
iuriã alienigenarũ & aufe-
rã sanguinẽ eorũ de ore il-
lorũ, & abominationes eo
rũ de medio dentiũ illorũ,
& remanebunt & isti deo
nostro, & erunt ut χιλίαρ-
χος, id est, tribunus in Iu-
da, & Accarõ sicut Iebusæ-
us. & ponã in domo mea
eleuationẽ, ut nemo pertrã
seat siue reuertat̃, & nequa
quàm superueniat eis ultrà
abactor & eminans, quia
nunc uidi in oculis meis.
Gaude uehemẽter filia Si-
on: prædica filia Hierusalẽ:
Ecce rex tuus ueniet tibi iu
stus et saluãs, ipse mãsuetus
et ascẽdẽs sup subiugalẽ &
pullũ nouum, & disperdet
quadrigas ex Ephraim &
equũ de Hierusalem, & di-
sperdet arcus pugnãtiũ &
multitudinẽ, & pacẽ ex gẽ-
tibus, et dominabitur ab a-
quis usq; ad mare, & à flu-
minib. usq; ad exitus terræ.
Et

Universidad de Deusto Biblioteca

A equitatio tua ſalus. Diſſipabitur arcus belli, ut non mittant ignita iacula, quæ uoluptuoſorū poſſint corda per
Gene. 49. b cutere. Et loquet pacē gentibus: de quibus ſcriptū eſt: Ipſe erit expectatio gentiū. Et rurſum: Super ipſum gentes ſperabunt. Et poteſtas eius à mari uſq; ad mare, & à fluminibus uſq; ad fines terræ. Hoc nō eſt extenuandū per allegoriā, ſed credendū uere eſſe cōpletū, ſecūdū illud qd' legimus:
Pſal. 2. b Poſtula à me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & poſſeſſionē tuā terminos terræ. In ſeptuageſimo quoque primo pſalmo ſub perſona Salomōis & ueri pacifici dicit: Et dominabit à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terræ terminos. a ¶ *Tu quoque in, etc.* ] Poſtquam ſermo prophetæ, imò ipſe deus pater omnipotens, nunciauit Sion & Hieruſalē quod uenit ad eas rex ſuus mitis, & aſcēdens ſuper aſinā ſubiugalē, & pullū aſinæ: & poteſtas eius eſſet futura à mari uſq; ad mare, & à fluminibus uſq; ad terminos terræ: facit apoſtrophā ad ipſum Chriſtū, de quo uaticiniū eſt, & loquitur: Tu quoq; in ſanguine teſtamēti ſiue pacti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Quod ita intelligit: In ſanguine paſſionis tuæ eos qui uincti in carcere tenebant inferni: in quo nō eſt ul
B la miſericordia, tua clemētia liberaſti. Deniq; poſtq; dominus reſurrexit, hi qui peccatis Adā: ſiue, ut quidā uolūt erroris inoliti, ac mortis uinculis tenebant reſurrexerūt cum eo, & apparuerunt in ſancta ciuitate. De hoc ſanguine teſtamenti, & ipſe futurā indicans paſſionem,
Matt. 26. b ad diſcipulos loquebat: Accipite & bibite ex hoc omnes: hic eſt enim calix noui teſtamēti in ſanguine meo. In huius præfiguratione lacus qui non habet aquas: &
Dan. 6. c Ioſeph à fratribus miſſus eſt in lacū: & Daniel & Hieremias à Chaldæis & populo Iudæorū: Banaias quoq; tēpore niuis & frigoris deſcendit in lacū, ut ibi leonē interficeret. Hieremias aūt non in aquam laci, ſed in lutū cœnūq; laci demergit: quod poſſet ſuffocare magis q̄
Pſal. 68. a refrigerare ſitientē. Vnde in pſalmo ſcribit: Infixus ſum in limū profundi, & nō eſt ſubſtantia. In hoc lacu inferni morabat diues ille quondam purpuratus: cuius lingua magniloqua pœnarū exurebat incendijs: & intantum nō habebat ulla aquarū refrigeria, ut extremi digiti pauperis tincti in aqua refrigeriū poſtularet. Rurſumque ad ipſos qui uincti erāt, & Chriſti miſericordia liberandi ſermo dirigit: Conuertimini ad munitionē uincti ſpei. Et eſt ſenſus: Qui nūc uincti eſtis & immiti atq; terribili inferno tenemini: qui ſolutionē uinculorū in Chriſti ſperatis aduentu: cōuertimini ad munitionē, ſi ue ſedebitis in munitione: de qua ſcriptū eſt: Munimen
Pſal. 39. a tum ſancti timor domini: ut poſſitis dicere: Eſto mihi in deum protectorē, & in locū munitū, ut ſaluū me facias:
Eſa. 26. a & de uobis quoq; propheta commemoret: Ecce ciuitas firma, & ſalutare noſtrū ponet murum & antemurale. Hanc aūt munitionem ad quam deus cohortatur uinctos ſpei, ſiue uinctos ſperantes eccleſiæ: non aliā debemus accipere niſi habitationē paradiſi: in quā primus cum domino latro ingreſſus eſt: & idcirco per Zachariam prouocantur ad munitionē: quia iam tūc & ex illo tempore dominus promittebat, ut pro breui tribula

HEB. Tū quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua: conuertimini ad munitionem uincti ſpei: hodie quoque annunciās duplicia reddam tibi. Quoniam extendi mihi Iudam: quaſi arcum impleui Ephraim, & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladium for-

SEP. Et tu in ſanguine teſtamenti emiſiſti uinctos tuos de lacu qui nō habet aquam: ſedebitis in munitione uincti congregationis: & pro una die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi: Quoniam tetendi te Iuda mihi quaſi arcum, impleui Ephraim, & ſuſcitabo filios tuos Siō ſuper filios Græcorum, & attrectabo te quaſi gladium pug-

tione, æterna reciperent pręmia. Siue ut in Lxx. legitur: C
pro una die peregrinatiōis tuæ, duplicia reddā tibi. Ad comparationē enim æternitatis: omne quod patimur in mūdo una dies appellanda eſt: nō habitationis, ſed peregrinationis. Quia aduenę ſumus & peregrini ſicut omnes patres noſtri. Nam in præſenti momentaneū & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pōdus operat in nobis: non contemplantibus quæ uident, ſed quæ nō uident. Quæ enim uidentur, tēporalia ſunt: quæ autem non uidētur, æterna. b ¶ *Quoniam extendi mihi Iudam, etc.* ] Hoc Iudæi ad Machabæorū tempora referūt: qui uicere Macedonas: & ſordidatū tēplū idolatria, poſt trium & ſemis annorum ſpacium mundauerunt. Quodq; ſequitur: Quaſi arcum impleui Ephraim: eos ſignificari exiſtimāt, qui de decem tribubus quæ appellant Iſrael, uenerant ſub Ezechia: quibus etiā Ioſias regnaſſe memoratur: ita dūtaxat ut prius teſtimoniū aliter quam nos explanauimus interpretent & dicant: O Chriſte quem ſperamus eſſe uenturū: & qui regnaturus es in uniuerſis terminis terræ: in ſanguine teſtamēti tui quo cōſper
D ſam Hieruſalem, iuxta Ezechiel in ſuo ſanguine reperiſti: & iuſti pactum cū Abraam in diuiſionibus uituli & arietis & hirci: dimiſiſti populū tuum Iſrael de captiuitate & camino Chaldæorū, in quibus nulla erat miſericordia: Propterea & uos ô Iſraelitæ qui uincti eratis: & ſperabatis in domino, reuertemini ad munitiſſimam Hieruſalem: quoniā hodie uobis habetis dn̄m pollicētem: quod pro breui captiuitatis iniuria, duplicata omnia recipiatis: ſicut recepiſſe legimus & Iob. Iuxta tropolo Tropologia
giam hic locus explanari ſic poteſt: Extēditur Iudas in arcu, cum dominus atq; ſaluator à patre in hunc mundum mittitur, qui ipſe eſt & arcus, & ſagittarius & ſagitta. Arcus, ut in preſenti loco. Sagittarius, ut in xliij. pſalmo: Sagittæ tuæ acutæ potentiſſime: quibus qui fuerit uulneratus, dicit: Vulneratus charitate ego ſum. Sagitta uero ipſe eſt, qui loquitur per Eſaiam: Poſuit me ſicut Eſa. 49. a
ſagittā electā: & in pharetra ſua abſcōdit me. Sagitta electa, uerbum dei eſt: pharetra in qua ſagitta abſconditur, diſpenſatio carnis aſſumptæ. Hac implet Ephraim, ut cum armatus fuerit & paratus ad bellū: & ipſe cum gentibus ſagittis domini uulneretur: ex cuius tribu primus populum ſcidit Hieroboam: quem in hæreticorū perſona accipi, Oſee propheta plenius demonſtrat: & quod ſupra diximus: Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli. Suſcitāte enim Pſal. 77. b
domino filios Sion, hoc eſt, filios eccleſiæ: & contrariorum dogmatum magiſtri, & philoſophorū omnis aſſertio atq; argumenta gentiliū deſtruētur: quia ipſe dominus gladius fortium eſt: de quo dicitur: Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime. Specie tua & Ibi. 44. a
pulchritudine tua: intende, proſpere procede & regna: Propter ueritatē & manſuetudinē & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Hoc gladio æthiopes uulnerant, de quibus ſcriptū eſt: Et uos Aethiopes uulnerati meo gladio eritis: qui poſtq; Chriſti gladio fuerint Soph. 2. d
uulnerati, deponent tetrum colorem, & exultantes lo-





A quētur: Erit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos: qd'
Pſal. 89. d & Dauid ſibi poſt pœnitētiam repromittit: Lauabis me
Ibi. 50. b & ſuper niuem dealbabor. Iſte eſt gladius de quo ſcri
Heb. 4. c bit Apoſtolus: Viuens ſermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus. a ¶ *Et dominus deus ſuper eos uideb. etc.* ] Et hunc locū ad Machabæorum referunt tempora, quod illis cōtra Antiochum dimicantibus atq; uincentibus, domini fuerit pugna atq; uictoria: q egreſſus ſit fortis ad pręliū: & inſtar fulguris illius potentia apparuerit, uictiſque aduerſarijs & turbinis more diſperſis, protexerit populum Iudæorum. Nos autē referemus cuncta ad intelligentiam ſaluatoris de quo ſupra dictum eſt: Extēdi mihi Iudam quaſi arcum. Quo extento & hæreticis atq; gentilibus à Sion filijs interfectis, apparebit gloria domini: & egredietur ut fulgur iaculum eius: de quo fulgure & in Habacuc legimus: In luce ſagittarū
B tuarum ibunt in ſplendore fulgurātis haſtæ tuæ. Quod fulgur & ſplendor, alio uocabulo tuba appellat & clangor: ut cum ſanctus clamor inſonuerit, dicat qui prius ſurdis auribus fuerat: diſciplina domini aperuit mihi aures: & dedit mihi aurem ad audiendum. Quodq; ſequitur: Et uadet in turbine Auſtri: ſiue uadet in motu comminationis ſuæ. Ideo comminatur & dicit ſe illaturum eſſe ſupplicia, ut pœnitentium miſereatur. Deniq; iūgit & dicit: Dominus omnipotēs proteget eos: quos prius ſua comminatione terruerat. Legamus hiſtoriā Niniuitarum. b ¶ *Et deuorabunt & ſubijcient lapidibus fundæ, etc.* ] Pro eo quod nos diximus, eleuabuntur: & in Hebraico ſcriptum ſit משוטטים poteſt interpretari uagantes ſiue fugientes. Protectis filijs Sion & domino canente, & uadente in turbine cōtra aduerſarios eorum: tanta erit ruina Græcorum, ut non dicam gladijs, ſed iactu lapidum & fundarum rotatibus opprimantur: ita ut predæ ſint & deuorationi inimicis ſuis. Tunc bibentes inebriabuntur quaſi uino: Nō hi qui cæſi ſunt ebrij erunt ſanguine ſuo: ſed hi qui uicerint quaſi ebrij cum deſperatione pugnabunt: & placebunt domino quaſi altaris cornua, eiuſq; libatio. Hoc enim intelligitur in phialis quibus ſuper altare liba fundunt. Saluabit quoque dominus eos ſicut oues & gregem populi ſui: Non enim ut armatus exercitus & inſtructus arte bellādi aduerſum Macedones dimicabit: ſed ueniet quaſi grex paratus ad mortem: & domino auxiliante ſuperabit. Et lapides ſancti qui oppreſſi fuerint: (lapides autem uocat propter duriciam tribulationum & animi fortitudinem) eleuabuntur de humilitate ſua: & erunt in terra illius glorioſi. Aliter: Lapides ſancti eius de genere ſacerdotali per diuerſa fugientes: illo tribuente uictoriā conſequentur. Dicamus & iuxta anagogen, imò explane
Anago. mus prophetiam multis obſcuritatibus inuolutam. Fi

HEB. fortium. Et dŏminus deus ſuper eos uidebitur: & exibit ut fulgur iaculum eius: & dominus deus in tuba canet, & uadet in turbine Auſtri. Dominus exercituum proteget eos. Et dēuorabunt & ſubijcient lapidibus fundæ: & bibētes inebriabuntur quaſi uino: & replebuntur ut phialæ, & quaſi cornua altaris: & ſaluabit eos dn̄s deus eorum in die illa ut gregem populi ſui: quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terrā eius. Qŭid enim bonū eius eſt, et quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & uinū germinans uirgines? Petite

SEP. pugnatoris. Et dominus deus ſuper ipſos apparebit, et egredietur ſicut fulgur ſagitta eius: & dominus deus omnipotēs ſonabit in tuba & ibit in cōmotione terroris ſui. Dn̄s omnipotēs proteget eos. Et cōſumēt eos & obruēt in lapidibus fundę: & bibent ſanguinē eorū ſicut uinum: et implebunt ſicut phialas altare, & ſaluabit eos dn̄s in die illa ſicut oues populū ſuū: quia lapides ſancti uoluentur ſuper terram eius. Quia ſiquid optimū illius, & ſi quid bonū ab eo, frumētum iuuenibus, & uinū boni odoris ad uirgines. Petite

lij Sion protecti à domino ſuo, deuorabūt aduerſarios C
ſuos: quos intelligimus filios Græciæ. Et ſubijcient lapidibus fundæ, comminationibus ſcripturarum, de aduerſarijs ſuis ſubiectos humileſq; facientes: Nihil enim ita percutit, ut exemplum de ſcripturis ſanctis, & teſtimonium rotatu oris emiſſum. Quod autem in Lxx. dicitur: Et bibent ſanguinem eorum quaſi uinum: in Hebræo non ita legimus: ſed bibentes inebriabuntur quaſi uino: ut audiāt illud de canticocanticorū: Bibite amici & ine Can. 5. a
briamini. Et ita placebit eorum ebrietas, quaſi altaris ſacrificium: & quaſi cornua ſiue anguli altaris. Saluabit quoq; eos dominus, quaſi gregem populi ſui: quia lapides ſancti uoluētur ſuper terrā eius: qui tantū erunt leues & in ſublime nitētes, ut non præſolentur ædificātium manus: ſed ipſi feſtinent imponi ſuper fundamētum Chriſti, & contineri angulari lapide: de quibus & Petrus apoſtolus loquitur: Sicut lapides 1. Pet. 2. a
uiui ſuperædificamini in domum ſpiritualem & ſacer D
dotium ſanctum, offerentes ſpirituales uictimas placētes deo. Iſti ſunt lapides qui clamabunt ſi tacuerit populus Iudæorum: & uoluentur quamdiu in corpore fuerint ſuper terram: quia aggrauat terrena habitatio ſenſum multa curantem: & in carne poſitus ſanctus loquitur: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? qui quan Pſal. 54. b
tum in ſe eſt conatur & uolutur & erigitur ad ſumma: ſed carnis fragilitate retinetur. Terra autem illa eſt ſuper quam uoluuntur lapides de qua legimus: Cantate Pſal. 65. a
domino omnis terra. Et: Omnis terra adoret te, & pſallat tibi. c ¶ *Quid enim bonum eius eſt, etc.* ] Ideo, inquiunt, Machabæi huc illucq; fugientes, domino auxiliante ſuperabunt: ut eiectis Macedonibus de terra Iſrael: mundetur templum: legis præcepta ſeruentur: & eruditio ſcripturarum rurſum germinet uirgines: id eſt, populos credētium in unum deum: qui prius idololatriæ fuerant cultibus conſtuprati. In frumēto electorum: id eſt, בחורים non νεανίσκους, id eſt, iuuenes, ut Lxx. tranſtulerunt, ſed electos & eruditos uiros intelligi uolunt: qui frumētum, id eſt, legem dei comedere merentur. Pro uino quod Hebraice dicitur תירוש Aquila οἶνον interpretatus eſt: quod & ipſum ad ubertatem uindemiæ referri poteſt: Hæc Iudæi exiſtimant. Cæterum nos frumentum electorum ſiue iuuenum, & uinum germinans uirgines, ſiue uinum boni odoris ad uirgines: intelligimus dominum ſaluatorem: qui loquitur in euangelio: Niſi granum tritici cadens in terram mortuū fue Ioan. 12. d
rit, ipſum ſolū permanet: ſin aūt moriatur, maiores fructus affert. De hoc tritico efficit ille panis, qui de cœlo deſcēdit: & qui cōfirmat cor hominis. Hunc panē comedunt, qui in Chriſto robuſti ſunt: & ad quos Ioānes euāgeliſta loquit: Scribo uobis iuuenes, quia ſermo dei 1. Ioan. 2. b
in uobis manet, & fortes eſtis & uiciſtis malignū. Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

A frumẽtum eſt electorum ſiue iuuenũ, ipſe eſt & uinum quod lætificat cor hominis: & bibit ab his uirginibus, quæ ſunt ſanctæ & corpore & ſpiritu: ut inebriatæ atque
Pſal.44.d gaudentes, ſequant̃ eccleſiam, & dicatur de eis: Adducẽtur regi uirgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi: afferent̃ in lætitia & exultatione. Quomodo enim lætitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo ſaluatoris generãtur in
Can.2.a uirgines, & audẽt dicere: Introducite me in cellulam uini: confortate me in unguentis: Vinum hoc boni odoris eſt: unde in eodẽ carmine dicit̃: Potabis me de uino unguentarij: de riuis malogranatorũ tuorũ. Hoc uino inebriati ſunt qui ſequunt̃ agnum dei quocũq; uadit, ueſtiti cãdidis ueſtibus: quia ſe cũ mulieribus non coinquinauerũt: uirgines enim permanſerunt.

Cap. X.

PEtite à domino pluuiam, etc.] Iſta felicitas quæ in Machabæorum tẽpo
B re promiſſa eſt, quando ſancti lapides eleuati ſunt ſuper terram: & res Iſraelitica creuit in maius: intãtum ut rurſum frumento legis populi ueſcerentur: & uino ſancti ſpiritus inebriarentur uirgines ueſtræ, ex parte promittitur. Cæterum quia iam extremum tempus eſt prophetarum, & mundus declinat ad finem: & omnia quæ prædicta ſunt ſui terminum prẽſtolantur: Petite à domino ut det uobis pluuiam ſerotinã: ut Chriſtus qui promiſſus eſt, ueniat & tribuat uobis rores & niues: pro quibus ſcriptum eſt in Hebræo. חזיזים Et neſcio quid uolentes LXX. phãtaſias interpretati ſunt: niſi forte magnitudinem gratiæ admirationemq; donorum, nomine phantaſiæ uoluere deſcribere. Dominus ergo qui facturus eſt niues, & ſiccitatem omnis terræ euangelicæ prædicationis irrigaturus eſt pluuijs: ipſe dabit imbres credentibus, & ubertate omnia complebuntur: ut poſtquàm in Chriſto crediderint nationes, intelligãt uana eſſe quæ ante coluerunt. Siue ipſe Iſrael intelligat qui quondam deceptus idololatriæ erroribus tenebatur, fruſtra ſe coluiſſe ſimulachra: & diuinorum audiſſe mẽdacia, & acquieuiſſe ſomnijs, quibus ſcriptura præcipit non credendum. Et ob hanc cauſam ducti ſunt quaſi grex in captiuitatem, & afflicti abſq; paſtore deo, quia legis notitiam non habebant: Omnis hic locus obſcurus & dubius eſt: & debet nobis lector ignoſcere, ſi in his quæ ambigua ſunt, & nos pendulo incedimus gradu. Poſſumus autem iuxta ſpiritualem intelligentiam dicere, quod credentes in Chriſto, dominus adhortetur ut petant ſerotinam pluuiam in conſummatione mundi, quando plenitudo donanda eſt gratiæ: & ſin-
Pſal.22.a gulis in agro ſuo herba ſuccreſcet: ita ut poſſit dicere: Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit: Super aquas refectiõis educauit me. Omnia enim ſimulachra, & diuini, & ſomniatores fruſtra locuti ſunt, & uane conſolabantur. Quæ de hęreticis loquitur, qui ſub nomine Chriſtiano nõ intelligũt, C nec de quibus dicant, nec de quibus affirment & attendunt ſpiritibus erroneis, & magiſtris dæmoniorum in hypocriſi mendacia loquentium, & cauteriatam habẽtes conſcientiam: ut nequaquam credentes eorum conſolationibus abducãtur qui uana promittunt: & propterea traditi ſunt ſatanæ in interitum carnis: & abducti in captiuitatem regis Babylonij, & affligentur: quia Chriſtum paſtorem non habent quem ſibi falſo nomine repromittunt. b ¶ *Super paſtores iratus eſt, etc.*] Et in hoc loco duplex Iudæorum expoſitio eſt. Alij enim arbitrãtur in aduentu Chriſti uniuerſa complẽda: alij ſub Machabæis iam eſſe completa. Eſt autem eorum quæ dominus pollicetur iſta explanatio: ſuper paſtores & principes ac ſacerdotes iratus eſt dominus & ſuper hircos: & populũ uiſitauit: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eiecerunt eos: ut uitio magiſtrorum diſcipuli puD
Hiere.50.a nirentur: non iuſtitia iudicis, qui peccata patrum reddit in filios, ſed quia illis peccantibus populus applauſit ſimul: & tũc quidem uiſitauit dominus hircos ſuos, uel agnos pinguiſſimos: & fecit iuxta Septuaginta ξηραινόμενος ξηρανθήσεται, id eſt, ariditate ſiccari. Poſtea uero uiſitauit dominus omnipotẽs gregem ſuum domum Iuda: ſuſcitauit enim Iudam Machabæũ & cæteros ex eo, contra duces Antiochi: & poſuit illos quaſi equum gloriæ ſuæ in prelio, hoc eſt, qui de illius ſtirpe generati ſunt: multo enim tẽpore Macedonas oppreſſerunt. Quodq; ſequitur: Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus pręlij, ex ipſo egrediet̃ omnis exactor ſimul: ſic μεταφορικῶς intelligũt: ut angulũ interpretentur, regiam poteſtatem, quod parietes ipſa cõtineat. Et ex ipſo, inquit, paxillus, id eſt, ſacerdotiũ. Lege Eſaiã, in quo Heliachim in templo dei quaſi paxillus figitur. Ex ipſo arcus prælij, fortes ad bellãdum: ex ipſo etiam omnis exactor ſimul: quod in Hebraico ſcriptũ eſt נוגש & Aquila interpretatus eſt εἰσπράσσων: ut non ſolũ fortes & boni, ſed alij ex eis fuerint indigni genere ſuo. Iudas enim Machabæus & oẽs qui de genere ipſius principes fuere in populo: & angulus erant, quia regia poteſtate populũ continebant: & paxillus, ipſi enim erant ſacerdotes: & arcus prælij: quia uiri extitere fortiſſimi: ut non ſolum exercitum aciemq; diſponerent: ſed primi ad prælium proſilirent. Poſſumus de hoc quod ſequitur: Ex ipſo egrediet̃ omnis exactor ſimul: pro quo LXX. tranſtulerunt: Ex ipſo egredietur omnis qui educit ſimul: & hoc dicere, nulla erit dignitas in exercitu quæ non illius arbitrio diſponatur. Et erunt uiri fortiſſimi, conculcantes Macedonas quaſi lutum uiarum in prelio: erunt autem fortiſſimi, atq; bellabunt, quia dominus cum eis eſt. Noſtri hæc ad perſecutionis tẽpora refe-

Cap. X.

PEtitẽ à domino pluuiam in tempore ſerotino, & dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis: ſingulis herbam in agro. Quia ſimulachra loquuta ſunt inutile, & diuini uiderunt mendacium: & ſomniatores loquuti ſunt fruſtra, uane conſolabantur: idcirco adducti ſunt quaſi grex, affligẽtur quia nõ eſt eis paſtor. Super paſtores iratus eſt furor meus, et ſuper hircos uiſitabo: quia uiſitauit dominus exercituũ gregem ſuũ domũ Iuda: & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Ex

Cap. X

PEtite pluuiam à domino opportunam, temporaneam & ſerotinam: dominus fecit phantaſias, & pluuiam hyemalẽ dabit eis unicuiq; herbã in agro: quoniam hi qui loquebantur loquuti ſunt labores: & diuini uiſiões falſas, & ſomnia falſa loquuti ſunt, uane conſolabant̃, ideo areſacti ſunt ſicut oues & afflicti ſunt, qa non erat q ſanaret. Sup paſtores cõcitatus eſt furor meus, & ſup agnos uiſitabo: & uiſitabit dñs deus omnipotẽs gregẽ ſuum domũ Iuda: & ponet eos ſicut equũ decorẽ ſuũ ĩ plio: &



A referunt, quod pro uitio ſacerdotum frequenter etiam populus tradatur aduerſarijs: & tamen dominus omnipotens uiſitet poſtea gregem ſuum domũ Iuda: qui deum & ſermone & animo cõfitetur, & ponat eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello de quo ſancti dicũt: Aſcende ſuper equos tuos, & equitatio tua ſalus. Ipſe erit & arcus furoris dñi, de quo
Deut.32.f ait: Inebriabo ſagittas meas ſanguine. Et rurſum: Sagittæ meæ conſument eos. De hoc arcu, & de his ſagittis in ſeptimo legimus: Arcum ſuum tetendit & parauit illũ: Et in ipſo parauit uaſa mortis: ſagittas ſuas ardẽtibus effecit. Et conçulcabunt, ait, aduerſarios ſuos in martyrio coronati & dicent: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? Dñs protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Dum appropinquarent ſuper me nocentes, ut ederent car
Pſal.26.a nes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt &
B ceciderunt: Si conſiſtãt aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: Si exurgat aduerſum me prẽlium, in hoc ego ſperabo. Quando implebitur illud eloquiũ: unus ex uobis perſequet̃ mille, & duo conuertent in fugam multa milia. a ¶ *Et confundentur, etc.*] Et hæc iuxta ſuperiorem ſenſum dupliciter ediſſerunt: ut aut ſub Machabæis tranſacta iam dicant: aut ſub Chriſto in ultimo ſeculo tranſigẽda cõmemorent. Et eſt ſenſus: Cum poſitus fuerit Iudas, quaſi equus decorus in prælio: & conculcauerit quaſi lutũ aduerſarios: & dño ſecum bellante ſuperarit, tunc omnis equitatus Gręcię corruet, & domus Iuda & domus Iſrael (eam enim uocat domum Ioſeph, id eſt, decem tribuũ) pariter ſaluabuntur: & conuertam eos de captiuitate in qua fuerãt: & erunt ſicut eo tempore, quando non proiecerã eos: Ego enim ſum dominus deus eorum, qui illos exaudiã deprecantes. Et Ephraim qui nunc captiui retinentur, poſtea laxabũtur: & intantũ uenient gaudij, ut eos uino madidos arbitreris. Filij quoq; eorum cernẽt patrum triumphos, & in domino lætabuntur: quo prębẽte, uictoriam conſequuti ſunt. Quæramus hiſtoriam quando Iudas & Iſrael aduerſum Græcos pariter dimicarint: uel quo tempore Ephraim de captiuitate Aſſyria ſit reuerſus: quãdo iuxta Ezechiel duæ uirgæ, id eſt,
Tropologia Iudas & Ephraim ſibi uinctæ ſunt & in unum baculum copulatæ. Quod iuxta tropologiã ſic explanari poteſt: Quãdo uiſitauerit dominus omnipotens gregem ſuũ
Exo.15.a domum Iuda, tunc confundentur aſcenſores equorũ, de quibus ſcriptum eſt: Cantemus domino, glorioſe enim magnificatus eſt: equum & aſcenſorem proiecit C in mare: De quibus etiam pſalmiſtæ uoce cantatur: Ab Pſal.75.b increpatione tua deus Iacob dormitauerunt qui aſcenderunt equos. Et ſanctorum congeminat chorus: Hi in Ibi.19.b curribus, & hi in equis: nos autem in nomine dei noſtri inuocabimus: ipſi obligati ſunt & ceciderunt: nos uero ſurreximus & erecti ſumus. In hoc equitatu confidebat rex Aegyptius, & pręcipitatus in mare, quaſi plumbum ſubmerſus eſt in profundũ: & ſuo exemplo didicit uerum eſſe, quod ſcriptũ eſt: Fallax equus Ibi.32.d ad ſalutem. Hos currus & quadrigas, ſupra in quatuor perturbationibus interpretati ſumus: qui niſi frenis boni regantur auriga, ad pręcipitia deferuntur. Alius eſt autem auriga: de quo loquitur Heliſæus: Pater pater, currus Iſrael & 4.Re.2.b auriga eius. Tunc deus domum Iuda & domum Ioſeph confortare ſe dicit: ut qui Hieroboam regnante diuiſi ſunt, Chri- D ſto imperante ſocientur: & ſit unus paſtor & unus grex. Et Iudas enĩ & Ioſeph diuerſis nominibus, ad unam ſaluatoris conferuntur intelligentiam: quia & Ioſeph eſurientibus in Aegypto populis frumenta largitus eſt, & dominus famem mundi ſua ſaturauit præſentia. Et conuertet eos & miſerebitur eorum: & ſic erunt unum ſicut fuerunt antequàm proijceret eos. Hæc uniuerſa in perſecutionibus accipe, quando deſperatis omnibus exaudiuit ſeruos ſuos dominus. Et erunt quaſi fortes Ephraim: qui primum debiles & infirmi, poſtea fortes erunt & ſuo nomine digni: Ephraim enim interpretatur ubertas. Et lætabitur cor eorum cum biberint uinum: quod expreſſum eſt de uinea Sorech. Filij quoq; eorum quibus Paulus apoſtolus loquitur: Filioli mei quos rurſum parturio donec Chriſtus forme- Gal.4.c tur in uobis. Et Petrus princeps apoſtolorum: Sicut fi- 1.Pet.1.c lij ait obedientiæ, non conformati iuxta priorem conuerſationem. Et in pſalmo legimus: Venite filij audite Pſal.33.c me: timorem domini docebo uos. Iſti igitur filij exultabunt & lætabuntur, & cor eorum gaudebit in domino. b ¶ *Sibilabo eis, etc.*] Signum congregationis ſuæ, uel ſub Macedonibus, uel in conſummatione mũdi, ut prius diximus: meum, inquit, habebũt ſibilum, ut ex ſibilo meo illos congregem, & me doceam eſſe paſtorem. Ego enim redemi eos & liberaui de captiuitate extento brachio: & ego eos multiplicabo, qui ante multiplicaueram: ut diſperſio in populis non uideatur eſſe diuiſio, ſed ſementis operatio, & liberorum ac

HEB. Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus prælij, ex ipſo egrediet̃ omnis exactor ſimul: & erunt quaſi fortes conculcantes lutũ uiarũ in prælio: & bellabunt quia dñs cum eis. Et cõfundentur aſcenſores equorũ: & confortabo domũ Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo: et conuertam eos, quia miſerebor eorũ: & erunt ſicut fuerant quando non proieceram eos: ego enim dominus deus eorũ, & exaudiam eos. Et erunt quaſi fortes Ephraim: & lętabitur cor eorum quaſi à uino: & filij eorũ uidebũt, & lætabuntur: & exultabit cor eorum in domino. Sibilãbo eos, & cõgregabo illos, quia redemi eos, et multiplicabo eos ſicut ante fuerant multiplicati. Et ſeminabo eos in populis, & de longe recordabũtur mei, &

SEP. & ex ipſo reſpexit, & ex ipſo poſuit, & ex ipſo arcus in furore egrediet̃ omnis qui educit ſimul: et erũt quaſi bellatores cõculcantes lutum uiarũ in prælio: & pręparabuntur quia dominus cũ eis eſt. Et confundentur aſcẽſores equorũ: & cõfortabo domũ Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo: et habitare eos faciã, quia dilexi eos. Et erũt ſicut quãdo non eos abiecerã: quia ego dominus deus eorũ & exaudiam eos: & erunt quaſi bellatores Ephraim: & lætabit̃ cor eorũ quaſi in uino: & filij eorum uidebũt, & lætabuntur: & gaudebit cor eorum in domino. Significabo eis & ſuſcipiam illos, quia redimã eos, & multiplicabuntur ſicut erant plurimi, et ſeminabo eos in populis, & qui erant de lõge recordabunt̃ mei: Nu-

**HEBR.** & uiuent cum filijs ſuis & reuertentur. Et reducam eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs congregabo eos, & ad terram Galaad & Libani adducā eos, & non inuenietur eis locus. Et trânſibit in maris freto & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur ſuperbia Aſſur: & ſceptrū Aegypti recedet. Cōfortabo eos in domino & in nomine eius ambulabunt, dicit dn̄s.

**SEP.** Nutrient filios ſuos & conuertentur, & cōuertam eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs ſuſcipiam illos, & in Galaaditin et in Libanum introducā eos, & nullus ex eis deerit. Et pertrāſibunt in mari anguſto, & pcutiēt in mari fluctus, & ſiccabunt oīa profunda fluuiorū, & auferetur uniuerſa iniuria Aſſyriorū, & ſceptrū Aegypti tolletur. Et confortabo eos in dn̄o deo ſuo, & in nomine eius gloriabuntur, dicit dn̄s.

A nepotum ſegete multiplicata, uiuant cum filijs ſuis: & reuertantur non ſolum de terra Aegypti, ſed & de Aſſyrijs: & ex utraq; orbis parte redeant ad Iudæam, & ad terram Galaad & Libani quam prius decē poſſidebāt tribus, quæ appellantur domus Ioſeph & Ephraim, & tantus erit numerus reductorum, ut multitudinem terra non capiat. Secundū ἀναγωγὴν ſignificat dominus & ſibilat his q peccatis fuerant ante captiui, & loquit ad eos: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & inuenietis requiem animabus ueſtris: Tollite iugum meū ſuper uos, & diſcite à me quia manſuetus ſum & humilis corde: Iugum enim meū ſuaue, & onus meū leue eſt. Quid hac ſignificatione ſibiloq; clementius: quo diſperſus populus cōgregatur: Congregant aūt quia dominus redemit eos: non corruptibilibus argēto & auro ex uana ſua conuerſatione: ſed precioſo ſan-

Pſal. 31.b guine, quaſi agni immaculati dn̄i Ieſu. Vnde loquitur

ibi. 30.b in pſalmo: Exultatio mea erue me à circūdantibus me. Et iterū: Redemiſti me dn̄e deus ueritatis. Et multiplicabit eos ſicut fuerant antea multiplicati, ut impleretur il-

B lud quod promiſſum eſt Abrahæ: Multiplicabo eū &

Gen. 17.a benedicam illi, & benedictus erit ut fiat pater multarū

Ioan. 8.c gentium. Filios aūt Abraham non eos debemus accipere, quibus dominus loquitur: Si filij eſſetis Abrahā, opera patris ueſtri faceretis, ſed illos quibus Apoſtolus ait: Quotquot ex fide ſunt, filij ſunt Abrahā. De hac

Eſa. 60.d multiplicatione & Eſaias myſtico ſermone teſtat dicēs: Qui modicus eſt, erit in milibus: & qui paruus, erit in gentem magnam. Multiplicationem autem & benedictionem liberorū: non accipiamus carnaliter: alioquin Helias & Heliſæus & Hieremias & Baptiſta Ioānes, quo maior inter natos mulierum nō fuit, hac benedictione caruerūt, ſed illam qua uocant ad fidem multitudines nationum. Deniq; ſequit: Seminabō eos in populis & de longe recordabūtur mei. Seminati ſunt in populis

Matt. 28.d qui domini audiere ſermonem: Euntes docete oēs gen-

Ioan. 15.c tes. Et in alio loco: Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos: & poſui uos, ut eatis & fructū afferatis, & fructus ueſter maneat in æternū. Cumq; apoſtoli fuerint in populis ſeminati: gentes & populi lōge poſiti recordabūtur mei: illo prophetico huic ſententiæ congruente: Reminiſcentur & cōuertentur ad dominū uniuerſi fines terræ. Et adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ familię gentium: Quoniam domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Quodq; dicitur: De lōge recordabūtur mei: illi ſimile eſt: Qui longe eſtis recordamini dn̄i, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor ueſtrum. Longe fuit omnis gentium multitudo, ſed recordata eſt dei: quia ex uno omnes parēte generamur. Cumq; apoſtolis in cunctis gentibus ſeminatis: gentes lōge poſitæ, dei fuerint recordatæ: uiuent cum filijs ſuis: ut qui prius infidelitate mortui erant, fide uiuere incipiant. Iſti ſunt filij

1. Cor. 3.a quos Paulus nutriuit in euangelio ſcribens ad Corin-

1. Pet. 1.d thios: Lac uobis pōtum dedi. Et Petrus in diſperſione

C ſcribit fidelibus qui renati erant: Non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per ſermonem uiuētis dei & permanentis: ſicut modo generati paruuli: ut rationabile lac concupiſcerent, & in ipſo creſcerent in ſalutem.

Ad hos filios ſcribebat & euangeliſta Ioānes: Filioli cu- 1. Ioan. 5.d

ſtodite uos ab idolis. Et reducā, inquit, eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs congre-

gabo eos de terra Ae- Ezec. 29.a

gypti in qua imperabat rex Pharao: qui quondam gloriabūdus aiebat: Mea ſunt flumina & ego feci ea: Et de terra Aſſur quā tenebat rex Aſſyrius, ſenſus magnus: qui & ipſe dice-

bat: Super ſydera cœ- Eſa. 14.d

li ponam thronū meum, & ero ſimilis altiſſimo. Cum autem de tenebris Aegypti & de tribulatiōe mūdi: & de poteſtate Aſſyrij, qui interpretatur arguens atq; conuincēs: ipſe eſt enim inimicus & ultor: nationes dominus cōgregarit: inducet eas in terram Galaad & Libani. Galaad in linguam noſtram uertitur teſtimonium tranſmigrationis: quādo de carnalibus tranſimus ad ſpiritualia: de parte uenimus ad totum: terrena relinquimus & ad cœleſtia tranſmigramus. Libanus autem interpretatur λευκασμός, id eſt, dealbatio. Adducimur itaque de tenebris

Aegypti, ut poſtquàm tranſierimus & migrauerimus D

è mundo, dealbemur in domino, & dicatur de nobis: quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? Alij iuxta Græci ſermonis ambiguitatem: qua & mōs Phœnicis & thus Libanus dicitur: nūc Libanum thus interpretātur, & ex thure ſignificari putāt deum: ut poſtquàm de terra trāſierimus ad cœlum, impleatur in nobis oratio ſaluato-

ris: Pater da eis ut ſint in nobis unū, ſicut ego & tu unū Cant. 4.f

ſumus. Vnde & ſpōſa in Cantico dicit ad ſponſum: Odor ueſtimētorum tuorum ſicut odor Libani. Cumq; induxerit nos in terram Galaad & Libani, nō inuenietur nobis locus, ut nequaquàm terræ ſtringamur anguſtijs, ſed cœlorum latitudine perfruamur. a ¶ *Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari, etc.* ] Narrant Hebræi captiuum populum Iudæorum: non ſolum in Medos & Perſas, ſed in Boſporum quoque & ſeptentrionalem plagam ab Aſſyrijs atq; Chaldæis eſſe tranſlatum, & poſtea eos ex parte reuocatos, dei eos ad ſe conuertente clemētia, & hoc eſſe quod nūc dicitur: Tranſibunt in mari anguſto Propontidis anguſtias, quæ Chalcedonem, & quondam Byzantium breui freto di-

uidunt. Et percutiet, inquit, dominus uadens ante po- Ioſue 3.c

pulum ſuum maris fluctus, & confundentur omnia profunda fluuiorum: ut olim factum eſt Iordane ſiccato, & mare rubrum tranſgreſſus eſt populus in deſerto. Cumq; fuerit de captiuitatis profundo & malorum amaritudine liberatus, humiliabitur Aſſur: & Aegypti imperium recedet ab eis. Et confortabuntur in domino, & in nomine illius ambulabunt in terra Iſrael, dicit dominus. Hæc ut ab Hebræis nobis tradita ſunt, noſtræ linguæ hominibus expreſſimus, fidem dictorum ad eos à quibus ſunt dicta referentes. Cęterum nos qui Chriſti cenſemur nomine, occidentē relin-



A relinquimus literam & ſequimur ſpiritum uiuificantē, imò ſpiritualia ſpiritualibus comparamus. Non Boſporum & ſiccitatem rurſum maris & arentia fluenta Iordanis, quæ fabularū ſimilia ſunt, ſed dignam in ſeruos ſuos dei clemētiam quærimus: quo præeunte & nobis aperiente uiam, trāſimus maris fretum ſiue anguſtum mare, quod peccatoribus latiſsimum eſt: Lata enim & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortem: arta & anguſta quæ

Pſal. 106.c ducit ad uitam. De hoc mari & in pſalmis legimus: Qui deſcendunt in mare nauibus, facientes operationē in aquis multis: ipſi uiderunt opera dn̄i & mirabilia eius in profundo. In hoc mare ſeculi: in quo ſanctorū numerus coartatur & in tribulatione poſitus eſt: deſcenderūt apoſtoli & primus dn̄s, ut nos de amaris fluctibus liberaret. In hoc mare ſagena euangelij mittitur: quæ teſtimonijs texta eſt ſcripturarū: ut piſces multos & obrutos mundi huius gurgitibus in auram extrahat liberā: ut poſsint laudes deo canere. Hi ſunt qui deſcenderunt in mare, & in eccleſiarū nauibus faciūt opera multa, & dei cernunt mirabilia in profundo diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ eius: & in ſpiritu ſancto qui ſcrutatur etiam

Mat. 4.c alta dei, quibus dn̄s loquitur: Venite poſt me, & faciam uos piſcatores hominum. De his piſcatoribus qui de-

Eſa. 60.a ſcendunt in mare & ſunt in nauibus, Eſaias quoq; uaticinatur: Volabunt in nauibus alienigenarū: & mare pariter deprædabuntur: In eccleſijs enim de numero gentium congregatis, toto apoſtoli orbe uolitarunt: ut deprædarentur mare, & draconis ſpolia tollerent qui re-

Pſal. 103.c gnabat in mari, & de quo ſcriptū eſt: Hoc mare magnū & ſpacioſum manibus: illic reptilia, quorū non eſt numerus: Animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt: Draco iſte quem formaſti ad illudendū ei.

Latū & ſpatioſum mare eſt paruis & magnis animanti- C

bus, quæ cum dracone uerſantur, & quorū non eſt numerus. Qui autem ſuper mare ſunt, & in ipſo mari uo-

litant in nauibus: audient cum ſaluatore: Tu domina- Pſal. 88.b

ris poteſtati maris: motū fluctuū eius tu mitigas. Cūq; tranſierint in maris freto, & fluctus eius ſuo conculca-

uerint pede, confundentur omnia profunda fluminis, Ibid. 65.b

de quo ſcriptū eſt: Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede, ut humilietur iniuria ſiue ſuperbia Aſſur, & Aegypti à ſanctis atq; credentibus recēdat imperiū, & qui liberati ſunt confortentur in dn̄o,

& dicant: Fortitudo mea & laudatio mea dn̄s. Et iterū: Ibid. 117.b

Diligam te domine fortitudo mea. Et cum Hieremia: Ibid. 17.a

Fortitudo mea & auxiliū meum & refugium meū do- Hier. 16.d

mine deus meus. Vnde & Apoſtolus, in quo Chriſtus

loquebatur aiebat: Omnia poſſum in eo qui me con- Phil. 4.c

fortat. Et non ſolum confortabuntur in dn̄o, ſed & glo-

riabuntur in eo, & dicent: Mihi autem abſit gloriari, ni- Gal. 5.d

ſi in cruce dn̄i noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mun-

dus crucifixus eſt & ego mundo. Et: Qui gloriatur, in 1. Cor. 1.d

dn̄o glorietur. Et in alio loco: Non glorietur ſapiens in Hier. 9.g

ſapientia ſua, neq; fortis in fortitudine ſua, neq; diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur: intelligere & ſcire dn̄m, & facere miſericordiam & iudiciū in medio terræ. Verum quia in Hebraico ſcriptū eſt: Et in nomine eius ambulabunt: ſic intelligendum eſt: quod in nomine Chriſti ambulent Chriſtiani, & ſcribatur in calculis eorum nomen nouum, & ſub tanti nominis dignitate ambulent cum domino: ſicut ambulauit Enoch & placuit deo & tranſlatus eſt.

¶ Commentarij ſecundi Hieronymi in Zachariam prophetam finis.

## DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORUM Zachariæ ad Exuperium Toloſanum epiſcopum procemium.

B

VRget me frater Siſinnius incompta & impolita tranſmittere: ut nō dicam emendandi, ſed ne relegendi quidem habeam facultatem. Ille feſtinat in opus ſuum: nos in noſtro opere minus facimus, dum eruditio in caſſum uertitur: & quicquid ſenſu cōcipimus, compoſito non licet ornare ſermone. Rudes igitur non mea culpa, ſed ſtudio portitoris ſuſcipe libros: dum ipſe tua feſtinat ſanctis æra diuidere, & nos non patitur noſtra tibi æra numerare. Quamuis enim elegans ſit exercitatumq; ingeniū, & longo uſu trita currat oratio, tamen niſi autoris manu curata fuerit & polita, redolet ſordes negligentiæ, & uel nimio uerborū flore luxuriat, uel hiulca uocalibus fit, uel aſpera conſonantibus. Vnde & de Vergilio traditū eſt, quod libros ſuos quaſi urſorū fœtus lingua cōpoſuerit, & lambendo fecerit eſſe meliores, qui durarent in memoriā ſempiternam, & neceſsitatem metri libera oratione complerent. Tranſimus ad libanū, & ad duas uirgas tresq; paſtores qui in uno menſe ſucciſi ſunt, & ad triginta argenteos, de quibus emptus eſt ager figuli in ſepulturā peregrinorum, & ad ſtulti uaſa paſtoris, & cætera uſq; ad finem uoluminis, quę tantis ſunt cōtexta myſterijs, ut miſericordia dei & tuis indigeamus orationibus, ne curſus noſter aliquo præpediat errore, & maleuolis iuſta ſit occaſio detrahēdi, qui ad hoc ſolū linguas habere ſe putant, ut proximos lacerent, & duritiā frontis attritæ, uerborū rabie conſolentur. D

## COMMENTARIORVM HIERONYMI in Zachariam prophetam Liber tertius.

### CAP. XI

Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies quia cecidit

Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit

*Aperi Libane portas tuas, etc.* ] Perſpicue Libanus ad quem prophetalis ſermo conuertitur, dicens: Aperi Libane portas tuas: templū intelligitur Iudæorū, quod inſtauratum, imò ædificatum, à Zorobabel: rurſum à Veſpaſiano & Tito car[illegible] ſubuertendū. Et quia Libanū templū appellauerat μεταφορικῶς & in reliquis ſeruat tranſlationē, ut per cedros & abietes & quercus Baſan ſaltūq; nemoroſū: principes ac ſacerdotes & populū ſignificet Iudæorū. aperit autē Libanus portas ſuas ut Romanus intret exercitus, & comedat ignis cedros eius, ut uel incēdio cuncta uaſtent, uel hoſtili impetu duces ac principes cōſumant. Vlulāt abietes: quia cecidit cedrus: mutuo Sacerdotes & prin-

Universidad de Deusto Biblioteca

HEBRAEI. dit cedrus, quoniam magnifici uaſtati ſunt. Vlulate quercus Baſan, quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus. Vox ululatus paſtorum, quia uaſtata eſt magnificentia eorum. Vox rugitus leonum, quia uaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus: paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant occidebant, & nõ dolebant, & uendebant ea dicentes: benedictus dominus, diuites facti ſumus, & paſtores eorum non parcebant eis. Et

SEP. dit cedrus quia optimates* contriti ſunt. Vlulate quercus Baſanitidis, quoniã depoſitus eſt ſaltus nemoroſus. Vox lugentiũ paſtorũ, quã miſera facta eſt magnificẽtia eorum. Vox rugientiũ leonũ, quia afflictus eſt fremitus Iordanis. Hæc dicit dñs omnipotẽs: paſce oues occiſionis: quas qui poſſederunt interficiebant, & nõ agebant pœnitentiam, & qui uendebant eas dicebant: benedictus dominus & diuites facti ſumus, & paſtores earum nihil patiebantur ſuper eis. Ideo

A & principes ſua populatione lugentes. Quodq; prius dixit obſcure, nunc ponit manifeſtius: quoniã magnifici uaſtati ſunt. Cupio ſcire, quæ ſint cedri Libani quæ combuſtæ ſunt, quæ abietes quibus ululatus indicitur, quæ pinus quæ corruit: magnifici, inquit, uaſtati ſunt. Vlulate quercus Baſan: id eſt confuſionis & ignominiæ: quia ſaltus munitiſſimus, qui Hebraice dicitur [illegible] & à Septuaginta translatus eſt, nemoroſus exciſus eſt: quia templum quod inexpugnabili creuerat firmitate, & à diuerſis regibus & principibus, ac poſtea ab Herode conſtructum eſt, Romano oppugnante deletum eſt. Hũc locum quidam non intelligentes, Libanum & abietes & pinos & quercus Baſan, & ſaltum nemoroſum ſiue munitũ, ad contrarias referũt fortitudines, de quibus & in Ezechiel ſub nomine Aſſur & Pharaonis dictum ſit: Ecce Aſſur cypreſſus in Libano: & bonus ramis, & condenſus umbraculo: & excelſus magnitudine, & in medio nubium factum eſt cacumen eius: aqua nutriuit eum: abyſſus exaltauit illum: & cætera quæ tam de Aſſur quàm de Pharaone dicuntur uel ad contrarias fortitudines, uel ad ſuperbos quoſq; & principes dici arbitrantur, de quibus & in pſalmo legimus: Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros Libani. Et in alio loco: Dies domini ſabaoth ſuper omnem contumelioſum & ſuperbum, & ſuper omnẽ excelſum atq; ſublimem. Et poſt paululum: Et ſuper omnem cedrum Libani excelſam: & ſuper omnem arborem quercus Baſan. Et de hoc Libano aſſerunt prophetari: Libanus cum excelſis cadet. Nos autem priorem interpretationem ſequamur: præſertim cum & ea quæ ſequuntur huic ſenſui congruant. b ¶ *Vox ululatus paſtorum, etc.* ] Pars ſuperioris capituli & in his uerſiculis continetur. Quos uocauerat cedros, abietes, pinos & quercus Baſan, & exponens quæ eſſent iſtæ arbores intulerat, dicens: Quoniam magnifici uaſtati ſunt: nunc per aliam μεταφορὰν dicit eſſe paſtores, id eſt principes atq; doctores, & qui primi erant in populo, quod flere debeant & lugere: quia magnificentia eorũ & pulchritudo & decus uaſtata ſit atq; conſumpta: templum uidelicet, in quo ſibi gloriabantur. Et uox, inquit, rugitus leonum: quos excelſas arbores, & rurſum paſtores, eoſdem nunc leones appellat. Et quia leones dixerat, ſeruat tranſlationem ut inferat: Quoniam uaſtata eſt ſuperbia Iordanis, ſiue fremitus & ſonitus aquæ decurrentis, qui Hebraice dicitur גאון Et quomodo templi altitudinem iuxta ſitum terræ Iudææ altitudini Libani comparauit: nihil enim Libano in terra repromiſſionis excelſius eſt, nec nemoroſius atq; condenſius: Sic Iordani fluuio qui maximus in Iudæa eſt, iuxta quem morantur leones: fremitum iunxit leonum propter ardorem ſitis, & ob deſerti uiciniam & latitudinem uaſtæ ſolitudinis, & arundineta & carecta. Vnde & per pro-

(Margin: Ezech.31.a — B — Pſal.28.a — Eſa.2.c)

phetam dicitur: Aſcendit leo de Iordane: uolens oſtendere Nabuchodonoſor de ſedibus ſuis quaſi leonem de cubili exiſſe contra Hieruſalem. Aliter: Vox rugitus leonum, quoniam uaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Vox, inquit, optimatum, quia templum deſtructum eſt, unde ſperabant ſemper auxilium, & quod iuſtos & bellatores ac potentes quondã nutriebat leones. b ¶ *Hæc dicit dominus deus meus: paſce pecora, etc.* ] Vbi manifeſtiſſima prophetia eſt, & per trãſlationem hiſtoriæ ueterus ordo narratur, ſuperflua eſt Tropologiæ interpretatio: ut alios bonos alios malos dicamus eſſe paſtores, & hoc tam ad ueterem populum referri quàm ad nouũ: id eſt, tam ad Iudæorũ ſacerdotes & principes: quàm ad epiſcopos & preſbyteros Chriſtianorum: & quicunq; paſtores fuerint negligentes, et unũ de minimis ſcandalizauerint: ipſos eſſe qui nutriant pecora occiſionis, & non patiantur ſuper eis quicquam, nec doleant, nec poſſint dicere cum Apoſtolo: Quis ſcandalizatur, & ego non uror? & uendant populos ſibi creditos, de quibus ſcriptum eſt: qui deuorant populum meum ſicut cibum panis, & ex aliorum mortibus diuitias conſequantur: laudantes eos qui prædas agunt de miſeris & iniquis benedicentes. Hæc alij interpretentur ut uolunt: Nos teneamus explanationis ordinem quem ſemel arripuimus: Quoniam apertus eſt Libanus, & cedri eius atq; abietes flamma urente combuſtæ ſunt: ululatusq; paſtorum auditus eſt & rugitus leonum: quia omnis pulchritudo & ſuperbia Iordanis uaſtata eſt atq; conſumpta: idcirco hęc mihi dicit dominus deus meus: O propheta Zacharia ad te iſte ſermo confertur: Paſce gregem occiſionis: hoc eſt, nunc interim nutriatur & creſcat, qui poſtea ab hoſtibus occidendus eſt: quas oues & pecora, principes Romanorum, qui poſſidebant ea & obtinebant iure uictoriæ, interficiebant & non miſerebantur: ſiue immolabant & non ſentiebant dolorem: id eſt nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur, & uendebant ea quæ nõ propter clementiam, ſed propter precium reſeruabant. Legamus ueteres hiſtorias & traditiones plangentium Iudæorum, quod in tabernaculo Abrahæ, ubi nunc per annos ſingulos mercatus celeberrimus exercetur: poſt ultimam euerſionem quam ſuſtinuerunt ab Hadriano, multa hominum milia uenundata ſint, & quæ uendi non potuerint, tranſlata in Aegyptum: & tam naufragio & fame quàm gentium cæde truncata. Iſti ergo uictores & domini ultores qui occidebant & non dolebant & uendebant pecora atque dicebant: benedictus dominus, diuites facti ſumus: hanc habebant ſententiam: Propter peccata ſua offendere Iudæi: ideo eos oppreſſimus, & ex precio eorum diuites facti ſumus. Nec mirum, inquit, ſi hoſtes iure uictorum occidebant pecora, & non dolebant: uendebant & in ſuo ſcelere gloriabantur, cum ipſi paſtores eorum

(Margin: C — Hier.4.b — 2.Cor.11.b — D — Pſal.52)



HEB. Et ego non parcã ultra ſuper habitantes terrã, dicit dñs: Ecce ego tradam homines unũquẽq; in manu proximi ſui, & in manu regis ſui, & concident terram, & non eruam de manu eorũ, & paſcã pecus occiſionis: propter hoc ô pauperes gregis. Et aſſumpſi mihi duas uirgas: unam uocaui decorẽ, & alteram uocaui funiculos, & paui gregem. Et ſuccidi tres paſtores in menſe uno, & cõtracta eſt anima mea in eis. Siqui-

SEP. Ideo non parcam ultra ſuper habitatores terræ, dicit dominus: Et ecce ego tradam homines unũquẽque in manus proximi ſui, & in manu regũ eius, & cõcident terram, & non eruã de manu eorum, & paſcã oues occiſionis in Chananitide. Et aſſumam mihi duas uirgas: unam uocaui decorem, & alteram uocaui funiculum, & paſcam oues. Et auferam tres paſtores in menſe uno, & ingraueſcet anima mea ſup eos: Siqui-

A eorum, atq; doctores non pepercerint eis, & culpa eorum grex lupis traditus ſit. a ¶ *Et ego non parcam ultra ſuper habitantes terram, etc.* ] Hoc quod Septuaginta in extremo capitulo tranſtulerunt: καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν χαναανῖτιν, id eſt: Et paſcam oues occiſionis in terra Chanaanitide, nõ eſt in Hebræo & à nullo alio transfertur interpretum. Quia ergo paſtores eorum non parcebant eis, & ipſi primum meum populum deuorauerunt: Idcirco & ego non parcam ultra ſuper habitatores terræ Iudææ, dicit dominus. De hac enim terra loquitur, de qua ei ſermo erat: & non de orbe terrarum, ſicut Iudæi male interpretantes à ſe uolunt in aliam partem dei deprauare ſententiam. Poſt euerſionẽ quippe templi: quæ propterea eis accidit, quia per quadraginta & duos annos poſtquam paſſus eſt dominus, accepto ſpacio, pœnitentiam agere noluerunt, Dimittam, inquit, unumquenq; contra proximum ſuum, & mutua ſe cæde truncabunt: ſiue in ipſa obſidione templi: quando Hieruſalem Romanus cinget exercitus: tanta enim inter ipſos Iudæos erunt bella atq; diſcordiæ, ut in tres partes populus diuidatur. Legamus Ioſephum & ſeptem Iudaicæ captiuitatis libros: & hanc prophetiam eſſe completam, hiſtoriæ ueritate cernemus. Et concident ait terram: haud dubium quin Romani omnem terram & uniuerſas urbes deſtruxerint Iudæorum. Et non eruam eos de manu eorum. Audi Iudæe qui tibi ſpes uaniſſimas repromittis, & nõ audis dicentem dominum atq; firmantem: non eruam de manibus eorum, quod æterna ſit apud Romanos tua futura captiuitas. Et paſcam pecus occiſionis, ut ſemper Iudæi nutriantur ad mortem: propterea quia dei eſt iſta ſententia. O uos qui eſtis pauperes gregis: hoc eſt iuſti de Iſrael: qui credidiſtis in dominum Ieſum, & dei filium ſuſcepiſtis: audite quæ dicantur, & ſequentis capituli ſacramenta cognoſcite. Quod autem ſecundum Septuaginta legimus: Et paſcam oues occiſionis in terra Chanaan: ſic poſſumus intelligere: quod populum Iudæorum qui deſtinatus eſt morti, in toto orbe diſperſum: hoc eſt in terra Chanaan atq; gentiliũ: paſcat dominus & nutriat ad immolandum. b ¶ *Et aſſumpſi mihi duas uirgas: unam uocaui decorem, & alteram uocaui funiculos & paui gregem. Et ſuccidi tres paſtores in menſe uno, & contracta eſt anima mea in eis. Siquidem, etc.* ] Supra dixerat: Propter hoc ô pauperes gregis, & facta ἀποσιώπησις ſubaudiebatur attendite: quia Libani portæ apertæ ſunt, & quercus Baſan, abietes cedriq; ſucciſæ, & intulerat comminans: Non parcam ultra ſuper habitatores terræ, dicit dominus: Et hoc de uno Iudaico populo dicere uidebatur: quod interfectis prophetis, etiam in filium dei miſiſſent manus, & uoce temeraria conclamaſſent, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Nunc creator uniuerſitatis & dominus, myſteria ſui orbis exponit, & dicit: duas habuiſſe ſe uirgas: quarum alteram decorem uocauerit, alteram fu-

(Margin: Iudic.7.f — B)

niculos, & in duabus uirgis uinctum pauerit gregem: tres quoque paſtores in uno menſe ſucciderit & contracta ſit ſiue indignata: aut ut Septuaginta tranſtulerunt, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου, id eſt, ingraueſcet anima mea ſuper eos: haud dubium quin paſtores ſignificet, quos ſuccidit in menſe uno. Redditq; cauſam cur paſtoribus indignatus ſit in tantum ut eos in uno menſe ſucciderit: Si quidem & anima, inquit, eorum uariauit in me. Et eſt ſenſus: Non me pleno animo dilexerunt, nec paſtores mercenarij uerum amauere paſtorem: Quia paſtor bonus ponit animam ſuam pro ouib. ſuis. Quam ob rem & ego indignatus ſententiã protuli & ad ipſos paſtores, quos mea indignatione ſucciderã: ſiue ſucciſis paſtoribus ad reliquum gregem locutus ſum: Non paſcam uos: ſed quod mortem elegit ſua uoluntate moriatur: & ſe alterutrum deuorent, mutuaq; cæde dilanient. Hæc παραφραστικῶς diximus: ut futuræ explanationis ſemitam ſterneremus. Creator & paſtor cuius oues cognoſcunt uocem & ſequuntur eum: duas ſibi aſſumpſit uirgas: ſiue duas σκυτάλας: id eſt, baculos, qui Hebraice dicuntur מקלות ut paſtoris habitum demonſtraret. Vnam uirgam uocauit decorem: hoc eſt, ſub Noe omne hominum genus ſua benedictione protexit: quando inſtaurato mundo, nec dum peccata ſorduerant. Et idcirco uocatio cunctarum gentium appellatur decora & pulchra: quia nihil iuſtius eſt, quàm uniuerſitatis parentem uocare omnes æqualiter, quos æquali conditione generauit. Et alteram uocauit funiculos: quando enim diuidebat altiſſimus gentes, & diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos gentium, iuxta numerum angelorum dei. Et facta eſt pars domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Iſrael. Et paui, inquit, gregem: Siue ipſum Iſraelem: ſiue cum Iſraele omne hominum genus. Et ſuccidi, inquit, tres paſtores in uno menſe. Legi in cuiuſdam cõmentarijs: paſtores domini indignatione ſucciſos, in ſacerdotibus & falſis prophetis & regibus intelligi Iudæorũ: quod poſt paſſionem Chriſti, uno omnia ſucciſa ſint tempore, de quibus loquitur Hieremias: Sacerdotes non dixerunt ubi eſt dominus: tenentes legem meam, neſcierunt me. Et paſtores præuaricati ſunt in me, & prophetæ prophetabant in Baal & idola ſecuti ſunt. Nec hac explanatione contentus: tres paſtores in uno menſe ſucciſos, eos uult accipi: qui in patrem & filium & ſpiritum ſanctum peccauerunt: Omnes enim hæreticos aut in unã, aut in duas, aut in tres ſimul peccare perſonas. Dixerit ille quod uoluit: neq; enim alterius ſenſui detrahendum eſt: Nobis tres paſtores qui in uno menſe ſucciſi ſunt: Moyſes uidetur & Aaron & Maria: quorum Maria in menſe primo, qui uocatur ניסן mortua eſt in deſerto Sin: & in eodem loco propter aquam contradictionis, eodemq; menſe, Moyſes & Aaron condemnati ſunt: ne terram repromiſſionis intrarent. Atque ita

(Margin: C — Ioan.10.b — D)

A ita factum eſt, ut è tribus paſtoribus alia præſenti morte ſucciderentur, alij ſententia mortis futuræ. Et cõtracta eſt, inquit, anima mea ſuper eos: uidelicet ſuper tres paſtores quos præpoſuerã gregi meo. Quia & illorũ anima uariauit in me: non enim glorificauerunt me ad aquã contradictionis. Si aũt ad populũ referimus, quod anima populi uariauerit in deum: ſic exponendũ eſt. Idcirco eis indignatus ſum: quia & ipſi inter me & idola fluctuantes, uarijs cõtra me pugnauerunt modis: Quamobrem indignatus dixi ad Moyſen: Nõ paſcam uos: dimitte me & diſperdam eos. Quãdo autem dicit cum iraſcitur, dimitte me: prouocat ad rogandum, et oſtẽdit ſe ab eo poſſe retineri. Quod moritur, inquit, moriatur: & quod ſuccidi- tur, ſuccidatur: omnium corpora ruant in ſolitudine, & uerſi in ſeditionem, inſtar beſtiarũ mutuis lacerentur morſibus: nulluſq; terram repromiſsionis introeat.
B Quidam duas uocationes Iudæorum & gentiũ: in primo Iſrael, & nouiſsimo intellexere nomine Chriſtianos. Sed quomodo uocatio Chriſtiana ante proiecta ſit, & Iudæi remanſerint & paſti ſint à deo, nõ ſatis attenderunt. a ¶ *Et tuli, etc.* ] Poſt uocationẽ Iſraelis & aſſumptionẽ uirgæ ſecundæ, quæ uocabatur, funiculus: tulit dñs uirgam primã totius orbis nationes, quæ uocabatur decora: & abſcidit eas à cultu ſuo: quia ueneratæ ſunt idola, & omnes declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt. Manifeſtiuſq; exponens quæ eſſet hæc uirga: intulit. Vt irritũ facerem fœdus meũ quod percuſsi cũ omnibus populis: Statim enim ut Iſrael aſſumptus eſt, gentiũ turba proiecta eſt, & ut nata eſt filia archiſynagogi quæ poſtea in euangelio cum duodecim eſſet annorum ægrotare & mortua eſſe narratur: αἱμοῤῥοοῦσα cœpit ſanguinẽ fluere & perpetua infirmitate cruciari. Et in irritũ, ait, deductũ eſt fœdus meũ, quod cum omnibus inierã nationibus. Et intellexerunt pauperes gregis: id eſt, populus Iſrael qui mea mandata cuſtodit: quia uerbũ dñi eſt: id eſt, uoluntatis eſt dñi abijcere gẽtes negantes, & in Abrahã Iſrael aſſumere confitẽtem. Pro eo quod nos interpretati ſumus, & cognouerunt ſic pauperes gregis: Lxx. tranſtulerunt, καὶ γνώσονται οἱ χαναναῖοι τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, id eſt, & cognoſcent Chananæi oues, quæ cuſtodiuntur mihi, quod ita nonnulli ediſſerunt: Cognoſcet populus Iudæorũ ad quem dictũ eſt: Semen Chanaan & nõ Iuda: qui nunc meis ceremonijs cuſtoditur: Siue quia Cha-

Mar. 5. a — Dan. 13. f

HEBR. Siquidem & anima eorum uariauit in me. Et dixi: non paſcam uos: quod moritur moriatur, & quod ſucciditur ſuccidatur, et reliqui deuorẽt unuſquiſq; carnem proximi ſui. Et tuli uirgam meam quæ uocabatur decus, & abſcidi eam ut irritum facerem fœdus meũ quod percuſsi cum omnibus populis. Et in irritum deductum eſt in die illa, & cognouerunt ſic pauperes gregis qui cuſtodiunt mihi, quia uerbum dñi eſt. Et dixi ad eos: Si bonum eſt in oculis ueſtris, afferte mercedem meã: & ſi non, quieſcite: & appenderunt mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: proijce illos ad ſtatuarium: decorũ preciũ quod appreciatus ſum ab eis & tuli triginta argenteos & proieci illos in domum dñi ad ſtatuariũ. Et

SEP. Siquidem & animę eorum * rugiebant ſuper me. Et dixi nõ paſcam eos: quod moritur moriatᷓ, & quod deficit deficiat, et reliqui deuorent unuſquiſq; carnes proximi ſui. Et aſſumam uirgam meam pulchram, & proijciam eam, ut diſsipem teſtamentum meum quod diſpoſui ad omnes populos, & diſsipabitur in die illa, & cognoſcent Chananæi oues: quæ cuſtodiuntur mihi, quia uerbum domini eſt. Et dicam ad eos: Si bonum eſt in conſpectu ueſtro, date ſtatuẽtes mercedẽ meam, aut renuite. Et ſtatuerunt mercedẽ meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: depone eos in conflatoriũ, & recogita ſi probatum eſt, ſicut probatus ſum pro eis. Et tuli triginta argenteos et miſi eos in domum dñi in cõflatorium. Et

*Græci habẽt ἐπορύοντο, forſan gendum ru bant*

C naan interpretantur, parati ad humilitatẽ, cognoſcent qui olim parati ſunt ut humilientᷓ à dño & relinquãtur. Cur aũt pro eo quod nos interpretati ſumus, ſic pauperes: illi dixerunt, Chananæos: cauſa manifeſta eſt, apud Hebræos enim ſic כן dicitur עניי pauperes: illi duo uerba in unũ copulãtes: pro eo quod eſt, ſic pauperes, hoc eſt כעניי nomẽ כנעני id eſt, Chananææ gentis interpretati ſunt. b ¶ *Et dixi, etc.* ] Cognoſcentib. Iſraelitici gregis pauperibus qui mea mãdata cuſtodiunt: uerbum eſſe dñi quod locutus ſum, & uera quæ dixi: id eſt, ad pauperes gregis: ſi uobis placet, homines eñ eſtis & ſemel libero arbitrio uos creaui: quibus & in eremo locutus ſum: Si audieritis me, quæ bona ſunt terræ comedetis: Pro hac aſſumptione, qua abieci uniuerſum hominũ genus, & uos mihi in peculiarem elegi gregẽ, & creator omniũ uolui paruũ habere funiculũ: Reddite mihi mercedẽ meã,
D id eſt, mea præcepta ſeruate. Sin autẽ non uultis mercedẽ reddere: nec placet in oculis ueſtris meo cẽſeri nomine: aperte renuite & facite qđ uultis. Qui tũc quidẽ reſpõderũt Moyſi: Omnia quæcũq; dicit dñs faciemus: In fine autẽ temporũ pro eo quod eos elegi de medio nationũ, & liberaui de Aegypti fornace ferrea: appenderũt mercedẽ meã triginta argenteos, pro meo ſanguine dãtes Iudæ proditori. Et dixit, inquit propheta, dñs ad me: ſiue ipſe ſaluator cuius priora ſunt uerba: patrẽ ad ſe locutũ eſſe conteſtans: Proijce illud ad ſtatuariũ: pro quo in Hebræo legitur יוצר id eſt, τὸν πλάστην: quem nos fictorẽ & figulum poſſumus dicere. Et eſt ſenſus: Proijce preciũ meum ad figulũ, qui creator & fictor eſt omniũ: Nec dixit, depone: ſed proijce: ut fictoris plaſtæq; iudicio merces dñi penderetur: & εἰρωνικῶς precium ſuũ, id eſt, diuinæ maieſtatis, in triginta cernens argenteis, & tam uili mercede ſe proditũ: Decorum, inquit, preciũ quod appreciatus ſum ab eis: hoc aũt preſsius eſt legendum cum irriſione & ſubſannatione dicentis: Tanto me populus meus & pauperes quõdã gregis & à me electi in filios, emendũ atq; uẽdendũ precio iudicarũt. Et tuli, ait dñs per prophetã: ſicut mihi à deo fuerat imperatum, triginta argenteos, & non eos depoſui, ſed proieci in domum dñi ad fictorem: In domo domini feci eos à proditore reddi ſacerdotib. & Phariſæis, ipſo confitente qui uendidit: Peccaui tradẽs ſanguinem iuſtũ. Ac illi, quoniam precium ſanguinis erat, noluerunt illud reponere in corbonam, id eſt in gazophy-

Exod. 24. b — Mat. 27. a



A gazophylacio: ſed emerunt ex eo agrũ figuli in ſepulturam peregrinorum: Nos enim omnes qui peregrini & aduenæ legis fuimus, redempti precioſiſsimo eius ſanguine, in domo fugili creatoriſq; omnium ſepelimur & requieſcimus. Pro πλάστῃ atq; fictore ſtatuariũ olim interpretatus ſum, uerbi ambiguitate cõpulſus: quod ſtatuarium fictoremq; uno ſermone ſignificat. Iudæi iſtum locũ malicioſe interpretantes: triginta argenteos, triginta legis mandata commemorant quæ facere iubeantur in lege, & rurſum triginta ſex alia quę prohibeantur in lege, & dici eis, ut argentũ mandatorum dñi plaſtæ ſuo atq; fictori reddant deo: quod quia facere noluerint, eſſe proiectos. Breuiter indicare uolui quid ſentiant: alioquin explanationem eorũ laciniosiſsimam tædet re uoluere: ut ad reliqua tranſeamus. a ¶ *Et præcidi uirgam, etc.* ] Et in hoc loco longam cuiuſdam explanatio
B nem, imò tricas inextricabiles legiſſe me noui: duarum uirgarum in unam ſocietatem ex Ezechielis uolumine proferentis, & omnia quæ de concordia Iudæ & Ephraim ſpiritualiter ſentiẽda ſunt huic capitulo coaptãtis. Nos autem cœptũ ſequamur ordinem. Poſtquàm à Iudæis crucifixus eſt dñs, & triginta appreciatus argenteis, & precium ſanguinis eius in ſepulturã profecit gentium: quæ peregrinæ erant à lege & mandatis dei: ſtatim dominus ſententiam ſuã ultrà non differens: Præcidi, ait, uirgam meã ſecundam: quæ proprie mea erat: quæ ſic mihi hærebat, ut in Hieremia perizoma & cinctorium atq; lumbare, ſiue ut conſueto uerbo utar, coxale ſit appellata: Quæ ſecunda uirga quondã appellata funiculus & pars mea: à me ideo proiecta eſt, ut diſſoluerem fœdus & germanitatem atq; concordiam, quæ inter Iudam fuerat & Iſrael, & fratres à ſe inuicẽ ſepararem: Vt in apoſtolorum & eorũ qui egerant pœnitentiam numero, rurſum Iuda appellaretᷓ & confitẽs deum ſuum: Iſrael autẽ & Ephraim & Ioſeph uocarentur, qui in cordis duritia permanentes dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem. Vnde nõ intulit: ut irritum facerem pactũ, ſiue teſtamentum quod habui cum Iuda & Iſrael: uſq; hodie enim pœnitentibus porrigit manum: ſed ut de uno populo credentes alios, & alios non credentes inter ſe diuideret, dicens: Nolite arbitrari, quia ueni mittere pacem in terram: non ueni mittere pacem, ſed gladium: Veni enim ſeparare hominem aduerſum patrem ſuum, & filiã aduerſum matrem ſuam, & nurũ aduerſum ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici eius. b ¶ *Et dixit dominus ad me: etc.* ] Quando dicit: adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti: illud ſignificat quod ſupra aſſumpſerit ſibi uirgas duas: unam decorem, & alteram funiculum. Et quia illas ſuo uitio peccatoq; pro-

Hier. 13. a — Ioan. 19. c — Mat. 10. d

HEB. Et præcidi uirgam meam ſecundam: quæ appellabatᷓ funiculus, ut diſſoluerem germanitatem inter Iudam & Iſrael. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi uaſa paſtoris ſtulti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra qui derelicta non uiſitabit: diſperſum non quæret, & contritum nõ ſanabit. & id quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum diſſoluet. O paſtor & idolum derelinquens gregem: gladius ſuper brachium eius & ſuper oculum dextrum eius: brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcẽs obſcurabitur. Onus

SEP. Et abieci uirgã meam ſecundam, quæ appellabatur funiculus: ut diſsiparem teſtamentũ quod erat inter Iudam & Iſrael. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi uaſa paſtoralia paſtoris imperiti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem ſuper terram qui derelictũ non uiſitet, & diſperſum non requirat, & fractum non ſanet, & integrum nõ dirigat, & carnes electorum deuoret, & talos eorum peruertat. O qui paſcitis uana, & qui dereliquiſtis oues: gladius ſuper brachiũ eius, & ſuper oculũ eius dextrũ: brachiũ eius ariditate ſiccabitᷓ, et oculus dexter ei⁹ cęcitate obſcurabitᷓ. Aſſum-

C iecit, & ſoluta germanitate inter Iudam & Iſrael: nos inſerti ſumus in radicem bonæ oliuæ: & cæcitas ex parte facta eſt domui Iſrael donec intraret plenitudo gẽtium: Nunc prophetæ dicitur: ut grauiſsimum paſtoris ſtulti ſiue imperiti aſſumat uaticinium. Paſtor ſtultus & imperitus, haud dubiũ quin antichriſtus ſit: qui in conſummatione mundi dicitur eſſe uenturus: Et qualis uenturus ſit indicatᷓ. Vaſa autem paſtoris, inſignia illius & habitum debemus accipere, peram, baculum, fiſtulam & ſibilum. Et quomodo Eſaias, ut captiuitatem populi demonſtraret nudus ingreditur: & Hieremias uadit ad domũ figuli: ut ex diſsipatione uaſis quod currebat in rota & manu fingebatur artificis, & interitum Iſrael & dei potentiã oſtenderet: Et Ezechiel ut ſubuerſionem Hieruſalem & fugam Sedechiæ & onera captiuorum, non ſolum uoce, ſed & habitu demonſtraret: perfodit
D parietem & in ſuis humeris excipitur. Sic Zacharias habitum ſtulti & imperiti paſtoris aſſumit, ut eum nunciet qui uenturus eſt. Iſte paſtor ideo conſurget in Iſrael: quia uerus paſtor dixerat: Iam non paſcam uos: Qui alio nomine: & in Daniel propheta, & in euangelio, & in epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes: abominatio deſolationis, ſeſſurus in templo domini prophetatur, & ſe facturum ut deum, qui & per Eſaiam magnus ſenſus dicitur. Et ad hoc uenit non ut ſanet, ſed ut perdat gregem Iſrael. Paſtor enim bonus ægrotantia pecora uiſitat: diſperſa inquirit, relicta affert, laſſa ſuſtentat. E contrario paſtor malus, omnia aduerſa agit, & carnes pinguium deuorat: ungulas arietum & ouium diſſoluit atque peruertit, ne recto ingrediantur pede. Hunc paſtorem ſuſcepere Iudæi: quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione aduentus ſui: ut qui non crediderunt ueritati ne ſalui fierent, credant mendacio & iudicentur, quia conſenſerunt iniquitati. Deſcripto autem paſtore peſsimo, ſtulto & imperito: ad ipſum paſtorem prophetalis ſermo conuertitur: O paſtor & idolum. Tam ſceleratus eſt paſtor: ut non idolorum cultor: ſed ipſe idolum nominetur, dum ſe appellat deum, & uult ab omnibus adorari. Qui dereliquit gregem à beſtijs deuorandum: quem dominus tanto tempore cuſtodierat. Gladius ſuper brachium eius & robur, & ſuper oculum dextrum eius: quo ſe acute dei iactabat cernere ſacramenta, & plus uidere quàm omnes retro prophetæ uiderant: intantum ut dei filium ſe uocaret. Gladius autem ille eſt, de quo & ſupra diximus: & nunc dicemus ex parte, de quo & Eſaias loquitur: inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Propterea autem gladius domini ſuper brachium eius: & ſuper oculum dextrum

Eſa. 50. a — Hier. 18. a — Ezec. 12. b — Zach. 11. b — Dan. 9. g — Mar. 13. b — 2. Theſ. 2. b — Eſa. 32. b — Eſa. 34. a

Universidad de Deusto Biblioteca

A dextrum illius erit: ut robur eius & omnis iactantia fortitudinis eius ariditate ſiccetur, & ſcientia quam ſibi falſo nomine promittebat æternis tenebris obſcuretur.

## CAPVT XII

### CAP. XII

ONus uerbi domini ſuper Iſrael: Dixit dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo: Ecce ego ponam Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed & Iuda erit in obſidione contra Hieruſalem: Et erit in die illa, ponã Hieruſalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuauerunt eam conciſione lacerabuntur, & colligentur aduerſus eam omnes gentes terræ. In diẽ[b] illa, dicit dominus, percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam, & ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam in cæcitate. Et

### CAP. XII

ASſumptio uerbi domini ſuper Iſrael, dicit dominus extendens cœlum & fundans terram, & fingens ſpiritũ hominis in eo, Ecce ego ponam Hieruſalem ut ſuperliminaria quæ mouentur omnibus populis in circuitu, & in Iudæa. Et erit obſidio circa Hieruſalẽ, & erit in die illo, ponam Hieruſalẽ lapidem qui conculcatur à cunctis gentibus, omnis qui conculcauerit eam illudens illudet, & congregabo ſuper eam omnes gentes terræ. In die illa, dicit dominus omnipotens, percutiã omnem equũ in ſtupore, & aſcenſorẽ eius in amẽtia. ſuper domum autem Iuda aperiam oculos meos, & omnes equos populorum percutiam in cęcitate. Et

ONus *uerbi domini ſuper Iſrael: etc.*] Triplex interpretatio eſt ab eo loco, in quo legimus: Ecce ego ponam Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: uſq; ad eũ locum ubi ſcriptum eſt: Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meũ: & ſuper uirum cohærẽtem mihi, dicit dominus exercituũ: Percute paſtorẽ & diſpergẽtur oues. Alij enim Iudæorum putant iam hæc ex parte completa à Zorobabel, uſq; ad Cn. Pompeiũ: qui primus Romanorũ Iudæam cepit & templum: quã hiſtoriam ſcribit Ioſephus. Alij uero quando Hieruſalem fuerit inſtaurata in fine mundi eſſe complenda: quod ſibi cũ ἠλειμμένῳ ſuo quem ſupra ſtultũ paſtorem legimus: B miſerabilis gens Iudæa promittit. Alij autẽ, hoc eſt, nos qui Chriſti cẽſemur nomine: in eccleſia uſq; ad finem mundi quotidie expleri & explenda memoramus. Et ne per ſingula extendamus modũ uoluminis, proponentes: Hæc dicunt illi: ſic alij ſuſpicantur: nos ita ſentimus, Tres poſuimus ſententias, ut ex interpretationis uarietate quid cui coaptandũ ſit prudens lector intelligat. Dñs igitur qui cœlum extendit ut pellem, & terram alta mole ſolidauit & ſpiritum hominis finxit in eo, idem animarum creator eſt omniũ: ut ex duabus ſubſtantijs animæ & corporis unum animal compingeret. Spiritus enim pro anima frequenter accipitur: ut ibi: Pater in manus tuas commendo ſpiritũ meum. (Luc. 23. f) Et: Auferes ſpiritum eorũ & deficient & in puluerẽ ſuum reuertentur. (Pſal. 103. d) Iſte igitur creator uniuerſitatis & dñs, ſe Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu poſiturũ eſſe teſtatur: ut qui limen eius attigerit, inebrietur & corruat: ſiue ipſum ſuperliminare in eum corruat à quo contingitur. Sed & Iudas obſeſſa Hieruſalem, eſt captus à gentibus: & in illarũ tranſiens ſocietatem, cogetur obſidere metropolin ſuam. Non ſolũ autem dominus Hieruſalem ponet cunctis populis quaſi ſuperliminare crapulæ, ſed ponet illam quaſi lapidem oneris cunctis populis: quem qui leuare uoluerit, conciſione lacerabit. Congregabuntur enim aduerſum Hieruſalem omnia regna terrarum. Mos eſt in urbibus Palæſtinæ: & uſq; hodie per omnẽ Iudæam uetus conſuetudo ſeruatur: ut in uiculis, oppidis & caſtellis rotundi ponantur lapides grauiſsimi ponderis: ad quos iuuenes exercere ſe ſoleant, & eos pro uarietate uirium ſubleuare: alij ad genua: C alij ad umbilicum: alij ad humeros & caput: nonnulli ſuper uerticem erectis iunctiſq; manibus, magnitudinem uirium demonſtrantes, pondus extollant. In arce Athenienſiũ iuxta ſimulachrũ Mineruæ, uidi ſphæram æneam grauiſsimi ponderis: quã ego pro imbecillitate corpuſculi mouere uix potui: Cum autem quærerẽ, quid nam ſibi uellet: reſpõſum eſt ab urbis eius cultoribus, athletarũ in illa maſſa fortitudinem cõprobari: nec prius ad agonẽ quenquàm deſcendere, quàm ex leuatione ponderis ſciatur quis cui debeat comparari. Senſus ergo iſte eſt: Ponã Hieruſalẽ cunctis gentibus, quaſi grauiſsimum lapidem ſubleuandum. Leuabunt quidẽ eam, & pro uirium uarietate uaſtabunt: ſed neceſſe eſt ut dum leuatur, in ipſo nixu & eleuatione ponderis, grauiſsimus lapis ſciſſurã aliquam uel raſuram in leuantiũ corporibus derelinquat. Super eccleſia ſic interpretari poteſt: D quod cuncti perſecutores qui contra domũ domini dimicarunt inebriẽtur eo calice quo uniuerſis gẽtibus propinat Hieremias: (Hier. 25) ut bibant, & inebrientur, & cadant, & uomant & inſaniant. Scio perſecutionis tempore multos é noſtris contra eccleſiam pugnare compulſos: ſed quicunq; hoc põdus uoluerit ſubleuare, leuabit quidẽ: & pro ira domini qua corripit peccatores, ſuis manibus ſuſtentabit: Verum ipſe non erit impunitus, dei contra ſe gladio dimicante. Pro lapide oneris, quem nos ut potuimus interpretati ſumus: Septuaginta uerterunt λίθον καταπατούμενον, id eſt, lapidem conculcatũ à cunctis gentibus. Omnis qui conculcauerit eum ſiue eam, id eſt Hieruſalem, illudens illudet. Qui manifeſtus eſt ſenſus, quod utroq; modo Hieruſalẽ, & ab inimicis gẽtibus, & à perſecutoribus conculcanda ſit, & illudendum ei pro uoluntate illudentiũ. Sed melior & uerior eſt ſenſus ſuperior. Breuiter ſingula exponimus ut tandẽ ueniamus ad calcem: ne ſi prolixius ſcripſerimus, & rerũ obſcuritate, & ſermonis longitudine, lectoris animus confundatur. b ¶ *In die illa, dicit dominus, etc.*] In illo tẽpore, hoc enim ſignificat dies, quando obſeſſa fuerit Hieruſalem: ita ut Iudas quoq; eam obſidere cogatur, & carnaliter & ſpiritualiter percutiet dñs omnes aduerſariorum equos in ſtuporem: ita ut omnes ſtupeant qui eos uiderint eſſe percuſſos: & aſcenſores eorũ, malorũ premente magnitudine, uertent̃ in amentiã, & ſuper domũ Iuda, qui contra metropolim ſuã facere aliquid cogebantur, aperiet dñs oculos ſuos ut eorũ miſereat̃, & eos dignos ſuo faciat aſpectu, oculorumq; ſuorũ illuſtret lumine: omnes aũt equos populorũ æterna percutiet cæcitate



A citate. Qui ſpiritualiter equi intelligẽdi ſint, ſuprà diximus: Fallax equus in ſalutẽ. Et: Hi in curribus, & hi in equis. & cætera his ſimilia. Aſcenſores quoq; eorũ: uel dæmones uel falſos magiſtros diximus: qui omnes in ſtuporem uertentur & amentiam, ut nihil ſapere conuincantur, ſed palpabiles eos opprimant tenebræ: quales fuerunt quando Aegyptiorũ primitiua percuſſa ſunt. Super domum autem Iuda, id eſt, populum qui cõfitetur deum, & fractus perſecutiõis anguſtijs ac timore perterritus, uidetur eſſe in numero perſequẽtium, aperiet dominus oculos ſuos, ut pleroſq; reſpiciat dicentes ad ſe: Reſpice in me, & miſerere mei, & mereantur audire: Erit tibi dominus lumen ęternum. Hæc eſt grauiſsimi lapidis laceratio: quã in aduerſarios ſuos, qui Hieruſalem leuare & uexare conati ſunt, dominus comminatur. a ¶ *Et dicent duces Iuda in, etc.*] B Cum aperuerit dominus oculos ſuos ſuper Iudam, & percuſſerit omẽs equos gentium cæcitate: duces Iuda, de quo ſuprà dictum eſt: Sed et Iudas erit in obſidione cõtra Hieruſalem: uota facient in cordibus ſuis, quia loqui non audebunt, ut uincat Hieruſalem, & uictus Iudas cum hoſtibus, uincat cum ciuibus ſuis. Pro eo quod nos dicimus, confortentur mihi: & LXX. tranſtulerunt εὑρήσομεν ἑαυτοῖς, id eſt inueniemus nobis: in Hebraico ſcriptum eſt אמצה לי quod Aquila tranſtulit ἐκαρτέρησόν μοι, id eſt, conforta mihi, ut ſit ſenſus: (Tropologia) Optabũt chiliarchi & tribuni, ac duces Iuda: ac uota faciẽt in abſcondito mentis arcano, ut deus confortet habitatores Hieruſalem in domino deo ſuo, & uincãt aduerſarios ſuos. Iuxta tropologiã, duces & tribuni, apoſtoli ſunt, & omnes apoſtolici uiri atq; doctores, qui Chriſti exercitui præfuerunt: qui nollent ſibi alios inuenire, niſi eos qui habitent in Hieruſalem uiſione pacis, & qui habitent in domino omnipotẽte deo ſuo. De his ducibus Paulus apoſtolus fuit, qui inuenit Titum & Timotheũ, Lucam atq; Syluanum. Petrus quoq; qui Marcũ ſcriptorem erudiuit euangelij, & cæteri apoſtoli, qui omnem mundũ ſua doctrina & eruditione compleuerũt, ut haberent diſcipulos habitatores Hieruſalẽ. b ¶ *In die illa ponam duces Iuda, etc.*] Quando duces Iuda dixerint in cordibus ſuis: Conforta mihi domine obſeſſos Hieruſalem: ut qui ſua imbecillitate uicti ſunt, tuo ſuperent auxilio: Tunc ego dominus omnipotens deus eorum, ponam principes Iuda ſicut fornacem ignis in lignis, & ſicut facem in ſtipula: ut deuorent aduerſarios C quibus ſimulata amicitia iungebantur. Deuorent autẽ à dextris & ſiniſtris: & omnes populos occidant in circuitu, ut rurſum Hieruſalẽ habitetur in loco ſuo, & nequaquam hoſtiles impetus timeat. Vrbes quoq; & oppida ac uillas & uiculos tribus Iudæ, qui direpti fuerant atque uaſtati, inſtaurent ſicut fuerant antequã uaſtarẽtur: & nequaquam domus regia & inclyti ac magnifici tribus Iuda, & habitatores Hieruſalẽ gloriẽtur aduerſum tribum Iuda, quod ſuo regatur imperio, ſuo conſilio gubernetur: ſed ſciẽt quod domini ſit in utriſq; uictoria. Hæc iuxta hiſtoriam ſeu facta ſint ſeu futura, fidem rerum domini iudicio relinquentes, & ſanctis eius qui ab eo ſapiẽtiæ ac ueritatis ſpiritũ receperunt, nos dicamus quod in tẽpore perſecutionis eccleſiæ, duces & tribuni nominis Chriſtiani, de quibus ſuprà diximus, D cũ dominus pacem reddiderit Hieruſalem, & interfecerit aduerſarium ſpiritu oris ſui, futuri ſint quaſi caminus ignis in lignis, ut deuorent infructuoſas arbores, & ſicut faces in ſtipula: ut quæcunq; frumentũ non habet, & circunfertur omni uento doctrinæ, tradat̃ incendio. Et deuorabunt (inquit) duces Iuda & tribuni ad dexterã & ad ſiniſtram, eos qui in medio itinere incedere noluerunt, neſcierunt ὑπερβολὰς εἶναι κακίας: unde dei populus pollicet̃: nec ad dexterã, nec ad ſiniſtram declinabimus: uia regia gradiemur. Via dextra, parcitas eſt, quam Græci φειδωλίαν uocant: ſiniſtra, luxuries: media rectaq;, frugalitas. Omnes igit̃ qui ſunt in uia dextra, quibus dicitur: Ne ſis iuſtus nimis. Et in ſiniſtra qui audiunt: Viæ quæ ad ſiniſtram ſunt, peruerſæ ſunt: deuorãs flãma conſumet: & deletis aduerſarijs atq; ſublatis, rurſum Hieruſalem, id eſt eccleſia priſtinã gloriam recipiet, & erit in ſuo ſtatu, & Iudæ tabernacula ſaluabuntur, toto orbe diſperſa Chriſtianorum conciliabula: de quibus quaſi tentorijs & tabernaculis ire cupimus ad domum quæ non eſt manu facta, & ad cœleſtem Hieruſalem. Propterea autem tabernacula plebis & omnium qui cenſentur nomine Chriſtiano, & reputantur in uulgus, antiquã pacẽ recipient obſeſſis eccleſiarum principibus, & in fugam uerſis: ut nequaquam putent magiſtri atq; doctores ſua doctrina & ſapientia, ſed domini auxilio pacem eccleſiis redditam. c ¶ *In die illa proteget dominus, etc.*] Iuda obtinente uictoriam, & domino reſtituente tabernacula eius ſicut fuerant

HEB. Et dicent dũces Iuda in corde ſuo, confortentur mihi habitatores Hieruſalem in domino exercituum deo eorum: In diẽ[b] illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dextram et ad ſiniſtram omnes populos in circuitu, & habitabitur Hieruſalem rurſus in loco ſuo in Hieruſalem. Et ſaluabit dominus tabernacula Iuda ſicut in principio, ut nõ magnifice glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Hieruſalem contra Iudam. In diẽ[c] illa proteget dominus habitatores Hieruſalẽ, & erit qui offenderit ex eis in die illa quaſi Dauid, & domus Dauid quaſi dei: ſicut angelus domini in conſpectu eorũ. Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes quæ ueniunt cõtra Hieruſalem. Et

SEP. Et dicent tribuni, id eſt, οἱ χιλίαρχοι Iuda ĩ cordibus ſuis, inueniemus nobis qui habitãt Hieruſalem in domino omnipotente deo eorũ. In die illa ponam tribunos Iuda ſicut torrẽ ignis in lignis, & ſicut facẽ ignis in ſtipula, & deuorabũt à dextris & ſiniſtris omnes populos dñi per circuitum, & habitabit Hieruſalẽ adhuc in ſemetipſa, & ſalua faciet dñs tabernacula Iuda ſicut à principio, ut nõ magnificet gloria domus Dauid & elatio habitatorum Hieruſalem ſuper Iudam. Et erit in die illa proteget dominus habitatores Hieruſalem: & qui infirmus in eis fuerit in die illa erit quaſi domus Dauid, & domus Dauid quaſi domus dei, & angelus dñi in conſpectu eorũ. Et erit in die illa quæram auferre oẽs gẽtes quæ ueniũt contra Hieruſalem, &



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

[A] rant à principio, ut nequaquam domus regia contra populum glorietur: In illa die & in illo tempore dominus, cuius auxilio Iudas à dextris & à ſiniſtris aduerſarios deuorabit, proteget etiam obſeſſos Hieruſalem, & in tantam felicitatem ac beatitudinẽ omnia mutabuntur, ut qui uiliſſimus putabatur, ſit quaſi domus regia: & qui de domo regia erat, ſit quaſi de domo dei: id eſt, quaſi nuncius domini & angelicę dignitatis, in conſpectu eorum qui eo tempore fuerãt reſeruati. [Anagog.] Iuxta anagogẽ: Proteget dominus habitatores eccleſiæ, pace eccleſiarũ poſt perſecutionem grauiſſimã reddita, quãdo & ſui nominis interpretatione decorabitur: Hieruſalem enim uiſio pacis exprimitur. Et tam beati erunt qui pro eccleſia militarunt, & in perſecutione dominũ ſunt confeſſi: ut qui minimus fuerit, & quaſi homo in aliquo peccato dictoq; offenderit, ponatur in ordine magiſtrorũ: & magiſtri qui ſuum ſeruauerint gradum, ſint quaſi domus dei, & quaſi angelus dñi: quia hoc omni ſtudio laboramus poſiti in terra, & uario labore ſudantes, ut transformemur in angelicam gloriam.

a ¶ *Et erit in die illa, etc.*] In die illo quando proteget dominus habitatores Hieruſalem, quæret dominus conterere omnes gẽtes, quæ ueniũt contra Hieruſalẽ. Conteret aũt non in perditionẽ, ſed in emendationẽ: ut ad-
[B] uerſum Hieruſalẽ militare deſiſtant, & eſſe incipiant de Hieruſalẽ. Si enim de nihilo creauit omnia, nõ idcirco fecit ut perderet quæ creauit: ſed ut illius miſericordia quæ creata ſunt ſaluarent̃. Vnde & in Sapiẽtia quæ Salomonis inſcribit̃ (ſi cui tamẽ placet librũ recipere) ſcri-
[Sap. 1. d] ptũ reperimus: Creauit ut eſſent omnia, & ſalutares generationes mundi, & nõ erit eis uenenũ mortiferũ. Sicut enim uenit dñs ut quæreret quod perierat, & ſaluauit humanũ genus: ſic & gẽtes in eo perdidit, ꝙ gentes erãt aduerſariæ. Deniq; ſequitur: Effundã ſuper domũ Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalẽ, ſpiritũ gratiæ &
[Rom. 5. b] miſericordiæ. De hac gratia ſcribit & Paulus: Charitas dei diffuſa eſt in cordib. noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. Et in ſupradicto uolumine continetur:
[Sap. 9. d] Quæ in cœlo ſunt, quis inueſtigabit? niſi quod tu dediſti ſapientiã, & ſpiritũ ſanctũ tuũ miſiſti de excelſis, & ſic correctæ ſunt ſemitæ eorũ qui uerſant̃ in terra, & quæ tibi placẽt, eruditi ſunt homines. Et in Eſaia loquit̃ deus:
[Eſaiæ 42. a] Dedi ſpiritũ meũ ſuper te. Et rurſum de eodẽ ſcriptura cõmemorat: Dedi ſpiritũ meũ ſuper eũ. Verbũ aũt effuſionis, ſenſum largitatis oſtẽdit: ſicut manifeſtũ eſt in eo qđ diximus: Charitas dei diffuſa eſt in cordib. ueſtris.
[Ioel. 2. g] Et in alio loco ex perſona dei: Effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnẽ. Qui ſit aũt ſpiritus gratiæ, idẽ Apo-
[Heb. 10. c] ſtolus loquit̃ ad Hebræos: Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia eũ qui filiũ dei conculcauerit, & ſanguinẽ teſtamenti pollutũ duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit? Vnde & ſpiritus ſancti diuerſæ gratiæ eſſe dicunt̃. Et ſalutatio Apoſtoli Gratia, inquit, uobis & pax multiplicet̃: ut poſtꝙ nobis peccata donauerit, tunc pax per miſericordiam conſequat̃. Hęc Iudęi ex parte iã facta, & plenius in conſummatione mũdi futura cõmemorãt: nos aũt poſt aduentũ Chriſti quotidie impleri intelligimus & probamus. d ¶ *Et aſpicient, etc.*] Hebraicæ literæ ד & ר hoc

HEB. Et effundã ſuper domũ Dauid, & ſuper habitatorem Hieruſalem, ſpiritũ gratię & precũ. Et aſpicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eũ ut doleri ſolet in morte primogeniti. In diẽ illa magnus erit planctus

SEP. & effundã ſuper domum Dauid & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritũ gratiæ & miſericordiæ. Et aſpiciẽt ad me pro eo ꝙ inſultauerũt, & plangẽt ſuper eũ planctũ quaſi ſuper chariſsimũ, & dolebunt dolore quaſi ſuper primogenito. In die illa magnus erit planctus

[C] eſt, d & r ſimiles ſunt, & paruo tantũ apice diſtinguũt. Ex quo euenit ut idẽ uerbũ diuerſe legentes, aliter atq; aliter trãsferãt. Intelligẽtiæ gratia unũ demus exemplũ: Et ueſtitus, inqt, erat Samuel אפוד בד id eſt, indumẽto [1 Reg. 2. b] lineo בד enim linũ appellat̃. Vnde & בדים lina dicuntur: pro quo in Hebraico, Græco Latinoq; ſermone male quidã legunt ephod bar. Siquidẽ בר aut filius appellatur, aut frumẽti manipulus, aut electus, aut οὖλος, id eſt criſpus. Quod ibi errore interpretationis accidit, etiã hic factũ deprehẽdimus. Si enim legatur דקרו ἐξεκέντησαν, id eſt, compunxerunt ſiue confixerũt accipitur. Sin aũt contrario ordine literis cõmutatis רקדו ὠρχήσαντο, id eſt ſaltauerunt intelligit̃, & ob ſimilitudinẽ literarũ error eſt natus. Ioãnes aũt Euãgeliſta q de pectore dñi hauſit ſapientiã, Hebræus ex Hebræis, quẽ ſaluator amabat plurimũ, nõ magnopere curauit quid Grææ literæ continerent, ſed uerbũ interpretatus è uerbo eſt, ut in Hebræo legerat: & tempore dominicæ paſsionis dixit eſſe completũ. Quod ſi quis non recipit, det teſtimoniũ, de quo ſanctarũ ſcripturarũ loco Ioãnes iſta protulerit, & cum non repererit, cogetur ingratis ſuſcipere ueritatẽ. Plangent aũt Iudæi quaſi ſuper unigenito & primogenito: idipſum ſignificante in domino ſaluatore, & unigenito & primogenito. Vnigenitus dicit̃
[D] propter naturæ proprietatẽ: primogenitus, iuxta Apoſtolum ex mortuis reſurgentiũ. Pro unigenito ἀγαπητὸν, id eſt chariſſimũ, LXX. tranſtulerũt de quo in Euãgelio legimus: Hic eſt filius meus chariſſimus, in quo [Matt. 3. d] mihi complacui. Tunc dolebunt à ſe crucifixũ, cum uiderint in claritate regnantẽ. Verbum κατωρχήσαντο apud Græcos non ab illuſione, ſed à ſaltatu compoſitũ eſt: quod ſcilicet contra dominũ quaſi ludendo ſaltauerint: quando dicebant illudentes atq; ridentes: Vah, q [Mar. 15. d] deſtruis templũ, & in tribus diebus ædificas illud. Saluum fac temetipſum deſcendens de cruce. Hæc & alia illudentes, & quodam amentiæ tripudio ſaltantes loquebantur. b ¶ *In die illa, etc.*] הדדרמון Pro quo LXX. tranſtulerunt ῥοῶνος, urbs eſt iuxta Hiezraelem, quæ hoc olim uocabulo nũcupata eſt, & hodie uocatur Maximianopolis in campo Mageddon: in quo Ioſias rex iuſtus à Pharaone cognomẽto Nechao uulneratus eſt: ſuper quo lamẽtationes ſcripſit Hieremias, quæ legunt̃ in eccleſia, & ſcripſiſſe eum Paralipomenon teſtatur liber. Sicut igitur eo tempore poſt reges peccatores ſpes omnis populi erat in Ioſia, & illo occiſo, magnus planctus in urbe commotus eſt: ſicut legimus in Hebraico: Spiritus oris noſtri Chriſtus dñs captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: In umbra tua uiuemus in gentibus: licet alij iuxta intelligentiam ſpiritualem hoc referant ad dñm Ieſum: Ita crucifixo ſaluatore renouabitur planctus in Hieruſalem, ſicut quondam fuit in urbe Adadrimon in campo Mageddon. Quodq; ſequitur: Plangent familiæ & familiæ, ſiue tribus & tribus ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & uxores ſiue mulieres eorũ ſeorſum: hoc ſignificat, ꝙ tẽpore tribulationis & luctus nõ debeamus ſeruire coniugijs & operi nuptiarũ. Vnde & in Ioel captiuitate propinqua dicitur ad Iudęos: Egrediat̃ ſpõſus de cubiculo ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Et impendente diluuio, imperatur Noe



[A] Noe: Ingredere in arcã tu, & filij tui, & uxor tua, & uxores filiorũ tuorũ. Et poſtea finito diluuio dicit ad eum:
[Gen. 7. a] Egredere tu, & uxor tua, & filij tui, & uxores eorũ: ut q in arca impendente diſcrimine fuerãt ſeparati, redditi mundo, generationi & liberis deſeruirẽt. Hoc aũt non ſolũ in tẽpore fit anguſtiæ, ſed & in tẽpore orationis: quando uolumus dñm deprecari, dicẽte Apoſtolo
[1 Cor. 7. a] ad Corinthios: Nolite fraudare inuicẽ, niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus, ut uacetis orationi. Igitur & nũc tribus domus Dauid, & tribus domus Nathã, & tribus domus Leui, & trib. domus Semei à ſuis uxorib. ſeparant̃: ut plangant unigenitũ & primogenitum dñm Ieſum:
[Matt. 27. c] de quo dixerãt: Sanguis eius ſuper nos & ſup filios noſtros. In Dauid, regia tribus accipit̃, hoc eſt Iuda: in Nathã prophetalis ordo deſcribit̃: Leui refert̃ ad ſacerdotes, ex quo ortum eſt ſacerdotiũ: in Semei doctores accipi-
[B] untur: ex hac eñ tribu magiſtrorũ agmina pullularunt. Reliquas trib. tacuit, quæ non habent aliquod priuilegiũ dignitatis. In eo autẽ quod ait, Omnes tribus reliquæ, tribus & trib. ſeorſum, & uxores eorũ ſeorſum: uniuerſas abſq; nomine cõprehẽdit. Dicamus & iuxta LXX. ῥοὼν appellat̃ non una arbor malorũ granatorũ, id eſt mali Punici, ſed locus his arboribus conſitus: de quo iuxta intelligentiã ſpiritualẽ
[Cant. 6. d] ſponſus dicit in Cantico canticorum: Deſcendi ut uiderem in genimine torrentis ſi floruiſſet uinea, ſi floruiſſent mali Punici. Deſcendit enim ſaluator ad torrẽtem huius ſeculi, & turbidas aquas, de quibus & in typo eius Helias bibiſſe deſcribitur: ut poſt flores uineę & mali Punici fructum utrunq; ſuſciperet, & inebrians eccleſiam ſuam, audiret ab ea: Potabis me de uino unguentarij, de uino malorum granatorum meorũ. Huiuſcemodi potio non ſolum æſtus ſtomachi fugat, ſed & corruptum uentrem ſanare dicitur, & reliquis prodeſſe uiſceribus. Nihil hoc pomo pulchrius: in rubore eccleſiæ ſignificat uerecundiam, in granorum ordine, gradus & membra totius corporis per ſingula officia diſtributa. Cum in huiuſcemodi uinea & malis fructum ſaluator non inuenerit, dicet: Omnem palmitẽ non ferentẽ fructum, tollet pater: & omnem qui fert fructum, pur-
[Ioan. 15. a] gabit eum, ut fructum plus afferat. Et in alio loco Ioannes Baptiſta conclamat: Iam ſecuris ad radices arborũ poſita eſt: Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. In ſucciſione uitium uel malorũ, quando in die iudicij omnia deponent̃ nomina dignitatũ, & impletũ fuerit illud quod ſcriptũ eſt: Ecce homo & opera eius: & palea à tritico ſeparata: erit

HEB. plãctus in Hieruſalẽ ſicut plãctus Adadrimõ in cãpo Mageddõ, & planget terra: familię & familię ſeorſum: familię domus Dauid ſeorſum, & mulieres ſiue uxores eorũ ſeorſum: (uerbũ eñ Hebraicũ נשי id eſt γυναῖκες utrũq; ſignificat) Familiæ dom⁹ Nathã ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum: familiæ dom⁹ Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familiæ Semei ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum: oẽs familiæ reliquę, familię & familiæ ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum.

Cap. XIII.

IN diẽ illa erit fons patẽs domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ. Et erit in diẽ illa, dicit dñs exercituũ: Diſperdã nomina

SEP. planctus in Hieruſalem, ſicut planctus maligranati quod in campo ſucciditur, & planget terra per tribus ac tribus: tribus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Iudæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Leui ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum: tribus Symeon ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum: omnes reliquę tribus ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.

Cap. XIII

IN die illa erit omnis locus apertus in domo Dauid, & habitãtib. Hieruſalẽ: & in tranſmutationẽ & in aſperſionẽ. Et erit ĩ die illa, dicit dñs ſabaoth: Diſperdã nomina

[C] planctus magnus nõ in alio loco, ſed in Hieruſalẽ. Etenim plaga atq; iudiciũ à ſanctis incipiet: & reges & ſacerdotes & prophetæ & doctores tundent manibus pectora: cum mala pulcherrima uiderint eſſe ſucciſa: & eũ quem confixerant in patris ac ſua maieſtate regnare.

CAP. XIII

IN *die illa erit fons, etc.*] De hoc fonte qui egredit̃ de domo Dauid, & in Ezechiele propheta ſcribitur: quod erumpat fons in domo domini, & creſcat in fluuiũ, qui appellatur remiſſionis & indulgentiæ: & pergat ad ſolitudinẽ, & ad mare quod nũc uocatur mortuum, piſceſq; omnes uiuificet: & ex utraq; ripa fluminis uarij generis conſurgant arbores, per ſingulos mẽſes ſemper nouis fructibus abũdantes. Et ut ſciamus domum, hoc eſt templum dei ipſam eſſe domũ Dauid, quæ in Ezechiel, domus dei, in Zacharia, domus appellat̃: hic fons de domo dei egrediens, refer-
[D] tur ad eccleſiam & ad ſcientiam ſcripturarum: ut omnes renaſcamur in Chriſto: & in aqua baptiſmatis noſtra nobis peccata donentur. Nihil immundius menſtruata, quæ quicquid attigerit, immundum facit: & huius tamen ſordes Chriſti abluentur baptiſmate. Pro ablutione peccatorum & menſtruatæ. Septuaginta tranſtulerunt, tranſmutationem & aſperſionem: quod de lege tranſeamus ad euangelium: de litera ad ſpiritum: de umbra ad ueritatem: pro breuibus & præſentibus futura & æterna ſuccedant. Aſperſio autem ſanguinẽ domini ſignificat, de quo & Petrus apoſtolus loquit̃: Gratia uobis & pax multiplicet̃, in obe- [1 Pet. 1. a] dientiam & aſperſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti. Et rurſum: Scientes quod non corruptibilibus argento & auro redempti eſtis, ſed ſanguine precioſo, ut agni immaculati & puriſsimi, quo qui aſperſus fuerit & redemptus, dicere poterit cum propheta: Aſperges me domi- [Pſal. 50. b] ne hyſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. b ¶ *Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, etc.*] In die illa quam crebro commemorat, omnia idola auferentur de terra. Siue illa idola de quibus Pſalmiſta dicit: Simulachra gentium argentum & aurum ope- [Ibid. 119. b] ra manuum hominum: ut nulla ſit alia religio niſi tantum nominis Chriſtiani: & de quibus in propheta ſcriptum eſt: Vlulate ſculptilia in Hieruſalem & in Samaria. Sicut enim feci Samariæ & ſculptilibus illius: ſic faciam Hieruſalem & idolis eius. Siue hæc idola: de quibus Apoſtolus loquitur: Spiritus autem manifeſte dicit: quia in nouiſsimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi falſiloquorũ: cauteriatam haben-

HEB. nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra, & prophetas & ſpiritum immũdum auferam de terra. Et erit cũm prophetauerit quiſpiam ultra, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non uiues, quia mendacium loquutus es in nomine domini: et configent eum pater eius & mater eius qui genuerũt eum cum prophetauerit. Et [b] erit in die illa confundentur prophetæ unuſquiſque ex uiſione ſua cum prophetauerit: nec operientur pallio ſaccino ut mentiantur: ſed dicet: Non ſum propheta, homo agricola ego ſum: quoniam Adam exemplũ meum ab adoleſcẽtia mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in medio eorũ qui diligebant me. Framẽa ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: Percute paſtorem, & diſpergentur oues, & conuertam manum meam ad paruulos. Et

SEP. nomina idolorum de terra, & nõ erit ultra eorum memoria: & pſeudoprophetas, & ſpiritum immundum auferam de terra. Et erit ſi prophetauerit homo ultra, dicet ad eum pater ſuus & mater ſua, qui genuerunt eum: Non uiues, quoniam mendacium loquutus es in nomine domini, & compedient eum pater eius & mater eius qui genuerunt eum cum prophetauerit. Et erit in die illa, confundentur prophetæ unuſquiſque ex uiſione ſua cum prophetauerit, & induentur pelle cilicina, quia mentiti ſunt, & dicet: Non ſum prophetes ego, * quia homo genuit me à iuuentute mea. Et dicam ad eum: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: Quibus percuſſus ſum in domo diligentis me. Framea conſurge ſuper paſtorem meum, et ſuper uirum ciuem eius, dicit dominus omnipotens, Percute paſtorem, & diſpergentur oues, & inducam manum meã ſuper paſtores. Et

A habentium conſcientiam ſuam. Sicut enim idola fiunt manu artificis: ita hæreticorũ peruerſa doctrina, quodcunque ſimulauerit, uertit in idolum, & facit pro Chriſto adorari antichriſtum. Pro pſeudoprophetis, in Hebraico abſolute leguntur prophetæ, id eſt נְבִיאִים qui et ipſi pſeudoprophetas ſignificant: ſed tamen & ab ethnicis, ſacerdotes idolorũ uocantur prophetæ. a ¶ *Et erit cum prophetauerit quiſpiã ultra, etc.*] Nominibus idololorum de terra ſublatis, & pſeudoprophetis, atq; immũdo ſpiritu qui loquebatur in eis: ſi quis ultra tẽtare uoluerit, & quippiam ex perſona domini prophetare: ſtatim pater eius & mater obliuiſcentur parentum, ut dei retineant ſeruitutem: & proferent contra filium mortis ſententiam: & tam piæ erũt omniũ in deum mentes, ut non expectetur publicum iudicium: ſed pereant qui tales ſunt ſentẽtia propinquorum. Pro eo

B quod nos diximus, configent eum, idem eſt uerbũ in Hebræo quod ſuprà דָּקַר qua ergo ratione Septuaginta interpretes ibi κατωρχήσαντο, id eſt, inſultauerunt, ſiue illuſerũt: & ut uerbum de uerbo exprimam, contra eum ſaltauerunt: & hic συμποδιοῦσιν transferre uoluerũt, id eſt compedient: cum & Aquila & Symmachus & Theodotio & ibi & ſimiliter uerterẽt, confixerunt. Recte autem qui falſa prophetauerit, homo appel-

1 Cor. 3.a latus eſt, dicente Apoſtolo: Cum enim ſint inter uos ęmulationes & contentiones, nónne carnales eſtis, & ſe-

Pſal. 81.a cundum hominem ambulatis? Et in pſalmis: Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut unus de principibus cadetis. Et indigni ſpiritu dei merentur audire: Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quia carnes ſunt. b ¶ *Et erit in die illa confundentur prophetæ, unuſquiſque ex uiſione ſua cum prophetauerit: etc.*] Qui prophetare tentauerit, & parentum iudicio fuerit condemnatus: & uaticinij illius falſitatem rerum cõtrarius exitus approbarit, confundetur ex uiſione ſua: nec ultra operietur cilicio ut mentiatur. Hic enim erat habitus prophetarum, ut quando populum ad pœnitentiam prouocabant, inducerentur cilicio. Vnde & Eſaiæ

C præcipitur, ut auferat ſaccum de lumbis ſuis, & nudus incedat: nequaquam enim tempus eſſe pœnitentię, ſed imminẽtis captiuitatis. Ergo & iſte pſeudopropheta nequaquam habitum accipiet prophetalem, ne ſub alieno ueſtitu & opertimento ſimplices quoſque decipiat: ſed magis terram findet uomere: & agriculturæ deditus hominem ſe probabit, deiq; ſubiacere ſententiæ, qui loquutus eſt ad Adam: Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, & in ſudore uultus tui ueſceris pane. (Gen. 3.c) Cumque ſe oſtenderit ad hoc natum, ut in ſudore faciei ſuæ comedat panem ſuum: interrogabit eum alter, & dicet: Quid ſibi uolunt plagę iſtæ, & hęc uulnera quæ in medio manuum tuarũ ſunt? Et eſt ſenſus: Quare adhæres patibulo? Cur manus tuæ transfixę ſunt clauis? Quid commiſiſti, ut huic pœnæ & cruciatui ſubiaceres?

D Et ille reſpondebit & dicet: Hæc uulnera & has accepi plagas parentum meorum iudicio condemnatus, & eorum qui me nõ oderant, ſed amabant. Et intantum fugato mendacio ueritas obtinebit, ut etiã ipſe qui ſuo punitus eſt uitio, recte perpeſſum ſe eſſe fateaẽ. Hebræi hoc quod ſcriptũ eſt: Nec operientur pallio ſaccino, ut mentiantur, ſic ediſſerunt: & nõ replebuntur ſpiritu dæmoniaco, quos τριχῶντας, id eſt piloſos, in Eſaia legimus: ne per hanc occaſionem ementiti habitus, dei in ſe eloquia mentiantur, ſiue dominũ negent. כַּחֵשׁ enim & mentiantur & negent, interpretari poteſt. b ¶ *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meũ, etc.*] Pro framea quam Lxx. ῥομφαίαν tranſtulerũt, in Hebraico חֶרֶב apud Aquilã & Symmachũ μάχαιραν, id eſt gladiũ ſiue mucronẽ reperimus. Et pro eo quod nos uertimus, Super uirũ cohærentẽ mihi, id eſt προσκεκολλημένον μοι, Aquila interpretatus eſt: ſuper uirũ cõtribulem meũ, id eſt σύμφυλόν μου: Symmachus, ſuper uirũ populi mei: quod Hebraice dicit עֲמִיתִי. Lxx. ſuper uirum ciuẽ eius, id eſt, ἐπ᾽ ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ: Theodotio, ſuper uirũ proximũ eius ו in fine ſermonis pro legentes



HEBR. Et erunt in omni terra, dicit dominus: partes duæ in ea diſpergentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem: & uram eos ſicut uritur argentum: & probabo eos ſicut probatur aurum. Ipſe uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum: dicam populus meus es: & ipſe dicet, dominus deus meus.

Cap. XIIII

ECcẽ dies ueniunt domini: & diuidentẽ ſpolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Hieruſalem in prælium: & capietẽ ciuitas, & uaſtabuntur domus: & mulieres uiolabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex urbe

SEP. Et erit in die illa, dicit dominus, duæ partes peribunt & deficient, & tertia pars relinquetẽ in ea, & trãſducam tertiam partem per ignem, & uram eos ſicut uritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum. Ipſe inuocabit nomẽ meum, & ego exaudiam eum, & dicam, populus meus iſte eſt: & ipſe dicet, dominus deus meus es tu.

Cap. XIIII

ECce dies domini ueniunt, & diuidentur ſpolia tua in te, & congregabo omnes gentes ſuper Hieruſalem ad bellãdum, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres polluentur, & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatẽ, reliqui autẽ populi mei non peribunt de ciuitate

A legentes, quæ literæ ſola inter ſe diſtant magnitudine: & ſi י legaẽ, meũ ſignificat: ſi ו eius. Miror aũt quoſdã

Matt. 26.d hanc prophetiã quam Euangeliſta Matthęus retulit ad dñm ſaluatorẽ poſtq; in paſſione eius fugère diſcipuli, & tunc eã dicit eſſe completã, allegoricis interpretationibus uelle tenuare: & dum plus cupiunt uideri noſſe q̃ cæteri, ueritatis regulam nõ tenere. Refert enim euãgeliſta Matthæus: Tunc dicit illis Ieſus, omnes uos ſcandalũ patiemini in me iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem & diſpergentẽ oues gregis. Et iterũ:

Ibid. f Hoc autem totum factum eſt ut implerentur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Nec putandum eſt de altero loco aſſumptum teſtimoniũ: quia in euangelio deus à ſe dicit paſtorẽ percuſſum, & in præſenti loco, gladio atque mucroni legimus imperatum: Percute paſtorem, & diſpergentur

B oues. Hic gladius & hæc romphæa eſt & framea, de qua in uiceſimo primo pſalmo dominus loquitur ad patrem: Erue à framea animã meã, & de manu canis unicam meam. De hac romphæa &

Amos 9.c in Amos propheta ſcriptum eſt: In gladio morientur omnes peccatores terræ. Quod iuxta literam penitus ſtare non poteſt: multi enim peccatores naufragio pereunt, alij ueneno: hi aquis ſuffocantur, illos conſumit incendium. Hoc autem gladio & hac romphæa omnes moriunẽ peccatores, & tetri coloris Aethiopes: de qui-

Soph. 2.c bus Sophonias ſacro ore teſtatur, dicens: Sed & uos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Poſtquam paſtor bonus qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, qui locutus ad patrem eſt: Quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt, & ſuper dolorem uulnerum meorum adijciebant, patris uoluntate percuſſus eſt: & uir cohærens

Luc. 23.g deo, qui ait: Ego in patre, & pater in me: pependit in patibulo, & dixit: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meũ: ſtatim diſperſæ ſunt oues, omnis in Chriſto multitudo credentium. Conuertitq; dominus manum ſuam: ut in Lxx. legimus ad paſtores: quos multi male Iudæorum principes interpretantur: ut autem in Hebræo ſcriptum eſt, ad paruulos: quibus dominus dixe-

Luc. 12.d rat in Euangelio: Ne timeas grex paruule. Et in Eſaia:

Eſaiæ 8.d Ecce ego & pueri ſiue paruuli quos mihi dedit deus. Et duæ partes factæ ſunt in omni terra Iudæorũ atq; gentilium: qui pariter perierunt & defecerunt: In paſsione

Pſal. 11.a enim eius, uox Pſalmiſtæ completa eſt, dicẽtis: Saluum me fac dñe, quoniã defecit ſanctus. Et: Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonũ, nõ eſt uſq; ad unũ. Pereuntibusq; gentilibus & Iudęis,

C tertia in orbe pars: hoc eſt tertius Chriſtianorũ populus repente ſuccreuit. Et pulchre ait: Tertia pars relinquetẽ in ea, hoc eſt in terra: quia de Iudæis atq; gẽtilibus hi qui dñm cõfeſsi ſunt, ſoli uitæ & habitationi terræ reſeruati ſunt. Ipſa quoq; tertia pars ne delicata eſſet, & ſecura cõfeſſione: quaſi argẽtum & aurum per ignem ducitur & probatur: quẽ & dominus in credẽtibus ardere cupit, & Paulus feruere deſiderat. Vnde & apoſtoli in ſpiritu & igne domini baptizati, loquuntur in pſalmo: Quo-

Pſal. 65.b niã probaſti nos deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatẽ argentũ. Et poſt paululum: Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigeriũ. Et in alio loco dicitur ad credentem: Si tranſieris per

Eſaiæ 43.a ignẽ, flãma non comburet te: quia tecum ſum. Idcirco aũt non conſumit incendiũ, & flamma non deuorat, quia uox dñi intercidentis flãmam ignis. Cum ſic probati fuerint paruuli, ſu-

D per quos dñs cõuertit manũ ſuam: & per uocationẽ eorũ omnis nationum turba crediderit: tunc credentiũ populus uocabit Chriſtũ nomine ſuo: & illo dicẽte: Tu es populus meus: populus reſpondebit: Dñs deus meus es tu. Iudæi hęc ad Chriſtum referũt, & in ultimo tempore futura contendũt: ſed hoc inter nos & illos eſt, q̃ nos expleta iam dicimus, illi explenda commemorant.

CAP. XIIII

E*Cce dies ueniunt domini, etc.*] Dies quos uenturos dominus cõminatur, ut diuidãtur ſpolia Hieruſalem in medio eius, & cætera quæ prophetalis ſermo cõprehendit: hi ſunt de quibus & in Eſaia legimus: Dies dñi inſanabilis ueniet furoris & iræ, ponere totũ orbem in ſolitudinẽ, & peccatores auferre de eo. Quanta aũt neceſſitas erit, ut ſpolia eius diuidantur in medio illius? Solet hoc frequenter accidere, ut quæ ſubito impetu in ciuitate direpta ſunt, foris in agro aut in ſolitudine diuidantur, ne fortè hoſtes superueniãt. Hic aũt tantum malorũ pondus incumbet, ut quæ direpta ſunt, in ciuitatis medio diuidantur pro ſecuritate uictoriæ. Et non ſolum capietur Hieruſalem cunctis gẽtibus aduerſum eam in prælio concitatis: ſed & uaſtabuntur domus habitantium Hieruſalem, & mulieres uiolabuntur in dolorem dominorum & maritorum: qui nec populationem domorum, nec uxorũ ſtuprum ab hoſtibus prohibere potuerunt, iuxta illud quod alibi legimus: Qui congregati ſunt in medio tui, gladio cadent: & filios ueſtros in conſpectu ueſtro allident: & domus ueſtras deprædabuntur, & uxores ueſtras habebunt: quo nihil crudelius nihilq; miſerius inueniri poteſt: ut timo-





Universidad de Deusto Biblioteca

A re mortis propriæ, nec ſalutem filiorum, nec uxorum pudicitiam defendere audeant. Hoc ipſum & Amos propheta ad Amaſiam impium ſacerdotem cōminans
Amos 7.d loquitur: Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur.

**HEBR.** urbe. Et egrēdietur dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certaminis. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Hieruſalem ad orientem: & ſcindetur mons oliuarum ex media parte ſui ad orientem & ad occidentem, prærupto grandi ualde. Et ſeparābitur medium montis ad aquilonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad uallem mōtium meorum: quoniam coniūgetur uallis montium

**SEPT.** ciuitate. Et egredietur dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut in die commiſsionis, & in die prælij: & ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montē oliuarum: qui eſt contra Hieruſalem ad orientē plagam. Et ſcindetur mons oliuarum: media pars eius ad orientem, & media pars illius ad mare, uoragine magna nimis. Et inclinabit media pars montis ad aquilonē, & media pars eius ad auſtrum. Et obturabitur uallis montiū meorum: & adiungetur uallis montium

Et hęc populo Iudęorum uniuerſa contingent:
Pſal. 2.a Quia fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in unum, aduerſum dominū, & aduerſum Chriſtū eius. Qui irriſit et ſubſannauit eos, & in furore ſuo conturbauit illos, in tantum ut Apoſtolus quoq; cernens eos annos qui ad pœnitentiam dati fuerant iam eſſe completos: & nihilominus illos in negatione perſiſtere qui occiderunt dominum, & prophetas & apoſtolos perſecuti ſunt, dixerit: Peruenit ſuper eos ira in finem. Hæc omnia pleniſsime Ioſephus, qui Iudaicā ſcripſit hiſtoriam: & multo maiora quàm legimus in prophetis, eos ſuſtinuiſſe cōmemorat.
B Cornelius quoq; Tacitus qui poſt Auguſtum uſq; ad mortem Domitiani uitas Cæſarum triginta uoluminibus exarauit. Quomodo aūt media pars capta ſit ciuitatis, & reliquus populus in urbe permanſerit, & illo tempore & alijs approbatur, ſeptentrionalem urbis & inferiorem partem eſſe captam: montē autem templi & Sion in quo arx erat integra remanſiſſe. Iudæi hæc ſub Gog dicunt eſſe complenda: alij temporibus Macedonum & Aegyptiorum, diuerſarumq; gentium ex parte tranſacta. Nos temporis uarietatē domini ſententiæ relinquentes, quæ ſcripta ſunt explicemus. a ¶ *Et egredietur dominus, & præliabitur contra, etc.*] Egredi deū & pugnare contra gentes, & ſtare pedes eius ſuper montem oliueti, & cætera quæ in ſcripturis ſanctis ἀνθρωποπαθῶς dicta, & carnaliter continētur, digne deo debemus
Col. 1.b accipere: alioquin, cum loquatur Apoſtolus: Qui eſt i-
1 Tim.d mago dei inuiſibilis. Et rurſum: Regi autē ſeculorū in-
Ioan. 1.b corruptibili inuiſibili deo. Et in Euangelio ſcriptū ſit:
ibid. 6.c Deum nemo uidit unquā: unigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe narrauit. Et iterū: Non quia deum uidit quiſquam, præter eum qui eſt de patre: ſicut iram eius & pœnitentiam, & animam, & manus, & pedes, & uentrem, & oculos, & cætera corporis membra, pro uarietate cauſarum & ſenſuum interpretationis accipimus: ſic & hoc quod ſcriptum eſt: Egredietur dominus præliabitur, iuxta illud accipiendū quod in Habacuc legi-
Hab. 3.c mus: Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum
Mich. 1.a Chriſto tuo. Et in Michea: Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo, & deſcēdet & calcabit ſuper excelſa terræ: & conſumētur montes ſuper eum uallesq; ſcinden-
Eſaie 42.b tur. Et in Eſaia quoq;: Dominus uirtutum egredietur, & conteret bellum, & ſuſcitabit zelū, & clamabit ſuper hoſtes ſuos cum fortitudine. Egredit ergo deus de loco ſuo, quando quietē & manſuetudinē & clementiam ſuam pro emēdatione peccantiū rumpere cogitur: qui

cum per naturā dulcis ſit, uitio noſtro πικραίνεται, id eſt amarus efficit: non ſibi, ſed patientibus, quibus amara tormenta ſunt. Iſte qui alibi loquit per pro- C
pheram: Tu autem idem es & permanes. Et in epiſtola Pſal. 101.d
Iacobi: Apud quem non eſt cōmutatio. Nunc egreditur & præliatur ſicut in die certaminis: qui Pharaonem in mari ſubmerſit rubro, & pro Iſraelitico populo dimicauit. Et ſtabunt pedes eius his quorū miſertus fuerit & nequaq̄ mouebūt, ut rurſum de eo dici poſsit: Et dominus tuba canet, & ambulabit in commutatione iræ ſuæ. Nec ambulabit declinante iā ſole, & uicinis tenebris poſt meridiem: quod ſuper Adam feciſſe legimus. Cumq; ſteterit, non ſtabit in ualle & in locis humilibus, ſed in mōte qui non infructuoſas arbores habeat, & ſyluam ſterilem: ſed ubi olïueta naſcūtur: quibus alitur lumē æternum, & ſoluuntur infirmitates, & laſsis requies tribuitur. Et ipſe mōs oliuarum in quo ſtant pedes domini,
contra Hieruſalem eſt & orientem, unde oritur ſol iuſti- D
tiæ: illisq; oliuis conſitus eſt, de quibus dicitur: Filij tui Pſal. 127
ſicut nouellæ oliuarū in circuitu menſæ tuæ. Cuius media pars ſcindetur ad orientē, in qua ſunt arbores plan-
tatæ de gentibus, de quibus una loquitur: Ego autem Ibid. 51.d
ſicut oliua fructifera in domo dei. Et altera media pars ſcindetur ad occidentem & mare prærupto grandi ualde: qui circuncìſionis eſt populus, ad quem deus loquitur per prophetā: Quid dilecta mea in domo mea fecit abominationem? Nunquid uota & carnes ſanctæ auferent à te malicias, aut in his effugies? Hæc dilecta in domo dei fecit abominationē, ut dei filium cruci figeret & audiret: Oliuam umbroſam & nemoroſam pulchritudinem uocauit dominus nomen tuū: & inutiles facti ſunt rami tui, qui fracti ſunt de bona radice, ut nos in locum eorū inſereremur. Et animaduerte myſteria ſcripturarum, quomodo media pars quæ uergit ad occidentem, & ſalſis atq; amaris fluctibus tunditur: nō ſimpliciter in mari eſſe dicatur, ſed in prærupta ma-
ris uoragine & magna nimis: de qua & Micheas loqui- Mich. 1.b
tur: Detrahā in uallem lapides eius: haud dubiū quin Hieruſalem, & fundamenta eius reuelabo. Hæc ut in locis difficillimis & ualde obſcuris, pro tenuitate uirium noſtrarum diximus. Cæterum Iudæi occidentē ſequentes literam, conantur oſtendere, ſtantem dominum ſuper montē olïueti: & ipſum montē in duas partes eſſe diuiſum: ut contra orientē unius partis habeat ſciſſura principiū, & altera pars finē tendat ad orientē: & in medio ualde præcipitii, alia pars ad aquilonē, ad auſtrum alia diuidat. b ¶ *Et ſeparabitur mediū, etc.*] Pro eo quod nos diximus, fugietis: LXX. & reliqui interpretes ἐμφραχθήσεται, id eſt, obturabitur ſiue replebitur tranſtulerunt. Et pro eo quod nos poſuimus, quoniā coniungetur uallis montium uſq; ad proximum: pro proximo, Septuaginta ἀσαήλ tranſtulerūt: Aquila ipſum uerbum



A uerbum Hebraicum poſuit אצל per e breuem literam ἀζέλ: Theodotio per extenſam ἀζήλ: ſolus Symmachus proximum interpretatus eſt, quem & nos ſecuti ſumus. Dicamus παραφραστικῶς, ut poſſint patere quæ ſcripta ſunt: Cum mons olïueti grandi uoragine præruptus fuerit: ita ut una pars uoraginis ad orientem, altera ad occidentē reſpiciat: repentè & in ipſa uoragine excelſa ex utraq; parte prærupta, alia uorago rumpetur ad aquilonē, alia ad auſtrum: & præruptum quadrangulum fiet: ut quadrifariā in quatuor plagas oriētis & occidentis, aquilonis & auſtri uorago tendatur. Et fugietis, inquit, ad uallem quæ eſt inter templum & Sion. Hi enim templi & Sion duo montes, dei montes appellantur: q̄a uallis illa montis olïueti, quæ præruptis hinc atque inde

**HEB.** montium uſque ad proximum, & fugietis ſicut fugiſtis à facie terræmotus in diebus Oſiæ regis Iuda: & ueniet dominus deus meus omnesq; ſancti cum eo. Et erit in die illā non erit lux, ſed frigus & gelu. Et erit dies una quæ nota eſt domino: nō dies neq; nox: & in tempore ueſperi erit lux. Et ērit in die illa exibūt aquæ uiuæ de Hieruſalem: mediū earū ad mare orientale: & mediū earū ad mare nouiſsimū: in æſtate & in

**SEP.** montium uſq; ad Aſael: & replebitur ſicut repleta eſt à facie terræmotus in diebus Oſię regis Iuda: & aderit dominus deus meus: & omnes ſancti cū eo. In die illa non erit lux, ſed frigus & gelu erit una die: & dies illa nota erit domino: & non dies neque nox: & ad ueſperam erit lux. In die illa egredietur aqua uiua de Hieruſalē: media eius pars ad mare primum, & media pars ad mare nouiſsimum, in ęſtate & in

montibus cingitur, uſq; ad templi montē qui ſanctus eſt, ſuam uoraginem trahet. Terræmotus autem in diebus Oſiæ regis Iuda: illius temporis traditur: quando Oſias qui altero nomine Azarias dicitur, illicitum ſibi ſacerdotiū uendicare conatus, lepra percuſſus in fron-
B te eſt. De quo terręmotu & in Amos principio legimus: Verba Amos qui fuit in paſtoralibus de Thecuæ quæ uidit ſuper Iſrael in dieb. Oſiæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael ante duos annos terræmotus. Deniq; poſtq̄ hic mortuus eſt rex ſceleſtus, ad cuius impietatē omnis terra cōmota eſt: uidit Eſaias uiſionē magnā quam ſuo uolumini intexuit. Tranſeamus ad intelligentiam ſpiritualem: Poſtq̄ mons oliuarum ad orientē & occidentē uocatione gentiū & abiectione Iudæorum fuerit ſeparatus: rurſum alia ſciſſura fiet aquilonis & auſtri. Aquilo iungetur occidenti, auſter orientali plagæ: ad ſiniſtram ſtabit circumciſio, ad dextram populus Chriſtianus. De his duobus uentis
Cant. 4.d eccleſia loquitur: Surge aquilo & ueni auſter: ut aquilone uento frigidiſſimo recedente, qui interpretatur diabolus, auſter calidus uentus adueniat: quem ſponſa
Habac. 3.a perquirens ait: Vbi paſcis, ubi cubas in meridie? De quo & Habacuc myſticè loquitur: Deus de Theman ueniet: pro quo in Hebraico ſcriptum eſt: Deus ab auſtro, id eſt à luce pleniſſima. De qua alibi pſalmiſta conclamat: Illuminās tu mirabiliter à montibus æternis. Cum autem tanta fuerit duorum populorū in toto orbe diuiſio: ut alij ad orientem & auſtrū, id eſt ad dextram: alij ad aquilonem & occidentē, ad ſiniſtram uidelicet ſeparentur: tunc quicūq; ſanctus eſt, fugiet ad uallem montium dei: de quibus ſupra diximus templi & Sion: duo uidelicet teſtamenta: quoniam uorago illa quæ prius fuerat utriuſq; montis, tendetur uſq; ad Aſael: hoc eſt uſq; ad domum dei quæ uicina eſt paradiſo & cœleſti Hieruſalem, & monti ſancto in quo templum ſitum eſt. Et ſicut eo tēpore quo ſub Oſia rege lepro ſo uehementiſſimus terræmotus mortalium corda perterruit: & territos huc illucq; diſperſit: Ita duorū populorū ſeparatio, & rurſum credentiū in una fide ſocietas, inter duos montes placabili ſede requieſcet: quoniam & uetus &

nouum inſtrumentū ſibi utrunq; iungetur. Quod au- C
tem dicitur, uſq; ad Aſael, id eſt uſq; ad proximum: hoc ſignificat, iuncta quidem ſibi eſſe duo inſtrumenta, legis & euangelij: ſed ita iuncta ut magis uicina ſint quàm unita: Multa enim ueteris legis amiſimus & nouæ gratiæ ſuſcepimus. Cum autē hoc fuerit ratione perfectum: tunc ueniet, inquit, dominus deus meus, omnesq; ſancti cum eo. Sin aūt uoluerimus pro eo quod nos diximus, fugietis: ſequi illud quod alij interpretes tranſtulerūt, obturabitur ſiue replebitur uallis montiū eorum: hoc dicemus quod aduentus domini ſaluatoris duobus inter ſe populis ſeparatis, obturet & repleat eā uoraginē quæ duos populos diuidebat: ut plana uia ad ſe mutuo gradiant. a ¶ *Et erit in die illa non erit lux, etc.*] Manifeſtè de ſecundo ſaluatoris prædicatur aduentu: de quo & Ioan-
nes in Apocalypſi ſua loquitur: Ecce ueniet cum nubi- Apoc. 1.b
bus, & uidebit eum omnis oculus & qui eum compun-
xerunt. Et dominus in euangelio pronunciat uentu- Mat. 24.c
rum filium hominis in nubibus cœli cum fortitudine
& gloria multa. Veniet autem cum nubibus, id eſt an- D
gelis: qui ſunt miniſtri ſpiritus & ad diuerſa mittuntur officia, & cum prophetis atq; apoſtolis: de quibus ſcri-
ptum eſt: Veritas tua uſq; ad nubes. Cumq; dies aduen- Pſal. 35.b
tus eius fuerit impletus: non erit lux, ſed frigus & gelu: refrigerata omniū charitate: & præ multitudine malorū quæ superuentura ſunt, frigeſcentib. cunctis & calorē priſtinæ fidei perdentibus. Poſtq̄ aūt omnes peccatores frigus ſuū geluq; cōtraxerit: una dies erit atq; perpetua, nequaq̄ ſibi luce & tenebris, die & nocte ſuccedētibus: ſed ipſe dn̄s erit lux omniū. De quo Eſaias ple-
nius: Non erit, inquit, tibi ſol in lucē diei: neq; ortus lu- Eſa. 60.d
næ illuminabit te per noctē, ſed erit tibi dn̄s lux æterna, & deus tuus gloria tua. Qui & in alio loco clamat ad Hieruſalē, Illuminare, illuminare Hieruſalē: uenit enim lux tua ſuper te & gloria dei tui ſuper te orta eſt. Ecce enim tenebræ & caligo operient terrā ſuper gētes, ſuper te autē apparebit dn̄s, & gloria dei tui ſuper te orta eſt. Et ibūt reges in lumine tuo, & gentes in ſplendore tuo. Si caligo & tenebræ operient terrā ſuper gentes: quomodo rurſum gentes ambulabūt in ſplēdore dn̄i? Sed illæ gentes erunt in tenebris quas frigus geluq; cōtraxerit, & illæ ambulabūt in lumine dn̄i, quæ ſecutæ fuerint reges, apoſtolos & prophetas: de quibus ſcriptum eſt: Cor regis in manu domini. Deniq; in tempore ueſperi, hoc eſt tenebrarū & triſtitiæ omnium peccatorū, ſanctis lux erit, & una æterna dies: quæ ſi nota erit dn̄o (neq; enim ignorare poterit quam creauit) conſiderandum eſt quomodo dicat in euangelio, quod diem illam nec angeli nec filius nouerit niſi ſolus pater. b ¶ *Et erit in die illa exibunt aquæ, etc.*] In illo tempore: hoc enim ſignificat dies quæ ſoli nota eſt domino: in qua non ſibi ſuccedent lux & tenebræ, ſed erit lumen perpetuum: iux-
ta illud quod in Apocalypſi legimus: Et ciuitas non ha- Apoc. 21.g
bebit neceſſariam lucem ſolis: quoniam dominus deus



Universidad de ... Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A omnipotens lumen eius erit, egredientur aquæ uiuen
tes de Hieruſalem: de quibus ſupra, ponentes Ezechie
lis teſtimonium, diſputauimus: quarum media pars
ibit ad mare orientale: quod Græcorum libri λίμνην
ἀσφαλτῖτιν uocant, & uulgo mare appellatur mor-
tuũ, ex eo quod nihil
in aquis eius poſſit ui
uere: Et media pars
ad mare nouiſſimũ,
quod ducit ad Aegy-
ptũ & facit littora Pa-
læſtinæ. In æſtate, in-
quit, & in hyeme ita
erit: ut aquæ iſtæ quæ
exibunt de Hieruſa-
lem, nec gelu cõſtrin-
gantur hyemis, nec
æſtatis nimio feruore
ſiccentur: quanq̃ pro
hyeme uernum tem-
pus LXX. trãſtulerũt,
quod ad diſtinctionẽ
æſtatis non cõuenit.
Cumq; uitales aquæ
utrunq; mare fuerint
ingreſſæ, & amaras a-
quas dulci flumine
mitigarint: tunc erit
rex ſuper omnem ter
ram. Aqua quæ egre-
ditur de Hieruſalem, hoc eſt de eccleſia, doctrinam in-
dicat ſaluatoris. De Sion enim egreditur lex, & uerbũ
domini de Hieruſalem: iuxta illud quod alibi ſcriptum
Eſa. 11.c eſt: Repleta ſunt omnia ſciẽtia domini: ſicut aqua multa
B operiens mare. Harum aquarũ media pars ibit ad ma-
re orientale, populum circumciſionis, qui in apoſtolis
& per apoſtolos eſt electus: & medium earum ad mare
nouiſſimum: ut de oriente & occidente ueniant qui ac-
cumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob. Vel certè orien
tale mare & mare nouiſſimũ intelligamus uetus inſtru-
mentum & nouum, quod niſi flumine ſaluatoris & ſpi
rituali eius intelligentia fuerit dulcoratum, amariſſimũ
eſt, occidente litera & ſpiritu uiuificante. Quodq; ſequi
tur: in æſtate & in hyeme erunt: ſubauditur aquæ uiuæ
quæ egrediuntur de Hieruſalem: ut & in pace & in per-
ſecutionibus iſtæ uiuentes aquæ manare non ceſſent.
Siue quia LXX. tranſtulerũt: In æſtate & in uere ita erit:
hoc dicamus, quod illo tempore nõ ſit hyems ſed uer,
æſtasq; perpetua: quando uox turturis audietur in ter
ra noſtra, & ficus afferent groſſos ſuos, & uineæ flore-
Cant. 2.c bunt, & hyems pertranſibit, & pluuia recedet & abibit
ſibi. In quo tempore ideo uer neceſſarium erit: quia flo
res apparebunt in terra noſtra: ut celebremus paſcha &
pentecoſten: in quibus de terrenis tranſeamus ad cœle
ſtia: & omnes fructus noſtros offeramus deo. In phaſe
enim hyemis finis, ueris exordium eſt: in pentecoſte æ-
ſtatis principium: quando labores manuũ noſtrarum
& fructuum offerimus deo. De hac æſtate & uere perpe
Pſal. 73.c tuo iuſtus loquitur ad dominum: Tu fabricatus es au-
roram & ſolem: æſtatẽ & uer tu plaſmaſti. Tunc erit do-
Ibid. 96.a minus rex ſuper omnem terram: quando dicemus: Do
Ibid. 95.c minus regnauit, exultet terra. Et iterum: Dicite in gen-
tibus quia dominus regnauit: Etenim correxit orbem
terræ, qui non cõmouebitur. Aquam autem uiuam re-
ctẽ à nobis doctrinã ſaluatoris expoſitam, ſciet ille qui
biberit, & qui ſaluatorem audierit prædicantẽ: Si quis
biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ
Ioan. 4.c uiuentis & ſalientis in uitam æternam. Et rurſum: Qui
Ibid. 7.f credit in me (ſicut dixit ſcriptura) de uentre eius egre-

HEBR. in hyeme erunt. Et
erit dominus rex ſuper o-
mnem terrã: In diẽ illa erit
dominus unus: & erit no-
men eius unum: & reuerte
tur omnis terra uſq; ad de-
ſertũ: de colle Remmõ ad
auſtrum Hieruſalem: & ex
altabitur & habitabit in lo-
co ſuo: à porta Beniamin
uſq; ad locum portæ prio-
ris, uſq; ad portam angu-
lorum, & à turre Hanan-
neel uſq; ad torcularia re-
gis, & habitabũt ĩ ea, & ana
thema nõ erit amplius, ſed
ſedebit Hieruſalem ſecura.
Et hęc

SEP. in uere erit ſic, & erit
dominus in regẽ ſuper o-
mnem terrã. In die illa erit
dñs unus, & nomen eius
unũ, circuiens omnẽ terrã
& deſertum à Gabaa uſq;
Remmon ad auſtrum Hie
ruſalem: Rhama uerò in
loco permanebit, à porta
Beniamin uſque ad por-
tam primam, uſq; ad por-
tam angulorum & uſque
ad turrem Anamael, uſque
ad torcularia regis habita-
bunt in ea, & anathema ul-
trà non erit, & habitabit
Hieruſalem confidens.
Et hęc

dientur flumina aquæ uiuentis. Sicut enim qui biberit C
de doctrina eius habebit in ſe fontem uiuentem: ſic qui
crediderit in eo, iuxta id quod ſcripturarum uocibus
continetur: flumina aquæ uiuentis egredientur de uen
tre illius. Aquas uiuentes multi ad baptiſmum referũt:
quæ in uere & in æſta
te, hoc eſt in paſcha &
pentecoſte ſitiẽtibus
largiendæ ſunt: quan
do implebitur quod
ſcriptum eſt: Lauami
ni, mundi eſtote. a
¶ *In die illa, etc.* ] Extru
ctionem urbis Hieru
ſalem, & aquarum e-
greſſum de medio e-
ius, quæ ad utrunq;
defluant mare: Iudæi
& Chriſtiani Iudai-
zãtes ultimo ſibi tem
pore repromittunt:
quando rurſum exer
cenda circumciſio ſit:
& immolandæ uicti-
mæ: & om̃ia legis præ
cepta ſeruãda: ut non
Iudæi Chriſtiani, ſed
Chriſtiani Iudæi fiãt.
In die, inquiunt, illa
quando Chriſtus in
Hieruſalẽ aurea atq; gemmata ſederit regnaturus: non
erunt idola nec diuinitatis cultura diuerſa, ſed erit do-
minus unus: & reuertetur omnis terra uſq; ad ſolitudi-
nem: id eſt in antiquum ſtatum: ponitq; locorum uoca
bula à quo loco uſq; ad quem locum ædificanda ſit Hie D
ruſalem: de colle Remmon, hoc enim Gabaa ſonat ubi
arbor maligranati eſt, uſq; ad auſtralem plagam Hieru
ſalem. Quodq; ſequitur: Rhama autem in loco ſuo per-
manebit: melius interpretatus eſt Aquila & cæteri qui
poſuerũt exaltabitur: Rhama quippe exaltatio dicitur:
Iuxta illud prophetale & euangelicum: Vox in Rhama
audita eſt: hoc eſt in excelſis ſonuit. Exaltabitur itaque Matt. 2.c
Hieruſalẽ, & ædificabitur in loco priſtino, à porta Ben-
iamin: uſq; ad portam quæ dicitur angulorum, & à tur
re Hananneel, non ut Græci & Latini male legunt Ana
mael uſq; ad torcularia regis: quod Hebraicè ſcriptum
eſt הַמֶּלֶךְ Et habitabunt, inquit, in ea, hoc eſt in Hieru-
ſalem: & anathema amplius non erit: nullus uidelicet
metus hoſtilis impetus, nulla formido: ſed ſedebit uel
habitabitur Hieruſalem æterna pace requieſcens. Hæc
Iudæi iuxta literã ſomniant & noſtri χιλιασταί, qui rur- Gen. 1.d
ſum audire deſiderant: Creſcite & multiplicamini & re-
plete terram: & pro huius uitæ continentia breuiq; ieiu
nio, bulbos ſibi & uuluas & aues phaſidis, & attagenẽ,
nequaq̃ Ionicum, ſed Iudaicum repromittunt: de qui- Ibid. 6.a
bus uerè poteſt dominus dicere: Non permanebit ſpi-
ritus meus in hominibus iſtis: quia carnes ſunt: Caro
enim pugnat contra ſpiritũ, & ſpiritus contra carnem.
Nec opponant nobis Ioannis Apocalypſim: quæ & ip-
ſa ſpiritualiter diſſerenda eſt. Nos autẽ cœleſtẽ Hieruſa-
lem interpretemur eccleſiam: quæ in carne ambulans,
non uiuit ſecundum carnẽ: cuius municipatus in cœlo
eſt. Poſtq̃ enim dominus Ieſus rex fuerit ſuper omnẽ
terrã: de quo ad patrẽ ſpiritus ſanctus loquit̃ per pro- Pſal. 71.a
phetam: Deus iudiciũ tuum regi da, & iuſtitiam tuam
filio regis: tunc unus dominus erit: de quo ſcriptũ eſt: Deut. 4.f
Scitote quoniã dominus ipſe eſt deus: Et unum nomẽ
eius omni praua religione calcata: iuxta illud q̃d pro- Pſal. 8.a
pheta decantat: Domine dominus noſter quàm admi-
rabile



A rabile eſt nomẽ tuum in uniuerſa terra. Et rurſum: Ma-
Ibid. 137.a gnificaſti ſuper omnes nomen ſanctum tuum. Et alibi:
Sicut nomen tuum deus: ita & laus tua in uniuerſa ter-
Habac. 3.a ra: de quo & Habacuc loquitur: Laudis eius plena eſt
Eſa. 44.a terra. De cuius gloria nominis ipſe deus loquitur: Abſ-
que me nõ ſcies deũ,
& præter nomẽ meũ:
quod magnificatum
eſt ſuper omnes. Tũc
reuertetur omnis ter
ra in qua habitauere
Iudæi uſq; ad deſertũ:
id eſt uſq; ad popu-
lum gentiũ qui prius
deſertus erat, & legis
noticiam non habe-
bat, à Gabaa uſq; ad
Remmon, hoc eſt à
colle uſq; ad excelſũ:
quia de terra & de de-
ſerto ad colles, & de collibus ad montana cõſurgimus.
Cant. 2.a Vnde & ſponſus in canticocanticorum tranſilit colles,
qui minores ſunt, & ſalit ſuper montes excelſos: de qui
bus ſcriptum eſt: Montes excelſi ceruis. Sin autẽ Rem-
mon malogranatum accipere uolumus, utrunq; enim
apud Hebræos interpretatur: hoc dicamus, quod fines
eccleſiæ de collibus incipiant: ut omnis ordo eccleſiaſti
cus conſtruatur: de quo ſupra diximus quando inter-
pretati ſumus planctum unigeniti & planctum ſicut A-
dadrimon. Nec hoc eſt eccleſia fine contenta: ſed perue
niet uſq; ad auſtrum in luce pleniſſima: Super quo du-
dum expoſuimus. Et nũc idcirco reticemus: ne eadem
ſæpius inculcantes lectori ſimus faſtidio. Et exaltabitur
eccleſia quæ cœpit à collibus & peruenit ad meridiem:
B & habitabit in loco ſuo: de quo ſcriptum eſt: In loco pa
Pſal. 22.a ſcuæ ibi me collocauit. A porta Beniamin qui interpre-
tatur, filius dexteræ, & non filius dierum: ut male qui-
dam ſuſpicantur: aliud eſt enim ſi in ן literam: aliud ſi
in ם finiatur: Et perueniet uſq; ad locum portæ orien-
talis & prioris, uſq; ad portam angulorũ. A uirtute in-
cipimus, hoc quippe dextera ſignificat: & peruenimus
uſq; ad portam priorẽ, ut per eam ingrediamur ad cæ-
teras: ſtatimq; nobis occurrit porta angulorum ubi an
gularis lapis eſt: quem reprobauerunt ædificantes: & fa
ctus eſt in caput anguli: Qui angularis lapis parietem
utrunq; cõnectit, & duos populos in unum redigit: de
Eſa. 28.d quo & deus loquitur per Eſaiam: Ecce ponam in Sion
lapidem angularẽ, electum & precioſum in fundamen
tis eius: & qui crediderit in eum non confundetur. Hic
lapis angularis & cæteros lapides angulares ſuperædi-
ficari ſibi uoluit: ut apoſtolus Paulus poſſet liberè dice
Eph. 2.d re. Aedificati ſuper fundamentũ apoſtolorũ & prophe
tarum, ipſo angulari lapide Chriſto Ieſu. Hos lapides
non imitantur hæretici qui omnia gloriæ & lucri cauſa
faciunt: & orant in angulis platearũ, rectam ſemitã re-
linquentes. Omnis enim angulus rectam lineam fran-
git: & idcirco meretrix in prouerbijs, utcunq; eam acci
pere uoluerimus: cuius non quieſcunt pedes domi: ſed
aut foris uagatur, aut in omnibus inſidiat̃ angulis pla-
tearum: cum uiderit iuuenem inſipientẽ: non inuitat e-
nim quem ſenſerit eſſe prudentẽ & maturum ſenectute:
Sap. 4.b de qua ſcriptũ eſt: Cani hominis ſapientia eius: ſtatim
apprehendit & oſculatur atq; blanditur: & ducit ad lu-
panar: & inuitat ad coitũ. Relinquamus igitur ſimula-
tos angulos, & ad firmos atq; robuſtos Chriſti angu-
los tranſeamus: ad quos cum peruenerimus, ſtatim no
חננאל bis occurrit turris Hananneel, quod interpretatur gra-
tiſſimus dei. Quid enim turre Salomonis gratius eſt:
Cant. 4.b de qua ad ſponſam dicitur: Sicut turris Dauid ceruix

HEBRAEI. Et hæc ẽrit pla
ga qua percutiet dominus
omnes gentes quæ pugna-
uerunt aduerſum Hieruſa-
lem. Tabeſcet caro uniuſ-
cuiuſque ſtantis ſuper pe-
des ſuos: & oculi eius con-
tabeſcent in foraminibus
ſuis: & lingua eorũ conta-
beſcet

SEP. Et hæc erit ruina qua
percutiet dominus omnes
populos qui militauerunt
contra Hieruſalem: Tabe-
ſcent carnes eorum ſtan-
tium ſuper pedes ſuos: &
oculi illorum defluent de
foraminibus eorum: & lin-
gua eorum tabeſcet in ore
eorum

tua quæ ædificata eſt in Talphioth: mille ſcuta pendent C
ſuper illam: omnia iacula potentiũ. Hanc turrẽ domi- תַּלְפִּיּוֹת
nus in euangelio ædificari uult, expenſis prius & ſum- Luc. 14.f
ptibus ſupputatis: & de qua dicitur ad Hieruſalem: Fiat Pſal. 121.b
pax in uirtute tua, & abũdantia in turribus tuis: de qua
& ſanctus ad domi-
num loquitur: Dedu Pſal. 60.a
xiſti me, quoniam fa-
ctus es ſpes mea: tur-
ris fortitudinis à facie
inimici. De turre Ha-
nanneel peruenimus
ad regis torcularia,
pro quib. & tres pſal-
mi titulum habent. Et
dominus dicit in E-
ſaia: Torcular calcaui Eſa. 63.a
ſolus: ut exuberet in
illis noſtra uindemia
& exprimamus bo-
tros: & rubentia in Chriſti ſanguine muſta calcemus:
ut bibamus uinũ quod lætificat cor hominis. Et ſpon-
ſa deſiderat ſponſi ſodalibus loquens: Inducite me in Cant. 2.a
cellam uini, ponite ſuper me charitatẽ: Si nos iſtiuſmo-
di inebriarint torcularia, habitabimus in Hieruſalem,
in qua anathema ultrà non erit: maledictio uidelicet &
abominatio. Vnde dicit & Apoſtolus: Si quis nõ amat 1. Cor. 16.d
dominũ, ſit anathema. Et in alio loco: Nemo in ſpiritu
dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et pro fratrũ ſalute a-
nathema eſſe cupit: imitari uolens dominũ ſuum, qui
& ipſe cũ non eſſet maledictio, pro nobis factus eſt ma-
ledictio. Ablato autẽ omni anathemate, habitabit Hie-
ruſalem ſecura atq; confidens: & illud in ſe exprimens:
Qui confidit in domino beatus eſt. Et: Melius eſt con- Pſal. 117.a
fidere in domino quàm confidere in homine: de qua D
ſecuritate & confidentia Hieremias propheta cõmemo
rat: Benedictus erit homo qui confidit in domino. a Hiere. 17.a
¶ *Et hæc erit plaga, etc.* ] Quæ paſſuræ ſint gentes quæ con
tra urbem domini dimicabunt, præſens ſcriptura teſta
tur: Stabunt, inquit, ſuper pedes ſuos, & caro eorũ tabe
ſcet & defluet, & oculi eorũ cõputreſcent, & de ſuis fora
minibus excident: lingua magniloqua quę dei populũ
blaſphemabat, ſoluet̃ in ſaniẽ, & intra uallũ dentiũ com
putreſcet. Hæc paſſos non eſſe Romanos qui Hieruſalẽ
ſubuerterũt, cunctis perſpicuũ eſt: niſi fortè Iudæi illas
nationes aſſerent perpeſſuras: quæ contra aureã & gem
matã dimicaturæ ſunt Hieruſalẽ. Nos aũt dicemus, om
nes perſecutores, qui affixerunt eccleſiã dñi, ut tacea-
mus de futuris cruciatibus etiã in præſenti ſeculo rece-
piſſe quæ fecerint. Legamus eccleſiaſticas hiſtorias: q̃d
Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Ma
ximianus, quid ſæuiſſimus omniũ Maximinus, & nu-
per Iulianus paſſi ſint: & tũc rebus probabimus etiam
iuxta literã, prophetiæ ueritatẽ eſſe cõpletã: quod com-
putruerint carnes eorũ, & oculi cõtabuerint, & lingua
in pedorẽ & ſaniẽ diſſoluta ſit. Porrò ſi ex hoc dicto hæ
reticis crudelitas dei uidet̃ oſtendi: audiant hæc uniuer
ſa fieri: ut deficiẽtibus malis ſuccreſcãt bona. Qui enim
in dño & cum dño ſteterit, defluent eius carnalia, ut o-
riantur ſpiritualia: & oculi qui male uidebãt, cadent de
foraminibus ſuis: ut alij reponantur, qui poſſint domi
num ſuſpicere cum propheta, dicente: Ad te leuaui ocu Pſal. 122.a
los meos qui habitas in cœlis. Et lingua blaſphemans
ideo cõputreſcet, ut altera lingua naſcat̃, quæ glorificet
deũ & poſſit dicere: Lingua mea meditabitur iuſtitiam Ibid. 70.d
tuam, tota die laudem tuam. Vnde & Symeon ſuſci-
piẽs in ulnis infantẽ, & futura prænũcians, ait: Ecce hic Luc. 2.e
poſitus eſt in ruinã & reſurrectionẽ multorum: ut mala
cadant & optima ſuſcitent̃. Vnde & dñs: In iudicium, Ioan. 9.g
inquit

Universidad de Deusto Biblioteca

A inquit, ego ueni in hunc mundum: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Non uidebat gentiliũ populus: & poſt fidem Chriſti cœpit ueritatis lumen aſpicere: quæ loquitur per prophetam:
Eſa. 61.a
Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me: Euangelizare pauperibus miſit me: prædicare captiuis remiſſionem: & cæcis ut uideant, & illuminẽtur ſapientia: de qua ſcriptũ eſt:
Eccl. 8.a
Sapientia hominis illuminat faciẽ eius: Et in pſalmis legimus:
Pſal. 145.b
Dominus illuminat cæcos, ſiue ſapiẽtes facit: Hoc enim magis ſignificat σοφοὶ. Videbant Iudæi: & quia lumen recipere noluerunt, æterna cæcitate cooperti ſũt. a ¶ *In die illa erit tumultus, etc.*] Cum hæc fuerint expleta miracula: ut caro hoſtiũ defluat: tabeſcant oculi: lingua in ore blaſphemantium computreſcat: Tũc erit magnus tumultus ſiue ſtupor in eis: hoc enim ſignificat ἔκστασις quam LXX. tranſtulerunt. Et apprehendet unuſquiſq; manum proximi ſui, & cõſeretur manus cum alterius manu, præ formidine & malorũ pondere quæ ſuperuenient: Iudas quoq; pugnabit cõtra metropolin: de quo
B & ſupra diximus, & à domino conceſſa uictoria: cõgregabuntur diuitiæ omnium gentium quæ militauerunt cõtra Hieruſalem: aurum & argentum & ueſtium multitudo quæ in rebus precioſiſſima ſunt. Hæc ſibi infelix Iudæa promittit: aurum accipere ſperans: quæ triginta argenteis dominum appreciauit. Nos autem cœptum ſequentes ordinẽ: omnia iſta referamus ad eccleſiæ beatitudinẽ: quod cuncti qui in ea fuerint admirẽtur ſubiectionem hoſtium, & ſuam felicitatem: & unuſquiſque apprehendat manũ proximi ſui: ut conſerant dextras, & mutua fide ac neceſſitudine copulentur. Quod autẽ in Hebraico legimus: Et Iudas pugnabit aduerſum Hieruſalem: pro quo LXX. tranſtulerunt: Et Iudas præparabitur in Hieruſalem. Vtroq; modo accipiamus, quod Iudas qui quondam domini confeſſus eſt nomen, & in perſecutionibus coactus, Chriſti populum perſecutus eſt, & ipſe uertatur ad læticiam. Vel certè Iudas, omnis cõfitens & fidelis, non aduerſum Hieruſalem pugnet, ſed præparet ſe in Hieruſalem: ut contra aduerſarios dimicet. Et congregabit ipſe Iudas diuitias omnium gentium in circuitu: aurum & argentũ & ueſtes multas nimis. Aurum & argentum in ſenſu & ſermone intelligi ſæpe diximus: unde & ueſtes æquè debemus accipere: quibus Chriſti decoratur eccleſia: de qua ſcriptũ eſt:
Pſal. 44.c
Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circumdata uarietate. Quibus ueſtibus indutã ſe credentium turba lætatur & dicit: Exultabo in domino, quia induit me ueſtimentis ſalutis & tunica læticiæ: Dixerat enim ei dominus: Veſtiui te τριχάπτοις & byſſinis. In τριχάπτοις ueſtes tenues accipiamus, quę tam pulchrę ſunt atq; ſubtiles: ut capillorum ſimiles eſſe uideantur. Has ueſtes eccleſia congregat: ut habeat quibus induat populum ſuum: cui à uero concionatore præceptum eſt: In omni tempore ſint ueſtimenta tua candida. b ¶ *Et ſic erit ruina equi & muli & cameli, etc.*] Et hæc Iudæi

HEB. beſcet in ore ſuo. In diẽ illa erit tumultus domini magnus in eis: & apprehendet uir manum proximi ſui: & cõſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui. Sed & Iudas pugnabit aduerſum Hieruſalem, & cõgregabuntur diuitiæ omnium gentium in circuitu eorum, & argentum & ueſtes multæ ſatis. Et ſic b erit ruina equi & muli & cameli & aſini & omnium iumentorũ quæ fuerint in caſtris illis ſicut ruina hæc. Et

SEP. eorum. Et erit in die illa ſtupor dñi magnus ſuper eos: & apprehendet unuſquiſq; manum proximi ſui: & adhærebit manus eius in manu proximi ſui: & Iudas præparabit in Hieruſalem: & congregabit robur omnium populorum per circuitum: aurum & argentum & ueſtes multas nimis. Et hæc erit ruina equorum & mulorum, camelorũ & aſinorũ & omniũ iumentorum, quæ fuerint in caſtris illis iuxta ruinã hãc. Et

ſub ἠλειμμένῳ ſuo carnaliter explenda contendunt, C Grandis reuera domini fortitudo: ut corruant in caſtris hoſtium equi & muli, cameli & aſini: & omnia iumenta eorum ſicut & homines corruent. Magnus triumphus, glorioſa uictoria: bruta animalia deo pugnante ſuperari. Dicamus ergo iuxta cœptã tropologiam:
Tropol.
quod idcirco õnia mala corruant quæ prius contra eccleſiam dimicauerũt, ut bona repentè conſurgant. Denique qui prius equus fuerat hinniens ad uxorẽ proximi ſui, & impatiens ad libidinem ferebatur: & iacebat in turpitudine uoluptatum: cum ſequi cœperit caſtitatem, dicetur ad eum:
Cant. 2.d
Surge eamus hinc. Et: Surge ueni ꝓxima mea. Et in Apoſtolo:
Eph. 5.d
Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Cũq; ſurrexerint qui ante ceciderant equi, & mollia terga domino præbuerint ad ſedendum: dicent ad eum: Aſcende ſuper equos tuos: & equitatio tua ſalus. Iuxta hunc ſenſum mulos accipiamus, qui ſteriles ſunt & nõ procreant filios, ſed uoluptate laſciuiunt: de quibus pſalmiſta cõmemorat:
Pſal. 31.c
D Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Sicut ergo qui proni ſunt ad libidinem, equi appellãtur: ſic mulos iuſtè uocabimus, qui uirgines ſunt carne & non ſpiritu, qui eunuchizantur non propter regna cœlorum, ſed propter hominum uoluptatem. Cum igitur iſti muli & iſti eunuchi uerſi fuerint in progeniem, & ſpirituales filios procrearint: audient per Eſaiam:
Eſa. 56.b
Et ne dicat Eunuchus: quoniam ſum lignum aridum. Hæc enim dicit dominus eunuchis: qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ uolui & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muro meo locum nominatum: & nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis quod non deficiet. Tales mulos & mulas habebant reges Iſrael: & maximè Dauid qui refertur ad Chriſtum. Si intelleximus qui ſint equi & muli ruentes & conſurgentes: tranſeamus ad camelos, animal ruminans ungulamq; nõ findens: Et dicamus camelos eſſe omnes peccatores terrę, qui graui peccatorum ſarcina deprimuntur: & uidentur ſibi ſanctas ſcripturas legere: ſed ungulam non findunt: ruminantes eloquia diuina, & ea quæ ſcripta ſunt negligentes. Rectius autem camelus dici poteſt populus Iudæorum, qui & ipſe legem dei meditatur & eam ruminat & uoluit in pectore, ſed nõ diuidit ungulam: ut credat in patrẽ & in filium, & in eo immundus eſt, quod nequaq̃ ſeparat literam à ſpiritu: umbram à ueritate, & portat legis onera, & audit per prophetã:
Eſa. 1.a
Væ gens peccatrix, populus plenus delictis. De iſtiuſmodi camelo qui ruminat, ungulamq; non findit: & in prouerbijs quaſi ad filiũ dicit: Qui relinquit cuſtodire diſciplinam patris, meditabitur eloquia mala. Poſt camelum tranſeamus ad aſinũ, qui quondam ferebatur infrenis: & immundus erat & multos habebat dominos: & per præcipitia labebatur, ut corruens repentè cõſurgeret & portaret dominum ſaluatorem, & ingrederetur in ſan/



A in ſanctam Hieruſalem: & cum paruulorum turba credentium ſuſciperet triumphantem. Hunc aſinum ad uitem & uineam ſaluator dicitur alligaſſe: De qua in pſalmis ſcriptum eſt:
Pſal. 79.b
Vineam tranſtuliſti ex Aegypto, & eieciſti gentes & plantaſti eam. Ad quam ipſe uinitor loquitur: Ego plantaui te uineam frugiferam totam ueram. Omnia quoq; iumenta & animantia quæ uno nomine propheta comprehendit, pro ſingulorum naturis interpretanda ſunt: & hoc magis dei filio conuenit, quàm ea quæ ſtulta populus Iudæorũ uaticinatione præſumit. a ¶ *Et omnes qui reliqui fuerint, etc.*] Omnes, inquit, qui relicti fuerint de cũctis gentib. quæ uenerint contra Hieruſalem, aſcendent per ſingulos annos: ut adorent regem dominũ exercituum: & celebrẽt feſtiuitatem tabernaculorũ. Hæc quoq; Iudæi caſſa ſpe in mille annorũ regno futura promittunt: cuius ſolennitatis iſtud exordium eſt: Egreſſus populus Iſrael de Aegypto per uaſtam & terribilem ac latam ſolitudinẽ, in qua non erat domus, uilla, oppidum, ſpecus: faciebat ſibi tabernacula atq; tentoria: quæ nunc à ſimilitudine paruulę auis papilionis uocantur, in quibus cum coniugibus morarentur ac liberis, & cibum caperent:
B & per diem ſolis ardores, per noctem humorem & frigus & roris iniuriã deuitarent: iuſſumq; eſt ut in menſe ſeptimo quintadecima die menſis fieret tabernaculorum ſolẽnitas. Et cum te, inquit, interrogauerit filius
Deut. 6.d
tuus cras, dicẽs: Quid ſibi uolunt hæc tabernacula: reſpondebis ei: multo tempore peregrinati ſumus in Aegypto: de qua eduxit nos dominus in ſolitudinẽ: & idcirco tabernacula ſuſcitamus: ut beneficiorum dei omni tempore recordemur cum cœperimus habitare in
Leuit. 23
urbibus. Præcepit quoq; ut facerent tabernacula de ligno pulcherrimo quod Iudæi cedrum uocant, & de palmarum ramis ac frondibus ligni denſiſſimi, & ſalicis & populi. Hiſtoriæ iecimus fundamenta: ut ex his ad ſpiritualia tranſeamus: Quamdiu in profectu ſumus & in curſu atq; certamine: habitamus in tabernaculis: huc omni mente nitentes, ut de tabernaculis ad firmam & ſtabilem ſedem tranſeamus, id eſt, domum dei. Vnde
Pſal. 119.a
Pſal. 38.c
& ſanctus Dauid dicit in pſalmo: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Et: Aduena ego ſum & peregrinus ſicut omnes patres mei. Hoc loquitur qui in Aegypto eſt & adhuc in ſeculo conſtitutus. Qui autem egreditur de Aegypto: quæ Hebraicè dicitur מִצְרַיִם & interpretatur tribulatio, & ingreditur uitiorum ſolitudinem: carpit iter ſuum & dicit in pſalmo: Pertranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſq; ad domũ dei. Admirabile eſt enim nolle habitare cũ Aegyptijs: ſed ſubmerſo Pharaone terram cupere repromiſſionis intrare.
Pſal. 83.a
Vnde & alibi loquitur: Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiſcit & deficit anima mea
Ibid. 117.b
in atria domini. Et poſt paululum: Beati omnes qui habitant in domo tua: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Vox enim exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.
Prou. 12.a
E in prouerbijs ſcriptum reperimus: Domus iuſtorũ permanent: & tabernacula eorũ qui rectè agunt ſtabunt. De domibus quod permaneant: de tabernaculis

HEB. Et omnes qui reliqui fuerint de uniuerſis gentibus, quæ uenerint contra Hieruſalem: aſcendent ab anno in annũ: ut adorẽt regem dñm exercituũ: & celebrent feſtiuitatem tabernaculorũ. Et b erit qui non aſcẽderint de familijs terræ ad Hieruſalem, ut adorent regem dominũ exercituũ non erit ſuper eos imber. Quòd ſi et familia Aegypti non

SEP. Et erit quicunq; derelicti fuerint de cunctis gentibus, quæ uenerint contra Hieruſalẽ, aſcẽdent per annos ſingulos: ut adorẽt regẽ dñm omnipotẽtẽ: & celebrẽt feſtiuitatẽ tabernaculorũ. Et erit qui non aſcẽderint de familijs terrę ad Hieruſalem, ut adorent regem dominum omnipotẽtem: & iſti illis apponentur. Sin autem tribus Aegypti non

lis quod ſtatura ſint pollicetur. C Dicit & in alio loco ſanctus uir:
Pſal. 26.b
Vnum petiui à domino hoc requiram: ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: & uideam delectationẽ domini & uiſitem templum eius. Qui in iſtiuſmodi habitat tabernaculis: & de tabernaculis ad atria, & de atrijs ad domum, & de domo ad templũ domini ire feſtinat: debet celebrare ſolẽnia tabernaculorũ in ligno ſapientiæ pulcherrimo: de quo in prouerbijs dicitur:
Prou. 3.c
Lignum uitæ eſt omnib. qui appropinquant ei: & qui reclinantur ſuper eũ, quaſi ſuper domum firmitatis: Et in ramis palmarum, in quibus ſignũ uictoriæ & uirtutis præmium continetur, & in frondibus denſiſſimæ arboris: quã myrtum Iudæi intelligunt propter mortificationem carnis ac libidinum. Vnde & domino ſaluatori à magis myrrha offertur in munere: Et in ramis, inquit, ſalicis & populi: quam quidam unam arborẽ uocant: ipſumq; ligni nomen quod Græcè dicitur ἄγνος indicat caſtitatem. Aiunt medici, & hi qui de arborum & herbarũ ſcripſere naturis: quod ſi quis florẽ ſalicis ſiue populi mixtum aqua biberit: omnis in eo frigeſcat calor & libidinis uena ſiccetur, ultraq; filios generare nõ poſſit. Qui talium arborũ ramis protectus fuerit: exerceat feſtiuita D tem tabernaculorũ: ſextum menſem tranſiens qui refertur ad mundum: & in ſeptimo agens ſabbatum ſpirituale, in quintadecima die menſis eiuſdem quando noctis luna pleniſſima eſt: & omnes eius tenebræ claro lumine reſoluuntur. Hæc breuiter diximus: olim animo contẽplantes librorũ magnitudinẽ: ut ad reliqua trãſeamus. b ¶ *Et erit qui non aſcenderint, etc.*] Pro eo quod Septuaginta tranſtulerunt, καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθήσονται, id eſt, & iſti illis apponentur: in Hebraico ſcriptũ eſt וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה הַגָּשֶׁם quod Aquila & Symmachus & Theodotio ſimiliter interpretati ſunt: & non erit ſuper eos imber. Eccleſia dñi Ieſu appellatur cœleſtis Hieruſalẽ: de qua Apoſtolus ſcribit:
Gal. 4.d
Quæ autẽ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater omniũ noſtrum. Et: Acceſſiſtis ad Sion montẽ & ciuitatẽ dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem. Et hęc Hieruſalem non eſt in locis humilibus ſita, ſed in mõte excelſo: de qua ſaluator loquitur:
Mat. 5.b
Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montẽ poſita. Vnde qui adoraturus eſt dominũ exercituũ in Hieruſalem: debet ad montana conſcendere. Qui autem de familijs ac tribubus terræ eſt: & idcirco dominũ non poteſt adorare: non erit ſuper eum imber temporaneus & ſerotinus: nec terra illius pluuijs cœli rigabitur. Siue ut uerterunt LXX. ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι, id eſt, qui non aſcenderint de familijs terræ ad Hieruſalem: ut adorent regem dominũ omnipotentem: cum illis reputabuntur qui pugnauerũt aduerſum Hieruſalem: & quorũ tabeſcet caro & oculi defluent: & lingua putreſcet. c ¶ *Quod ſi & familia Aegypti non, etc.*] Qui Aegyptius eſt & gentium cæterarum, quàmdiu Aegyptius & ethnicus permanet, non aſcendet in Hieruſalem: & quia aſcendere non poteſt, nec gradum ad excelſa ſubrigere: ideo non erit ſuper eum imber

Universidad de Deusto Biblioteca

A imber dominicæ benedictionis. Et hoc peccatū erit maximum Aegyptio, Aſſyrio, Chaldæo, Syro, Moabitæ & Ammonitæ: ſi noluerint egredi de terris ſuis & aſcēdere Hieruſalem: ut per tabernacula tranſeant in Hieruſalem, & inueniant æternam domum: aliarūq; gentiū homines eſſe deſiſtant: & efficiantur Iſraelitæ in quibus dolus non eſt. Hæc omnia quæ nos celeri ſermone perſtringimus: Iudæi & Iudaizantes noſtri, imò non noſtri quia Iudaizantes, ſperant futura corporaliter: utiq; & circumciſionem ſibi & coniugia in mille annorum imperio promittētes: ne impleatur in illis maledictio quæ ſcripta eſt: Maledicta ſterilis quæ non facit ſemen in Iſrael. Et: Beatus q habet ſemē in Sion & domeſticos in Hieruſalem. Quod ſi uerū eſt, omnes uirgines quas mille annorum regnū inuenerit: maledictioni & ſterilitati perpetuæ ſubiacebūt:
B aut certè nupturę ſūt, ut maledictionem effugiant.

HEB. non aſcēderit: & non uenerit: nec ſuper eos erit: ſed erit ruina qua percutiet dominus omnes gentes: quæ non aſcēderint ad celebrandum feſtiuitatem tabernaculorū. Hoc erit peccatū Aegypti: & hoc peccatum omnium gentium quæ non aſcēderint ad celebrandū feſtiuitatē tabernaculorum. In diē illa erit quod ſuper frenū equi eſt, ſanctum domino: & erunt lebetes in domo domini quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Hieruſalem & in Iuda ſanctificatus dn̄o exercituū. Et uē-nient omnes immolantes, &

SEPTVAG. non aſcenderit nec uenerit illuc: & ſuper eos erit ruina: qua percutiet dominus omnes gē-tes, quæ non aſcenderunt ut agerent ſolennitatē ſcenopegiæ. Hoc erit peccatum Aegypti & peccatum omniū gentium quæ non aſcenderint, ut celebrent feſtiuitatem ſcenopegiæ. In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctū domino omnipotēti: & erūt lebetes qui in domo domini ſunt ſicut phialę ante domū altaris: & erit omnis lebes in Hieruſalē & in Iuda ſanctus dn̄o omnipotenti. Et uenient oēs q immolāt, &

C 4 ¶ *In die illa erit, etc.*] Verbum Hebraicum מְצִלּוֹת Aquila & Theodotio *βυθὸν* interpretati ſunt: id eſt profundum: Symmachus *περίπατον σύσκιον*: id eſt inceſſum umbroſum. Soli LXX. *τὸν χαλινὸν*, id eſt frenum tranſtulerunt: quos & nos in hoc loco ſecuti ſumus: ne nouum aliquid in quæſtione uulgata uideremur afferre. Quod cum ab Hebræo quærerem quid ſignificaret, ait mihi, non debere nos legere מְצִלּוֹת ſed מְצִלּוֹת quod ſignificat phaleras equorum & ornatum bellicum: & excepto hoc loco in nullo penitus ſanctarum ſcripturarum uolumine hoc uerbum reperiri. Frenum aūt lingua Hebraica רֶסֶן appellari & non מְצִלּוֹת quod LXX. tranſtulerunt. Et eſſe ſenſum: Tempore ſolennitatis perpetuæ & regni Hieruſalem, pacatis omnibus & tranquillis, nequaq̄ opus eſſe equitatu, quod genus bellantium fortiſsimum eſt: ſed omnē ornatum & decorem phalerarum ad cultum domini conferendum. Hoc illi dixerint: Nos equorum profundum & *περίπατον σύσκιον* umbroſum ſiue tenebroſum referamus ad ſcientiam myſticam: quam & Dauid quaſi equus optimus ſe habere iactabat, dicens: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. (Pſal. 35.b) Et apoſtolus: O profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius: De hoc profundo propheta clamauit ad dominū & exaudiuit eum. In his profundis & tenebris poſuit deus latibulum ſuum: has tenebras & ſacramenta diuina ingreſſus eſt Moyſes in Sina montis caligine: ut uideret deum, de quibus & Dauid in pſalmo alio loquebatur: Iudicia domini abyſſus multa. Hæc arcana & iſta myſteria ſancta ſunt domino: quæ nouerat euangeliſta Ioannes, qui auſus eſt dicere, quod angeli forſitan neſciebant: (Ioan. 1.a) In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et idcirco amatur à domino: quia optimum habebat profundum & recubuerat ſuper pectus Ieſu: unde & hauſerat ſapientiam. Sin autem uoluerimus ut LXX. tranſtulerunt, frenum accipere ſermonem dei: intelligamus in freno, qui equos inſanientes libidine: & mulos ſteriles atq; laſciuos refrenat à uitijs, & coercet, & non patit̄ ire per præceps, de quibus dicitur: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus nō eſt intellectus: (Pſal. 31.c) In freno & chamo maxillas eorū conſtringe, qui non approximant ad te. De hoc freno & Iacobus loquit̄: (Iacob. 3.a) In equorū ora mittimus frenos, & omne corpus eorū circumagimus: ut ſcilicet recto gradiant̄ itinere, & mollia ad ſedendum domino poſsint terga prębere. Tale frenum & talis ſermo auri & argenti uarietate cōpoſitus, feros equos ſaluatori prępararat ad ſedendum: & ſanctos facit, ac propriè illius cultui conſecratos. Audiui à quodā rem, ſenſu quidem pio dictam, ſed ridiculam: Clauos dominicę crucis è quibus Cōſtan-
D tinus auguſtus frenos equo ſuo fecerit, ſanctum domini appellari. Hoc utrum accipiendum ſit, lectoris prudentiæ derelinquo. Nos tranſeamus ad lebetes qui futuri ſunt in domo domini, quaſi phialæ alteris. Erit eñ omnibus lebes in Hieruſalem & in Iuda ſanctificatus domino omnipotenti. Amentæneos lebetes qui amauerunt ollas Aegyptias, & carnes, & pepones, & allia & cepe & cucumeres. Nos Iudaicos lebetes in quibus coquebantur carnes uictimarum, uertamus in phialas aromatum coram altari domini, de quibus ſponſa dicit ad ſponſum: (Cant. 6.a) Fratruelis meus deſcendit in hortū meum ad phialas aromatum, paſcere in hortis & colligere lilia. Hortus & paradiſus in quem ſponſus deſcendit ad ſponſam, ſanctarum lectio ſcripturarum eſt: de quibus lilia & uiolas & roſas & uaria decerpit aromata: ut impleat phialas animarum credentium, & domino ex eis liba diffundat. Iſtius modi lebetes cum uerſi fuerint in phialas domini, & dicere potuerint: (2. Cor. 2.d) Chriſti bonus odor ſumus, & pro uirulentia carnium, uarios cœperint flores geſtare uirtutum: tunc erunt in Hieruſalem & in Iuda ſanctificati domino omnipotenti: de quibus frequentius diximus: quod Hieruſalem uiſionē pacis, & Iudas exprimat confitentem. b ¶ *Et uenient omnes immolantes, etc.*] Pro כְּנַעֲנִי Aquila interpretatus eſt mercatorem, quem & nos in hoc loco ſecuti ſumus. Cum lebetes fuerint uerſi in phialas, uenient omnes in circuitu nationes: ſiue qui relicti fuerint de uniuerſis gentibus immolantes, & ſument lebetes, & coquent in eis carnes uictimarum: ut non crudas carnes agni comedant, ſed omni carnium humore decocto, remaneat quod igne paratum fuerit ad ueſcendum. Quæ ſint phialæ coram altari domini: in quas lebetes Iſraelitici conuertantur: & ſupra diximus, & nūc ex parte dicemus. Laudat ſpō ſa in canticocanticorum ſponſum ſuum: Maxillæ eius ſicut phialæ aromatum. In maxillis ſermo accipitur, qui



A qui prolatus à domino, uaria unguenta depromit: & tanta erit boni odoris fragātia, ut faciat ſibi dominus flagellū de ſcripturarum textum teſtimonijs, & eijciat de templo uendentes & ementes, & dicat ad eos: (Mat. 21.b) Scriptum eſt, domus patris mei, domus orationis uocabitur cunctis gentibus: uos autem feciſtis eam domum negociationis. Quidam illud quod in Daniele ſcriptum eſt, (Dan. 13.f) licet in Hebraico non legatur: Semen Chanaan & non Iuda: Et quod ab Oſee ꝓpheta de Ephraim dicitur: (Oſee 4.d) Particeps idolorum Ephraim: poſuit ſibi ſcandala, prouocauit Chananæos, fornicantes fornicati ſunt: huic coaptant loco: & omnē fornicatorē, Chananæū & alienigenam appellari uolunt: quem de domo dei aſſerunt auferendum. C

HEB. & ſument ex eis, & coquent in eis: & nō erit mercator ultra in domo domini exercituum in die illo.

SEPT. & ſument ex eis: & coquent in illis, & non erit Chananæus ultrà in domo dn̄i uirtutū in die illo.

Commentarij Hieronymi in Zachariam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN MALACHIAM prophetam ad Minerium & Alexandrum monachos prooemium.

VLtimum duodecim prophetarum Malachi interpretari uolumus: cuius nomen Septuaginta tranſtulerunt τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, id eſt, angelus eius, dicentes: Aſſumptio uerbi domini ſuper Iſrael in manu angeli eius: pro quo in Hebraico legitur מַלְאָכִי quod rectius & expreſsius dicitur, angelus, id eſt, nuncius meus. Nec putandum eſt iuxta quorundam opinionē, angelum ueniſſe de cœlo, & aſſumpſiſſe corpus humanum: ut Iſraeli quæ à domino ſunt mandata loqueretur. Si enim interpretanda ſunt nomina, & ex nominibus non ſpiritualis intelligentia, ſed hiſtoriæ ordo texendus eſt: ergo & Oſee qui ſaluator dicitur: & Iohel qui interpretatur, dominus deus ſiue incipiēs, & cæteri prophetæ non erunt homines: ſed uel angeli, uel dominus atq; ſaluator, quia hoc eorum nomina reſonant. (הוֹשֵׁעַ יוֹאֵל) Deniq; exceptis Septuaginta alij interpretes nomen Malachi, ita ut in Hebræo legitur tranſtulerunt. Malach autem Hebræi Eſdram exiſtimant ſacerdotem, quia omnia quæ in libro illius cōtinentur, (Malach. 2.b)
B etiam hic propheta cōmemorat dicens, Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirunt D ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Tempus quoq; titulusq; conueniunt, quod & in pſalmis diximus, qui titulos non habent, eorum eſſe credendos quorum priores pſalmi nominibus prænotati ſunt. Igitur & Malachi, id eſt, Eſdras poſt Aggeū & Zachariam qui ſub Dario prophetauerunt, fuiſſe credendus eſt. Et propterea titulum non habere, quia liber eius pro titulo ſit: in quo diſcimus, quod in regno Artaxerxis regis Perſarum Eſdras filius Saraiæ, & cæterorum, uſque ad eum locum ubi dicitur, Filius Phinees, filius Eleazar, filius Aaron ſacerdotis, ab initio aſcendere de Babylone, & dederit ei rex ſecundum manum domini dei ſui omnem petitionem eius, aſcenderintq; cum illo de filijs Iſrael, & de filijs ſacerdotum & de filijs Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinneis in Hieruſalem, anno ſeptimo Artaxerxis regis, & uenerint in Hieruſalem menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis, quia in primo die menſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo menſis quinti uenit in Hieruſalem. Hæc mi Mineri & Alexander, non tam ſanguine quàm religione concordes, ne ſuſceptum opus dimitterem prophetarum, & extraordinario uobis labore ſudarem, breuiter in prooemio ſum locutus, ut proponens uerba Malachi, primum iuxta Hebraicam ueritatem, deinde iuxta Septuaginta interpretes, orationum ueſtrarum fultus auxilio, ediſſeram quæ ſequuntur. Scripſit in hunc librum Origenes tria uolumina, ſed hiſtoriam omnino non tetigit, & more ſuo totus in allegoriæ interpretatione uerſatus eſt, nullam Eſdræ faciens mentionem, ſed angelum putans fuiſſe qui ſcripſit, ſecundum illud quod de Ioanne legimus, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. (Mat. 11.b) Quod nos omnino non recipimus, ne animarum de cœlo ruinas ſuſcipere compellamur. Alios cōmentarios in hunc prophetam legiſſe me neſcio, excepto Apollinaris breui libello, cuius non tam interpretatio quàm interpretationis puncta dicenda ſunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

A COMMENTARIVM HIERONYMI in Malachiam prophetam.

# MALACHIAS

ONVS uerbi Dñi ad Iſrael in manu Malachi. Dilexi uos, dicit dominus. Et dixiſtis: in quo dilexiſti nos? Nonne frater Eſau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob: Eſau autẽ odio habui? Et poſui montes eius in ſolitudinem: & hæreditatem eius in dracones deſerti. Quod ſi dixerit Idumæa: deſtructi ſumus: ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt: Hæc dicit dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam, & uocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt dominus uſque in æternum. Et oculi ueſtri uidebunt, & uos dicetis: Magnificatur dominus ſuper terminũ Iſrael. Filius

ASſumptio uerbi dñi ſuper Iſrael in manu angeli eius. Ponitẽ ſuper corda ueſtra. Dilexi uos, dicit dominus: & dixiſtis: in quo dilexiſti nos? Nõne frater erat Eſau Iacob, dicit dñs & dilexi Iacob: Eſau autẽ odio habui, & poſui terminos eius in deſolationẽ, & hæreditatẽ eius in domata deſerti? Quia dicet, Idumæa deſtructa eſt: reuertamur & reædificemus deſerta. Hæc dicit dñs omnipotens: ipſi ædificabũt, & ego deſtruam, & uocabũtur eis termini iniquitatis, & populus ſuper quẽ præparatus eſt dñs uſque in æternum. Et oculi ueſtri uidebunt, & uos dicetis: magnificatus eſt dominus ſuper terminos Iſrael. Filius

ONus uerbi domini, etc.] Quid ſignificet onus, id eſt pondus: quod Hebraice משא & ab Aquila ὅραμα dicitur, uel quid λῆμμα id eſt, aſſũptio: quod & LXX. & cæteri interpretes tranſtulerunt: in alijs prophetis diximus. Nam & Nahũ ſcribit: Onus Niniue: liber uiſiõis Nahũ Elkeſæi. Et Habacuc: Onus quod uidit Habacuc propheta. Et Zacharias: Onus uerbi dñi in terra Hadrach, & Damaſci requiei eius. Et rurſum in conſequentibus: Onus uerbi dñi ſuper Iſrael. Illa itaq; ſimus explanatione contenti: Et nũc hoc tantũ dicamus, quod pondus uerbi domini ad Iſrael: ſiue ut Septuaginta dicunt ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, id eſt, ſuper Iſrael: graue quidem ſit, quia pondus appellatur: ſed conſolationis aliquid habeat: B quod non cõtra Iſrael ſed ad Iſrael ſumitur. Aliud eſt enim quãdo, uerbi gratia, ad illum uel illũ ſcribimus: aliud quãdo cõtra illum & illum: quia in altero pars amicitiæ: in altero inimicitiarum aperta cõfeſſio eſt. Sciẽdumq; quod abducto in captiuitatẽ Iſrael, id eſt decẽ tribubus: indifferenter priſtino nomine, & duæ tribus Iudas & Beniamin appellentur Iſrael. Quod aũt dicitur: In manu angeli eius, ſiue Malachi: manum pro operibus accipite. Vnde & in manu Aggei, & in manu Hieremiæ, & in manu Moyſi: factus eſt ſermo dei. In quorũ enim manibus eſt iniquitas & quorum dextera repleta eſt muneribus, & quorum manus plenæ ſunt ſanguine: in his non fit ſermo dei: ſed qui lauant inter innocẽtes manus ſuas. (Mat. 27.c) Quibus aquis & Pilatus manus lauare conatus eſt, ne Iudæorũ blaſphemijs conſentiret: de quibus pſalmiſta lætatur, dicẽs. (Pſal. 22.a) Super aquas refectionis educauit me. De hac aqua per prophetã dñs pollicetur: Aſpergã uos aqua mũdiſſima. Qui aũt peccator eſt, inebriatur calice Babylonio, & dicitur de eo: Spinæ naſcuntur in manu ebrioſi. (Prou. 26.b) a ¶ *Ponite ſuper corda. etc.*] Id eſt, θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν: hoc in Hebraico non habetur: ſed puto de Aggeo additũ in quo legimus: (Aggei 2.c) Et nũc ponite ſuper corda ueſtra à die hac & ſupra. Poſt titulũ igitur prophetæ ſiue procemiũ: dupliciter accipiendũ eſt: Ponite corda ueſtra, id eſt, animaduertite & conſiderate, id quod ſupra dictum eſt: Aſſumptio uerbi domini ſuper Iſrael in manu angeli eius: Siue diligenter animaduertite: quæ dicẽda ſunt poſtea: ut ea non corporis auribus, ſed animi & cordis intelligentia cognoſcatis, & faciatis uobis C theſauros, in quibus recipiatis diuitias ſermonũ dei, & ſapientia agat fiducialiter cum dilatati fueritis, & repleto corde ſermonibus dei pepuleritis cogitationes peſſimas: quæ egrediuntur de corde, homicidia, adulteria, (Luc. 8.a) fornicationes, furta, & reliqua, & impleatis quod à ſaluatore dictum eſt: Qui habet aures audiẽdi audiat. b ¶ *Dilexi uos, dicit dominus, & dixiſtis: in quo dile. etc.*] Iſrael, hoc eſt, Iudas ad quem ſolebat fieri uerbum dei, & uiſio domini: onus eius & pondus ſuppliciorũ grauiſſimum portare compellitur, ut grauiora peccata deponat, & ſentiat per tormenta quæ non ſenſit per beneficia. Et ne pœna in ſuos uideatur iniuſta, ſubijcit dñs: Dilexi uos. (Hebr. 12.b) Quẽ enim diligit dñs, corripit: Caſtigat autem omnem filium quem recipit. Et dicendo dilexi: præſens negat dum præteritum confitetur. Illi quidem reſpondent temeritate qua peccãt, obliti beneficiorum eius: D in quo dilexiſti nos? Ad quæ dominus, ut cætera, inquit, taceã, & quod nuper de Babylonia captiuitate ueniſtis, incunabula ueſtra tractabo: antequam naſceremini: imò priuſquàm Rebecca Eſau & Iacob utero ſuo funderet: in Iacob uos dilexi, in Eſau Idumæos odio habui: Quem locum apoſtolus Paulus myſtica diſputatione euentilans, ſcribit ad Romanos: (Rom. 9.c) duo pariter teſtimonia de Geneſi Malachiq; coniungens: Sed & Rebecca de uno cõcubitu habens Iſaac patris noſtri. Nam cum nondũ nati eſſent aut aliquid egiſſent boni uel mali: ut ſecundum electionem propoſitum dei maneat: non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt ei: Quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Hoc enim quod dicitur: Sicut ſcriptum eſt, & ad Geneſeos librum & ad prophetam Malachi refertur. Non ſolum, ait, dilexi Iacob antequàm naſceretur, & odio habui Eſau priuſquàm ex matris utero funderetur: ſed in poſteros eorum, amorem meum, & odium conſeruaui: odiũ in Eſau, cuius montes, qui appellantur Seir, redegi in ſolitudinem, & urbes feci eſſe deſertas, & à ſerpentibus ac beſtijs obtineri. Si autẽ dixerit Edom, hoc eſt Eſau: deſtructi quidem ſumus ad iram dei: ſed rurſum ædificabimus ciuitates: Hæc domino prædicente cognoſcite: quod illis ædificantibus ego deſtruam, & iram meam æterna eorum uaſtitas approbabit. Odium igitur in Eſau rebus oſtendi: amorẽ autem in uos: hoc eſt in Iacob ſequentibus approbabo. Illis deſtructis atq; redactis ad ſolitudinem: uidebunt oculi ueſtri, & dicetis: Magnificetur dominus ſuper terminum Iſrael: & ex compara tione



A tione malorum quæ frater ueſter patitur, dei in uos beneficia ſentietis. Iudæi falſo ſibi blandiuntur, Edom Romanos, & Iſrael in conſummatione mundi ſe prophetari: quod deſtructo Romano imperio, hoc eſt, Idumæo: regnum orbis ueniat ad Iudæos. Hæc prout potuimus hiſtoriæ fundamenta iacientes locuti ſumus: Nunc ueniamus ad intelligentiam ſpiritualẽ. Iſrael uir uel ſenſus cernẽs deum: ſiue ut ego melius puto εὐθύτατος θεοῦ, id eſt, rectiſſimus dei: diligitur domino, & uult dilectionis eius in ſe ſcire rationem. Dominuſq; reſpõdit, Eſau & Iacob de una ſtirpe generatos: hoc eſt, uitia atq; uirtutes ex uno cordis fonte procedere: dum ex arbitrij libertate in utrãq; partem ut uolumus declinamus: ſed priora naſcuntur uitia per infantiam, pueritiam, iuuentutem: quæ poſtea ætas firmior corripit atq; ſupplantat. Maior frater hiſpidus eſt & ſanguinarius, uenationibus, ſyluis & beſtijs delectatur. Minor leuis & ſimplex, & innocenter habitans domum. Deus fines Idumææ: hoc eſt, terrenæ & ſanguinariæ ponit in ſolitudinem, & nihil de terra creſcere ſinit & eſſe perpetuum. Quod ſi impudens malitia ea quæ ſunt dei ſermone deſtructa, rurſum ædificare nitatur: dominus ſe eorum quæ inſtaurantur à uitijs, aduerſarium profite- B tur. Et poſtq́ fuerint hoſtiliũ terminorũ cuncta ſubuerſa: tunc oculos poſſumus uidere Iſrael, & ſanctos quoſque dicere: Magnificetur dominus in terminis eorum qui mente conſpiciunt deum. Porrò dilectio & odium dei, uel ex præſcientia naſcitur futurorũ, uel ex operibus: alioquin nouimus quod omnia deus diligat, nec quicq́ eorum oderit quæ creauit: ſed propriè eos ſuæ uindicet charitati, qui uitiorum hoſtes ſunt & rebelles. Et ecõtrario illos odit, qui à deo deſtructa cupiunt rurſum extruere. Odiſſe autem deus ἀνθρωποπαθῶς dicitur: ut flere, ut dolere, ut iraſci, ut quando audimus odium eius in malos, ea quæ deum intelligimus odiſſe fugiamus. a ¶ *Filius honorat patrem: & ſeruus dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum: ubi honor meus eſt? & ſi dominus, etc.*] Licet priuſq́ naſceremini in Iacob, quaſi filios amare uos cœperim: tamen eligite quo me uocabulo nomineris: aut pater ſum ueſter, aut dominus. Si pater, debitum patri honorem reddite, & dignam parente offerte pietatem. Si dominus, cur me contemnitis, cur dominum non timetis? Loquitur autem ad eos qui ſub Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech, & Eſdra ſacerdote, & Neemia, de captiuitate Babylonia ſunt reuerſi, extructoq; altari necdum templum ædificauerant: nec muros extruxerant ciuitatis: & nihilominus in peccatis priſtinis permanebant: deum nec amore, nec timore uenerantes. Quod autem gloriam diximus uel honorem, & apud Græcos δόξα, & apud Hebræos כבוד unum uerbũ eſt: ſed nos pro Latinæ linguæ proprietate, honorem poſuimus. Nam & in euãgelio ubi loquitur dominus & ſaluator: (Ioan. 17.a) Pater, uenit hora, clarifica filiũ tuum, ut filius tuus clarificet te: apud Græcos δόξασον legitur, id eſt, glorifica: Quem locum plerĩq; Latinorũ honorifica, interpretati ſunt. Simulq; conſideremus: quod filius ac ſeruus in ſcripturis ſanctis uoluntate fiat, non neceſſitate natu (Rom. 8.c) ræ. Qui enim ſpiritum adoptionis acceperit, in filium



HEBRAEI. Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum: ubi honor meus eſt? & ſi dominus ego ſum: ubi eſt timor meus? dicit dominus exercituum. Ad uos ô ſacerdotes q. deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum

SEPT. Filius glorificat patrem, & ſeruus dominum ſuum timebit. Et ſi pater ego ſum: ubi eſt gloria mea? Et ſi dominus ego ſum: ubi eſt timor meus? dicit dominus omnipotẽs. Vos ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum: & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offerentes ad altare meum panes pollutos

dei uertitur: Qui autem ſpiritũ ſeruitutis in timorem C dei, ſeruus efficitur. Vult itaq; primũ deus, ut filij eius ſimus, & bonum uoluntate faciamus: ſi hoc conſequi nolumus, ut ſaltẽ ſeruos nos habeat, & à malis per ſuppliciorum formidinẽ recedamus. Legimus in malam partẽ filios: Eramus filij iræ. (Eph. 2.a) Et filij gehennæ, (Mat. 23.b) quos phariſæi mari terriſq; circumitis, dignos genuere tormentis. Et Iudas proditor, filius perditionis appellatur. (Ioan. 17.b) Et in octogeſimo octauo pſalmo de dño ſcribitur: Filius iniquitatis non apponet nocere ei. In Oſee quoq; filij fornicationis uocantur, (Oſee. 2.a) qui ſunt de matre meretrice generati, de qua ſcriptum eſt: Fornicata eſt mater ueſtra. Et in euangelio Iudæi filij diaboli ſugillantur: Vos (Ioan. 8.c) de patre diabolo nati eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere. In bonam partem filios legimus: ut filios dei: (Ibid. 1.a) Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Et filios ſapientiæ, euangelio proclamante: Iu- (Matt. 11.c) ſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Et filios Abrahã: Amen (Ibid. 3.c) amen dico uobis poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Et filios apoſtoli: Filioli mei quos (Gal. 4.c) iterum parturio donec Chriſtus formetur in uobis, & multa iſtiuſmodi. Filius ergo honorat ſiue clarificat patrem: iuxta illud quod ſcriptum eſt: Sic luceat lux ue- (Mat. 5.b) ſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra opera, & glo- D rificent patrem ueſtrum qui eſt in cœlis. Seruus quoq; honorat dominum ſuum, non eadem charitate qua filius: ſed ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur, honorat filius patrem, ſeruus dominũ ſuum: & tamẽ deus omnipotens ſciens differentiam filij & ſerui, à filio gloriam, à ſeruo timorem expetit. Principium enim ſapientiæ timor domini: (Eccl. 1.b) ut de timore ſeruorum, ad filiorũ gloriam tranſeamus. b ¶ *Vos ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum, etc. & dixiſtis in quo polluimus te? in eo quod dicitis menſa domini deſpecta eſt.*] Quod autem ſequitur: Et quæ ſuperpoſita ſunt deſpexiſtis: obelo prænotauimus, quia in Hebraico non habetur, & de ſequentibus additum eſt. Ad uos igitur ô ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum, iſte ſermo dirigitur: qui reuerſi de Babylone metu præteritæ ſeruitutis, debueratis ad dominum plena mente conuerti: & non ſolum hoc non facitis, ſed imitantes Cain, ſuperbis contra deum uocibus reſpondentes, ſciſcitamini ab eo quem occulta non fallunt, & dicitis: In quo deſpeximus nomẽ tuum? ut diſſimulationis impudentia uulnus cõſcientiæ protegatis. Vultis ergo ſcire in quo deſpexeritis nomen meum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum: Panes uidelicet propoſitionis: quos iuxta traditiones Hebraicas, ipſi ſerere, ipſi demetere, ipſi molere, ipſi coquere debebatis, & nunc ſumitis quoſcunq; de medio, & uoce temeraria reſpondetis, & dicitis: in quo polluimus eos ſiue te? Dum enim ſacramenta uiolantur: ipſe cuius ſunt ſacramenta, uiolatur. Hoc autẽ quod ſequitur: In eo quod dicitis, menſa domini deſpecta eſt: poſſumus ita interpretari: Quod reuerſi de Babylone: nec dum templo ædificato manentes in caſulis, & in ruinis urbis antiquæ: altare tantum extruxerant: non eiuſdem gloriæ cuius priſtinum fuerat, & putabant deeſſe religionis ſanctimoniam: quia deerat ædificationis ambitio. Tenues lineas duximus

Universidad de Deusto Biblioteca

HEBRAEI. pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? in eo quod dicitis, menſa domini deſpecta eſt. Si offerâtis cæcum ad immolandum, nõne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidum: nõne malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ei: aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nũc [b] deprecamini uultum dei ut miſereatur ueſtri: de manu enim ueſtra factum eſt hoc: ſi quomodo ſuſcipiat facies ueſtras, dicit dominus exercituum. Quis eſt in uobis qui claudat oſtia & incendat altare meum gratuito? Nõn eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra: ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen

SEP. pollutos, & dixiſtis: In quo polluimus ipſos: In eo quod dicitis menſa domini deſpecta eſt ÷ & quæ ſuperpoſita ſunt deſpexiſtis.. Quia ſi offeratis cæcum in ſacrificium: nónne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidũ: nónne malũ eſt? offer illud duci tuo ſi ſuſceperit te: ſi acceperit faciẽ tuam, dicit dñs omnipotens. Et nũc deprecamini faciem dei ueſtri & rogate eum, in manib. ueſtris facta ſunt hæc: ſi ſuſcipiã ex uobis facies ueſtras, dicit dominus omnipotẽs: quia & in uobis claudentur oſtia, & non ſuccendetur altare meũ gratis. Non eſt uoluntas mea in uobis, dicit dominus omnipotẽs, & ſacrificiũ non ſuſcipiam de manibꝰ ueſtris, quia ab ortu ſolis uſq; ad occaſum nomen meum glorioſum eſt in gentibus, & in omni loco incenſum offert nomini meo, & ſacrificiũ mũdum, quia magnũ eſt nomen

A quibus imprimenda eſt explanatio ſpiritualis. Corripit ſermo diuinus epiſcopos, atq; presbyteros & diaconos negligentes: ſiue quoniam genus ſacerdotale & regale ſumus, omnesq; baptizati in Chriſto, Chriſti cenſemur nomine, cur deſpiciant nomẽ dei: Et interrogantibus, in quo deſpexerint nomen eius: cauſas mõſtrat offenſæ: Offertis, inquit, ſuper altare meum panem pollutũ. Polluimus panẽ, id eſt, corpus Chriſti: quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundũ ſanguinẽ bibimus, & dicimus, menſa domini deſpecta eſt: non quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impié cogitat ſcelerata uoce, pferre: ſed opera peccatorum deſpiciunt menſam dei. Poſſumus & aliter dicere: Doctor eccleſiæ qui ſpiritualem conficit panem, & cum populis diuidit: ſi uel propter humanam gloriam, uel lucra ſeculi quæ gloriam conſequuntur, loquatur in populis, B & diuitibus blandiatur, & honoret peccatores, & iuxta Iacobũ (Iacob. 2.a) ſuſcipiat eos, qui cum anulis aureis ad ſe ueniũt, & pauperes ſanctos repellat: nomen dei deſpicit, & panem polluit doctrinarum, & in ipſum deum iacit contumelias: menſam ſcripturarum eius, menſis idolorum ſecularisq; doctrinæ putans eſſe cõmunẽ.

a ¶ *Si offeratis cæcum, etc.* ] De diuerſitate uictimarum, & (Leuit. 21.d & 22.c) quæ uel offerri debeant, uel non offerri, in Leuitico plenius diſcimus. Reuerſi itaq; de Babylone ſacerdotes & leuitæ: ianitores atq; cantores & Nathinnei ſeruiq; Salomonis: quorũ Eſdras ſcribit κατάλογον: illicitas deo uictimas offerebant: cæcas uidelicet & claudas, ac uaria debilitate confectas, hoc eſt enim quod dicit languidũ: uno cuncta ſermone comprehẽdens: Si iſtiuſmodi, inquit, duci tuo offerres munera: nónne reſpueret? nónne ſibi factam putaret iniuriam, & hoc audeus offerre deo quod dare hominibus non audeis? Longum eſt nunc omnium uictimarũ aperire myſteria, de his tantum loquar quæ præſenti capitulo cõtinentur. Cæca eſt animæ uictima, quæ nõ illuſtratur Chriſti lumine: nec habet oculum de euangelio contuentem. Clauda eſt rogantis oratio: quæ duplici mente accedit ad precandũ, (3.Reg. 18.d) & audit cum populo Iudæorum: Vſquequo claudicatis utroq; pede? Et languida & omni infirmitate coopertà: quæ non habet Chriſtum dei uirtutem, deiq; ſapientiam. Iſtiuſmodi preces quæ ſine lumine ueritatis ſunt, & non habent ſapientiæ firma ueſtigia, & debilita- C tibus uarijs contabeſcunt: ſi offerantur eccleſiarũ principi, aut cuilibet erudito, ſapientiq; doctori, nónne repudiabuntur & in contumeliam eius recident qui talia eſt auſus offerre? b ¶ *Et nũc deprecamini, etc.* ] Multum in hoc loco Lxx. interpretes ab Hebraica ueritate diſcordãt, & neceſſe eſt, ubi diuerſa eſt interpretatio, ut diuerſus & ſenſus ſit. Quia obtuliſtis claudas & cæcas & debiles uictimas, uos enim hæc quæ dixi uniuerſa feciſtis: agite pœnitentiam, ſi quo modo miſereatur ueſtri deus: nullus enim in uobis eſt uſq; ad extremum miniſteriũ: non dico pontifex, nõ ſacerdos, nõ Leuita: non cantor: ſed nec ianitor quidẽ & is qui ignẽ ſupponit altari ad cremandum holocauſta, qui non à me mercedem accipiat laboris ſui. Hoc autẽ dicens: decimas ſignificat omnium frugũ, quæ offeruntur à populis. Ex D quo oſtenditur, acceptiorem eſſe domino ſeruitutem quæ mercedem in præſentiarũ non poſtulat. Vnde (1.Theſſ. 2. 2.Theſſ. 3.) & Apoſtolus gratis prædicat euangeliũ: Et nocte & die manibus ſuis laborat ne cui oneri ſit: & hanc gloriã ſuam gratuitæ prædicationis, in gentibus nequaquã euacuandã eſſe teſtatur. Porrò Lxx. aliũ multo ſuggerunt ſenſum: ô ſacerdotes qui hoſtias debiles immolatis: conuertimini ad pœnitentiam, & uultũ domini deprecamini, & orate pro operibus manuum ueſtrarum. Quod autem infert: Si ſuſcipiam ex uobis facies ueſtras: Neſcio an cõueniat exhortationi pœnitentiæ. Nemo enim dicit: ora me & non parcam tibi. Sequitur: In uobis claudentur oſtia: patris uidelicet & filij & ſpiritus ſancti. Vnde ſaluator loquitur: Ego ſum oſtiũ. (Ioan. 10.b) Siue aliter: Non uobis aperientur oſtia ſcripturarũ: nec perſpicere poteritis ſancta ſanctorũ: nec domini ſacramenta cognoſcere: nec ſuccendere thymiama eius ad altare. Quia orationes ueſtræ ad illum non peruenient. Et hoc quod dicitur δωρεάν, & nos interpretati ſumus gratuito: qui hanc ſequuntur intelligentiã quam nunc exponimus, uertunt in gratiã: ut uidelicet gratiam non habeant altari domini ſeruiendi. c ¶ *Non eſt mihi uoluntas in uobis, etc.* ] Regula ſcripturarũ eſt: Vbi manifeſtiſſima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare quæ ſcripta ſunt. Ergo proprié nunc ad ſacerdotes Iudæorum ſermo fit domini: Qui offerunt cæcum



HEB. men meum in gentibus, dicit dominus exercituũ. Et uos polluiſtis illud in eo quod dicitis, mẽſa domini cõtaminata eſt, & qđ ſuperponitur contemptibile eſt cum igne, qui illud deuorat. Et dixiſtis, Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit dominus exercituum. Et intuliſtis de rapinis claudum & languidum, & intuliſtis munus, nunquid ſuſcipiam illud de manu ueſtra, dicit dominus?

Cap. II

MAlẽdictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculũ, & uotum faciens immolat debile domino. Quia rex magnus ego ſum, dicit dominus

SEP. men meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Vos autem contaminaſtis illud in eo quod dicitis, menſa domini polluta eſt, & qui ſuperponuntur deſpecti ſunt cibi eius, & dixiſtis, hæc de afflictione ſunt, & exufflaſtis ea, dicit dñs omnipotens, Et inferebatis rapinas, & clauda & debilia, & offerebatis ſacrificium, ſi ſuſcipiã ea de manibus ueſtris, dicit dominus omnipotens?

Cap. II

ET maledictus qui erat potens, & habebat in grege ſuo maſculum, & uotum eius ſuper eo, & immolat debile dño: quia rex magnus egó ſum, dicit dominus

A cæcum & claudum & languidum ad immolandum: ut ſciant carnalibus uictimis ſpirituales uictimas ſucceſſuras. Et nequaq; taurorum hircorumq; ſanguinem: ſed thymiama, hoc eſt, ſanctorũ orationes domino offerendas, & non in una orbis prouincia Iudæa, nec in una Iudææ urbe Hieruſalẽ: ſed in omni loco offerri oblationem: nequaq; immundã, ut à populo Iſrael: ſed mundam, ut in ceremonijs Chriſtianorũ: Ab ortu em̃ ſolis uſq; ad occaſum magnũ eſt nomen domini in gentibus, dicente (Ioan. 17.a) ſaluatore: Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Cumq;, inquit, nomẽ meum magnũ in gentibus ſit futurũ, uos ò principes Iudæorum polluiſtis illud atq; polluitis. Sic enim futurorũ texit uaticiniũ, ut præſens tẽpus non deſerat. Propterea autẽ ò ſacerdotes & principes Iudæorũ, in omni loco mihi offertur oblatio mũda, & magnũ eſt nomẽ meum in gentibus: quia di- B citis mẽſa domini cõtaminata eſt, & quod ſuperponitur cõtemptibile eſt cum igne qui illud deuorat. Reuerſus de Babylone populus, altare tantum fortuitis & impolitis la- (1.Eſd. 6.a) pidibus iuxta Eſdræ librum extruxerat: abſq; templo, abſq; urbis ædificijs, abſq; extructione murorũ, & putabat minorem eſſe cultum religionis, quia templi ornatus deerat. Ad quos dominus loquitur: Pollutũ putatis altare, & holocauſta ac uictimas quæ ſupra imponuntur: ignem quoq; qui uictimas deuorat eſſe pollutum: nec intelligitis omnipotentem deum non aurum gemmasq; & hoſtiarum multitudinẽ quærere: ſed offerentium uoluntates. Qui autẽ arbitrantur non altare, ſed menſam debere intelligi in qua panes ponebantur: quomodo hoc interpretari poſſint quod ſequitur: cum igne qui illud deuorat, omnino non uideo: neq; enim ignis deuorat panes propoſitionis: quos ſemper nouos pro ueteribus cõmutabant, & ablati cedebant in uſus ſacerdotũ. Aut certé ita intelligendum: Polluiſtis nomen meum in eo quod dicitis: quid prodeſt ſi offeramus optima? qualiacunq; fuerint quæ offeruntur, igne ſunt deuoranda. Fructus autem altaris ignis eſt: cibusq; ignis, hoſtiæ uel holocauſta. Nec ſufficit prioris ſermonis impietas: ſed etiam hoc dixiſtis: Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit dominus exercituũ. Cuius orationis hic ſenſus eſt: Dixiſtis, de captiuitate reuerſi ſumus: hoſtibus prædæ fuimus: multum in longo itinere laborauimus: pauperes ſumus: quicquid habere potuimus, uiæ labore conſumptum eſt: qualiacunq; habemus offerimus, & hæc dicendo exufflaſtis ueſtra ſacrificia, id eſt, exufflatione mea digna feciſtis: Siue ut in Hebræo legi poteſt: Et exufflaſtis me hæc dicendo, non ſacrificio, ſed mihi cui ſacrificabatis feciſtis iniuriam. Quamobrẽ nequaq; ſuſcipiã illud de manu ueſtra, di- C cit dominus omnipotẽs. Quidam putant hoc quod ad Iudæos ſpecialiter dicitur: eo quod uictimæ eorum immũdæ ſint atq; pollutæ, & ſacrificiũ transferatur ad gentes: intelligi debere ſuper eccleſiæ ſacerdotibus qui negligenter offerunt uictimas domino: Quod ſi recipimus: ergo ab eccleſia rurſum ad aliam religionẽ uictimæ transferendæ ſunt. Et quomodo legi euangeliũ: ſic rurſum euangelio ea quæ non ſunt futura ſuccedẽt. Menſam quoq; domini contaminatam ad ſanctas ſcripturas referunt: ſi aliter quàm ſcriptæ ſunt intelligantur.

Cap. II

M*aledictus doloſus, etc.* ] Hoc quod ſcriptũ eſt, καὶ διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, id eſt, & diſſipabo benedictionẽ ueſtram: à Lxx. additum eſt, & in Hebraico non habetur. Quicquid poteſt in excuſationem peccati ſui humanus animus inuenire, & falſa ſe ſatisfactione defendere, hoc præuidẽs ſermo diuinus D corripit atq; condemnat. Et eſt ſenſus: quia offertis cæcum & claudum & languidum, & hoc ipſum non de ueſtro: ſed de rapinis & ſpolijs fletibusq; miſerorum: & inſuper dicitis, de labore & paupertate offerimus quod habemus: Propterea ego dico generaliter: ut uos arguat propria conſcientia. Certé obtẽditis paupertatem, & captiuitatis iniuriam & tenuitatem rei familiaris: audite quod infero: Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & uotũ faciens immolat debile domino. Si non habes maſculũ: nihil tibi nocet maledictio. Hæc autẽ dicendo, oſtendit eos habere quæ optima ſunt & offerre quæ mala ſunt. Ad uos igitur ô ſacerdotes hoc mandatum eſt: feciſtis quod impiũ eſt in contemptum mei: Sed quia malo pœnitentiã peccatoris quàm mortem: etiam nunc dico: Si me audire nolueritis, nec intelligere ut detis nomini meo gloriã: qđ (Ezech. 33.c) eſt horribile in gentibus: ueram in uos mittam penuriam: ut nequaq; mentientes: ſed omniũ rerũ coacti egeſtate, dicatis uos non habere optima quæ offeratis. Et maledicã (inquit) benedictionibus ueſtris, hoc eſt, his quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis: ſiue quicquid à uobis benedicitur, à me maledictũ erit. Et maledicam illis: ſubauditur benedictionibus ueſtris: quoniam noluiſtis intelligere quæ dicuntur: hoc eſt enim quod dicitur: non poſuiſtis ſuper cor. Poſſumus maledictum & doloſum accipere populũ Iudæorũ: qui cum haberet in grege ſuo maſculũ dominũ ſaluatorẽ, & immaculatũ agnũ qui tollit peccata mundi, & omniũ prophetarũ uaticinatione cõmonitus, ut immolaret atq; ſuſciperet arietẽ, qui hærebat ex cornibus in uirgulto Sabec: hoc facere noluit, ſed immolat debile domino, crucifigens ſaluatorẽ, & eligens Barrabam latrocinij & ſeditionis autorẽ: qui iuxta myſticos intellectus refertur

Universidad de … Biblioteca

A ad diabolum: illisq; contemnentibus, & præferentibus diabolū saluatori: nomen Christi horribibile est in gentibus: quæ passionem domini susceperunt, & eum formidoloso honore uenerantur. De nobis quoq; dici potest: Si creati à deo sapientes: habentesq; naturam sacris cōgruam disciplinis, nostrum negligamus ingenium, & nos dedamus uitijs atq; luxuriæ, & habētes masculum immolemus debile domino. Debilis autem est & maculata nostra oratio: quā ira, inuidia, inimicitijs & alia animi perturbatione corrum-
Mat. 5.d pitur: si offerētes munus ad altare, & recordati quod aliquid frater noster habeat aduersum nos, non ante pergimus & satis ei facimus. Vnde & apo-
1. Tim. 2.b stolus præcipit: Volo ergo uiros orare in omni loco leuantes sanctas manus sine ira & disceptatione. Pastorq; cogitationū nostrarum atq; uirtutū sensus est: de quo in centesimo secundo psalmo dicitur: Bene-
B dic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius: Qui si gregem suum bene rexerit, impletur in eo illa benedictio: Benedicta armenta boum tuorū & greges ouium tuarum. Sin autem habēs naturaliter masculum, id est, forte, rigidum, ac robustum: immolet leue uel nimia mollitia fœmineū, atq; lasciuū, uel diuersis animæ perturbationibus debile atq; corruptum: sen-
Sap. 6.a tiet in se completū esse quod scriptū est: Potentes potenter tormenta patientur, & cui plus dederint plus exigent ab eo. Vnde propriè sacerdotibus dicitur: quod si audire noluerint & corde retinere: ut dent gloriam nomini domini per bonam conuersationē: sed ecōtrario nomen illius propter eos maledicatur in gentibus, mittat in illos egestatem bonorū omniū: & benedictiones eorum uertat in maledictionē. Qui sanitate abutuntur in libidinem, & diuitias uertunt in luxuriam: bonamq; famam sordida cōuersatione deturpant: hi benedictiones dei mutant in maledictionē. Vel certè quia ad sacerdotes propriè mandatū est: uertuntur benedictiones eorum in maledictionē: quando non benedicunt sanctis ex uero cordis affectu: sicut Isaac Iacob, & Iacob patriarchis, & Moyses duodecim tribubus: sed per dulces sermones & benedictiones decipiunt corda innocentiū: & qui iniquè agūt benedicunt ab eis: adulanturq; peccatorib. dūmodo diuites sint atq; eorū uitijs blandiuntur: de quibus dicitur: Populus meus qui beatos uos dicunt, seducūt uos, & semitas pedum uestrorum supplantant. a ¶ *Ecce ego projciam uobis, etc.* ] Quia ad sacerdotes loquitur: proijciam, inquit, in facies uestras, ea quæ sanctiora putatis in lege, & uobis à deo pro uirtutum munere ex hostijs condonata. Brachiū: pro quo Septuaginta ὦμον, id est, humerum interpretati sunt, id est, armum animalis dextrum. Et dispergam, inquit, ἤνυστρον, id est uentriculū: siue iuxta Hebræos stercus, C
id est פרש μετωνυμικῶς, pro eo quod continetur appellans: & armum enim & pectusculum & linguam & uentriculum, & ea quæ in Leuitico describuntur accipiebant ex hostijs sacerdotes. Quæ omnia pro peccatis corū se abijcere & in facies sacerdotū mittere contestatur: ut scilicet tales sint qui offerūt, qualia & illa quæ offerūtur. Et assumet uos, inquit, secum, id est, stercus solennitatum uestrarum: ut fœtentes facies putida stercoris cōmixtione turpentur, & ex eo quod uos abijcio: intelligatis ipsū esse me, qui quondā elegi patrem uestrum Leui, & per Leui Aaron, & uobis sacerdotij gloriam condonaui: ut esset pactū meum siue testamentum cum Leui: & æterno mihi sacerdotio ministraret. Notandū quod ברית uerbum Hebraicum, Aquila συνθήκην, id est, pactum interpretatur: Septuaginta semper διαθήκην, id est, testamentū, & in pleris-
D q; scripturarum locis, testamentum non uoluntatem defunctorum sonare, sed pactum uiuentium. Voluit autem deus & omnes quidem homines, sed præcipuè sacerdotes maculam non habere, & siue humerum siue brachiū ornare bonis operibus. In pectusculo significatur bona conscientia: in lingua, sancta confessio: ut quod corde credimus ad iusticiam, ore cōfiteamur in salutem. In uentriculo quoq; nihil habere mortiferum: sed quod nostram uitam sustentet ac uegetet. nisi enim cibi in uentriculo cōcoquantur, & eorum succo corpus irrigetur: attenuatum uiribus caret, & fertur in mortem. Nos autem omnia in contrarium uertimus: ut proijciat nobis dominus brachium, siue separet opera nostra à sanctorum operibus: & quibus præceptum est unguere caput nostrum, & lauare faciem à peccatorum sordibus ieiunantes, & reuelata facie gloriā domini contemplari: nunc dicimus: Confusio uultus mei operuit me, & iuxta Cain concidit facies nostra: Hier. 13.c
nec possumus illud implere quod præceptum est: Leuate oculos uestros & uidete: sed stercore uitiorum habemus litas facies atq; pollutas, & dicimus: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Vnde omnia ista in stercus uersa sunt: dicente scriptura: Et assumet uos secum: stercus uidelicet quo litæ sunt facies nostræ: qui debueramus pleni ac mundi uenire in solennitatibus dei, & uel carnes agni comedere calciati: uel expletis septem hebdomadibus fructus operum nostrorum offerre deo: uel in tabernaculis huius seculi uiuere transeuntes & dicere: Aduena sum ego & Psal. 38.c
peregrinus, sicut omnes patres mei. Et qa pro eo quod nos uertimus: assumet uos secum stercus: interpretati sunt Septuaginta & assumam uos simul: subijcitur intelligentia, quod postquam turpitudine & ignominia

cooperti

HEBR. minus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus. Et nunc ad uos mandatū hoc ò sacerdotes. Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor ut detis gloriā nomini meo, ait dominus exercituum: mittam in uos egestatē & maledicā benedictionibus uestris, & maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Eccē ego proijciam uobis brachium, & dispergam super uultum uestrum stercus solennitatum uestrarum: & assumet uos secum. Et scietis quia misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum.

Pactum

SEP. minus omnipotēs, & nomen meū illustre in gentibus. Et nūc mandatū hoc ad uos ò sacerdotes, si non audieritis, & si nō posueritis cor uestrū ut detis gloriā nomini meo, dicit dñs omnipotēs, mittā sup uos maledictionē, & maledicā benedictiōi uestræ: & maledicā ei & dissipabo benedictionē uestrā, & nō erit uobis: qa uos nō ponitis in cor uestrū. Ecce ego sepabo uobis humerū, & dispgā uentriculū sup faciē uestrā: uentriculū solēnitatū uestrarū, & suscipiā uos simul, & cognoscetis quia ego misi ad uos mandatū hoc: ut esset testamētū meū ad Leuitas, dicit dominus omnipotēs.

Testamen-



A cooperti fuerint sacerdotes, & intellexerint peccatum suum, & egerint pœnitentiam: tunc assumantur à domino, & huic sensui conuenire quod sequitur: Et cognoscetis quia ego miserim ad uos mandatum hoc. Sed superior mihi uera uidetur interpretatio, ne inter uerba cōminationis uerba posuerit blandientis, maximè cū & ea quæ sequuntur dei indignationem sonent. a ¶ *Pactum meum fuit cum eo, etc.* ] Describitur ex persona dei perfecti officium sacerdotis: qualis esse debeat, & qualem eum esse uoluerit qui esse præcepit. Supra enim dixerat: Vt esset pactum meum cum Leui: dicit dominus exercituum, & per Leui patriarchā peruenit ad posteros, Aaron & Eleazarum, Phinees & cæteros: qui de eius stirpe generati sunt: Nunc in fine ait: Irritum fecistis pactū Leui, dicit dominus exercituū. Ex quo perspicuū est: omne qđ dicitur ad Leui, ad sacerdotes & speciali-
B ter ad pontificē pertinere. Legimus in
Num. 25.b Numeris de Phinees, qui Zamri cum scorto Madianitide pugione percussit: Phinees filius Eleazar filij Aaron sacerdotis requiescere fecit furorem meum à filijs Israel, quoniam æmulatus est zelum meum contra eos & non perdidi filios Israel in zelo meo, sic dicens: Ecce ego dabo ei testamentum pacis, & erit ipsi & semini eius post eum testamentum sacerdotij sempiterni: pro eo quod zelatus est deo suo, & exorauit pro filijs Israel. Vitæ autem testamentū siue pactum non huius arbitremur quæ nobis cum bestijs & cūctis animantibus cōmunis est: sed illius quæ dicit:
Col. 3.a Ego sum uita: Etenim uita nostra cum Christo abscondita est in deo, de quo possumus dicere, quod & ipse
Eph. 2.c pax nostra sit, Apostolo confirmante: ipse est enim pax nostra. Dedit ergo dominus Leui, & per eum posteris
Psal. 9.a eius ut timerent eum: Principium enim sapiētiæ timor domini, & à facie eius formidarent siue subtraherent se atq; contraherent, mentis formidinem horrore corpo-
Esa. 66.a ris indicantes: iuxta illud quod scriptū est: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea? Lex ueritatis fuit in ore eius: hoc est, doctrina populorū, quæ in sacerdote nullo debet mendacio deturpari: sed tota de ueritatis fonte procedere. Et iniquitas non est inuenta in labijs eius, ut imitetur
1. Pet. 2.d dominum suum, de quo dicitur: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, ut & ipse in se pacem habeat & cæteros pacificet: nulliusq; personam accipiat in iudi-
Gen. 5.c cio, & idcirco ambulet cū deo: sicut ambulauit Enoch, qui translatus est ad dominum, & non inueniebatur. Et multos auertit ab iniquitate. Qui sacerdos est, & nō corripit delinquentes, sacerdotis officium præterit. Labia sacerdotis custodient scientiam: non dixit proferent, sed custodient: ut loquantur in tempore, dentq; conseruis cibaria in tempore suo. Et legem requirent C
ex ore eius. In Aggeo hoc idem scribitur: Interrogate sacerdotes legē domini. Ad sacerdotis pertinet disciplinam interrogatū respondere de lege. Qui si ignorantiam in cæteris diligentē, in scripturis sanctis obtēderit negligentem: frustra iactat dignitatē, cuius opera non exhibet. Hoc est quod apostolus Paulus scribit ad Aggei 2.b
Titum: Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & cōtradicentes reuincere. Et ad Ti- Titum 1.b
motheum: Quoniam ab infantia sacras literas nosti, quæ te possint instruere ad salutem, ut peccantes coram omnib. arguas. 2. Tim. 3.d
Sequitur: Quia angelus domini exercituū est. Exponit nomen suū Esdras sacerdos dei: hoc est, Malachia, quod angelus domini interpretatur: angelus autem, id est, nuncius, sacerdos dei uerissimè dicitur: quia dei & hominū sequester est, eiusq; ad populum nunciat uoluntatem, & idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina & ueritas ponitur, ut discamus sacerdotem doctum esse debere, & D
præconem dominicæ ueritatis. Quidam hoc quod ad Leui & per Leui ad sacerdotes dicitur, falso putant intelligendum esse de Christo, non respicientes ea quæ sequuntur, personæ Christi esse contraria b ¶ *Vos autem recessistis de uia & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituū, etc.* ] Hæc ad Christi non pertinere personam, nec ad eos qui illius cultui dedicati sunt: etiam si ego taceam, prudens lector intelligit. Et est sensus: ego uos uolui facere quæ priori capitulo continentur, & de quibus per Moysen in Deuteronomio sum locutus: Date Leui doctrinam eius, & ueritatem uiro iusto, & reliqua: Vos autem recessistis de uia recta: siue declinastis, dicente me: Non declines neq; ad dextram, neq; ad sinistram: & infirmos fecistis multos in lege, siue scādalizastis: ut Aquila & Symmachus uerterunt. Declinare ad dextram est abstinere à cibis quos deus creauit ad utendum: condemnare nuptias, & in illud incurrere quod in alio loco scriptum est: Ne sis iu- Eccl. 7.c
stus multum. Ad sinistram diuertere, est cum quis luxuriæ se tradit & libidini, & scandalizat multos in lege: cui Mat. 18.a
melius est ut mola asinaria ligetur circa collū & in mare præcipitetur: quàm scandalizet unum de minimis. Infirmos autem faciunt multos, qui cum credentes in Christo fidei robur acceperint, infirmari eos faciunt negligentia conuersationis suæ: quibus rectissimè dicitur: Irritum fecistis pactum Leui, pactum uitæ & pacis:

HEB. Pāctum meum fuit cum eo uitæ & pacis, & dedi ei timorē & timuit me, & à facie nominis mei pauebat: Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius, in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiēt scientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Vb́os autem recessistis de uia & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi uos contemptibiles & humiles omnibus populis: sicut non seruastis uias meas & accepistis faciem in lege.

Nun-

SEP. Testamentū meum fuit cum eo uitę, & pacis, & dedi ei timorem ut timeret me, à facie nominis mei formidaret. Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuēta in labijs eius. In pace dirigens ambulauit mecum, & multos cōuertit ab iniquitate. Quoniā labia sacerdotis custodiēt scientiā, & lex requireť ex ore eius: quia angelus dñi omnipotentis est. Vos autem declinastis de uia mea, & infirmos fecistis multos in lege: corrupistis testamentum Leui, dicit dominus omnipotens: Et ego dedi uos contemptibiles, & dissolutos in omnes gentes: pro eo quod non custodistis uias meas, sed accipiebatis personas in lege.

Nonne

Universidad de Deusto Biblioteca

HEBRAEI. Nunquid non pater unus omnium noſtrum? Nunquid nõ deus unus creauit nos? Quare ergo deſpicit unuſquiſque noſtrum fratrẽ ſuum uiolans pactum patrum noſtrorum: tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem: quia contaminauit Iuda ſanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Diſperdet dominus uirum qui fecerit hoc: magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Iacob & offerentem munus domino exercituum. Et

SEPTVAGINTA. Nónne pater unus omnium ueſtrum? Nónne deus unus creauit uos? Quare reliquiſtis unuſquiſq; fratrem ſuum ut abominabile faceret teſtamentum patrum ueſtrorum: derelictus eſt Iudas: & abominatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem: quia contaminauit Iudas ſancta domini, in quibus dilexit, & adinuenit deos alienos. Diſperdat dominus hominem qui facit hæc, donec exturbetur de tabernaculis Iacob: & de his qui offerũt ſacrificiũ dño omnipotenti. Et

A & cætera quæ pertinere ad officiũ diximus ſacerdotis. Quam ob cauſam & ego, inquit, dedi uos contemptibiles & humiles omnibus populis, ut uos contemnerent, & pro honore & gloria, quaſi deiectos humilesq; calcarent. Sicut non ſeruaſtis uias meas, & accepiſtis faciem in lege. Inter omnia peccata Leui, ſiue eorũ qui ex Leui ſunt ſacerdotum dei: illud & ultimum & maximum ponitur: quare accipiant faciem in lege, ut non cauſas, ſed perſonas cõſiderent: iuſtumq; pauperem deſpicientes, iniquos diuites ſuſcipiant & honorent: Ad quos in octogeſimo primo pſalmo dicit: Vſquequo iudicatis iniquitatem & facies peccatorũ ſumitis? Et Paulus ad Galatas: Gal.2.b Deus, inquit, perſonam hominis nõ accipit. Pleniusq; apoſtolus Iacobus Iacob.2.b hoc peccatum arguit atq; condemnat. Quicquid autem priori populo dicit: etiam nobis dictũ putemus, ut cautiores recedamus à uitijs, & faciem non ſuſcipiamus in lege: B nec qui ſumus cultores dei, ueritati mendacium præferamus. a ¶ *Nunquid non pater unus omnium noſtrorum? Nunquid, etc.*] Anteq; de præſenti capitulo diſputemus: Hebræorũ eſt ponenda traditio, imò ſcripturæ ueritas explicanda. 1.Eſd.9.a Legimus in uolumine quod Eſdræ titulo prænotatur, ex perſona ipſius Eſdræ loquentis: Acceſſerũt ad me principes dicẽtes: Non eſt ſeparatus populus Iſrael. & ſacerdotes & Leuitæ, à populis terrarũ & de abominationibus eorum: Chananæi uidelicet & Ethæi, & Phereſæi, & Iebuſæi & Ammonitarum, & Moabitarum, & Aegyptiorum, & Amorræorum. Tulerunt enim de filiabus eorum ſibi & filijs ſuis, & cõmiſcuerunt ſemẽ ſanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac prima. Cũq; audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens. 1.Eſd.10.c Et rurſum in conſequentibus: Inuentiq; ſunt de filijs ſacerdotum qui duxerunt uxores alienigenas: de filijs Ieſu filij Ioſedech & fratres eius, Maaſia & Eleazer, & Iarib, & Godolia, & dederunt manus ſuas ut eijcerent uxores ſuas, & pro delicto ſuo arietem de ouibus offerrent. In fine quoq; capituli poſt enumerationẽ eorum qui uxores alenigenas acceperant, ſcriptura cõmemorat: Omnes hi acceperunt uxores alienigenas, & fuerũt ex eis mulieres quæ pepererant filios. Reuerſi ergo de captiuitate Babylonia: tam principes & ſacerdotes ac Leuitæ, quàm reliquus populus, abiecerunt uxores ſuas Iſraelitici generis: quæ paupertate & iniuria longioris uiæ, & fragilitate ſexus non ferentes laborẽ, confectæ erant, & infirmitatem ac deformitatem corporum contraxerant: Et cum alienigenis uel ætate florentibus, uel cultu corporum pulchrioribus, uel potentum ac diuitum filiabus, matrimonia copularant. Corripit itaq; eos Eſdras propheta, & ad repudium nouarum coniugum prouocat: ut uxores quas dimiſerant recipiant:

C Nónne, inquit, pater unus Abrahã omnium noſtrum eſt? De quo in Eſaia ſcribitur: Eſa.51.a Reſpicite in Abraham patrem ueſtrum, & in Saram quæ genuit uos: quia unus erat & uocaui eum. Nónne deus unus creauit nos, qui ex Abraham noſtrum elegit genus? Quare ergo ueteres uxores contemnimus, & fratrũ noſtrorum abijcimus filias, ut relinquamus pactum patrum noſtrorũ, & non ex lege accipiamus uxores? Trãſgreſſus eſt Iuda: Hæc enim tribus reuerſa eſt de Babylone cum ſacerdotibus ac Leuitis. Et abominatio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalem. Nequaq; in decem tribubus, quæ ab Aſſyrijs tenebantur: ſed in his qui ad Cyri regis imperium ſub Zorobabel & Eſdra & Neemia de Babylonia ſũt reuerſi. Quia cõtaminauit Iuda ſanctificationẽ domini quam dilexit, & habuit filiã dei alieni: miſcendo cum alienigenis ſemẽ Iſrael: & gentilium, id eſt, ethnicorum filias idolis ſeruientes ſumendo uxores. Quia igitur hoc fecerunt: prophetæ ad eos ſermo dirigitur, & à peccato maledictionibus retrahunt. D Diſperdat dominus uirum qui fecerit hoc. Quàm pulchrè non abſcidit errori ueniam: nec dixit: maledicat dominus ei qui fecit hoc: ſed qui fecerit, in futurum tendens maledictionem: ut peccatores ad pœnitentiam prouocet. Doctorem, inquit, atq; diſcipulum de tabernaculis Iacob: ſiue ille ſacerdos ſit ſiue laicus, una maledictione ferientur, & non erit in eis pœnæ diuerſitas in quibus peccata ſunt paria. Et offerentem munus domino exercituum: Subauditur: diſperdat dominus, & eum qui pro huiuſcemodi hominibus uoluerit ad altare munus offerre: quorum ſolum remedium eſt, non facere quæ fecerunt. Quidam hunc locum non intelligentes: nec ſcientes hiſtoriæ ueritatem: id quod ait: Nónne pater unus omnium noſtrum? de Abraham ſic intelligunt: ut etiam gentium patrem Abraham eſſe commemorent: ſecundum illud quod ſcriptũ eſt: Mat.3.b Poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Vel certe unum deum patrem affirmant: iuxta illud quod in Deuteronomio legimus: Nõne ipſe iſte eſt pater, qui poſſedit & fecit & creauit te? Et rurſum: Deum qui te creauit reliquiſti. Et alibi: Filios genui & exaltaui: ipſi autem reliquerunt me. Et in pſalmorum uolumine: Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis: Et ab hoc uno patre, qui peccauerunt recedentes, multos uitiorum ſuorum patres fecere: Omnis enim qui facit peccatum de diabolo natus eſt. Idque quod ſequitur: Quare deſpicit unuſquiſque noſtrum fratrem ſuum uiolans pactum patrum noſtrorum: ſic interpretati ſunt: ut dicerent: Nos cunctos ab uno patre generatos, unum eſſe debere, & unum confeſſionis habere labium: ſed poſtea per ſuperbiam & ædificationem turris contra deum, in multas linguas atque ſententias eſſe diuiſos



HEBR. Et hóc rurſum feciſtis, operiebatis lachrymis altare domini fletu & gemitu, ita ut non reſpiciã ultra ad ſacrificium: nec accipiã placabile quid de manu ueſtra. Et dixiſtis: quam ob cauſam? Quia dominus teſtificatus eſt inter te & uxorem pubertatis tuæ quã tu deſpexiſti, & hæc particeps tua & uxor fœderis tui. Nónne unus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? & quid unus quærit, niſi ſemen dei? Cuſtodite ergo ſpiritum ueſtrum, & uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris, dimitte, dicit dominus

SEPT. Et hæc quę oderã feciſtis: operiebatis lachrymis altare dñi, plãctu & gemitu de laboribus: adhuc dignũ reſpicere ſacrificiũ: aut ſuſcipere acceptabile de manibus ueſtris. Et dixiſtis: propter quid? Quia dominus teſtificatus eſt inter te & uxorẽ adoleſcẽtiæ tuæ quam tu reliquiſti, & hæc particeps tua & uxor teſtamenti tui, & nõ alius fecit, & reliquię ſpiritus tui. Et dixiſtis: Quid aliud præter ſemen quærit deus? & cuſtodite in ſpiritu ueſtro, et uxorem adoleſcẽtiæ tuæ ne derelinquas, ſed ſi odio habẽs dimiſeris eam, dicit dominus

A uiſos. Ad eleemoſynam quoq; referunt ut dicant: Deſpicere nos fratres noſtros: quando non communicamus eis quę à deo ad ſuſtentandum uitam accepimus, & ad hoc tranſeunt ut afferant fratrem noſtrum, ſecundum ſcripturas, dominum appellari: qui præcepit Marię Magdalenæ: ut nũciet fratribus ſuis dominum ſurrexiſſe. Et loquitur in pſalmo: Pſal.21.c Narrabo nomen tuũ fratribus meis, in medio eccleſiæ cantabo tibi. Deſeruerunt ergo Iudæi fratrem ſuum, & contaminauerunt pactum patrum ſuorum, quod deus pepigerat ad Abraham, Iſaac & Iacob: ut in ſemine eorum, quod interpretatur Chriſtus, benedicerentur omnes gẽtes. Hæc uarie ſuſpicantur, quia certã uiam non reperiũt. Deniq; & hoc quod ſequitur iuxta Septuaginta, ἐγκατελείφθη ἰούδας, καὶ βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ ἰσραὴλ καὶ ἱερουσαλὴμ, id eſt, derelictus eſt Iudas, & abominatio facta eſt in Iſ B rael & in Hieruſalem: ſic ediſſerunt: Deſertos eſſe Iudæos, quia blaſphemauerunt dominum ſaluatorem, & ſuſtinuiſſe quod ſcriptum eſt: Ibid.5. Secundum multitudinem impietatũ eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine, ut in cunctas prouincias uagi & profugi ſpargerentur. Contaminauerunt enim ſancta domini, pro dei filio diligentes & adinuenientes ſibi deos alienos. Qui enim non recipit filium, non recipit patrem qui miſit eum. Et idcirco quia hoc fecerunt, tam diu diſperire donec humilientur, uel captiuitatis iniuria, uel ob conſcientiam peccatorum: & proijciantur de tabernaculis Iacob: ut deſtructo templo atq; altari, nequaquam apud eos offerantur hoſtiæ. Nec hac explanatione contenti, יהודה quia Iudas interpretatur domini confeſſio: ad pœnitentem intelligentiam transferunt: qui poſtquam dominum confeſſus eſt, ſi peccauerit, abominationem facit in Iſraelem & in Hieruſalem: in ſenſu uidente deum, & in uiſione pacis. Polluit enim Chriſti myſteria indignè accipiens corpus eius & ſanguinem, pro eo quod dilexerit uitia, & adinuenerit ſibi deos alienos: ſecundum numerum peccatorum habens numerum deorum, Phil.3.d iuxta apoſtolum Paulum: Vorantium deus uenter eſt. Et ſecundum Iacobum: A quo quis uincitur, ei ſubijcitur. Et qui hoc fecerit, exterminatur de eccleſia & de tabernaculis Iacob: qui ſupplantat uitia atq; peccata donec humilietur in bonum ſuum, & offeratur pro eo uictima domino omnipotenti. a ¶ *Et hoc rurſum feciſtis, etc.*] Interpretemur hiſtoriam, & ſingulis uerſiculis breues ſentẽtias coaptantes, quid nobis ab Hebræis ſit traditum diſſeramus: Derelictæ uxores Iſraeliticæ, & in thoris maritorum alienarũ gentium fœminas contemplantes, ad dei ſolius auxilium confugiebant: diebus ac noctibus ante altare domini prouolutæ, lachrymis, gemitu, atq; eiulatibus inuidiã faciebant eius pro

C uidentiæ, quod non reſpiceret humana, & miſeras nõ iuuaret. Vnde dicit deus: Sacrificiũ & hoſtiam de manibus ſacerdotum, qui iſta cõmiſerunt, ſe accipere non poſſe: uxorum fletu ac planctibus impeditum: & inſuper eos quærere, quam ob cauſam de manibus eorum non accipiat ſacrificium. ſtatimq; infert: Quia dominus teſtificatus eſt inter te & uxorẽ pubertatis tuę quam tu deſpexiſti, dicens: Gen.2.d Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una, & idcirco particeps dicitur & uxor coniunctionis & fœderis, quæ à deo de coſta uiri facta eſt. Et reſiduũ ſpiritus eius, ſiue dei: ut quidã putãt: ſiue mariti, ut alij ſuſpicantur, ꝙ propter affectum quodã modo una anima duobus eſſe uideat: coniunctis ſpiritu, mente ſociatis. Cum ergo unus utrumque fecerit, & uirum & mulierem: propterea à deo facta eſt utriuſq; coniunctio, ut liberi na D ſcerentur: Vnus enim deus quid quærit niſi ſemen dei, hoc eſt filios de Iſraelitica ſtirpe generatos? Cum ergo habeatis fœcundas cõiuges, & liberis gaudeatis: quid pulchritudinẽ uxorũ quæritis, quæ meretricibus apta eſt nõ uxoribus? Præcipit itaq; per prophetã deus & dicit: Cuſtodite ſpiritũ ueſtrũ, ne abducamini libidine: ne alienigenarũ amore uincamini. Et uxorẽ adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere, ut quæ tibi uirginali primũ iuncta eſt matrimonio, perſeueret uſq; ad ſenectutem. Sed poterat fieri, ut principes, ſacerdotes, leuitæ, populus reſponderẽt: Præcepit deus per Moyſen, ut cũ odio habuerimus uxores, dimittamus eas. Et legendũ eſt: Dicis mihi ſcriptũ eſt: Cũ odio habueris uxorẽ tuã, dimitte, dicit dñs deus Iſrael. Statimq; reſpõdit: hoc quidẽ in lege præceptũ eſt, ſed propter duritiã cordis ueſtri. qđ plenius dñs in Euãgelio proſequit: Matt.5.c Quicunq; aũt excepta cauſa fornicationis iniquè uxorẽ dimiſerit, operiet ueſtimentũ eius iniquitas: id eſt, corpus quo anima ueſtit, dicit dñs exercituũ: ut in quo peccauit, in ipſo puniat. Quapropter hac quæſtiũcula diſſoluta, inculcat & replicat quod ſuprà dixerat: Cuſtodite ſpiritũ ueſtrũ, & nolite deſpicere: uel cuſtodiã ſpiritus ueſtri, uel certe uxorẽ ſi paup eſt aut deformis. quod nos ſpecialiter iuxta Eſdræ librũ ſup uxorib. expoſuimus derelictis: hoc alij gñaliter cõtra eos dictũ putant, q aliena diripiũt, & iniuſte diuitias cõgregãtes, audẽt offerre munera deo, quæ dicit ſe nequaq; poſſe ſuſcipere, lachrymis eorũ q uaſtati ſunt & fletu ac gemitibus prohibitũ, & cõgruere locũ iſtum illi teſtimonio: Honora deũ ex iuſtis tuis laboribus. Sed & iſtum ſenſum interſerũt: eos qui propter rei familiaris amiſſionem, & interitum liberorum & naufragium, & cætera quæ ad damnũ pertinent rerum ſecularium, uertuntur in fletus, & totos ſe tradunt planctui & gemitibus: nec animi robore & ſpe in deum

Universidad de Sevilla Biblioteca

A & præmij futurorum cuncta contemnunt: etiam ſi diri gant ad deum orationem, non ſuſcipi ab eo: quia inde coris & incongruis uiro planctibus deturpentur. Hoc autem quod ſequitur: Quia dominus teſtificatus eſt in ter te & uxorem pubertatis ſuæ, ſiue adoleſcētiæ quam tu deſpexiſti, & hæc eſt particeps tua, & uxor pacti uel teſta/menti tui, & nō alius fecit, & reliquiæ ſpiri tus eiꝰ, ſic interpretā/tur, ut uxorem adole ſcentiæ naturalem di cant intelligentiam, & legem in corde per ſcriptam: quæ omni/bus hominibus inſi/ta eſt. Vnde & gentes non habentes legem dei, ea quæ ſunt legis operantur. Et de hac cōiuge in Prouerbijs

Prou. 19.b prædicari: A deo con iungitur uxor uiro, & iubemur ut de no/ſtris aquis bibamus & fontibus: nulluſq; in potando ſit parti/ceps, & ut lętemur cū uxore adoleſcētię no ſtræ. Hæc uxor impel lit etiā incredulos di/cere: Deus iudicet & deus uideat: & ipſi

B cuncta inter me & te iudicanda permitto, de qua & Eccleſiaſtes loquitur: Et uiue uitā cum muliere quam dilexiſti om/nibus diebus natiuitatis tuę, qui tibi dati ſunt ſub ſole. Hæc uxor reſiduū ſpiritus noſtri eſt, quia noſtro ſem/per ſenſui copulatur: quæ ſi recedat à nobis, ſtatim of/fendimus deum, & operit nos noſtra impietas. Vnde rurſum ingeritur: Cuſtodite ſpiritum ueſtrum, nō car/nem: in qua qui ſunt, deo placere nō poſſunt: non ani/mam. Animalis enim homo nō recipit ea quæ ſpiritus ſunt, ſed ſpiritū: quia ſpiritus interpellat pro nobis ge/mitibus ineffabilibus. a ¶ *Laborare feciſtis, etc.* ] Hunc locum plenius ſeptuageſimus ſecundus pſalmus exe/quitur: cuius principium eſt: Quàm bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde: Mei autem penè moti ſunt pe des: penè effuſi ſunt greſſus mei: Quia zelatus ſum ſu/per iniquis, pacem iniquorū uidens: Quia non eſt re/ſpectus morti eorum: & firmamentū in plaga corū. In labore hominū non ſunt, & cum hominibus nō flagel/labuntur. Ac deinde: Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meū, & laui inter innocētes manus meas. Reuerſus ergo populus de Babylone, & uidēs cūctas in circuitu nationes, ipſoſq; Babylonios idolis ſeruiētes abūdare diuitijs, uigere corporibus: omīa quæ bona putant in ſeculo poſſidere: ſe uero qui habeat notitiā dei, ſqualo/re, inedia, ſeruitute coopertum, ſcandalizatur & dicit: Non eſt in rebus humanis prouidentia, omnia caſu fe/runtur incerto: nec dei iudicio gubernantur: quin po/tius mala ei placent, & bona diſplicent: aut certe ſi deus cuncta dijudicat, ubi eſt illius æquū iuſtumq; iudiciū? Iſtiuſmodi quæſtionē mens incredula futurorū quoti/die ſuſcitat deo, & cum uiderit iniquos potētes, ſanctos humiles: illos rebus omnib. affluere, hos ne ea quidem quæ ad uictū neceſſaria ſunt habere, & interdū ſurdis

C auribus cæciſq; oculis, & omni parte membrorū ulce/ribus & infirmitate depreſſos: qualis in Euangelio La/zarus legit, qui ante fores diuitis purpurati deſidera/bat micis quæ abijciunt de menſarū reliquijs, inopem animam ſuſtentare: diuitem uero tantæ feritatis & cru/delitatis: ut non mi/ſereatur homo homi nis, cuius etiā canum lingua miſeret: nō in/telligētes tēpus iudi/cij: nec uera bona illa eſſe, quę perpetua nō ſunt, dicūt: Mali ei pla cēt, & ubi eſt deus iu/dicij? Luc. 16.c

HEBRAEI. minus deus Iſrael: operiet autem iniqui tas ueſtimentum eius, dicit dominus exercituum: cu-ſtodite ſpiritum ueſtrum, & nolite deſpicere. Labôra re feciſtis dominum in ſer-monibus ueſtris, & dixiſtis: In quo eum fecimus labo-rare? In eo quod dicitis: o-mnis qui facit malum, bo-nus eſt in conſpectu domi ni, & tales ei placent: aut cer te ubi eſt deus iudicij?

Cap. III.

ECce egȯ mitto ange-lum meum, & præpa rabit uiam ante faciē meā, & ſtatim ueniet ad tem-plum ſuū dominator quē uos quæritis, & angelus te-ſtamenti quem uos uultis. Ecce

SEPT. minus deus Iſrael: operiet impietas cogitatio-nes tuas, dicit dominus omnipotens, & cuſtodite in ſpiritu ueſtro, & nolite derelinquere. Qui prouo-caſtis dominum in ſermo-nibus ueſtris, & dixiſtis: In quo prouocauimus te? In eo quod dicitis: omnis qui facit malum, bonus eſt in cōſpectu domini: & in his ſibi complacet, & ubi eſt deus iuſtitiæ?

Cap. III.

ECce ego mittam ange lum meum, & præpa-rabit uiam ante faciem me-am, & ſubito ueniet ad tem plum ſuum dominus quē uos quæritis, & angelus iuſtitiæ quem uos uultis. Ecce

Cap. III

ECce ego mitto angelū meum, etc.] Hoc in terpretatus eſt domi nus in Euangelio de Ioāne Baptiſta dicēs: Iſte eſt de quo ſcriptū eſt: Ecce ego mittā an gelum meum ante fa ciē tuā, & præparabit uiam tuā coram me: nec eiſdē uſus eſt uer bis, quæ Lxx. inter/pretes tranſtulerunt. Marcus quoq; Euan geliſta duo teſtimo/nia Malachię, et Eſaię ſub unius prophetæ ſermone contexens, ita exorſus eſt: Initiū euangelij Ieſu Chri/ſti, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta: Ec ce ego mitto angelum meū ante faciē tuam qui præpa/rabit uiam tuā. Hoc licet uerbis alijs in Malachia legi/mus. Quod aūt ſequitur: Vox clamantis in deſerto, pa rate uiā dn̄i: rectas facite ſemitas eius: ab Eſaia prophe/ta dicit, ſtatimq; utrunq; teſtimoniū de quo dicat expo nens: Fuit, inquit, Ioannes in deſerto, baptizans & præ dicans baptiſmū pœnitentiæ in remiſſionē peccatorū. Sed & euangeliſtæ uaticiniū prophetarū ſuper Ioanne interpretati ſunt, cumq; in ſenſu conſentiant, in uerbis diſcrepant: pro eo enim quod Lxx. tranſtulerunt: Re/ctas facite ſemitas dei noſtri: Marcus Lucaſq; dixerūt: Rectas facite ſemitas eius: Ioannes aūt, Dirigite, ait, uiā domini. Ex quo perſpicuum eſt apoſtolos & euangeli/ſtas, & ipſum dominum ſaluatorem, non Septuaginta interpretum autoritatem ſequi, qua Hebrææ linguæ ha bentes ſcientiam non indigent, ſed ex Hebræo transfer re quod legerint: nō curantes de ſyllabis punctiſq; uer borum: dummodo ſententiarum ueritas transferatur. Quod quidē et in pluribus locis eos feciſſe docuimus, & maxime in eo libro qui uobis inſcriptus eſt, De optimo genere interpretandi: multis ſimul teſtimonijs approbatū eſt. Hoc ergo quod dicitur: Ecce ego mitto angelū meū, & præparabit uiam ante faciē meā: ex per ſona Chriſti dicitur: quod Ioannem miſerit in deſerto Iudææ prædicare baptiſmum pœnitentiæ in remiſſio/nem peccatorum. Quod autem ſequitur: Et ſtatim ue niet ad templum ſuum dominator quem uos quæri/tis, & angelus teſtamenti quem uos uultis: ita de ſe qua ſi de altero loquitur iuxta conſuetudinem ſcripturarū. Nulliq; dubium eſt, quin dominator iſte ſaluator ſit, qui creator eſt omnium: & angelus teſtamenti, & ma/gni conſilij angelus appellat. Alij uero hoc quod dicit: Ecce

Matt. 11.b

Mar. 1.a

D

Eſaie 40.a

Mar. 1.a



A Ecce ego mitto angelum meum, & pręparabit uiam an te faciem meam: ex perſona patris dictum putant, & quod ſequitur: Statim ueniet ad templum ſuum domi nator quem uos quæritis, & angelus teſtamenti quem uos uultis, de domino ſaluatore ab eo dictum intelli/gūt. Præparat autem uiam Ioannes, & re/ctas facit ſemitas dei noſtri in cordib. cre/dentium, in quibus propter prauitatem, et incredulitatē prius deus ambulare non poterat. Templū au/tem uel eccleſiam in/terpretantur, uel unū quemq; credentium

1 Pet. 2.a in eccleſia: Aedifica/mini domos ſpiritua les, ſacerdotium ſan/ctum: offerentes ſpiri tuales uictimas & ac/ceptabiles deo per Chriſtum Ieſum. Eos uero q crediderint:

1 Cor. 3.d Neſcitis quod tem/plum dei eſtis, & ſpi/ritus dei habitat in uobis? Iudæi hoc qđ dicitur: Ecce ego mit/to angelum meū, de Helia propheta dictū intelligūt, & quod ſe/quitur: Statim ueniet

B ad templum ſuū do/minator, & quē uos quæritis, & angelus teſtamenti quem uos uultis: refe/runt ad ἠλλειμμένον, hoc eſt Chriſtum ſuū: quem dicūt ultimo tempore eſſe uēturū. Sed miror quomodo eos rerum exitus non doceat ueritatē. Quod enim tēplum ſuum inueniet dominator, qđ uſq; ad fundamentū de ſtructū eſt? aut ſi ab alio extruendū eſt antequā Chri/ſtus adueniat: quid Chriſtus eorum amplius facturus eſt, cum ab alio reſtituta ſint omnia? Dominus noſter in Euangelio Heliam prophetā, Ioannē Baptiſtam in/

Matt. 11.b terpretans loquit: Si uultis ſcire, ipſe eſt Helias qui uen turus eſt: de quo & hic idem propheta quē nunc diſſe/

Infra 4 rimus ſcribit in fine: Ecce ego mitto uobis Heliam pro phetam antequā ueniat dies domini magnus & horri/bilis. Quomodo autem Helias Ioannes ſit, dedit nobis uiā intelligentiæ: in uirtute & ſpiritu eum ueniſſe cōme morans.

HEBR. Eccė uenit, dicit dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis ſta/bit ad uidendum eum? ip-ſe enim quaſi ignis con-flans, & quaſi herba fullo-num. Et ſedebit conflans & emundans quaſi argen-tum, & purgabit filios Le-ui, & colabit eos quaſi au-rum & quaſi argentum, & erunt domino offeren tes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit domino ſacrifi-cium Iuda & Hieruſalem, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. Et accedam ad uos in iudicio, & ero teſtis uelox maleficis, & adulteris, & periuris, &

SEP. Ecce uenit, dicit do-minus omnipotēs, & quis ſuſtinebit diē introitꝰ eius? aut qs ferre poterit ut aſpi-ciat eum? quia ipſe ingredit quaſi ignis conflatorij, & quaſi herba lauantiū, & ſe-debit conflans et emūdans ſicut argentū & ſicut aurū, et emundabit filios Leui, et fundet eos ſicut aurū & ar-gentū, & erūt dn̄o offeren-tes hoſtias in iuſtitia. Et pla-cebit dn̄o ſacrificiū Iuda & Hieruſalē ſicut diebus pri-ſtinis, & ſicut annis priori-bus. Et accedā ad uos in iu-dicio, & ero teſtis uelox ſu-per maleficos & ſup adulte ros, & ſuper eos q iurant in nomine meo mendaciter. Et qui

a ¶ *Ecce uenit, dicit dominus exercituum, etc.* ] Su prà legimus motam domino quæſtionē ab his qui di/cunt: Omnis qui facit malū, bonus eſt in conſpectu do mini, & tales ei placēt: aut certe ſi diſplicēt, ubi eſt deus iudicij? hoc eſt, ubi eſt iuſtitiæ ueritas? Ad quam diſſol uendam, domini ſermo reſpōdit: Mittā angelum meū, qui præparabit uiam meā, & ueniet ad templum ſuum dominator, quem uos quęritis, qui iudex eſt ueritatis:

Pſal. 71.a de quo dicitur in pſalmo: Deus iudiciū tuum regi da,

Coloſſ. 3.d & iuſtitiā tuā filio regis: Non enim pater iudicat quen/quam, ſed iudiciū omne dedit filio. Et ille eſt angelus teſtamenti quē uos quæritis, cui mala non placent, qui perſonam in iudicio non accipit: qui nulla nec miſeri/cordia nec ſeueritate mutatur: Calix enim in manu do/mini uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc: id eſt, miſericordia iuſtitiā temperat: & iuſtitia mi/ſericordiam. Iſte igitur ſtatim & uelociter ueniet ad tem plum ſuum, id eſt, eccleſiam: Et quis poterit cogitare

C diem aduentus eius. Si cogitare præ potentia maieſta/tis eius nemo poteſt: ferre quis poterit? Et quis ſtabit ad uidendum eum: hoc eſt, quis eum poterit lippienti/bus & cæcutientibus oculis in ſua claritate conſpicere, qui eſt ſol iuſtitiæ, & in cuius pennis eſt ſanitas? Ipſe ue niet quaſi ignis con/flans, & quaſi herba fullonū. Ignis enim in conſpectu eius ar/debit, & in circuitu e/ius tempeſtas ualida. Tunc uocabit cælum deſuper & terram, ut dijudicet populum ſuum: flumina ignis trahent ante eū pecca tores quoſq; uoluen tia. Ignis autem dici/tur dominus, et ignis conſumens: ut ligna noſtra, fœnum, ſti/pulamq; comburat. Et non ſolum ignis, ſed & herba fullonū, quæ Hebraice בּוֹרִית מְכַבְּסִים appellatur, & Septuaginta πόαν πλυνόντων, id eſt her bam fullonū uertūt. Ipſe his qui peccant grauiter, ignis con/flans eſt atque conſu/mens: qui autem le/uia peccata commit/tunt, herba fullonū: D ut lotis mundiciā re/ſtituat, ſecundū illud quod ſcriptū eſt in Eſaia: Lauabit Eſaie 4.b dn̄s ſordes filiorū & filiarū Sion, & ſanguinē emunda/bit de medio eorū, ſpiritu iudicij & ſpiritu cōbuſtionis. Qui ſordes habēt, ſpiritu iudicij indigēt ut lauent: qui ſanguine pleni ſunt, ſpiritu cōbuſtionis: ut ſanguis qui in eis extrinſecus litus eſt auferat. Et ſedebit conflans & emundās ſicut argentū, ut ſecundū Ezechiel: quicquid in auro noſtro & argēto, id eſt ſenſu & eloquio: ære, ſtā/no, ferro plumboq; cōmixtū eſt: in camino dn̄i perco/quat, ut purū aurū remaneat & argentū. Vnde & dn̄s in Euangelio loquit: Ignē ueni mittere ſuper terrā, & q̄ Luc. 12.f uolo ut ardeat? Et purgabit filios Leui: Tempus eſt eīm ut iudiciū incipiat à domo dei. Et alibi ſcribit: A ſanctis Ezech. 9.c meis incipite. In filijs autem Leui, omnem ſacerdota/lem intellige dignitatē. Si autem ſacerdotes purgandi ſunt & colandi, ut purū aurum remaneat & argētum, quid de cæteris eſt dicendum? Qui cum emundati fue rint & colati, tunc offerent domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda & Hieruſalem: hoc eſt pro his qui dominum confiten/tur, & pacem eius mente conſpiciunt: ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui: ut quomodo in principio placue/runt deo, ſic poſt peccatum & pœnitentiam placere in-cipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati. Et accedam, inquit, ad uos in iudicio, & ero teſtis ue/lox. Quāta formido iudicij, cum ipſe ſit teſtis & iudex. Teſtis eſt autem cunctis maleficis & adulteris: hęc enim crimina perpetrantur occulte, & ideo proferuntur in medium ne lateant. Poſt maleficos ponuntur adulteri: poſt adulteros periuri: poſt periuros qui calumniātur mercedem mercenarij, & nolunt reddere pro operis la bore quod debent. Viduas quoq; & pupillos, ſubaudi tur calumniantur, & opprimunt peregrinū & alienige/nam

A tiam. Vel certe catechumenum, qui necdum in ciuitate Chriſti ciuis effectus eſt. Et ſi iſta uniuerſa non fecerint, ſufficit eis ſolum crimen ad pœnam, quod non timuerunt dominum. Nequaquã igitur leuia putemus eſſe peccata, periuriũ, & mercedem non reddere laboranti, & calumniari uiduam & pupillum, & opprimere alienigenam & peregrinũ: quæ maleficio & ueneficijs & adulterio comparantur. Hæc & iuxta hiſtoriam &
Tropologia iuxta tropologiã intelligimus, ut quod eo tempore dicebatur ad principes Iudæorum, nunc dicatur ad principes eccleſiarum. Quodq́ ſequitur: Ego dominus, & non mutor: idcirco ponit, quia ſuprà dixerat: ipſe quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonũ: ne putemus eum diuinitatis mutare naturam, cum pro nobis aut angelus, aut ignis, aut ברית nominatur. a ¶ *Et uos filij Iacob non eſtis conſumpti, etc.*] Suprà dixerat: Ero teſtis uelox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec ti-
B muerunt me, dicit dominus exercituum. Iuſtumq́ iu-
Rom. 2. b dicem eſſe ſe dicens: quod non accipiat perſonam in iudicio, intulit: Ego dominus, & nõ mutor. Et eſt ſenſus: Vos per maleficia, & adulteria, & periuria, & calũnias, & uiolentiam quotidie mutamini: ego in iudicio nulla perſonarum uarietate commutor. Cumq́ ſeuerum & iuſtum iudicem eſſe fatear, ô filij Iacob: tamen nõ eſtis tormentorum diuerſitate conſumpti, iuxta illud quod
Hier. 2. f ſcriptum eſt in Hieremia: Sine cauſa percuſsi filios ueſtros: diſciplinam non recepiſtis: nec hoc nuper facitis, nec ſemel ut erroris mereamini ueniam, ſed hæreditariam habetis impietatem ex diebus patrum ueſtrorũ à legitimis ueſtris recedendo, & non cuſtodiendo quæ
Anagoge præcepi. Filios autem Iacob ſecundũ ἀναγωγὴν ſupplantatoris & germani primitiua rapientis: qui nõ recedant à peccatis patrum ſuorum, & declinẽt à legitimis, & non cuſtodiant quæ præcepta ſunt: intelligamus eos qui in eccleſia conſtituti nõ recedunt à uitijs, & falſum ſibi religionis Chriſtianæ nomen aſſumunt. b ¶ *Reuertimini ad me, & reuertar ad uos, etc.*] Et in principio diximus, Malachi prophetam Eſdram ſacerdotẽ debere intelligi, omniaq́ quæ in illius ſcribuntur hiſtoria, in hoc quoq́ uolumine contineri, & nunc dicimus temporibus eius & Neemię, quos ſimul uixiſſe manifeſtum eſt: famem fuiſſe grauiſsimam, & ob famem, ſeditionem: & pauperes rerum neceſsitate compulſos, filios ſuos & filias, & omnem poſſeſsionẽ, uniuerſamq́ ſubſtantiam
Neem. 5. a uendidiſſe. Deniq́ dicũt: Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis: accipiamus precio eorum frumẽtum, & comedamus & uiuamus. Et erant qui dicerent: Agros noſtros & uineas & domos noſtras apponamus, & accipiamus frumentum in fame. Et iratus ſum, inquit Eſdras, nimis cum audiſſem clamorẽ eorum ſecundum uerba hæc: cogitauitq́ cor meum mecum, & increpaui optimates & magiſtratus, & reliqua. Famis igitur tempore annona cariſsima, intantum ut ſuos filios uende-

HEB. & qui calumniantur mercedem mercenarij, uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Ego enim dominus, & non mutor. Et uôs filij Iacob non eſtis conſumpti. A diebus enim patrũ ueſtrorũ receſsiſtis à legitimis meis, & nõ cuſtodiſtis. Re^b^uertimini ad me, & reuertar ad uos, dicit dominus exercituum. Et dixiſtis: In quo reuertemur? Si affiget

SEP. Et qui fraudãt mercedem mercenarios, & opprimũt per potentiã uiduas, et percutiunt pupillos, & peruertunt iudicium aduenæ, & q̃ nõ timẽt me, dicit dñs omnipotẽs, q̃m ego dñs deus ueſter, & nõ mutor. Et uos filij Iacob non receſsiſtis à peccatis patrũ ueſtrorũ: declinaſtis à legitimis meis, & nõ cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad uos, dicit dñs omnipotẽs. Et dixiſtis: In quo reuertemur? Si ſupplan-

re cogerentur: & hi qui parum habebant, & qui in hor- C
rea multas fruges congeſſerant, pro neceſſitate, uel pro precij magnitudine Leuitis decimas nolebant reddere: qui non habebant partem in hæreditate Iudææ, ſed primitiæ & decimæ erant hæreditas eorũ. Quod ne putetur noſtrũ eſſe, ponamus Eſdrę teſtimonium: Et ego cognoui, inquit, quoniam partes leuitarum nõ fuiſſent datæ, & fugiſſet unuſquiſq́ in regionem ſuam de leuitis & de cantoribus, & de his qui miniſtrabant, & egi cauſam aduerſum magiſtratus. Et dixi: Quare dereliquimus domum dei? Et cõgregaui eos & feci ſtare in ſtationibus ſuis. Et omnis Iuda apportabat decimas frumenti, uini & olei in horrea, & cõſtituimus ſuper horrea Selemiam ſacerdotẽ, & Sadoch ſcribam: & cætera. Audiuimus Eſdræ hiſtoriam, nunc prophetæ uerba repetamus diligentius: intuentes an prophetia hiſtoriaq́ cõcordent. Quando dicitur: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad uos, dicit dñs omnipotens: quos hortatur ut redeãt, perſpicuum eſt à dño receſsiſſe. Et uide clementiam domini, par pari repromit- D Matt. 7. a
tit. Vt in qua menſura menſi fuerint, remetiatur eis. Et Leui. 26. d
ſicut in Leuitico ſcribitur: Si ambulaueritis ad me per uerſi, & ego ambulabo contra uos furore peruerſo. Sic & nunc populum cohortatur ad reditũ, ut ipſe quoq́ ad eos redeat. Qui non intelligẽtes ſe à domino receſsiſſe, impudenter interrogãt: In quo reuertemur? Et dicunt: Quando enim receſsimus ut merito redire cogamur? Dominus reſpondit: Si affiget homo deum: quia uos configitis me. Verbum Hebraicũ היקבע Septuaginta interpretati ſunt εἰ πτερνιεῖ, id eſt, ſi ſupplantat: pro quo Aquila & Symmachus & Theodotio poſuerunt μὴ ἀπεςερήσει, id eſt, ſi fraudat, ut ſit ſenſus: Si fraudat homo deum, quia uos fraudaſtis me? Et reuera ſecundum hiſtorię ordinem: quia decimas & primitias leuitis populus non reddebat, ſeipſum fraudem dicit dominus ſuſtinere: cuius miniſtri fame coacti & penuria templum deſeruerint. Si enim per alios uiſitatur in carcere, & ægrotus ſuſcipitur, & eſuriens ſitiensq́ cibũ accipit atq́ potatur: cur non in miniſtris ſuis ipſe decimas accipiat: & ſi non dentur, parte ſua ipſe priuetur? Hoc quod diximus היקבע lingua Syrorum & Chaldæorũ interpretatur, ſi affiget: unde & nos ante annos plurimos ita uertimus: magis ad myſterium dominicę paſsionis, in qua homines crucifixerunt deum: quàm ad decimas ac primitias, quibus uiſitatur in carcere, & ægrotus ſuſcipitur: & eſuriens, ſitiensq́ cibum accipit atq́ potatur, ſcripta referentes. Quærat prudens lector quomodo noſtra interpretatio cum his congruat quæ ſequunt: In decimis & primitijs: & uideat an poſſimus hæc dicere: Vt me affigeretis cruci: ut ſceleratas manus injiceretis deo ueſtro: multarũ ante rerũ meditatione feciſtis: ſubtrahẽdo decimas & primitias: nõ dico ſacer- Exod. 23. c
dotib. meis & leuitis, ſed mihi qui eas per Moyſen iuſſi dare. Hoc de uerbo uno à nobis dictũ ſit, lectoris arbitrio intelligẽtiæ iudiciũ relinquẽtibus: nunc ſequamur ordinem



A ordinem prophetiæ: Quia mihi non reddidiſtis decimas & primitias, idcirco in fame & penuria maledicti eſtis, & uos me ſupplantatis, ſiue fraudatis atq́ priuatis gens tota. Pro gente quæ in Hebraico ſcribitur גוי annum Septuaginta interpretati ſunt, ἔτος pro ἔθνος. Et eſt ſenſus: Ecce annus expletus eſt, & nihil in meos theſauros, ſed in ueſtra horrea comportaſtis. Et pro decimis & primitiuis quæ parua erãt ſi à uobis darentur, ubertatem poſſeſsionum ueſtrarũ, & omnem frugum abundantiam perdidiſtis. Vt autem ſciatis me hoc iraſcente perfectum, quia fraudaſtis me in parte mea: hortor uos atq́ commoneo, ut inferatis decimas in horrea: hoc eſt, in theſauros templi: & habeant ſacerdotes atq́ leuitæ, qui mihi miniſtrant, cibos: & probate me ſi non tantas pluuias effudero, ut cataractæ cœli apertæ eſſe credantur. Et effundam uobis benedi-
B ctionẽ uſq́ ad abundantiã. Verbum effuſionis, nomen largitatis oſtendit. Sed fieri poteſt ut agros irrigantibus pluuijs ſit quidem fertilitas, uerum aut locuſta, aut bruchus, aut erugo, aut eruca deſtruant, & labores hominũ pereant: propterea iũgit, & dicit: Et increpabo pro uobis deuorantẽ: locuſtã uideli cet, & reliqua quæ diximus, & nõ corrũpet fructũ terrę ueſtræ. Vinea quoq́ implebit torcularia, & cunctæ per circuitũ nationes mirabuntur fertilitatẽ terrę ueſtræ: intantũ ut omnes in ea habitare deſiderẽt, & abundantia rerũ omniũ cunctis gentibus ſitis exẽplo. Quod de decimis primitijsq́ diximus, quæ olim dabant à populo ſacerdotibus ac leuitis, in eccleſiæ quoq́ populis intelligite, quibus præceptũ eſt, nõ ſolũ decimas dare & primitias, ſed & uendere omnia quæ habent, & dare pauperibus, & ſequi dñm ſaluatorẽ. Quod ſi facere noluimus, ſaltẽ Iudæorũ imitemur exordia, ut pauperibus
1. Tim. 5. g partẽ demus ex toto, & ſacerdotibus ac leuitis honorẽ debitũ deferamus. Vnde dicit & Apoſtolus: Honora uiduas quæ uere uiduę ſunt, & presbyterũ duplici honore honorandũ: maxime qui laborat in uerbo & doctrina dei. Quod qui nõ fecerit, deũ fraudare & ſupplantare conuincit, & maledicit ei in penuria rerũ omniũ: ut
2. Cor. 9. b qui parce ſeuerit, parce & metat: & qui in benedictione ſeminauerit, in benedictionibus fructus colligat abundanter. Si quando fames & penuria & rerũ omniũ egeſtas opprimunt mundũ: ſciamus hoc ex dei ira deſcendere: qui in pauperibus ſi nõ accipiant eleemoſynam, fraudari ſe loquit, & ſua portione priuari. Poſſumus decimas & primitias & ſic interpretari: Si quis doctus & eruditus legẽ dei poteſt cæteros erudire, non debet ſuę

HEBRAEI. Si affiget homo deum: quia uos configitis me? Et dixiſtis: In quo configimus te? In decimis & primitijs. In penuria uos maledicti eſtis, & me uos configitis gens tota. Inferte omnem decimã in horreum meum, & ſit cibus in domo mea: & probate me ſuper hoc, dicit dominus: ſi non aperuero uobis cataractas cœli: & effudero uobis benedictionem uſque ad abundantiam. Et increpabo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ ueſtræ: nec erit ſterilis uinea in agro, dicit dominus exercituum. Et beatos uos dicent omnes gentes: eritis enim uos terra deſiderabilis, dicit dominus exercituũ. Inuáluerũt ſuper me uerba

SEP. Si ſupplantat homo deum, quia uos ſupplantaſtis me? Et dixiſtis: in quo ſupplantauimus te? quia decimæ & primitiæ uobiſcũ ſunt, & uos uidentes reſpicitis, & me uos ſupplãtatis: annus impletus eſt, & intuliſtis fructus in theſauros, & erit rapina in domib. ueſtris. Reuertimini ergo in hoc, dicit dominus omnipotẽs: Niſi aperuero uobis cataractas cœli, & effudero uobis benedictionẽ meam uſque dum ſufficiat: & diuidam uobis cibos, & non diſperdã fructum terræ ueſtræ, & nõ infirmabitur uinea ueſtra in agro, dicit dominus omnipotens, & beatos uos dicẽt omnes gẽtes: quia eritis uos ut terra uoluntaria, dicit dñs omnipotens. Ingrauaſtis ſuper me uerba

aſſignare prudentiæ ingenioq́ quod poſſidet: ſed gra- C
tias agat primũ deo, qui cuncta largitur: deinde ſacerdotibus eius ac magiſtris, à quibus doctus eſt. Si enim non egerit gratias, ſed ſibi ſcientiã uendicauerit, in penuria maledicet. Quod ſi intelligẽs largitorẽ deũ, & his agẽs gratias, p̃ quos à deo eruditus eſt, humiliauerit ſe, et in horreum dei intulerit cibos: hoc eſt ſcripturę ſanctæ alimenta in eccleſia populis miniſtrauerit, ſtatim aperient ſuper eũ cataractæ cœli, & effundet pluuia ſpiritualis, & mandabit deus nubibus ſuis, ut pluant ſuper eũ imbrẽ, & abũdantia rerũ omnium perfruet, & increpabit etiã pro eo deuorantẽ: contrarias ſcilicet fortitudines, & labor ipſius afferet fructum, & conſequetur illud quod ſcriptum
eſt: Beatus qui in aures loquitur audientium. Ioan. 4. c
Leuabit quoq́ oculos ſuos, & uidebit regiones: quoniã iam albæ ſunt ad metendũ, & colliget fru-
ctus in uitã æternam. D
Nec erit ſterilis uinea in agro eius, ille qui dicit in euãgelio:
Ego ſum uitis. Et qui Ioan. 15. a
loquitur per prophe-
tam: Ego te plãtaui ui Hier. 2. d
neã frugiferã, omnẽ uerã: & tantã per humilitatis confeſſionẽ, & gratiarũ actionẽ in deũ ac magiſtros eccleſię eius beatitudinẽ conſequet, ut omnes beatũ illũ dicant gentes, & in terra eius atq́ doctrina habitare deſiderẽt, qui illũ in eccleſia audierint diſputantẽ. a ¶ *Inualuerũt ſuper me, etc.*] Prius dixerat, laborare feciſtis dñm in ſermonibus ueſtris, & dixiſtis, in quo eũ fecimus laborare? In eo cum diceretis: Omnis qui facit malũ, bonus eſt in conſpectu dñi, & tales ei placent: aut certe ubi eſt deus iudicij? nunc idẽ plenius repetit: Populus enim qui de Babylone reuerſus, uidebat dei habere notitiã, & obſeruare legẽ, & intelligere peccatũ ſuũ, & pro peccato offerre uictimas, decimas reddere, obſeruare ſabbatũ: & cætera quæ dei lege præcepta ſunt, cernens cunctas in circuitu nationes rebus omnib. abundare, ſe in penuria & fame & miſeria conſtitutũ: ſcandalizabat ad ſingula atq́ dicebat: Quid mihi prodeſt, quia unum & uerũ deũ colo, abominor idola: & cõpunctus cõſciẽtia delictorũ ante deũ triſtis incedo? Quem locũ, ut ſuprà diximus, ſeptuageſimus & ſecundus pſalmus plenius latiusq́ proſequit. Vnde propheta qui eſt medicus ſpiritualis medetur cunctis uulneribus, & uerba blaſphemiæ in creatorẽ recidere conteſtat, & dicit ex perſona dei. Inualuerunt ſuper me uerba ueſtra, ſiue ingrauata ſunt. Etenim iuxta Zachariã, iniquitas ſedet ſuper talentũ plumbi, & quod cõtra deũ dicitur: graui blaſphemiarum mole deprimitur. Qui non intelligentes uerba grauiſſima & blaſphemiã ſuam, interrogãt: quid locuti

Universidad de Deusto Biblioteca

A cuti ſumus contra te? Quibus reſpondit dñs: Dixiſtis, uanus eſt qui ſeruit deo: & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius? In præſenti ſeculo mercedem pro dei exigunt ſeruitute, ideo non recipiunt. Et quia ambulauimus triſtes corã dño, iuxta illud quod ſcriptum eſt in pſal-
Pſal.37.b mis: Tota die triſtis ingrediebar. Beatos igitur dicimus arrogantes qui ſuperbiũt contra deum, & impia blaſphemiarum uerba iaculantur. Si quidẽ ædificati ſunt, & poſt ſcelera atque blaſphemias proſperis omnibus perfruuntur. Tentauerunt deum, ſiue reſtiterũt deo, et ſalui facti ſunt: Salutem, felicitatem præſentis ſeculi putant, & idcirco decipiuntur erroribus. Hęc de hæreticis Marcione & Valentino, & cæteris qui uetus non recipiunt teſtamentũ, & contra creatorem mũdi loquuntur, intelligere poſſumus: quod proficiãt in impietate ſua, & multos ſceleris ſocios habeant, ad quos
B ſcandalizati qui in eccleſia perſeuerant, & ignorãtes cauſam iudicij dei, prophetæ uerba contexunt. a ¶ *Tunc locuti ſunt timentes, etc.*] Iuxta Hebræos ita intelligendum eſt: Illis de dei iudicio blaſphemantibus, qui timẽt deum ad inuicem ſunt locuti: quod retributio bonorum uel malorum non ſit de præſenti & breui ſeculo, ſed in futuro & æterno, & quod homo nõ poſſit dei ſcire iudicia, & de illius ęquitate ac iuſtitia diſputare, & cętera quæ debet iuſtus cum iuſto loqui. Nec dixit quæ ſunt locuti, ſed ex eo quod intulit: Tunc locuti ſunt timentes deum unuſquiſq; cum proximo ſuo: intelligere debemus ea locutos timentes deum, quæ omnium ſcripturarum uocibus continentur. Iuxta LXX. uero εἰρωνικῶς legendũ, & preſſa uoce, ut dicamus: Hæc ſunt locuti qui timẽt dominum unuſquiſq; ad proximum ſuum: hoc eſt, qui fruſtra iactitant & dicunt: quod emolumentũ quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram domino: ſi enim timerent dominum, iſta non dicerẽt. b ¶ *Et attendit dominus, etc.*] Hæc iuſtis loquentibus & timentibus deum, ſingulis cum proximo ſuo: qui uerba blaſphemiæ nec audire uoluere nec dicere: Attendit dominus & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo, timentibus & cogitantibus nomen eius, ut cum dies iudicij uenerit, reddat

HEBR. uerba ueſtra, dicit dominus: & dixiſtis, quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis, uanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumentũ quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes corã dño exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: ſiquidem ædificati ſunt faciẽtes impietatem, & tentauerũt deũ, & ſalui facti ſunt. Tũc locũti ſunt timẽtes deum, unuſquiſq; cum proximo ſuo. Et attẽndit dominus et audiuit, & ſcriptus eſt liber momenti coram eo timentibus dominũ, & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, ait dominus exercituum: in die qua ego facio, in peculium, & parcam eis ſicut parcit uir filio ſuo ſeruiẽti ſibi. Et conuertimini, & uidebitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo & non ſeruientem ei.

Cap. IIII

Ecce enim dies ueniet ſuccenſa, quaſi caminus

SEPT. uerba ueſtra, dicit dñs. Et dixiſtis: In quo locuti ſumus contra te? Et dixiſtis, uanus eſt q. ſeruit deo, & quid amplius quia cuſtodiuimus mandata eius, & quia ambulauimus ſupplices ante faciẽ dñi omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, & ędificãtur omnes qui faciunt iniquitatem, & reſtiterũt deo & ſalui facti ſunt. Hæc locuti ſunt qui timent dominũ unuſquiſq; ad proximum ſuum. Et attendit dñs, & audiuit & ſcripſit librũ monumenti in conſpectu ſuo his qui timent dominũ, & qui reuerentur nomen eius. Et erunt mihi, dicit dñs omnipotẽs: in die qua ego facio, in acquiſitionẽ, & eligam eos ſicut eligit homo filiũ ſuum qui ſeruit ei, & cõuertar & uidebitis quid ſit inter iuſtum & iniquũ, & inter ſeruientem deo, & eum qui non ſeruit ei.

Cap. IIII.

Quia ecce dies uenit ardens ſicut clibanus

& blaſphemantibus pœnas, & timentibus præmia. Li- C
Dan.7.c ber autẽ ſcriptus, eſt de quo in Daniele legimus: Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt. Et erunt domino exercituum in peculium timentibus dominum, in die qua iudicij tempus aduenerit. Pro peculio in Hebraico legitur סגלה, quod Aquila περιούσιον, & cæteri περιποίησιν interpretati ſunt. Timentes igitur dominum qui locuti ſunt cum proximo ſuo, & ad uerba blaſphemię reſponderunt: erunt in die iudicij in peculium, & parcet eis: Quia omnis homo ſub peccato. Siue eliget eos ſicut eligere ſolet homo filium ſuum ſeruientem ſibi: In quo duplex affectus eſt, & pietatis in filium, & ſeruitutis in famulum. Et tũc qui nunc blaſphematis & dicitis, quod emolumentum, quia cuſtodiuimus pręcepta eius, & ambulauimus triſtes corã domino, & illorum electionem & beatitudinem & ueſtram miſeriam cognoſcetis, & D
conuerſi in pœnitentiam uidebitis quid ſit inter iuſtum & impiũ, & inter ſeruientem deo, & non ſeruientem ei.

CAP. IIII

*Ecce enim dies ueniet ſuccenſa quaſi caminus, & erũt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatẽ, etc.*] Quia laborare me fecerunt impij in ſermonibus ſuis, & dixerunt: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales ei placẽt, & uanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram domino exercituum. Et aduerſum eorum uerba temeraria, locuti ſunt timentes deum & unuſquiſq; cum proximo ſuo contulerunt ea quæ ad dei timorem pertinẽt: Attendit dominus & audiuit: & ſcriptus eſt liber monumenti his qui timent dominũ, & cogitant nomẽ eius, & cũ dies uenerit, habere ſe eos in peculium pollicetur, & parcere eis ſicut parcit homo filio ſuo ſeruienti ſibi: pleniusq; inculcat & dicit: Ecce dies ueniet, id eſt dies iudicij, quę ſanctis lux erit, & peccatoribus tenebræ: & ipſa dies erit ſuccenſa quaſi caminus ſiue clibanus: ut omnes impij uertantur in ſtipulã, & camini crementũ ardoribus. Cumq; eos inflammauerit atq; combuſſerit, non relinquet in eis ullam radicẽ & germen maliciæ. Hoc de impijs quid in die iudicij ſint paſſuri. Econtrario dicitur quid timẽtibus nomen dei



A dei eueniet. Et orietur uobis timentib. nomen meũ ſol iuſtitiæ: qui uera omnia iudicabit: & nec bona, nec mala, nec uirtutes, nec uitia latere patietur: Et ſanitas erit in pennis eius: ut ſanatos per pœnitentiã portet in hu-
Deut.32.b meris ſuis, iuxta id quod in Deuteronomio ſcriptũ eſt: Expandens alas ſuas ſuſcepit eos, & in humeris ſuis portauit illos. Tunc egrediẽtur qui nunc ſeculo quaſi carcere ſunt incluſi, & ſalient quaſi uituli de armẽto, ſiue quaſi uituli de uinculis liberati. Vnde & Apoſto-
Phil.1.c lus dicit: Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto, ut egrediatur & ſaliat ſicut uitulus de uinculis liberatus, & ſicut uictima dñi. Nec hoc lætitiæ fine contẽtus eſt, ſed calcabit impios cum fuerint cinis. Vnde & ad iuſtos fit
Rom.16.c imprecatio: Deus aũt conterat ſatanam ſub pedibus ueſtris uelociter. Abrahã locutus eſt ad dñm, comparatione diuinæ maieſtatis cinerem eſſe ſe ſen-
Gen.18.d tiens: Ego ſum terra & cinis: & propterea
B uidebit ſolẽ iuſtitię, & requieſcet inter medios eius cleros: atq; ipſo portante ad cœleſtia ſubleuabit. Qui uero per ſuperbiã di-
Eſa.14.d xit: Ponã ſuper ſydera ſedem meã: ero ſimilis altiſſimo: deducetur ad terram: & erit quaſi cinis ſub ſanctorũ pedibus, cum dies dñi aduenerit iudicantis. a ¶ *Mementote legis, etc.*] Iuſta meritorũ in futuro erit retributio quando ſuperborũ radicẽ & germen deuorans flamma conſumet & comburet, & timentibus dñm orietur ſol iuſtitiæ & ſanitas in pennis eius. Igitur mementote legis Moyſi ſerui mei quã ei dedi in monte Horeb, qui eſt Sina, ad omnẽ Iſrael præcepta & iudicia.
Rom.7.c Dicente aũt Apoſtolo: Scimus quia lex ſpiritualis eſt. Et
Pſal.118.c beato Dauid: Reuela oculos meos & conſiderabo mi-
1.Cor.10.a rabilia de lege tua: Et quia ſpiritualiter oẽs cœleſte manna comedebãt: & uniuerſus populus Iſrael de eadẽ ſpirituali, & ſequẽte eos bibebãt petra: petra aũt erat Chriſtus: qui credũt in Chriſto, ſpiritualiter debẽt legis præ-
חרב cepta ſeruare, quæ dedit in Horeb, quod interpretatur ſiccitas: per quã omniũ uitiorũ humor excoquitur, & ad radios ſolis iuſtitiæ, libidinis rheuma ſiccatur. Locutus eſt aũt dñs ad uniuerſum Iſrael: qui ſenſu cernit deũ: &

HEB. minus: & erũt oẽs ſuperbi, & oẽs faciẽtes impietatẽ ſtipula, & inflammabit eos dies ueniens, dicit dñs exercituum, quæ nõ relinquet eis radicẽ & germen. Et orietur uobis timentib. nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini & ſalietis ſicut uituli de armento. Et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedũ ueſtrorum in die qua ego facio, dicit dominus exercituũ.

SEP. nus: & cõburet eos, & erũt oẽs alienigenę & uniuerſi qui faciunt iniquitatẽ ſtipula: ſuccẽdet eos dies ueniens, dicit dñs omnipotẽs, et nõ relinquetur in eis radix neq; ramus. Et orietur uobis qui timetis nomẽ meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pẽnis eius, & egrediemini & ſalietis ſicut uituli de uinculis relaxati, & cõculcabitis iniquos, & erũt cinis ſubter pedes uẽſtros in die qua ego facio, dicit dñs oĩpotẽs.

Mẽmentote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb: ad omnem Iſrael præcepta & iudicia.

HEB. Eccẽ ego mittã uobis Heliã prophetam antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis, & cõuertet cor patrũ ad filios: & cor filiorũ ad patres eorũ: ne forte ueniam, & percutiam terrã anathemate.

SEP. Ecce ego mittã uobis Heliam Theſbiten: antequàm ueniat dies domini magna & illuſtris: qui cõuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximũ ſuum: ne forte ueniens percutiam terram penitus.

FINIS.

C de quib. in euãgelio dicitur: Beati mũdo corde, qm̃ ipſi deũ uidebũt. b ¶ *Ecce ego, etc.*] Poſt Moyſen cuius mãdata ſpiritualiter docuimus eſſe ſeruãda, Heliã dicit eſſe mittendũ: In Moyſe legẽ, in Helia prophetiã ſignificans: dicẽte Abrahã ad quendã diuitẽ purpuratũ: Ha- Luc.16.g
bẽt Moyſen & pphetas, illos audiãt. Et dominus atq; ſaluator trãſfiguratus in monte: loquẽtes ſecũ habebat Moyſen & Heliã Mar.9.a
in cãdidis ueſtib. qui & dicebãt ei quę paſſurus eſſet in Hieruſalẽ. Lex em̃ & oĩs pphetarũ chorus Chriſti prædicat paſſionẽ. Igitur anteq̃ ueniat dies iudicij, & pcutiat dñs terrã anathemate, ſiue omino uel ſubito, ut LXX. trãſtulerunt: hoc em̃ ſignificat ἀπο-
ſτελῶ, mittet dñs in Helia: qui interpretatur deus meus, & eſt de op- אליה
pido Theſbi, qđ conuerſionẽ & pœnitẽtiã ſonat: oẽm pphetarũ chorũ: qui conuertat cor patrũ ad filios, Abrahã uidelicet & Iſaac & Iacob, & omniũ patriarcharũ, ut credãt poſteri eorum in D תשבי
dñm ſaluatorẽ: in quẽ & illi crediderũt: Ab- Ioan.8.g
raham em̃ uidit diem dñi & lætatus eſt: Siue cor patris ad filiũ: id eſt, cor dei ad oẽm qui ſpiritũ adoptionis acceperit. Et cor filiorũ ad patres eorum, ut Iudæi & Chriſtiani, qui nũc inter ſe diſcrepãt, pari in Chriſtũ religione cõſentiant. Vnde dicitur ad apoſtolos, qui ſeminariũ in toto orbe euangelij prodiderũt: Pro patrib. tuis Pſal.44.a
nati ſunt tibi filij. Si em̃ Helias nõ cor patrũ ad filios ante conuerterit, & cor filiorũ ad patres eorũ, cũ uenerit dies magnus & horribilis: Magnus ſanctis, horribilis peccatoribus: percutiet uerus & iuſtus iudex: nõ cœlũ, nec eos qui uerſantur in cœlo: ſed terrã anathemate, qui faciũt opera terrena. Iudæi & Iudaizantes hæretici ante [illegible] ſuũ, Heliã putant eſſe uenturũ, & reſtituturũ omnia. Vnde & Chriſto in euãgelio proponitur quæ-
ſtio: Quid eſt qđ phariſæi dicũt quod Helias uenturus Mar.9.b
eſt? Quibus ille reſpondit: Helias quidẽ ueniet: & ſi creditis iam uenit: in Helia Ioannem intelligens.

¶ Diui Hieronymi presbyteri Commentariorum in duodecim Prophetas minores finis.

INDEX CHARTARVM

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz AA BB Omnes terniones, præter BB qui eſt quaternio.

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM ET Nicolaum Epiſcopium, Anno M D LIII

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de De